COMMENTARIA
LUCULENTA, ET ABSOLUTA;

In Univerſos Ritus M. C. V. Regni Neapolitani.

IN QUIBUS

PRÆTER ERUDITIONEM, AC RERUM NOTABILIUM
copioſam ſuppellectilem, Jus commune per eoſdem Ritus confirmatum, limitatum, locupletatum, caſtigatum, aut quomodo innovatum declaratur.

CONCINNA

ET FACILI METHODO FERE OMNIGENÆ JURIS MATERIÆ,
Pontificiæ, Civiles, criminales, & feudales, ac omnia, quæ ad praxim ejuſdem Regni pertinent, explicantur.

VARIÆQUÆ SUPREMORUM SENATUUM,
præcipuè S. R. Romana, & Civitatis Neapolitanæ, etiam a ibuc non impreſſæ deciſiones, reconditis Priſcorum, Recentiorumquè Patrum doctrinis munitæ utilitèr, & quàm lepidè ſubnectuntur.

OPUS MAGISTRATIBUS, ET CAUSARUM PATRONIS PERJUCUNDUM
Pragmaticis omnibus, atq; in forenſi Palæſtra verſatis, maximè commodum, ſtudioſis, atquè eruditis inſulſum.

AUTHORE

D. CAROLO PETRA

Sacræ Militiæ Calatravæ Æquite

Duce Vaſti Girardi, & Caccaboni aliorumque feudorum Barone, In Subſelliis Neapolitanis, Jam olim Advocato, Poſtmodum M. C. V. Judice, Demum In Sacro Juſtitiæ Senatu Conſiliario Decano, Et Supremi Collateralis Conſilii Regente.

TOMUS PRIMUS.

CUI LOCUPLETISSIMUS ELENCHUS ACCESSIT.



NEAPOLI. Sumptibus Nicolai, & Vincentii Riſpoli MDCCXXV.

CUM PRIVILEGIO, AC SUPERIORUM FACULTATE.

CANDIDE LECTOR.

Adhæc velim ſcias, omnium Ritvum ſummulas, quas addideram, ſuiſq; ſedibus aptiùs deſtinaveram, aliò translatas eſſe, adhoc .n. impulit Typographi incuria, qua plures præterierat; ut igitur tuo præſtò ſint uſui, in cujuſquè partis veſtibulo, in quas opus diſtinctum eſt, cum Breviariis ipſis diſpoſitæ occurrent.

RITUUM ELENCHUS.

RITUUM ELENCHUS.

RITUUM ELENCHUS.

Neapolitanos, si extraordinariè procedatur.

RITVS LXXXVI.

Item servat ipsa Curia, quod si examinationes testium. pag.263.

Publicatio fieri potest attestationum unius partis deindè alterius, idemquè de responsionibus contra testium dicta.

RITVS LXXXVII.

Item servat ipsa Curia, quod citatis testibus, pag. 264.

Tristibus citatis,& non venientibus Curia ad ulteriora procedit in quavis causa.

RITVS LXXXVIII.

Item servat ipsa Curia, quod quando fiunt commissiones.pag.265.

Testium depositiones receptæ post terminum exhiberi possunt usqùad conclusionem.

RITVS LXXXIX.

Item servat ipsa Curia, quod in Civilibus. pag.265.

Articuli, & exceptiones, tàm in causa civili, quàm criminali, præsentari debent infrà certum terminum post litis contestationem.

RITVS XC.

Item servat ipsa rarò dare terminum.pag.266.

Fisco rarò solet dari terminus ad examinandum.

RITVS XCI.

Item servat ipsa Curia declarare in termino, pag.267.

Dato termino ad probandum, Curia declaret, quod per totum sequentem diem pouat quidquid competit, quæ declaratio in actione ordinaria non requiritur, cum intelligatur. Et procurator potest intervenire in criminalibus pœnam ingerentibus infra relegationem, crimine injuriarum excepto.

RITVS XCII.

Item nota, quod in beneficio restitutionis dierum feriatarum.pag.268.

In beneficio restitutionis dierum feriatarum non datur terminus: Item in termino restituuntur dies feriati, & tam Actore petente, quam Reo,unaq; petitio sufficit.

RITVS XCIII.

Item servat ipsa Curia, quod responsiones partium, pag.272.

Responsiones partium super articulis, & positionibus fieri possunt usqùad conclusionem, exclusive. Et comparente Reo usque ad primum somnum, revocatur bannum, & condemnatio ad tertiam.

RITVS XCIV.

Item servat ipsa Curia in principali causa.p.273.

Contumacia accusatur illo sero, quo debuit citatus comparere,sed die sequenti fit condemnatio.

RITVS XCV.

Item servat ipsa Curia,quod illa dies, pag.277.

Dies in qua accusari debuit prima contumacia si fuerit feriata, nihilominus ipsa die assignari debet responsale Actorum Magistro, vel alteri, de ejus voluntate, & primo die juridico accusatur prima contumacia.

RITVS XCVI.

Item, quod processus originales pag.278.

Processus originales conserventur in Curia, data copia partibus, si voluerint.

RITVS XCVII.

Item servat ipsa Curia in primis citationibus. pag.279.

M. C. V. in primis citationibus expectat triduum ejusque elapsum, anteqùam condemnet, vel banniat.In aliis verò citationibus quomodo contumaciæ accusentur, traditur modus.

RITVS XCVIII.

Item servat ipsa Curia, quando disputatus est processus.pag.280.

Viso, & examinato processu per omnes Judices debeat omnes simul cum Regente proferre sententiam in fine processus.

RITVS XCIX.

Item, quod in Curiis ipsis pag.282.

Advocati boni æqualiter litigantibus destribuantur Judicis arbitrio.

RITVS C.

Ordo per Curiam datus. pag.285.

Advocati non accedant ad bancam, nisi vocati, nec se intromittant circa ordinem processus, duasque causas tantum proponant.

RITVS CI.

In primis, Doctores sedeant. pag.289.

Advocatus antiquior, præcedat advocatum juniorem.

RITVS CII.

Item, nullus Advocatus ascendat. pag.298.

Advocatus non ascendat ad bancam, nisi vocatus, duasq; ad summum proponat causas, & non sedeat.

RITVS CIII.

Item, quod nulla privata persona. pag.299.

Astantes homines in Curia silentium sub pœna servent.

RITVS CIV.

Item, quod deputentur quatuor. pag.301.

Quatuor Curiæ servientes silentium indicent, & pœnas exigant.

RITVS CV.

Quidem teneuent ejusdem Curia. pag.301.

In causis criminalibus neque ad media procurator admittitur.

RITVS CVI.

Item,quod in causis criminalibus.pag.305.

Est conformis Ritui præcedenti.

Ritus Cvii.

RITUUM ELENCHUS.

post

FINIS.

D.CARO.

ERUDITO
LECTORI.

MIRABERIS fortassè, optime lector, quod in præclara hac ætate, omni doctrinæ, & eruditionis lumine confertissima obscuræ undiquè notæ hoc meum opus in literariæ rei Theatro apparere passus sim. Sed insurgens in te omnis jam subsidat admiratio, ne dicam justa indignatio; non enim elucubrationes hujusmodi in popularis plausus, publicique favoris aucupium; sed in studium communis boni, & in meorum in primis commodum, studiosorum nimium delicati sensus in manus emisi. Emisi autem? immò verò invitus, ac repugnans dimisi: nam si Amici (in hac re parùm amici) quorum præsertim authoritas apud me magno in pretio semper fuit, crebris adhortationibus, iteratisque velut impulsibus illas privatis è laribus in lucem publicam non extrusissent, in agnatis certè sibi tenebris tutiùs, meliusque adhuc laterent. Non enim sum ità factus mei assentator ingenii, ut ipsius fœtus velut abortivos, inter cæteros felicissimi partus libros communi immortalitatis fato dignos unquam judicaverim. Quis enim non videat, elaborantis industriæ minimum; impolitæ verò, atque incompositæ ruditatis plurimum, vel per oscitationem, vel per imperitiam, vel per necessitatem in opus hoc irrepsisse? Cognovi planè id totum, me ipso, vel Judice, cognovi; nec melius, & absolutum magis expectandum fuit ab homine, cui parum otii; multum verò negotii datum est: homine, inquam, variis rerum impedimentis continenter distracto, quem tum rei familiaris, suorùmque oppidorum cura, atque administratio tùm forensis strepitus, semper occupatum, subindè ab incepto avocavit. Fac igitur, amice lector, ut saltem, quando gratiam à te inire non mereor, asperum censuræ tuæ Tribunal meo hoc operi non occurrat, quod, licet inconcinnum, ac rude aliorum magis voluntas, quàm mea ambitiosa quedam popularitas, publicæ rei bono consecravit. Hoc etiam paucis monitum te volo. Ad varietatem materia, & argumenti, varietatem styli nè reprehendas. Non enim discolor aliquis mercurii afflatus id fecit, nec ingenii sibi parùm similis, aliquis motus, suam cuique (ut ajunt)

vestem aptare volui: præclaram eam, atquè optimam ducens elocutionem, quæ rei, materiæque maximè esset accommodata. Audi de hoc Senecam (epist. 66.) cum quo sentio: cæterum (*inquit*) magna habebunt discrimina variante materia, quæ modò latio est, modò angustior, modò illustris, modò ignobilis, modò ad multos pertinens, modò ad paucos: in omnibus tamen istis, id quod optimum est, par est. *Præterea, quod in singulorum rituum summo, de ipsis nimis breviter, pressè, minutèque scriptum sit, consultò factum puta. In exiguis, paucisquè capitibus plura, eaque concisa colligi; nè operis ipsius corpus à suo (quod ajunt) capite vinceretur, & nè in magnitudinem nimis injustam excresceret. Sed nè graveris, quod enim jejunum breviarium detrahit, plenior syllabus offerret. Deniquè, mi lector, si quid bene, àc minus insipienter dictum obvium hìc tibi erit, ad illum referas sapientiæ primum Autorem*, à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum est. *Vale, meque ama, aliis elucubrationibus, ac litterariis monumentis, vita comite, Deoquè auspice, tibi commodum profuturum.*

CANDI-

D. CAROLI PETRA

Sacræ Militiæ Calatravæ Equitis,

DUCIS VASTI GIRARDI,

BARONIS TERRÆ CACCABONI,

ALIORUMQUE FEUDORUM,

In Subselliis Neapolitanis olim Advocati,

POSTMODUM

JUDICIS MAGNÆ CURIÆ VICARIÆ,

DEMUM

IN SACRO JUSTITIÆ SENATU

CONSILIARII DECANI;

ATQUE

SUPREMI COLLATERALIS CONSILII

REGENTIS.

Luculenta, ac Apprimè Necessaria

COMMENTARIA

IN OMNES RITUS

EJUSDEM MAGNÆ CURIÆ VICARIÆ.

Tomus Primus.

PROŒMIUM.

RERUM SUMMA.

1 *IOanna II. Regni Neapolitani XV. Regina Carolum Tertiū patrem habuit Aunum vero Robertum optimū Principē.*

2 *Vita hujus Reginæ summatim recensetur.*

3 *Alphonsus Aragoneus die 2. Junii 1442. hujus Regni ditione fuit investitutus, illudque possedit annis sexdecim; decessit anno. 1458.*

4 *Ex hoc principe serenissima Austriaca Domus ipsius Regni consecuta est Imperium, Joanna Ferdinandi Catholici filia Regnorum hærede in ma-*

trimonium Philippo collocata.

5 *Catholici Reges servare gesta per Reginam Joannam obstringuntur.*

6 *Hæc Regina Regni clavum substinuit annis 21. supremum obivit diem anno 1335. humata fuit in Religiosissimo Xenodochio Virginis Annunciatæ.*

7 *Ipsa hoc Ritus compilari, reformari, ac simul observari jussit.*

8 *Errant existimantes, Ritus Reginæ tempore inventos prodiisse, cum multos ante annos fuisse eos liquido constet.*

9 *Multa etiam Regina huic Civitati, ejusque civibus elargita fuit privilegia, quorum illud potissimum, quo Magno Cancellario Orbino Caracciolo Juris laurea donandi in Almo hujus Civitatis Collegio impartivit.*

10 *Et quod ipsius Collegii Senatores conveniri non possint, nisi coràm Cancellario.*

Collegio Neapolitano Medicorum elementa dedit, multasque prærogativas concessit.

Memoratur novissima Collateralis Consilii determinatio in arduo jurgio inter Collegium Neapolitanum, & Salernitanum.

D. Reg. D. Felix Ulloa laudatur

11 *Carolum quoque ex Aurilia gente privilegio ornavit, ut ex ejus genere, etiam per fœminas descendentes, nobiles tamen gauderent Sedilis Capuani honoribus.*

12 *Joanna, etsi mulier, poterat hæreditario jure Regni jurisdictionem exercere, & legem condere, quamvis virum haberet.*

13 *Viro non Regi Regina nupta, Regis nomen non competit, fidelitasque non marito, sed Reginæ juratur, sed an de consuetudine procedat, & quid in Regno, & an ipsa mortua, inquiritur.*

14 *Fœminæ in Regno exercere valent jurisdictionem, uti baliæ filiorum, feuda habentium, & veluti illorum Vicariæ.*

15 *Mater, cujus amor in filios major est paterno, ac avia, ad filiorum, & nepotum tutelam, post habitis aliis, testamentariis exceptis, admittuntur, etiam avo paterno concurrente.*

16 *In Regno Franciæ regnavit Clotarius filius Clodovei infans, matre Regnum administrante.*

17 *Zenobia Palmireuorum, & aliæ Reginæ, præter præclara gesta, viriliter non more fæmineo, Imperium rexerunt, nec defuere identidem mulieres hominibus excellentiores.*

18 *Multi acerrimè contendunt, fœminis natura plus ingenii tributum esse, quam viris, & nonnulla adducuntur exempla.*

19 *At contrarium veriùs esse ostenditur, ut propterea virorum propriæ sint virtutes, quarum minùs capaces sunt mulieres, & alia ducuntur ad rem.*

20 *Regni definitio traditur; quid propriè illud dicatur: defertur novissima consuetudine per successionem.*

21 *Primogenitus an semper præferri debeat?*

22 *Illud cui deferendum, si desit aliquis de domo Regia? quid Imperio vacante, vel Pontificia Sede?*

23 *Divisionem nullam Regnum patitur, nec partitionem admittit, & quarè.*

24 *Quid de gemellis, eodemque partu editis? ambo nè Reges futuri? quid si in administrando concordes non sint?*

25 *Illud dividi inter filios, utrum possit, & valeat Rex alienata revocare? & privilegia impartita à prædecessoribus observare an teneatur? quid in gratia, an subsistat illa, Principe, vel Pontifice mortuo, Bullis non expeditis.*

26 *Privilegio immunitatum an Regni Universitates concedant, possintque illa revocare?*

27 *Mortuo Rege succedat nè nepos ex primogenito defuncto, vivente Rege, an filius secundogenitus jàm superstes? & perpenduntur Imperatoris Lotharii verba.*

28 *Possit nè Rex aliquid segregare à Corona scilicèt jure Regni.*

29 *Donationem Constantini Magni valuisse tangitur, aliique piissimi Reges, qui Petri patrimonium suo auxerunt, recensentur.*

30 *Supremo Principi, an liceat unam ex suis Civitatibus, invitis Civibus, alienare?*

31 *Regni Neapolitani ambitus, longitudo, latitudo, & alia multa compendiosè referuntur.*

32 *Regis nostri Catholici Philippi IV. & Mariæ Annæ Reginarum maximæ, (quos Deus diù servet) ejusque serenissimorum antecessorum laudes.*

33 *Neapolis celeberrimæ Civitatis situs, & alia tanguntur, & pestis anni 1656. recensetur, ex qua erepta fuit immaculatæ Deiparæ patrocinio.*

IOANNA hujus nominis II. Regni Neapolitani XV. Heroina, Carolum Tertium genere Gallum, ejusdem Regni, atque etiam Hungariæ Regem patrem habuit, Auum Robertum Principem Optimum, ac Sapientissimum, fratrem verò Ladislaum, quo è vivis sine prole legitima sub-
2 lato, authoritate Martini V. ad Regni solium evecta, & inaugurata fuit, die 8. Idus sextile ann. 1413. Hæc Comiti Jacobo de Narbona in matrimonium locata, Regium sceptrum, & nomen retinuit. Verùm haud ità multò post cum ille, contrà pacti leges, Regium nomen, ac Majestatem usurpare sibi voluisset, Reginæ jussu id indignissimè ferentis in custodia traditus est: unde elapsus, fuga se continuò in Galliam proripuit; ac maximos bellorum turbines excitavit. Quamobrèm inter armorum strepitus sibi consulens Regina, filium sibi, & Regni successorem Aragoneum Siciliæ Regem Alphonsum adoptavit, à quo Rege, deindè Neapoli pulsa, adoptione ingratitudinis titulo revocata, Ludovicum filium Ludovici Andegaviæ Ducis pro eo adoptavit illumque ex eo tempore suum nominavit hæredē, contra quem Alphonsus arma movit, pluribusque illum prælhis afflixit. Consentiæ extincto demùm Ludovico in ipsius locum ejus fratrem Renatus alias Rinaldum in adoptionem Regni Regina suscepit. At mox genio suo minimè arridentem, suscepisse pænitens; Alphonsum ipsum, quem semper dilexerat; suum iterum successorem universalem elegit; eique Ducis, Calabriæ titulum impertivit, quo titulo semper appellati sunt ii, qui legitimam Regni successionem habuere. Proindè ingenti bello inter Renatum, & Alphonsum exorto; ac multis annis continuato, Renatus tandem vincitur, Alphonsus victo-

r'a 'ꝛtus, atque hoſtis viribus fractis, Neapolim
magno cum faſtu ingreditur, ubi, revocante Eu-
genio IV. Pontifice Max. per ſuum Diploma,
opera Cardinalis S. Pauli de Urbe, S. Sedis le-
gati, alias in Renatum factas conditionalitèr, non-
dùm adimpletas diſpoſitiones, die 2. Junij 1442.
in Eccleſia hujus Civitatis majoris ſolemnitèr
3 Regni inveſtituram accepit, quam Nicolaus V.
mox ratam habuit Igitur legitimè Regni hujus
habenis potitus Alphonſus, diù illas, hoc eſt ſex-
decim aonos, aliquotq; dies juſtè, tranquillèquè
temperavit. Demùm febri correptus anno 1458.
ſecundùm *Volater.* menſe Junii, deceſſit in Arce
Lucullana, vulgò, *Pizzofalcone*, ſivè in Megari,
Caſtello dell' Ovo Hujus incliti Herois virtute Au-
ſtriadum gentilis Arbor hæc inter nos amplitudi-
nem gloriæ, & potentiæ, florentiſſimo Regni hu-
jus ſolo conſita obtinuit. Hinc Domus illa Re-
4 gum, atque Imperatorum genitrix ſemper fecun-
diſſima, ac feliciſſima, nobis Reges dare cæpit; (in
æternum datura) ex Joanna Ferdinandi Catho-
lici filia Regnorum hærede in matrimonium Phi-
lippo Maximiliani Imperatoris filio collocata, *Ja-
cobus Mainoldus in libello de titul. Philippi Regis,
Jo. Angel. Piſanell. in comment. pragmat. edita
Thor. de poſſeſſ. non turband. à nu. 1.* qui ſtrenue
tutatur hoc Regnum ad invictiſſimos Reges Hiſ-
paniarum jure ſpectare.

5 Hinc, noſtri Catholici Reges ſervare geſta per
hanc Reginam Joaonam obſtringuntur, cum il-
lius intermedias perſonas Regnum Alphonſi, &
Catholici legitimi dicantur ſucceſſores. *Reg. Mo-
les dec. manuſcrip.* 115. *Hieronym. Zorita in tom.
6. de las empreſas, y ligas de Italia lib. 6. cap.* 40.
Guicciardinus in lib. 7. *pag.* 329. & novitèr *Dom.
Reg. Donat. Anton. de Marinis lib. 2. quotid. reſo-
lut. cap.* 174. *nu.* 7.

Regina Regni clauum inconſtanter, & variè
6 ut ſcribunt, & memorat *Tiraquell. ad ll. connu-
bial.* 8. *l. nu.* 76. ſubſtinuit annis 21. ſupremum
tandèm obivit diem, noſtræ ſalutis anno 1435. fal-
ſo, ac ſuppoſito teſtamento, teſtibus corruptis,
Regni tranſlationem ad alios deponentibus. Hu-
mata fuit in Religioſiſſimo Xenodochio Virginis
Annunciatæ, teſte *D. Cæſare de Engenio in ſuo li-
bro*, nuncupato, *Neapoli Sacra pag.* 410. extatque
hac cum Epigraphe monumentum.

Joannæ II. Hungariæ, Hjeruſalem, Siciliæ,
Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Galatiæ,
Lodomeriæ, Comaniæ, Bulgariæque Reginæ
Provinciæ, & Folcalquerii, ac Pedimontis Comitiſſimæ
Anno Domini MCCCC. XXXV. die 11. menſis Febr.
Regiis oſſibus, & memoriæ
Sepulchrum, quod ipſa moriens humi delegarat
Inanes in funere pompas exoſa
Reginæ
Pietatem ſecuti, & meritorum
Non immemores Oeconomi
Reſtituendum, & exornandum
Curaverunt magnificentius poſituri, ſi licuiſſet
Anno Domini. M. DC. VI. menſ. Maij.

Illius vitam variè ſcripſere, *Volaterr. lib.* 6. *com-
ment. cap. de Sicilia hiſtoria poſteriori fol.* 76. *col.* 1.
*in med. D. Franc. de Balboa in tract. Monarch. Re-
gum qu.* 2. *à num.* 102. *Scipio Mazzella in deſcript.
Regni Neap. in vitis Reg. Neap. fol.* 448. *Freccia de
ſubfeud. lib.* 1. *tit. de antiq. ſtatu Regni par.* 1. *pag.
mihi* 139. *àter. Marchio Belmont. Reg. Tapia lib.* 1.
jur. Reg. tit. 1. *de novo Philipp. Cod. compon. pag.* 10.
Foller. par. 1. *comment. ſuper conſtit. capit. & ri-
7 tib. ante rit.* 46. *fol.* 149. Ipſa hos Ritus compilari,
reformari, ac ſimul obſervari juſſit, & proindè fal-
li eos omninò neceſſe eſt, qui putant, illos Regi-
8 næ tempore inventos, atque excogitatos prodiiſ-
ſe, cum multos ante annos fuiſſe liquidò conſtet
ex *ritu* 196. In quo mentio fit de geſtis anuo
1378. & clariùs ex *rit.* 1. ibi: *Omnes verò alios
Ritus, & obſervantias dictarum Curiarum*, ut ad-
vertit *additionator Conſtant. Papa poſt Caravit. in
Ritu primo lit. A.* & notat *Jo: Jacob. Anichin. in
tract. de praevent. inſtrum. cap.* 5. *qu.* 3. *n.* 116.

9 Multa etiam huic Civitati, ejuſque Civibus
elargita fuit privilegia, inter quæ illud Magno
Cancellario Othino Caracciolo in anno 1428. de
facultate juris laurea donaudi in præclariſſimo
Neapolitanorum Collegio, quod poſterioritati
commendavit *Dom. Reg. Galeota lib.* 1. *controv. il-
luſtr.* 51. & 52. dixerat *Freccia de ſubfeud. tit. de
offic. M. Cancell. num.* 17. & quòd ipſius Collegij
10 Senatores haùd conveniri poſſint, niſi coram
Cancellario, *Praeſ. de Franch. deciſ.* 234. & 544. &
de medico, nùm remittendus ille ſit priori Colle-
gii, ſermocinantur *Afflict. dec.* 41. & *Epiſc. Ricc.
collect. deciſ.* 94.

Quin ipſa de anoo 1430. die 8. Auguſti Col-
legio Neapolitaoo Medicorum prima tradidit ele-
menta, plurimaſque prærogativas conceſſit, ac
Collegiatos dedit Medicos Civitatis Salerni, uti
ex privilegio, quod reſcribit *Reg. Tap. add.* 1. *lib.
jur. Reg. tit. de off Mag. Cancell. pag. mihi* 412. quem
refert *Franc. Mar. Prat. lib.* 5. *diſcept forenſ. cap.* 42.
ſcribens in arduo jurgio pro almo Collegio Sa-
lernitano (ejuſque laudes, ac pervetuſtum ſplen-

dotem recensens, cum Ill. Magno Cancellario Regni, & Medicis Almi Collegii Neapolitani, illud innixum in memoriali præscriptioni ad Doctoratus infulis ejus alumnos insigniendum, probatione per testes habita, quod septennio studio vacaverint, esse in possessione manutenendum, quicquid aliter à Collegio Neapolitano attentatum fuerit, vigore *Pragmaticarum Sanctionum Regni 11. & 12. sub tit. de scholar. Doctor.* explosis pariter iis, quæ in contrarium scripto mandavit *Franc. de Petris cons. 4.* ejusdem Magni Cancellarii aciem tunc substinens, cujus jurgii discusso discrimine in Collaterali Consilio hodie die 30. Junij 1661. existente Commissario Dom.nico Regiam Cancellariam Regente *D. Felice Ulloa*, viro sanè humanissimo, natalium splendore conspicuo, vitæ integritate eximio, omniumque scientiarum genere prædito, determinatum extitit, quod infra quatuor dies audiantur partes, & interim manuteneatur in possessione Collegium Salernitanum, juxta lepidè exarata ab eodem *Dom. Francisco Maria Prato* ipso patrocinante, & pro Ill. M. Cancellario *D. Marcello de Grassis*, eximiis causarum patronis, penès Magn. Scribam è mandatis Joseph Crivellum.

11 Eodem anno 1430. Carolo ex Orilia gente privilegium impertivit, ut ex ejus fæminis descendentes, nobiles tamen, gauderent prærogativis, & honoribus Sedilis Capuani, *de Franch. decis. 207.* qui sermocinatur in causa illorum, qui cognominantur de Sylva, ex Viucentia Orilla genti, cujus de Sylva familiæ laudes recenset *Anton. Gama decis. 1.* Immunitas verò concessa Maribus, qui sunt de sanguine Regio, an protendatur ad descendentes, ex fœmina, inquirunt, *Reg. de Ponte dec. 5. Ann. observat. 11. Episcop. Ricc. par. 3. collect. 685.*

12 Quod verò Joanna, quamvis mulier hæreditario jure potuerit Regni jurisdictionem exercere, tradunt *Bart. in l. quidam consulebant ff. de re judic. Angel. & Bal. in l. fin. C. de mulit. testam.* idem *Angel.* loquens de Comitissa Matilda, & de Regina Joanna in *l. 1. §. sextum ff. de postul. Bar. in l. unic. num. 11. C. de mulier. & in quo loco lib. 10.* qui sermocinatur de eadem Regina Joanna, *Castrens. in l. cum prætor §. pen. ff. de jud.* memorans ipsam Reginam in Solio Regali sedentem protulisse sententiam contra quosdam, qui de Baucio vocabantur, & *Borrell. in summ. dec. tit. 30. tom. 1. num. 95.* refert Elisabetham Angliæ Reginam morti damnasse Mariam Angliæ Reginam, & alios congerit *Dec. consil. 32. in fin.* necnon *Bovadill. in sua politic. lib. 2. cap. 16. ex nu. 222.* plures enumerat mulieres, quæ Regnorum gubernationes mirabiliter exercuere; & proinde leges condere, etsi virum haberet, maximè poterat *Alex. cons. 24. num. 12. vol. 1. Corn. cons. 6. vol. 1. Borrell. in summ. decis. tit. 13. num. 61. de legib. Cervantes in præfat. ad ll. Tauri nu. 25.* quamvis id soli Principi tribuatur *Franc. Marc. dec. Delphin. 804.*

13 & tali viro non Regi, Regina in conjugem accepta, Regis nomen haud competit, ad *text. in l fœmina, ff. de Senat.* ex *Bal.* carpit *Dec. in l. 1. ff. de in jus vocand. Avilez in proœm. c. prætoris in princ. nu. 11.* & fidelitas non marito, sed Reginæ jurabitur *Neviz cons. 40. nu. 2. P. Fragos. de regimine Reip. p. 1. lib. 3. de oblig. moder. Reipub. disput. 6. an priv. extend. ad uxor. nu. 103.* Verumtamen de consuetudine vir nominatur Rex (quod etiam juri consonum esse opinatur *Bal. in c. significavit col. 1. vers. pone de rescript.* quem sequitur *Guttier. de tutel. par. 1. cap. 18. num. 40.*) *Montalb. in l. 9. tit. 1. p. 2. Hostiens. in cap. Raynut. verb. Declara, de testam. Fragos. mem. loco nu. 194. Marchio de Ponte de potest. Proreg. tit. de divers. provis. §. 1. num. 18. Mastrill. de magistrat. par. 1. lib. 2. cap. 4. & par. 2. lib. 4. cap. 13. nu. 205.* & in hoc Regno vetus inolevit consuetudo, ut vir Comitissæ inter Comites æquo jure sedeat, *Camill. de Curt. in suo divers. feud. cap. 19.* quem insequitur *de Petr. festiv. lect. lib. 1. cap. 7. num. 22.* & extricat *Franc. Mar. Prat. ad Pascal. de patr. potest. par. 2. cap. 1. ad num. 53.* quod robur obtinet vivente Regina, & Comitissa, at illa mortua, nullum est etiam privilegium, *Bal. in l. 2. Cod. de Episc. & Cleric. Surd. cons. 397. num. 6. volum. 3. Tiraquell. in tract. cessante causa num. 108. Fragos. cit. loco vers. illud.* Secus tamen est de vidua Regis, quæ donec in viduitate permanserit Regina, prout vivente marito nuncupatur, *Gl. in cap. scripsit 27. qu. 2. in cap. ex parte in fin. de foro competen. Tiraquell. de nobil. cap. 18. num. 7.* & alibi dicemus.

14 Hinc fœminæ in Regno exercere valent jurisdictionem uti tutrices, & baliæ filiorum feuda habentium, *R. de Ponte dec. 20. Intrigl. de feud. cent. 1. qu. 35. num. 47. Reg. Reverter. decis. manuscript. 45. par. 4.* quam transcribit *Reg. Salern. decis. 55. Thor. part. 1. compend. dec. verb. baliatus*, & uti suorum, vel virorum absentium vicariæ, & procuratrices habent eandem jurisdictionem, quam viri, vel filii tenent, eisque licet jurisdictionem mandare, delicta componere, ac gratias facere, *Reg. de Ponte cons. 36. num. 54.* & relato *Carav. in rit. 1. in fin.* tradit *Nicol. Ant. de Palma in divers. jur. commun. & Regni Gl. 15. num. 33. & Carav. add. loco insequendo*, confirmat *D. Capibl. de baron. lib. 1. super rubr. num. 49.* prout de jure

15 mater, (cujus amorem in filios majorem paterno dixere, *Corneus cons. 175. num. 12. Pacian. cons. 66. num. 30.* ratione ab *Arist.* tradita *lib. 9. Ethic. cap. 7. ad fin.* quod ea magis impensè amamus, quæ multo labore obtinuimus,) ac avia ad filiorum, & nepotum tuitionem, & tutelam, posthabitis aliis, testamentariis exceptis, admittuntur, *Auth. matri, & aviæ, quand. mulier. tutel. offic. fung. poss. §. ex his, auth. de hered. ab intest. venient. Gramm. cons. civil. 134. Conversan. de tutel. tit. qui testam. tutor. dar. possunt num. 33.* etiam Avo paterno concurrente ex *Bal.* determinatum tradit *Affl. dec. 183. num. 6. Capyc. dec. 55. num. 5. de Franch. decis. 10. & decis. 350. num. 3. Lopes l. 4. verb. madre tit. 16. part. 6. Guttier. de tutel. part. 1. cap. 8. num. 15. Paschal. de patr. potest. p. 2. cap. 1. num. 59. Peregr. dec. 28. nu. 6. Mar. Giurb. observ. 23. par. 1.* disputans articulum, num mater in tutela filiæ præferatur patruo Sacerdoti, qui testamento à patre datus sit, explosis *Menoch. cons. 682. & Surd. cons. 428.* Et poterit, si ad secundas aspirat nuptias, nedum tutorem sed & balium, quem voluerit dare filiis, *Cons. Anna cons. 50. vol. 1. Ricc. collect. decis. 3990. par. 9.* Nec prætereo,

quod

quod consultus respondi, patrem in tutela præf... aviæ paternæ, vel maternæ, ex *Barbos. in l. 1. nu.3. C. ubi pupil. educar. deb. Galganet. de tutel. lib.3. qu.11. nu.16. & 17.* quos laudat *Giurb. memor. obser.23. sub nu. 5.* nisi & ille prodigaliter viveret, ex *notab. text. in l. fin. §. minores C. de sentent. passis, Ursill. ad Afflict. decis. 393. sub num.1. Boer. decis. 61. Cassan. in Consuet. Burgun. tit. des infans in verb. legitimè administretur n.1.*

16 Et in Regno Franciæ regnasse Clotarium filium Clodovei infantem, matre Regnum administrante, memorat *Aimonius lib.4. de gestis francorum cap.43.* & observat *Vincentius Cabotius lib. 1. disput. jur. cap.18.* De Zenobia Palmyrenorum

17 Regin, Odenati Regis uxore Græci, Latinique sermonis peritissima, quæ, & totius Orientis historiam redegit in Epitomeo, ac pulcherrimas scripsit conciones, quas habuit ad milites suos plerumque Galeata, occiso marito, cum essent ei parvuli filii Herennianus, & Timolaus, illos erudivit, & pro majori natu, viriliter, non more fœmineo, rexit imperium, post *Jul. Capitolin. in Galienis, & Petr. de Gregor. lib.7. de Republ. cap.11, num.53.* meminit *Reg. Valenz. cons. 198. num.40. lib.2.* & cæteris omissis, Olympiadem illam Pyrri Epirotarum Regis filiam, amisso Alexandro viro, tutelam filiorum ex eo susceptorum, Regnique administrationem suscepisse memoriæ prodit, *Justin. in init. lib.8. histor.* Nec verò defuere omni ætate, ac memoria mulieres, quæ scientia, judicio, consilio viris antecellerent, ut latè prosequitur idem *Tholosan. syntag. jur. univers. par. 3. de action. lib.32. c.13. & lib.7. c.11.* cujus memor est *Jo: Petr. Fontanell. decis. Senat. Cathal. 432. lib.2.*

18 Immò multi sunt, qui acerrimè contendunt, fœminis natura plus ingenij tributum esse, quam viris, casuque fieri, ut iis viri sint doctiores ex institutione, & doctrina. Quid enim, inquiunt, causæ sit, cur musas, hoc est disciplinas, & disciplinarum præsidem Minervam sapientissimi viri fœminas constituerint, nisi quia putabant, ad eam parandam sapientiam fœminas multò magis idoneas esse, quam viros. Memores sunt Corneliæ uxoris Africani. & Gracchorum parentis, quæ scripsit ornatissimas epistolas, & filios ad grandem eloquentiam informavit: filiæ Lelii, quæ loquendo paternam faeundiam reddidit elegantiorem: filiæ itèm Oratoris Hortensii, cujus apud triumviros habita in sexus honorem, vulgò legebatur oratio; liciniarum denique, cæteris, nè longiùs progrediar, prætermissis, Crassi filiarum, quæ patris eloquentiam in muliebri conditione repræsentarunt..

19 Cæterum hæ nugæ sunt, & laudandæ summoperè Jurisprudentum sanctiones, quæ fœminas ab omni rerum administratione publicarum, à magistratu, & procuratione removerunt, *d. l. fœmina ff. de regul. jur.* ubi *Dec. Gl. in cap. dilecti filii 13. in Apostill. de major. & obed.* ad quod videas *Coleri dec. German. 67.* à confessionibus, & concionibus, vasorum sacrorum tactu, *cap. sanctimonialis 33. distin. Navarr. in manual. cap.27. num.6.* & quamvis illæ doctæ, & sanctæ, baptizare tamen non valent, nisi necessitate urgente, *cap. mulier quamvis de consecrat. dist.4.* Ordinum caracterem non recipiunt, *Gl. in cap. Diaconissam lit.G. col.4. 27. qu.1.* propter sexus utilitatem, *Gl. in cap. quia ingredientibus lit. L. col. 4. de testam. & ult. volunt.* Nec pondera belli sustinent, *cap. forus de verb. signif. l. cum prætor ff. de Judic. Gulielm. de Benedict. in cap. Raynutius verbo duas habens filias par. 1. num. 24.* Et feudi successionis, tàm antiqui, quàm novi penitùs sunt incapaces, *cap.1. §. & quia vidimus, & in §. hoc autem notandum de his, qui feud. dar. poss. cap.1. de natur. success. feud.* cum aliis adductis per *Hieronymum Garronium in peculiari tract. de fœmin. ad feud. non recipien.* Quamvis deindè ex Regni costitutionibus ad illius successionem in defectum masculorum sint admissæ per *Constit. in aliquibus, Frecc. de subfeud. lib.2. qu.12. num.23. Milanens. dec.1. num.65. cum seq. lib.1. Petr. de Gregor. de concess. feud. par.4. qu.4. num.29. de Franch. dec. 73. num.14. Reg. Galeot. lib.1. controv. illust. cap. 14. num.2. de la Ratba in theatro feudal. par.9. dilucid.82. tom.1.* & passim nostrates *DD.* Virorum quidem propriæ sunt virtutes, quasi quod à viris nomē virtus sit mutuata ab iisdem fabularum auctoribus disciplinis liberalibus, & doctrinis universis, non Musæ solùm, & Minerva datæ Præsides sunt, sed Mercurij quoque Apollines, aliique mendaces Dii, in quorum tutela, & patrocinio literas esse voluerunt. Nec fœminæ idcircò liberalibus disciplinis aptissimæ existimandæ sunt, quod earum nonnullæ (paucissimæ tamen) feliciter eas adeptæ fuerint, cum earum plurimo pleraque pars, quæ sapientiæ laudibus floruere, non sine maximis vitiis fuisse memoretur; ut non immeritò Hippolytus ille apud Euripidem professus sit odio sibi esse mulieres eruditas, nec domi suæ habere se velle, quæ plus, quam deceat fœminam, philosophiæ sciret, & litterarum, cui lepidè concinuunt Juvenalis monita.

Non habet matrona, tibi quæ juncta recumbit
Dicendi genus, aut curtum sermone rotato
Torqueat Enthymema, nec historias sciat omnes.

Adstipulaturque *Gl.* dictum *in l. qui filium 4. in ejus apostill. ff. ubi pupill. educar. vel morar. deb.* Quod infans nutritus vino, & mulier discens loqui latinè, vix perveniant ad bonum finem; Verùm *Bart. in eodem text.* non adeò avarè cum fœminis se gerit, sed illas saltem grammaticam posse addiscere, permittit de muliere docta obloquitur *Sylv. Nupt. lib.2. nu.101.* Fœminarum autem ob incostantiam, levitatem, fragilitatem, timorem, & sexus imbecillitatem, vitia, ac defectus recensent, post alios *D. Franc. del Castill. dec.212. nu.5. Sylv. nuptial. lib. 1. §. non est nubendum num. 9. Franc. de Petris festiv. lect. lib.2. cap.1. num.5. cum seq. & probl. Acad. 18. & 61.* & contra istas pulcherrima bucolica recenset *nobil. Consentin. Berardin. Bombin.* videndus *cons. 13.*

His breviter delibatis, progrediamur jam ad Rubricæ, ejusque verborum explanationem, quam quidem operepretium fortasse esset, longiùs exordiri, & nominis primùm, Ritus, analogiam, & definitionem pervestigare; deindè nonnulla de Mag., & Vic. Curiis exponere scitu digna; verùm quia in ipsomet, proximè elucidando *ritu 1. nu.1. seq.* dehiscè sermo nobis futurus est, ad ea Lectore remisso, hic de Regno tantummodò in gene-

re,

re, ac nostro præsertim Neapolitano, pauca præfari sufficiat.

Regni itaque definitionem tradit *Dionysius de*
20 *divinis nominibus cap.* 12. & est omnis finis, & ornatus, & legis ordinis distributio, commendatque *Cararia in amplissimo suo tractatu de literali regularum interpretatione tom.* 1. *qu.* 3. *art.* 4. *punct.* 5. *num.* 39. Non tamen propriè dicetur Regnum, quod decem Diœceses, unamque Metropolim, saltem non contineat, teste *Abb. in cap. constitutis el* 2. *prop: num.*1. *de testib. opilaturque text. in cap. scitote* 6. *qu.* 3. atque Boemiæ Rex, quia nonnisi, Pragensem habet Episcopum, Dux antea erat, nunc verò Rex sine Regno videtur esse, si *Costall.* vera refert, quamvis strenuis militibus abundare, & ditiorem cum multis aliis Regibus esse plurium Civitatum ditione præstantibus, testatur *Hostiens.* adnectens multis postmodùm ditatum esse populis, & ampliatum in *eodem cit. cap. constitutis num.* 2. insequiturque *Abb. in initio illius capitis vers. nota ibi.* Regina novissima consuetudine introductum esse, ut deferantur per successionem, explosâ penitùs electione, advertunt *Oldran. cons.* 94. *col.* 3. *num.* 10. *Anchar. cons.* 339. *Anton. Corset. in tract. de potestat. Reg.* 2. *p. quæst.* 9. & latissimè *Balboa in cit. tract. per tot.* & an primogenitus semper præferri debeat,
21 eruditè edisserit *Lopez in repet. cap. per vestras de donat. inter vir. & uxor.* §. 26. *à num.* 7. & latissimis habenis *Tiraquell. de jur. primog. quæst.* 4. sed cui deferendum sit illud, si desit aliquis de domo Regia, scribit *Abb. in cap. venerabilem num.* 16. *de elect. & cap. licet ex suscepto de foro compet.* & liceat, nè magnatibus, & populis tali casu liberos, & exemptos, ac sine Rege esse, prætendere, & sibi illum eligere, latè examinat *Franc. Balboa in suo tract. de Monarc. Regum quæst.* 1. & 2. *per tot.* & an sicuti imperio vacante illius locorum jurisdictio ad summum spectet Pontificem, ex *cap. licet ex suscepto de foro competen.*, de quo amplè *Roman. & ibidem add. sing.* 417. sic è contrario Pon-
22 tificia vacante sede Imperator administret, negativè disponit *text. in cap. qualiter de judic.* firmatque idem *Roman. singul.* 418. Divisionem verò Regnum nullam patitur, teste *Innoc. in cap. licet de voto, Cyn. in l. si viva, C. de bon. matern. Boer. in tract. de auctor. magni consil. num.* 112. *ex cap. Imperialem §. præterea Ducatus de probib. feud. alienat. per Feder. Bal. in l. hoc amplius C. de fidejuss. Viv. decis.* 130. *Ann. sing.* 564. Regia nam-
25 que Majestas coronam gerit, quæ est forma sphærica, & nullam admittit partitionem, *Gloss. in Clim. quoniam de vit. & honest. Cleric. verb. tonsuram, de Benedict. in cap. Raynutius verb. in eodem testam. relinquens el* 1. *à num.* 163. id quod perbellè expressit *Lucanus lib.* 1.

Nulla fides Regni sociis, omnisque potestas.
Impatiens consortis erit.

Quo etiam respexit Alexander ille magnus, cum ad Monarchiam aspirans exclamavit, mundum non capere duos soles, qua de re fusius *Tiraquel. in d. tract. de jure primog. q.* 4. *à num.* 22. Monarchiæ enim divinitati proximæ, ejusque Vicariæ in Terris, etiam in hoc illi simillimæ sunt; qui dividit, videtur geminare, sed destruit. Monstrum semper jure dicas, omne unius corporis Imperium, biceps; Respublica quoddam fortunarum publicarum navigium est, integra natat, & velificatur, divisa, naufragium facit, omni rimula aperiente naufragio capacem locum. Ipsa terra supra magnum nihil, & inane, librata; æternam suam firmitatem, qua nihil in rerum natura constantius, uni Principi centro debet. Divisò veluti Cæli imperio, gemini solis parelia turbines seditiosi, & ventorum tumultuantium civilia bella portendunt. Quod siduo simul, uno eodem impetu, nati essent filii, nempè gemelli, & uter eo-
24 rum ante prodiisset ignoraretur, ambo essent Reges ex *Bal.* sententia *in l. ex hoc jure in* 2. *q. ff. de justit. & jur. & in Authen. ex testamento, C. de collat.* Sicuti enim in Cælo sunt gemini, ita, & in Terra, & pares erunt in jure, qui pares sunt ex æquitate nascendi, idem *Bal. in l. in quibus in fin. & in l. si quis priorem, §. talem; C. de secun. nupt.* aliique quos laudat *de B nedict. in dict. loco num.* 177. Qui si in administrando concordes non sint, & contrarias proferant sententias, jurisdictionis alternatis vicibus uti coguntur, *Felyn.* qui post *Angel. & Ludo.* notandum monet ad intellectum, *text. in clem.* 11. *de jur. patronat. in cap. quæ in Ecclesiarum* 32. *col. in fin. de constit. Ludovic. à Peguera dec. crim.* 10. *Boer. dec.* 5. *D. Reg. Capyc. Galeot. in addit.* ad famigerati illius Advocatorum Principis, *Camill. de Medic. cons.* 151. *Avus meus Prosper Petra in nov. annot. ad Capyc. dec.* 27. *num.* 1. quem laudando sequitur *D. Reg. de Marin. resol. quot. lib.* 1. *cap.* 215. *per tot.* & nonnulla tradit *Tassou. de antefato vers.* 1. *obser.* 1. *n.* 64.

25 Sed posse illud dividi inter filios, si illi annuant, concludit *Bal. in Auth. hoc amplius, C. de fideicomm. & in cap. item Sacramenta num.* 19. *de pace juram. firman.* ipsissimè tamen contradicit *in cap.* 1. *num.* 16. *de probib. feud. alienat. per Feder.* quo loco non videtur loqui de Rege, de quo fatetur in alio *cit. cap. item Sacramenta*, non tamen prohibetur pater uni filiorum concedere, & donare principatum, *Lopez cit.* §. 26. *nu.* 6. *Afflict. in proem. Constit. Regn.* 24. *num.* 5. *Sesse dec. Aragon.* 69. *num.* 3. qua in *dec.* multa enarrat, & quidem in hac ipsa re utilia ex *Boss. in tit. de princip.* An possit Rex dividere Regnum, *Ann. pertractat. cons.* 44. *tom.* 1. alienata revocare tùm ipse concedens, tùm ejus successor, sivè sint bona Regni, sivè de regalibus, quod sic, respondent *Baeza in tract. de dot. c.* 11. *num.* 84. *Menchiaca de success. creat.* §. 10. *num.* 248. ad Prælati instar bona Ecclesiæ contra juris præcepta distrahentis, *cap. si quis Presbyterum de reb. Eccl. non alien.* cum aliis adductis per *D. Consil. Paschal de virib. patr. potest. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 40. latèque cum ampliationibus, & limitationibus per tres conclusiones quæstionem examinat *Jacob. Philipp. Port. lib.* 5. *conclus. in tract. de regul. utr. jur. conclus.* 18. 19. & 20. *Affl. ead. q.* 24. *num.* 10. ad quam rem videas *de Franch. dec.* 125. & 165. *Gram. dec.* 65. *Gail. obser.* 16. *lib.* 2. *Franc. Salern. Sicul. cons.* 19. *cum seq.* §. 10. Et quid in privilegio, quod ad illius observantiam obliget successorem, decisum attestatur *Capyc. dec.* 121. & *Consil. de Georgio alleg.* 46. *n.* 16. & in Principe concedente distinguit Avus meus ad *Capyc. dec.* 166. quid in gratia, luculenter

tèr examinat *Reg. Rovit. in prag. de revocand.grat.*
& num gratia Principis, vel Pontificis ſubſiſtat,
illis mortuis, non dum bullis expeditis, vide
Archid. in proem. in 6. cap. 2. Epiſcop. Marant. to.
4. reſponſ.12. & 100. Reg. Tap. deciſ.8. nu.1.Mar.
Giurb. obſer.91. à num.17. Valenz.conſ.104.Novar.
collect.3. num. 8. prag.4. de fid. & auth. mem. D.
Conſ. Staiban. reſ.1. num.20. tom.1. & de privilegiis
conceſſis, mediante pecunia, ſermocinantur
Affl. & Urſill. dec.282. & 361. Borrell.ad Bellug.
in ſpecul. Princip. rubric. 2. de invent. cur. fol. 8.
& in prælato iidem *Affl. & Urſill. deciſ. 102. &*
128. Avus meus ad *Capyc. dec. 121. n. 1.* & quid
ſi ſit conceſſio facta ob merita, vel pecuniam, eaque
non ſint ſufficientia, revocetur, ſaltem quoad
concurrentem quantitatem meritorum, idem *Borrell.*
cit. loco rub.2. verb. per populum pecunia. Pri-
26 vilegia immunitatum, an Regni Univerſitates
concedere, atque ab iiſdem conceſſa alicui ad habitandum
venienti revocare valeant, enucleat
Petr. Ubald. in tit. de collect. num.34. qui in hoc
ultimo diſtinctione utitur, ſi fuerint conceſſa mediante
pretio, vel non, *Mynſing. cent. 4. obſerv,*
70. Menoch. de arbitr.lib.1.q.4. & de capitulis initis
inter Baronem, & univerſitatem ob Baronis
revocationem, vel ejus morte illa tollantur, ſi
ſint ad beneplacitum conceſſa, loquitur ad materiam
Geminian. in cap. ſi delegatus de offic. deleg.
in 6. Corn. conſ.235. & conſ. 92. vol.2. Campagn.in
cap. frequens, Proſper Petra Avus meus ad Capyc.
dec.116. num.2. Cum verò moritur Rex, utrum
27 ſuccedat nepos ex primogenito defuncto in vita
Regis, an filius ſecundogenitus jàm ſuperſtes, famigerata
eſt controverſia, quæ juriſprimatum coryphæorum
ingenia torſit, adeò ut ſæpè ſæpiùs
ipſius exitus armorum judicio probatus ſit, *Tiraq.*
de primogen. q.40. Mynſing. obſer.23. cent. 3. & filio
contra nepotem, favent *Cyn. in dict. l. ſi vivo*
patre Anton. Gamm. dec.Luſit.174.num.9.& dec.
307. num.24. Sed *DD.* plena manu articulum tractantes,
recenſet *Didac. de Mari ad Gramm. dec.*
1. num. 19. illumq; differit *Camill. de la Ratha in*
theatr. feudal. tom. 1. dilucid. 37. part. 9. & conferunt
tradita per *Reg. Rovit. dec. 51. & Conſil.*
Theodor. alleg. 100. Ipſe verò inter tantos nihil
affirmare audeo, maximè cum verear nè, & ipſe
ſingulari certamine provocer, animadverto tamen
Imperatoris Lotharii verba ad Eugenium
Pontificem, & univerſum populum, expreſsè nepoti
faventia in *cap.1.§ ſi quis mil s Conſtit.feudal,*
Lothar. in uſib. feudor. quæ ſubtilitèr notavit *Auriga*
noſter Andreas ibid. in princip. Ad materiam
videas *Gulielm. de Benedictis in c. Raynutius verbo*
& ſobolem quam geſtat in utero num.45. de teſtam.
Melchior. Foeb. dec.22. Fuſar. conſ.59. 40.&
41. & ex noſtratibus *Borrel. in ſumm. deciſ. par.*
1. tit. 31. de feud. à num. 457. Franc. Mar. Prato
lib.1. diſcept. forenſ. cap.38. quique ad *Paſchal. de*
patr. poteſt. part.4. cap. 9. ad num. 6. extultat Senatum
Mediolanenſem reprobato Phæbo, ipſum
ſectatum fuiſſe in decidendo excitatam à nobis
quæſtionem, *Reg. Galeot. controv. illuſt. c. 48.* &
fuſiùs *Reg. Marcian. lib.1. diſput. forenſ. cap.1. 2.*
& 3. Sed poſſit nè Rex aliquid ſegregare à coro-
28 na, ſcilicet jure Regni, multi inquirunt, & verior
negat ſententia probata præſertim per *cap. intellecto*
de jur. jurand. & Guid. Pap. deciſ.239. Ripoll.
var. reſol. cap.11. de emp. & vendit. nu. 100.
Qua ſuffulti effutierunt aliqui invalidam, propterea
eſſe largitionem Imperatoris Conſtantini in
Eccleſiam Romanam (cujus Sanctiſſimi Principis
ſingulis annis Græci feſtum diem celebrant, *Illeſcas*
in hiſtoria Pontific. p.1. lib.2. cap.1. Petr. Meſſia
in vita Conſtantini Magni cap. 3. illiuſque genetrix
fuit Beata Helena, quæ Domini quæſivit,
& invenit Crucem, ut obſervat *de Benedict. verb.*
uxorem nomine dec.1. num.3. Qui in verbo *cuidã*
Petro tradiderunt, poſt *num.27. verſ. unde legitur*,
meminit Conſtantinum ſeniorem ſibi Sanctam
prædictam propter ejus virtutes, & pulchritudinem
excellas, licet ſtabularia humili plebe foret,
deſponſaſſe uxorem) At parvi penſo contradicen-
29 tium ſuppoſito valida omninò Conſtantini donaria,
tum rationibus, tum authoritatibus tutantur,
Reſtaur. in tr. de Imper. q.51. Bovad. in polit. lib.2.
c.17. num.11. par.1. Franc. Marc. dec.362.p.2. Roland.
à Valle conſ.88. Conſil. Paſchal. de patr. poteſt.
par.1. cap.1. num.11. in qua conceſſione, etiam
totius populi Romani conſenſum acceſſiſſe, ex
Bal. notat *Menoch. conſ.32. num. 21. lib. 1.* Unde
meritò *Conſtantienſe Concilium ſeſſ. 8.* & Martini
V. Summi Pontificis Bulla inter cæteros eorum
damnavit errorem, qui affirmabant invalidam donationem
prædictam, *cap. fundamenta, §. ne autem*
de elect. in 6. c. Conſtantinus 96. diſtinct. &
poſt alios advertunt *Soto de juſt. & jur. lib.9.q.4.*
art.1. Villar. de patronatu Calatayubii 3 p.§.2. n.5.
Angel. Rocc. in bibliotheca vaticana pag. 181. ver.
donationem, Boer. dec.69. num.2. Covar. var. reſol.
lib. 4. cap. 16. tom. 2. ver. ſecundo loco fertur, &
alii, quos refert *Reg. Valenzuel. in tract. de defenſ.*
monitor. emiſſi, & promulgati per *Paulum V. adverſus*
Ducem, & Senatum Reipublicæ Venetorum
par. 3. num. 50. & 51. Adeò ut illius invaliditatem
affirmare, non eſſe procul ab hæreſi, exclamet
Arnal. Albertin. in tractat. de agnoſcen. aſſertion.
hæretic.2.p. q.17. num.2. edidítque ſuper hoc
peramplum *conſil. D. Franc. Burſat. 124. per tot.*
quem adducit *Bellug. in ſpec. Princip. rubr.9.* ubi
Borrell. verb. Beato Silveſtro. Loca autem, quæ
Conſtantinus elargitus eſt, recenſent *Peregr. de*
fideicom. art. 23. num. 16. Bertazz. conſ. 91. cum
duob. ſequentib. Et Conſtantini exemplo Arithperthus,
& Luitprandus Longobardorum Reges,
Pipinus, & Carolus Magnus, Mitildis Comitiſſa,
& alii innumeri piiſſimi Principes, immenſis
donationibus Petri patrimonium, & Dei Eccleſiam
divitiis auxerunt, *Campenſis lib. 5. de eccleſiaſt.*
hierar. cap. ult. Alciat. lib.7. paratgon. jur. cap.
19. Joann. Igneus in l. donationes num. 20. & in
l. neceſſarios §. non alias num. 890. ff. ad Syllan.
Hottoman. de feud. fol. 29. Carolus Sigonius lib. 3.
de Regno Italiæ in vita ejuſdem Luitprandi, &
meminit *Epiſcop. Iſern. Marc. Ant. Genuenſ. in opuſculo*
Navicula Petri cap.7. An ſupremus Princeps
30 poſſit unam ex ſuis Civitatibus invitis, & repugnantibus
civibus alienare, regulam firmant negativam,
eam ampliando, & reſtringendo *Conſil.*
Paſchal. cit. tract. par.1. cap.1. à num. 25. Reg. de
Fonte de poteſt. Proreg. tit. de diverſ. proviſion. §. 1.
num. 1. Marcell. de Mauro alleg. 51. Maſtrill. in
conſ. unice impreſſo poſt lib. 1. dec. Sicil. num.3. Valenz.

lens. consil. 59. num. 28. lib. 1.

Regnum verò Neapolitanum ab inclyta Neapolis Urbe dictum, hinc Adriatico, Jonio, & Tyrrheno mari, hinc ecclesiastici imperii finibus
31 septum, non angustis limitibus coarctatur, neque exiguis continetur spatiis; ad millia enim passuum quadringenta, atque ampliùs octo, & sexaginta ambitus ejus circumducitur: in latitudinem ad 140. in longitudinem ad 450. probatissimorum Auctorum sententia protenditur, Campanis, Picentinis, Hirpinis, Lucanis, Brutiis, Calabris, Salentinis, Peucetiis, Samnitibus, Vestinis, Ferentanis, Dauniisque maxima cum felicitate dominatur; hi verò populi olim omnino septem, duodecim autem nostro ævo distinguuntur Provinciis, quarum vulgata nomina Terræ Laboris, Principatus Citra, Principatus Ultra, Basilicatæ, Calabriæ Citra, Calabriæ Ultra, Terræ Hydrunti, Terræ Barii, Aprutii Citra, Aprutii Ultra, Comitatus Molisii, & Capitanatus: Regni hujus insignia, manus est in Umbone cæruleo, Lilia Aurea gerens; à Carolo Primo Andegavensi accepta, cum fugato Manfredo, in suam ditionem redegit. Porrò duodecim lacus; flumina octo & quadraginta supra centum; oppida verò mille nongenta, atque unum, & octoginta, ingenti sinu complectitur. Urbes habet non ignobiles octo, & quadraginta supra centum; in quibus XXI. Archiepiscopali dignitate præfulgent: cæteræ CXXVII. Episcopali. Harum Archipræsules octo; sexdecim verò Antistites, nominat Rex noster Catholicus, ità siquidèm Carolo V. invictissimo indulsit Clem. Papa Septimus suo diplomate sub datum 29. Junii anni 1529. secundùm *Jo: Antonium Summont. in histor. Regn. in Neapol. par. 1. cap. 10. & Cæsar. Engen. in descript. ejusdem Regni pagin.* 227. sivè anni 1532. tradit *Reg. de Ponte dec.* 12. *n.* 14. cujus meminit *Episc. Marant. controv. jur. par. 2. respons. 52. num. 6.* Tribus, & triginta nùc usque paruit Regibus; quorum quinque Normanni, Suevi quatuor, Andegavenses undecim, Aragonii quinque, Galli duo, Hispani duo, Austriaci quatuor. Cæterùm Normanni regnarunt annis 66. (licet aliter tempora numerent *Marin. Frecc. de subfeud. loc. cit. n.* 46. *& Sebast. lib. 2. histor. pag.* 140.) Suevi annis 69. Andegavenses 177. Aragonii 58. Galli 10. Ab anno autem 1504. dominari cæpit Ferdinandus Rex Catholicus, expulso Friderico, & post ejus interitum Joanna filia, atque deinde Carolus Austrius ejus filius, anno 1500. Gandavi natus, qui non Orbis tantum Terrarum, ac gentium, sed quod magis est, immensæ potentiæ suæ, suique ipsius triumphator, Philippi Secundi filii minimè degeneris Herculeis propè humeris, Magnus Atlas Iberus, Monarchiæ molem illam tot Regnis, tot gentium nominibus potentissimam, geminoque Mundo prægravem imposuit; quia ille accepta, sui sæculi Christianus Cyrus prudentia, magnanimitate Hispanus appellatus Augustus, hujus quoq; Regni quatuor, & quadraginta annis gloriosissimè pondus sustinuit, eoque è vivis sublato die 13. Septembris 1598. Nominis, & Imperii dignissimus hæres Philippus Tertius Orientis, atque Occidentis Monarcha à Maurorum barbariè totius Hispaniis proscripta piissimus, ac fortissimus existimatus, religiosissimè emicuit. Hic verò ex Margarita VII. Austriaca Ferdinandi Secundi Cæsaris sorore Heroidum gemma, & innocentissima Cœli sobole Monarchiæ destinavit felicissimè successorem potentia, sapientia, & pietate tèr maximum Philippum IV. Dominicum, Victo-
32 rem, cujus egregia fides, insignis mansuetudo, incredibilis bonitas, altissima prudentia, perpetua æquabilitas, summa fortitudo, constantia invicta, Religio ubiq; triumphalis, ac inclytus amor Austriacis hæreditarius servandæ, propagandæq; in immensum fidei, Sole clarius toto Orbe terrarum lucescit. Hic omnium Avitarum Imaginum colossus, giganteæ manus robore Mundi habenas æquas, stabilesq; sustinet, omnium Cæsarum prudentiam, & fortunam vehit inter tot turbines procellosi sæculi, tutam, atque impavidam, etiā si fractus illabatur Orbis; Hic simul hæreseos profligator, & fulmen, Religionis propugnator, Ecclesiæ Clypeus, pietatis Antistes, fulminator hostium, pater populorum, literatorum, omnisque scientiæ amantissimus prædicatur, omniumque plausu commemoratur. Sed levis prorsus, atque insanus habeat, si universas Regis nostri virtutes, & præsertim clementiam (quæ Regum propria virtus est) explicare velim, aut enumerare. Nullus his numerus, finis nullus, aut meta: universa dicendi vis, & facultas hic cedat oportet, universa eloquentia conticescat. Philippus unus Regiis virtutibus non plus ultra, posuisse videtur, quem si quis pro dignitate laudare velit, frustra prorsùs laboret. Universus Orbis, ac præsertim Neapolitanum Regnum tanto Principi iis vocibus, quibus Romanorum Imperium Severo Cæsari, acclamat: O dominum æquum, ac bonum; imò verò æquissimum, & optimum: prætereà felicissimum, ac fortunatissimum: cujus felicitati quamvis aliquando mors invidisse visa sit, cum Carolum Augustum filium adhuc ætatis flore vernantem funesta falce recidit: nihil tamen obesse potuit, cum & ille, velut flos pulcherrimus è terreno in cæleste viridarium translatus suaviùs oleat, jucundiùs vernet, feliciùs regnet; & Deus Optimus Maximus, magnum Orthodoxæ Fidei suæ assertorem, veræque Religionis vindicem, virili prole Augusti nominis hærede carere, non ferens, Mariam Annam Heroidem Austriacam, Heroidum Florem, Reginarum maximam, sæculi nostri decorem, Orbiisque gemini felicitatem, illi sponsam destinavit, ex qua Infantem, alterum terrarum orbi vacillanti Alcidem dedit; quem Orientis, Occidentisque Mundi latissimæ regiones Carolum Maximum, Austria magnum Rodulphum; Germania pium Ferdinandum, Belgium, & Burgundia felicem Maximilianum, Hispania potentissimum Prosperum, Italia invictum Alphonsum, universus terrarum orbis triumphatorem jam nunc magnis votis prædicant, ac venerantur. Vivite, Heroes maximi, regnate, vincite, triumphate, Nestoreos annos ego vobis auspicor, & adprecor; Stet, ac dominetur hæc Augusta domus, quousque Cœlum, cui innititur, stabit, ac terris dominabitur. Vobis debemus, quod aureo sæculo fruimur, dum Belligeri Jani portis clausis sub Philippo Augusto terra, marique tranquillissimam pacem obtinemus,

mus, quam othomannica tyramnide per Auſtriacam potentiam everſa, funditusſque deleta, perpetuam fore ſperamus.

Enimuerò non facilè (opinor ingratæ à me ſobolis nomen propulſarem, ſi communem hanc pa-
33 rentem, Neapolim Urpem, Orbis terrarum ocellum nitidiſſimum, ac Naturæ prope dixerim, atque Artis miraculum, ac delicium, Regni certè hujus celeberrimi florentiſſimum Caput, tot laudum titulis neglectis, immemor ego, ac tacitus præterite in his commentariis poſſem: nec pauca de ejus ſitu, ambitu, pulchritudine diſſererem, quamvis alii permulti non deſint, qui uberius, feliciùſque hæc antè tradiderint, in quibus non ultimum locum habere videntur, *Jo. Tarcagnot. in tract. de ſitu, & laudib. Neapolis, Napod. in proem. Conſuet. Neap. ver. noſtra Neapolis, Frecc. de ſubfeud. lib. 3. à num. 37. pag. 466. Jo: Anton. Summont. in hiſtor. hujus Civit. par. 1. cap. 1. cum ſeq. Capac. 1. tom. Neap. hiſtor. lib. 1. cap. 3. & lib. 2. cap.* 1. & alii.

Habet profectò hæc celeberrima Italicarum Urbium Regina tùm nomine, tùm gloria ſemper excellens ea omnia, quæ mirum in modum cuilibet Civitati amplitudini, atque ornatui eſſe poſſunt. Etenim ſi loci, ac ſitus naturam reſpicias amæniſſimum vides ſua elementi ac miti Cœlo, imò Cœlum alterum maris cratere, collium corona, Inſularum crebitate, Promontoriorum Urbis, ut ille dixit, unice natum locum. Si magis inſita, intimaque conſideres; quæ Urbis facies? quæ ſtructuræ templorum, & fornicatæ eorundem teſtudines? quæ ex auro, atq; argento ſuppellex, quæ ſigna è marmore penè ſpirantia? quæ viarum amplitudo, quarum retinet adhuc una antiqnum Solis nomen, quaſi verò ex hac Immortali Parthenope iter pateat ad gloriam? quæ copiæ? quæ rerum omnium affluentia? quæ Judicia? quæ Civium nobilitas, Populi frequentia, & concordia, Antiquitatis decus? Jam tum ab anno Orbis conditi 4034. ante annum Chriſtianum 1162. gente, & opibus effloruiſſe teſtatur *Chronica generalis ætatum mundi 3. ætat. pag. 42. & lib. 3. ſupplem. chron. fol.* 65. meminitquè *Balboa de Monarch. Regum q. 2. à nu.* 118.

Noſtris verò temporibus, præſertim nondum fatalis anni contagione, de qua inferius ſuo loco memorabimus depopulata, quæ Civitas, tota Italia, majorem mortalium numerum videat, & aluit Capita ibi hominum ſexcenta millia numerari potuiſſe, aſſeruit *Taſſon. tract. de antefat. ver. 5. obſ. 3. nu.* 8.

Hujus Urbis vel ipſa tecta, parietes, ſaxa, è remotiſſimis terris, exterarum Urbium, ac Provinciarum cives ad ſe pelliciunt, ſuique amore, ac deſiderio ſuaviſſimè incenſos morantur. Quanto magis decora ejus, atque ornamenta, ab Arte, à Natura, à Moribus incolarum ſuaviſſimis? quis non inexpugnabiles, ac munitiſſimas arces miratur, quas & ad civium ſalutem, & ad hoſtium propulſationem attollit? quis non publicorum, ac privatorum operum elegantiam, & magnificentiam? quis non camporum æquora latiſſima, ac letiſſima, non felix ad omnem culturam ſolum non hortorum, ac ſiluarum delicias: non æternam Veris, atque Autumni mixturam, florentiſſima omnis generis fertilitate fœcundam? His deliciis mirum dictu eſt, quam faveant liquidiſſimæ aquarum perennitates, ex ſambulla Amne per ſubterraneos ductus in Urbem acceptæ, nihil à ſuo fonte degenerantes, multoque ac vario Mæandro non puteis ſolùm Urbanis niveam ſalubritatem inferentes, ſed, & è publicis fontibus magnificentiſſimè, tota Urbe extructis, erumpere quaſi per ludum arte coactæ, hinc murmure ſuo prætereuntium pectora exhilarantes, hinc frigore æſtivos ſoles, ipſamque æſtatem irridentes Quid de præſidiis ad benè, beatèque vivendum ad omnem amplificationem, ornatum, dignitatem maximis, ac plurimis dicam? Quid de ingeniorum ad omne ſtudiorum, ac diſciplinarum genus ſublimitate, ac felicitate? Quid de Heroum celeberrimorum numero, vel togati, vel galeati prælis, prælijs non Urbem hanc tantùm patriam; ſed totum terrarum orbem omni memoria illuſtrarunt, atque exornarunt?

Denique quid hac urbe frequentius, quid auctius, quid admirabilius poſſit, aut beatius excogitari neſcio; cui ab omnium rerum opifice Deo Opt. Max. à natura ab Invictiſſimis regibus, tot, tantaque privilegia cumulata eſſe videmus, ut meritò Muſarum domicillium, Nympharumque ſedem appellandam eam eſſe, antiqui cenſuerint. Sed ne videar parenti filius patriæ municeps, quodammodo lenocinari, nimiumque allubeſcere, parcam jam meis verbis, ut quod de ea Scriptor externus non ignobilis, atque in ſapientiæ ſtudio propè adamantinus *Stanifſlaus Roſchius*, teſtimonium dicit auicules. Hic regionibus hiſce Campaniæ perluſtratis, atque Syrenis hujus cum primis ſpecie, atque illecebris captus, hæc inter cætera ad Amicum ſcribens, literis conſignata reliquit. *Per Felicem Campaniam plus ut dicitur, unguenti habentem, quam habent cæteræ Provinciæ olei Neapolim perveniens, Partenopes tumulo claram, Nympharum ædem, Voluptiæ aream, Sole ſoloque ſuo beatam*; pergit deinde, *Narro tibi Campaniam totam, campos dicere poſſis Elyſios ſuburbia Heſphiridum hortos, ipſam porro Civitatem Neapolim Deorum domicilium, vel, ſi dictum hoc inſolenter, aut datum auribus putas, Syrenum Urbem dicas melliſonarum*: poſtremo paucis rem omnem expediit: *Summa eſt*, inquit *in aliis laboraſſe in his formandis oris atque fingendis luxuriaſſe mihi Natura videtur. Cyclopem aliquem immanem eſſe oportet ſine oculis; ac mente hominem, qui in iſtis, Naturæ ludis, atque amenitatibus non acquieſcat. Fractus ſum fateor, inviſam olim deſidiam, nunc tandem amare occipio*. Hæc ille Privilegium verò conceſſum profiteutibus dumtaxàt in Urbe Conſtantinopolitana: protenditur ad profeſſores in hac Urbe *Jo: de Platea in l. 1. C. de profeſſ. qui in Urbe, Franch. deciſ.* 115. & quemaemodùm Roma Communis Patria dicitur, *l. Roma, ff. ad municipal. l. ſed & probari §. fin. de excuſ. tutor.* ità, & Neapolis, *Mutius Surgens in annot. ad fratrem de Neapoli illuſtrat. pag.* 387. Non me latat aliam in Græcia reperiri Neapolim, conſtatque ex verbis *Apoſtoli cap. 16. de actib. Apoſt* ibi: *Navigantes autem à Troade recto curſu venimus Samothraciam, & ſequenti die Neapolim*. Aliam itidèm in

Judæa quatuor milliaribus à Samaria distantem, olim appellatam Sichen, teste *Magistro sentent. in Evangel. nempè Rubricella de morte Samaritanæ*: sed quid cum nostra hac Neapoli Parthenopæa? cujus nominis gloria cæteras omnes Urbes cognomines ità antecellit, ut illæ rusticanos vicos, & agrestium modicos conventus.

Sed proh dolor! quam subito rerum mortalium pulcherrima, lętissimaque scena in tristissimam, luctuosissimamque sæpe convertitur? Hæc eadem Civitas, tanta, tam plena populo, divitiis, felicitate ante annum Christianum 1656. eo anno non erat amplius Civitas oon Neapolis illa nitidissima, sed vel Civitatis cadaver, vel Civium suorum magnum, & commune sepulchrum videri poterat. Ipsa amæna viridaria in tumulos versa cernebantur, nec jam monumentis cadavera, sed cadaveribus deerant monumenta: Io horrorem abiit amplissima Urbis magnificæ amplitudo. In mæstitiam jucundissima Cœli clementia. Io luctum immigravit Regni totius risus, ac gaudium. Pristini cantus in lugubres degenerarunt ululatus, & in solitudinem oumerus hominum fere innumerabilis redactus; luctus ubique ingens & plurima mortis imago, ubi jucundissimæ quondam vitæ ridebant incunabula: Quid, quod ab Urbe Principe tanquam ex capite, pestiferæ malignitatis contagio ad, omnia penè Regni membra prorepsit? totum hoc amplissimum Regnum suæ mors immanitatis effecerat theatrum Moriebantur ubique magno numero, miseri mortales; Nusquam tuta erat salus; Omnia mortis plena; urbes, cootubernia, familiaritates, commercia; Vidimus calamitates, hasce, & flevimus extinctos literatorum honores, tacuerunt Lycæa, nuda deplorabantor subsellia, universæ Vrbis Academiæ nullam aliam turbam admittebant, præter cadavera. Tribunalia Judicibus Advacatis, Advocati viduabantur clientibus, imò in Civitate Cives, in extinctis sepulchra, in sepulchris desiderabatur capacitas; ipsimet denique Vrbis lapides, ac parietes squalere ad tristitiam, malaque infecti lue esse videbantur, Jamque Vrbis totius vultus, morientis erat. omnes etiam ad unum tùm cives, tùm convenas, non intra paucos adeò menses, sed dies, interituros dixisses, nisi pestilenti malo oulla Medicorum ope, nulla humana providentia, curàve sanabili, è Narthecio illo Cælesti beneficiorum, mirabilis fieret medicina. Hæc unica spes inundanti miseriarum agmine oppressis, hæc sola relicta fiducia, cæteris omnibus ad salutem invalidis, ac vanis. Quamobrem (quæ est hujus Nationis propensissima ad pietatem indoles) ab ipso statim pestilitatis inito, variis illam à Deo Optimo Maximo piorum obsequiorum generibus, publicè, privatimque postulare, ac promereri non omisit. Quo factum est, ut ei citius; quam cæteris nationibus eodem lethali telo perculsis, & Divinæ vindictæ flagello vapulantibus, Divinitas irata mitesceret, ad misericordiam, non sine evidentissimi miraculi beneficio, inclinata. Nam cum Civitas ipsa, ad Cælestium minarum terrores expiandos, læsique Numinis indignationem avertendam, Divos plures (quorum sępenumero in rebus egenis, auxilium fuerat præsentissimum experta) Patronos, & Sequestres suos apud ipsum Deum adhibuisset, illud tamen omnium sibi efficacissimum remedium affore non dubitavit, ab Virgine Dei Genitrice, ac Cœli Regina, quam omnium Divorum Maximam patronorum potentissimam esse sciebat, sub cujus Divinæ Patronæ clientela ex nominis sui Virginei omine se esse intelligebat. Huic legitur, quibus in tanta calamitate potuit, pietas, ac devotionis studiis obsequentissimam se totam tradidit; fidemque suam immaculatæ ipsius conceptioni Sanctissima Voti sollemnis religione obligavit, quatenùs è luctuosissimo illo pestilitatis cataclissimo emergendi, ejus patrocinii efficacia, Civium suorum reliquiis esset facultas. Mirum dictu? Ab ea voti nuncupatione omnis cruentæ mortis flamma ita restincta est, nè scintilla quidem superfuerit. Illic protinus consfregit tumentes mortiferi vis fluctus suos, quæ diù in morem maris debacchata, alluere omnia atque obruere minabatur. Tum sereno vultu, teloque deposito, Justitia de Cœlo prospexit, misericordiam complexa, atque osculata. Quid plura? Annuit Genitricis suæ precibus placatum Numen pro sua Parthenope deprecante, nubemque furoris atrocissimam, statim exegit, nè (toto effuso nimbo) præclarissimam hanc, cum suo Regno, Vrbem; tantam hominum multitudinem, cum liberis, bonis fortunis; totius denique Italiæ lumen, pulcherrimumque Jtaliæ lumen, pulcherrimumque viridarium extinctum penitùs tumulatumque videremus. Quid, quod damna ipsa, & incommoda, quæ quasi fœdissimi morbi vestigia aut sempiterna in hac Vrbe, Regnoque futura, aut perdiù hæsura irremediabiliter videbantur, brevi paucorum annorum periodo, eodem Numinis beneficio, pace ioter Christianos Principes data, externarum nationum commerciis, terra, marique restitutis, novæ sobolis florentissimo quodam Vere repullante, ita jàm reparata videmus repararique in dies magis, vigilantissimi, ac optimi Principis, Regis iu ea vice fungentis, cura, & diligentia, superamus, ut ad pristioum illum splendorem, gloriam frequentiam accedere proprius, aut accessuram brevi censeri possit. Vtinam hanc tranquillitatem, non iterum scelera nostra perturbent? tantamque apud Deum Patronam impetratæ nobis veniæ non aliquando pœniteat? Cui, Ego Deique liberatori filio devotissimi animi erga, me, meaq; hęc Cõmentaria VI. Nonas Julii, die ipsius Visitationi, Gratiisque sacro olim cæpta, eodemque ipso die nunc typis tradita, atque initiata, do dico, consecro. Anno M. DC.LXI.

RITUS

RITUS PRIMUS.

IOANNA Secunda Dei gratia, Ungariæ, Hierusalem, & Siciliæ, & Croatiæ, Ramæ Serviæ Galatiæ Lodomeriæ, Comariæ, Bulgariæquè Provinciæ, Forcalquerii Regina, ac Pedemontis Comitissa. Universis, & singulis præsentis Edicti seriem inspecturis. Circa reformationem, & augumentum Regni nostri Siciliæ ac generalis jestir.æ Regni ejusdem, &c. Itaquè tam officialium nostrorum processibus, quam fidelium statibus provisionis nostræ remedio subvenimus, maximè in nostris Magnæ, & Vicariæ Curiis, quæ sub regiminæ nostræ protectionis præcipue in hac nostra Civitate Neapolis, & toto Regno nostro sunt justitiæ deputati. Harum sacrarum novissimarum nostrarum constitutionum edicto irrefragabili, ac firmiter valituro, sancimus decernimus, statuimus, & mandamus motu proprio de certa nostra scientia, cum provisa matura, & digesta nostri Consilii deliberacione consulta, quod omnes infrascripti Ritus, observantiæ, in nostris Magnæ Vicariæ Curiis, & qualibet earum. de cætero inviolabilitet observentur omnes verò alios Ritus, & observantias dictarum Curiarum hactenus observatos, & servatas, per præsentes, de dicta certa nostra scientia, proprio motu, & cum dicti nostri Consilii deliberatione natura, irritamus, cassamus, ac viribus, & efficacia vacuamus: nulliusqnè esse decernimus roboris, vel momenti.

SUMMA RERUM.

1 *Curiam multis nominibus Oratorum Princeps appellavit templum scilicet sanctitatis, amplitudinis &c. Caput Urbis aram sociorum, &c. Quique illius dignitatem excrnavit.*

Altara. & Tribunal, Grecè aptè significat Bhua

2 *Bithinis Tribunal eratè conspectu solis; Soli enim comparatur Justisia, & quare.*

3 *Antiquitus Tribunalia juxta templa constituebantur, & cur.*

4 *Ut certus, & stabilis constitueretur locus pro publicis curis agendis sapienter est factum, qui locus variis nuncupatur nominibus.*

5 *Ante Romulum Curiæ, & parlamenta sua habuerunt initia. Er de privilegiis Palatii in quo justisia exercetur, remissive, & de verbo Curia, & quot fuerunt Romæ.*

6 *In hac inclita Civitate plura sunt constituta Tribunalia, ac Magistratus, Concilium nempè Status, seù belli præsuntque in eo Magnates à Rege electi negotia militarib, ac Regni regimen politicum agitantes.*

7 *Alterum Collaterale Consilium, ad latus Excellentissimi Proregis, & qui ibi præsunt, regunt Cancellariam.*

Et Collaterales Consiliarii, ac Regentes Regiam Cancellariam dicuntur.

8 *Præcipuum munus est istorum, nomine Magni Cancellarii libellos sive, memorialia expedire, habentque eandem cum ipso Prorege potestatem, nec sunt illius assessores, sed Sacra Catholica Majestas.*

Ac utrumque consilium amplissimum, summeque authoritatis semper est habitum.

9 *Confutatur Surgens, qui seditios solùm ad Ragia Cancellariæ munus admitti, scriptum reliquit.*

Sed laudandus utiquè si nobiles dixisset, & quare.

10 *Regentis Cancellariam hujus Regni munus minimè separatum, ac diversum esse ab illo Regentis Supremi Italiæ senatus ostenditur.*

Regens pro hoc Regno sedes in Supremo Concilio apud nostrum Regem, uti Regens Regiam Cancellariam hujus Regni expeculsati gratia, illique munuscula Salis, Zacchari, & Ferri debentur.

Recensetur dissidium inter D. D. Reg. Jacobum Capycium Galeota, & Regens Franciscum Antonium Musettula circa præcedentiam, & Collateralis Consilii determinatio in medium affertur.

Regens in Supremo Italiæ Concistorio præferatur nè semper Regenti Neapoli residenti.

11 *Ex usu inolito in hac Civitate Excellentissimus Dominus habet scriptorium, quos derivatur à scriniis, residentque in eo duo a secretis, alter justitiæ, alter belli gubernaculum sustinentes.*

12 *Est & Sacrum Consilium, cujus Alphonsus I. Rex Aragonensium. Regno pacis lenitate sublevato auctor fuit quod magnum Tribunal de anno 1445. regebatur in Monasterio Sanctæ Claræ, traslatum deinde in Castrum Capuanum.*

13 *Sacri Consilii jurisdictia perampla est in quascunque causas, & personas, exceptis iis, quæ fisci patrimonii æra tangunt,*

Et quanta sit authoritas, quantiq; nominis celebritate apud exteras quoquè gentes viguerit, ac potissimum his nostris temporibus vigeat, ostenditur.

14 *Sacri Consilii scita, seù decisiones, num vim legis habeant extricatur.*

15 *Sacrum Consilium jurisdictione, & ordine superius habet Collaterale Consilium.*

16 *Sacrum Consilium, congregatis quatuor classibus prævia Proregis licentia, poteris articulum juris dubium determinare per modum legis postea servanda, & casus recensetur in ardua quæstione, an hæres cum b. l. & in defuncti æra proprio nomine soluere obstringens, potiri debeat confecti inventtrii beneficio.*

17 *Senatus, si in aliqua causa judicium obiit, non legis vim judicatum habet, nec ceteris valet afferre præjudicium.*

18 *Sententia aliqua, si errorem, aut injustitiam habeat, haud sequenda erit.*

Et mutatis temporibus varias in eodem articulo fuisse sententias prolatas, non solum in diversis prætoriis, sed in eodem ferè Senatu ostenditur, iisq; Judicibus, de qua re Plinii, & Marchionis Marchoni querela.

19 *Adest quoque Tribunal Regiæ Cameræ Summariæ à Friderico II. fundatum, ab Alphonso Primo auctum, & reformatum, & in Castro Capuano anno 1540. translatum sub Carolo Quinto.*

Et unde nomen habuit, Cameræ.

20 *Huic Tribunali præsunt Locumtenens, & duodecim Præsidentes, octo scilicet Togati, & quatuor sine togis.*

Et an isti quatuor non togati jurisdictionem exerceant? Privatisque detur licentia resistendi hujusmodi officialibus, quatenùs excedunt.

Cameraque Tribunal, an supremæ censeatur authoritatis.

21 *Dissidium exortum inter Regios Consiliarios, ac Præsides Regiæ Cameræ; utris priores in consensibus sedes debeantur, recensetur.*

Pro Consiliariis scripsit Antonius Miroballus, & pro Præsitibus D. Carolus Calà.

S. C. est Tribunal antiquius Regia Camera.

In eo præsiderunt Reges, & supplices libelli cum titulo Sacræ Regiæ Majestatis porrigebantur, qua appellatione insignitur Præses ipsius S. C.

S. C. sententiæ Regis nomine proferuntur, & tunc titulus Illustris, Exc. Regni Proregi tribuitur.

Viri Illustres in eodem Senatu uti Præsides fuerunt deputati à Regibus ex variis negotiis præpeditis.

Michael Petra auctoris gentilis Viceprothonotarii Magistratum sub Ferdinando Seniori Rege, gessit anno 1459. fuit Regius Consiliarius, & in anno 1468. S. C. Præsidens fuit adlectus.

D. Didaci Zufia Marchionis Matonti Præsidentis degnissimi laudes recensentur.

Regia Camera an sit antiquior S. C. & quo tempore erecta

Præsidentes fuerint nè subrogati in locum Magistrorum Rationalium.

Ipsi suam authoritatem ampliorem faciunt ratione materiæ, Clientelæ, & Reipublicæ gubernii: Non gaudent feriis æstivis, & superant Consiliarios in labore.

Actus possessioni non juvant, facti conquerente parte.

Præsidentès, etiam si voluissent non poterant toti ordini Regiæ Cameræ præjudicare.

Auctor in quæstione tàm gravi præcedentiæ, suum non aperit sensum, & plurimum se debere fatetur Consiliariis, & Præsidentibus, & utrumque Tribunal, ut geminum parentem, veneratur.

22 *Nostra Magna Curia grandis appellatur, quia est Curia immediatè Regis.*

23 *Duo illa Tribunalia, alterum scilicet Magnæ alterum Vicariæ Curiarum distincta fuere tempore Reginæ Joannæ.*

Et concordantur verba postremi Ritus contrarium apertè demonstrantia.

24 *Antiquitus Tribunal Magnæ Curiæ binas sustinebat personas, & quas.*

25 *Apellatione Curiæ hac suprema Mag. Curia intelligitur: ipsasquè dicitur Speculum Justitiæ, & Luminare majus.*

26 *Jurisdictio Sacri Consilii quamvis major, & superior, restrictior tamen est quàm M. C. quia de criminalibus non cognoscit, nisi tantum in appellationis gradu; Magna Curia verò in cujusvis procedat in his quæ in ipso Sac. Consilio vertuntur criminaliter, nisi facta relatione in ipso Sacro Consilio.*

Et commendantur, qui ampla, & docta Juris responsa edidere de hujus Tribunalis M. C. jurisdictionis amplitudine.

27 *Quatuor hæc præcipua hujus Civitatis Tribunalia D. Petrus de Toledo simul conjunxit, & eodem in loco statuit. & instar miraculi est, uno in Palatio, atque in aula innumeram hominum multitudinem videre.*

28 *Tribunal Magni Admirati coæquale est Magnæ Curiæ Vicariæ, cum utrumque sit Regium multasque habet ejus Judex prærogativas.*

29 *Tribunal hoc parem jurisdictionem habet cum M. C. V. sed limitatam, in causis tantùm maritimis, nautis, & viventibus de arte, & industria maris civilem, & criminalem jurisdictionem exercendo.*

30 *Ab hoc Tribunali componuntur omnia delicta, præter crimen raptus, & osculi violenti.*

31 *Adest Tribunal Electorum hujus Civitatis ex provisione Serenissimi Regis Ladislai, cujus munificentia illud amplissimis fuit decoratum privilegiis.*

Et quodnam sit munus horum Electorum, Præfectoquè annonæ an rectè comparentur.

Eorumquè munus imperatorum tempore quænam respiciebat.

32 *Tribunal hoc regitur per sex Electos, quinque nobiles, & unum popularem.*

33 *Istis sex viris, nedum annona, & grassia demandata fuit amplissima cognitio, sed etiam à Ferdinando I, perampla fuit impartita jurisdictio, & contra quos applicando intercepta, & pænas pecuniarias Xenodoch. a S. Mariæ Annunciatæ.*

Et an Regii officiales meritò denominentur.

34 *Si duo., vel tres Electi ad impositionem mulctæ procedant contra Apothecarium, vel Pistorem, num pæna pecuniaria debeatur Xenodochio prædicto, virtute præfati privilegij, an vel officio Justitiarii annonæ.*

Et an Electi ipsi simul juncti adesse debeant Tribunali. ut Collegii corpus representetur. Et pro inquirẽdis per urbem subditis quatuor ex eis non tamen pauciores incedere.

35 *commendatur Piissimus Rex Ferdinandus, & Augustissima Virginis Deiparæ hospitale memoratum, inter cetera Neapolitanæ Urbis ornamenta præcipuum recensetur.*

36 *Coccius Nerva, pueros parentibus destitutos, vel magna in inopia natos, suis sumptibus per Italiam educari mandavit.*

37 *Inclytæ, ac Fidelissimæ hujus Civitatis Electi jurisdictionem criminalem non possunt exercere in rebus ad annonam spectantibus. Et num. 39.*

D. Carolus Calà, tunc Advocatus Fiscalis, nunc Regiæ Cameræ Præsidens ac Diam Lux, calamum contrà Civitatem arripuit.

38 *Municipales Magistratus criminalis jurisdictionis prorsus habentur incapaces, Princeps verò*

rò respectu talis jurisdictionis fundatam habet intentionem in toto Regno, jurisquè assistentiam.

39 *Si quis in aliquo Regni loco prætendat jurisdictionem, illam probare debet, titulumquè cogitur ostendere.*

40 *Recensentur celeberrimi hujus Regni Jurisconsulti, qui pro Civitate scripsere, quod scilicet ipsius Electi jurisdictionem habeant criminalem.*

41 *Civitas hac ad præsens jurisdictionem hujusmodi non exercet, sperat tamen id se consequaturam à sui Potentissimi Regis benignitate; Cujus nomen Philippus, Amatorem Equi latinè sonat.*

42 *Ritus, & observantia unum, idemquè hoc in loco significant, promiscuequè sumuntur: moresquè, & usus, qui in Magna, & Vicaria Curiis servari consueverant, in unum colligere, & sub nomine rituum promulgari placuit.*

Et an sint inter se dissimilia Ritus, Observantia, Consuetudo, & Stylus.

43 *Ritum in re, morem verò in sermone consistere nonnulli affirmant, triaquè reperiuntur adverbia, idipsum importantia, ritè scilicet, rectè & benè.*

44 *Ritus ejusmodi M.C. jus faciunt in Regno, tradiquè debent observantia in Tribunalibus inferioribus, semperquè contrahentes illis se submittunt, licet id non exprimant, præterquam in Sacro Regiò Consilio, & quare.*

45 *Constitutiones Regni nùm sint jus cõmune in eod. Regno, anuè Statuta specialia interpretanda, quominus jus commune lædant.*

46 *Consuetudo altera lex est, differtque à lege tanquam tacitum ab expresso.*

Eaq; si dubie fatur, juris admittit interpretationem, si verò clarè, à jure prorsus recederet, etiam in materia feudali.

47 *Consuetudo an jus adolere possit, quod clausulam continet derogatoriam, quavis consuetudine haud obstante.*

48 *Consuetudo vetustissima pari passu cum privilegio incedunt.*

49 *Consuetudo ut valide reputetur præscripta, quale tempus exposcat, ut autem titulata, quot actus requirat. Et nu. 49. & 50.*

Et datur tripartita Consuetudinis distinctio, & qua.

50 *Consuetudo legitimè præscripta non erit, qua annorum quadraginta spatio inducta non fuerit.*

51 *Ad consuetudinem inducendam non opus est, ut quandoquè saltem fuerit judicatum, & judicialiter cognitum, sed dumtaxat populi consensus satis est.*

52 *Unicus ad consuetudinem non sufficit actus, sed plures concurrere debent, saltem bini.*

Et an sufficiat unicus actus notorius, & qui totò populo, vel Collegio innotesceret.

53 *Inter unum alterumquè actum temporis exquiritur interstitium, ità, ut si eodem momento, ac minimo temporis puncto plures reiterentur actus consuetudo haud inducta dicatur.*

Et an solitum singulari actu peroptimè probetur.

54 *Titulata, sivè judicata consuetudo nullum exigit tempus, sed judicatum dumtaxat iteratis vicibus, omnisquè strictam admittit interpretationem, nec modo ullo est extendenda de casu ad casum, neq; de loco ad locum, neq; de persona ad personam.*

55 *Consuetudo vingens in uno quarterio, alium quarterium non afficit.*

56 *Consuetudo, in Civitate introducta æqualiter in omnibus ejus vicis observari debet.*

57 *Consuetudo tantum habet de potentia, quantum habet de actu, & usu.*

58 *Disponens præsumitur, se conformem reddere locali consuetudini, testandiquè facultas alicui tributa, secundùm loci consuetudinem, ubi tabula conduntur, intelligitur.*

Paterquè si filium, vel filiam instituat in eo quod ad ipsos de jure spectat, jus statutarium attenditur, & non commune.

59 *Promissio à viro facta de restituenda dote in casibus à jurè permissis, jus consuetudine approbatum comprehendit.*

60 *Stylus usus quoquè est, & observantia, sed Tribunalium tantùm, & Curialium, in unaquaquè Curia respectivè servandus.*

61 *Judex non servando stylum Curiæ, ita faceret litem suam, quemadmodum, & si jus commune parvipenderet.*

62 *Sententia contra stylum prolata, nullitatis labe maculata est.*

Et qui secundum consuetum in citando stylum non fuerit notificatus, e rita contumacia immunis. si non comparuat.

63 *Stylo potius standum est, quam consuetudini.*

64 *Stylus quanto tempore inducatur remissivè, estquè concludenter, & formiter probandus, illum fuisse legitimè præscriptum, & quando.*

65 *Cùm receptis probationibus in causa, aliquem extare in illa Curia constiterit stylum, salvis in causis de illo docere non oportebit.*

66 *Judex quod in actis scribere satagat, se instructum fuisse de stylo à viris, sic attestantibus, sat erit.*

67 *Stylus excipiendi testes per Notarium haud repugnat cum jure communi.*

68 *Judex appellationis stylum Curiæ illius Judicis, à quo fuit appellatum, sequi obstringitur.*

69 *Causa ad superius translata Tribunal, remedio appellationis, eandem retinet, non diversam consequitur naturam.*

70 *Cùm diversi, & prorsus distincti, superioris jussu, conjunguntur ordines, sententia profertur juxtà illius Tribunalis stylum, cui fuerit aliud adjunctum.*

71 *Stylus particularis Notarii attendendus quoquè est.*

72 *Si in loco contractus unus vigeat, diversus autem in loco judicii, utri standum sit.*

73 *Usus difformis nullum inducit stylum, nec consuetudinem, nisi diversitas proficeretur ex actibus, qui se compatiuntur cum ipsa consuetudine.*

74 *Qui potest post dies quindecim facere, regulariter multò magis poterit intra illos.*

DE

DE Curia, hoc est, justitiæ aula, publici consilii sede nonnulla dicturus, Ciceronis præclarissimi Forensium Oratorum Principis testimo-
1 nium quo illius dignitatem amplissimè exornavit initio hujusce operis preterire non possum. Agens enim in oratione pro Milone, de Romana illa Curia, Clodio Duce atque Auctore succensa ità, & factum deplorat, & locum dilaudat: *Quo* (inquit) idest facto) *quid miserius, quid acerbius quid luctuosius vidimus. Templum sanctitatis, amplitudinis, mentis, consilii publici, caput Urbis, aram Sociorum, portum omnium gentium, sedèm ab universo populo concessam uni ordini inflammari, excindi, funestari?* Quibus professò verbis nihil exornatiùs, nihil eloquentius dici poterat. Ex quo facilè intelligere erit, quàm aptè à Græcis βῆμα Curia vocetur, quod verbum, & Altare, & Tribunal significat, nimirum, ut ostendatur eodem ferè modo, & judiciis,
2 & hostiis immolari Deo. Bythinia è conspectu solis tribunal erat, quod illud tanquam sacrosanctum causæ dijudiandæ præesse dicerent, superstitiosa quidem isthæc observatio erat, ad rem tamen nostram maximè faciens; ad solis enim aspectum patebat Curia, ut ostenderetur tribunal, justitiæ domicilium, hoc est alterius solis sedem, Cœlo ipso penè nobiliorem esse: soli enim comparatur justitia, cùm ex ea cæteræ virtutes, tanquam è fonte lumen deriventur; Solis radiis forus ille illustrabatur, ut inde intelligeremus, nostrates Curias esse, quæ à justitiæ sole, ac luminum parente Deo, sanctissimis illustrationibus aspergi promereantur. Solem intuebatur Bithynium Tribunal, ut viderentur ipsius Judices rectæ rationis, quæ Microcosmi Sol est, lumine, dumtaxàt duci, & sapientiæ jubare, quæ Soli etiam comparatur,
3 inter judicandum illustrari; quin, & antiquitùs juxtà templa collocabantur Tribunalia, ut hac re monerentur judices, se à Deo constitutos, ejusdem subjectos, judicio esse, *Plato lib.6. de legib. Surg. de Neap. illustr. cap. 6. num. 15. Borrell. de præstant. Reg. Cathol. cap. 60. num. 10.* subdens, Athenienses Areopagitarum Senatum in templo Martis constituisse, quod hisce nostris temporibus ob sacræ domus reverentiam haud permittitur, *cap. decet*, ubi *Gemin. num. 3. de immunit. eccles. Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de divers. provis. §. de nundin. num. 11.* Ex his jàm satis in-
4 telligi potest, quanta sapientia, & consilio majores nostri locum certum in Urbe, ac fixum, ubi publicas agerent curas, esse voluerint, ac pro dignitate, magnificis eum substructionibus, pulcherrimis subselliis, singularibus ornamentis in morem Aulæ Regiæ, ac Reginæ Justitiæ domicilium exornarunt. Cujus quidem loci, etsi Curiæ à curis ipsis publicis, ut *Festus*, atque *Isidorus* putant proprium, ac maximè receptum nomen feratur, aliis tamen ab aliis appellari consuevit, Consilii scilicet, Senatus, Ordinis, Collegii, Congregationis, Capituli, Adunantiæ, Corporis, *Anton. de Rosel. in tractat. de potest. Papæ*, quem post *Curiam Pisan. & Bovadill.* laudat *Mastrill.* perlegendus *de Magistr. lib. 3. cap. 9. num. 29.* Dici quoque solet Palatium, & prætorium, *l. 2. de decurion. Marc. Ant. Surg. add. tract. cap. 24. num. 9.* Tribunal, *cap. forus de verb. sign. Glos. in cap. 1. de sent. & re judic. verbo Tribunal, Divus Thom. 3. par. q. 59. art. 1. Petr. de Gregor. Tholos. cap. 6. num. 4. de republ. lib. 2.* Et tandèm Curia, *l. observare, verbo curiam C. de decurion. lib. 10. & ibid. Jo. de Plat. & Luc. de Penn. Borrell. cons. 26. num. 32. vol. 1.* Has Curias inventas fuisse de jure digestorum, illasque primo celebrasse Romulum Romanorum Regem, ac Parentem, memorat *Petr. Belling. de invent. Curiæ rub. 2. num. 1.* quem redarguit *Borrell. in add. ibid. lit. A. & B.*
5 tradens antè Romulum Curias, & parlamenta sua habuisse initia. Privilegia, quibus potitur palatium, in quo justitia exercetur, enumerat *Mastrill. add. loco à num. 34.* De verbo Curiæ, & quot istæ Romæ fuerint, meminit *Andr. Tiraq. annot. ingenial. dier. cap. 16. lib. 1.*

In hac verò inclyta Civitate plura Tribunalia, & Magistratus sunt constituti, ex quorum diversitate illa ornatior redditur. *Mut. Surg. de Neap. Illustrat. in addit. ad patrem sub num. 334. pag. 334.*

6 Primum est Concilium Status, seu Belli, de quo meminit *Bovadill. in polit. lib. 1. c. 9. num. 14. & tom. 2. lib. 4. cap. 2. num. 5.* & in eo præsunt Magnates a Rege electi, negotia militaria, ac regimen Regni politicum agitantes, & de hoc perbellè loquitur *Jo. Dominic. Tasson. de antefat. ver. 3. obser. 3.* & hi vocantur Consiliarii Status, qui præcedunt etiam Regentibus Togatis in Collaterali Consilio, quando simul confident, etiam in votis proferendis, ut per S.M. declaratum tradit *Mastrill. cit. tract. de Magistr. lib. 4. cap. 14. tit. de Conc. belli, Reg. Sanfelic. decis. 223. lib. 2.* ubi curiosam extricat quæstionem, si in omnibus aliis actibus præferantur, & resolvit, Regentes tàm in junctis, quàm in cæteris actibus præcedere.

7 Alterum est Collaterale Consilium ad latus Excell. Proregis in ejus palatio quoque assistens, & qui ibi præsunt, cancellariam regunt, antiquitùs magistri libellorum nuncupati, *Bulg. in l. nec quicquam ff. de off. Proconsul.* in quo honore *Papinianus* fuit, *l. rescriptum ff. de distract. pignor. Frecc. de subfeud. lib. 1. de offic. Magn. Cancell. Surg. add. tract. cap. 26.* Hi enim sublimis hujus dignitatis prorogativis fulti Collaterales Cōsiliarii; *l. 1. C. de præpos. labor. lib. 10.* & Regentes Regiam Cancellariam dicuntur, quorum præ-
8 cipuum munus est nomine M. Cancellarii libellos, sivè memorialia expedire, *prag. 1. de fid. instrum.* privilegia inspicere, & providere, *Frecc. nu. 29.* aliaque peragere, quæ copiosè enumerat idem *Tasson. ver. 7. observ. 3.* habentque eandem cum ipso Prorege potestatem, *Reg. Tapia dec. Ital. 3. nu. 9.* sunt etenim pars corporis Regis, *l. humanum C. de legib. l. quisquis C. ad l. Juliam Majest. Borr. dec. 17. num. 4. Matthieus in Dialog. Relator. par. 1. cap. 4. num. 9. Reg. Valenz. cons. 94. num. 4. Reg. Sanfelic. in prax. judic. sect. 26. à num. 5. Reg. Ravit. in prag. 12. num. 2. de official.* & sine eorum voto, quod habent decisivum, nihil Prorex agere potest, latè *Reg. Sanfelic. dec. 62. num. 2. lib. 1.* in iis potissimum, quæ concernunt justitiam, *Franc. Mar. Prat. lib. 1. discept. forens. cap. 44. nu. 14. D. Cons. Paul. Stath. resol. forens. 64. num. 10. lib. 1. Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 12. de delegat.*

legat. causar. num. 17. inquiens longè illos aberrasse, qui tradunt Regentes esse D.Proregis assessores, insequitur idem *Franc. Mar. Prat. ad Mustatel. par. 2. Glos. conceduntur vers. & quatenus, & lib. 2. discept. forens. cap. 25. n. 16.*

Utrumque verò Consilium amplissimum, summæque authoritatis semper habitum est, atque hoc tempore præsertim habetur, quo eum viris principibus doctrina, prudentia, ac sapientia singulari ornatis, tanquam cum sideribus, undequaque refulgentibus, Excellentissimus Prorex veluti sol fulgidissimus, justitiæ, pietatisque radios nitidissimos effundit.

9 Miror tamen *Surgentem cit. tract. de Neap. illustrat. cap.* 17. nimiùm suis sedilibus favere, qui scriptum reliquit, sedilitios tantùm hujus Civitatis patritios ad Regentis Cancellariam munus admitti, cum res ipsa contrarium evidentissimè jure ostendat, si nobiles dixisset, non utique videretur improbandus, nàm Reipublicæ interest, per Nobiles regi, *Franc. de Petris festiv. lect. lib. 1. cap. 7. num. 25.* Sed sedilitios expressit, qui eatenùs æstimandi, quatenùs nobilitate fruuntur, ut nos alibi advertimus.

10 Illud tandèm de hujus Regni nostri Cancellaria memoratu dignum est; quod omnium Doctorum, præter *Martini Freccia* diversum opinantis in *citat. tractat. tit. quis dicatur Dux numer.* 52. quem pauci sequuntur; suffragio nititur, eam scilicet ab illa, quæ Matriti apud Catholici Regis nostri Majestatem constituta est, nihil disiunctum, aut impar habere, sed ipsissimam esse, ac veluti unicum Consilii corpus ex utraque existere, *Surg. sæpe cit. tract. cap. 27. num. 40. in fin. & 41. Reg. de Ponte in add. tit. de delegat. causar. sub nu. 17. Reg. Tapia lib. 2. jur. Reg. tit. 32. de offic. M. Cancell. num. 4. & dec. Suprem. Ital. Senat. 21. num. 13. & 14. R. Valenz. consl. 94. num. 41. lib. 2. Reg. Reverter. dec. 444. Reg. Capyc. Latro consult. 43. à num. 36. lib. 1.* de hoc ampliùs dubitari non posse subnectens, ex peculiari gratia, à Sua Cæsarea Majestate impartita in parlamento anni 1536. registrata inter capitula, & gratias, huic Regno concessas, in *cap. 24. memorati parlamenti*, ubi ad hujus Urbis preces placuit Carolo V. Invictissimo concedere, ut in Regia Curia assisteret unus ex Regentibus Regiam Cancellariam hujus Regni, quod confirmatum extitit ex *cap. 25. in parlamento anni* 1554. Hinc Regens electus pro supremo Italiæ Senatu, & in eo Consilio residens obtinet omnia munuscula salis, zacchari, & ferri, quæ cæteris Collateralibus hujus Regni Consiliariis præstantur, teste eodem *Reg. Capyc. Latro num.* 47. qu in) quemadmodùm suo tempore semper fieri consuevisse testatur ipsemet *Reg. Capyc. Latro)* quoties quempiam ex hac Civitate evocari ad Supremum illud Italiæ Consilium Matritense contingit, is antequam proficiscatur, in Neapolitano Collaterali obeundi muneris auspicia capere, ac possessionem inire solet. Quod non multis antè annis, duo Urbis hujus præclarissima lumina, Reg. Jacobum Capycium Galeota, Fabii superioris Regentis filium, ac laudum, virtutumque hæredem, qui ætate adhuc florensi, meritis magis, quam annorum gravitate matura, nobilissimo genere, & equestri natus, in equitum S. Jacobi numerum ascitus, probitatis, ac doctrinæ propè miraculum, Regiæ Cameræ primùm Præsidem se laudatissimè gessit; inde ab Rege ipso Catholico D. N. ad Regentis in Supremo Italiæ Consilio munus evocatus est. Et Reg. Antonium Miroballum, cujus viri nomen, & virtus, morte ipsa licet invita, manet, æternumque manebit; Illum Excell. Comite de Castiglio singularis prudentiæ, & probitatis Principe; Illum Excell. Pignorandæ Comite Regni hujus jam habenas suavissimè, ac sapientissimè moderante; fecisse, quilibet suis oculis potuit videre.

Hoc igitur cum dubio omni procul videatur: nullum inter utrumque Areopagum discriminis esse locum, sed utrique paria, omnia, & communia esse tribuenda ex unitate formæ, & originis, ut ex *Jo. Andrea de Georgio alleg. 5. num. 11.* comprobat *Reg. Valenz. cit. consl. 94. num. 24.* jure prælaudatus Dom. Reg. Galeota, cùm uti diximus Regens illius Supremi Italiæ Consilii jussus fuisset, atque in isto Collaterali possessionem adiisset, aliquot antè mensibus, quam ibidem D. Franciscus Antonius Musettula vir doctissimus, è Decano Sacri Consilii meritò egregiæ virtutis, idem dignitatis (Regens, & ipse jussus) obtineret: reversus ab H. spania ad hanc Urbem (quam suo adventu lætitia maximoperè affecit, & novæ virtutis radiis Regnum totum illustravit) jure, in quâ, maximo præferri se cæteris aliis Regentibus, post initam à se possessionem ante suum in Hispaniam digressum creatis postulavit. Cui petitioni non tantùm ipsam æquitatem favere ajebat, sed & Regiæ Majestatis mandatum, quod omninò exequi par esse videretur.

Et quamvis obsistente D. Reg. Musettula, eo tempore ob mortem Regentis D. Joannis de Burgos Decano, hancque sibi prærogativam contendente; in Collaterali tamen referente D. Reg. *D. Felice Ulloa* homine summa morum suavitate, doctrinæ omnibus ornamentis prædito, ac de Republica optimè semper merito pro D. Regente Galeota decisum fuit, & idem in executionem mandati S.M. præferri jussus sub die 10. Martii 1661. penès è mandatis scribam Joseph Griveliam, patrocinantibus pro D. Regente Galeota D D.Marco Aurelio de Matteis Barone Tini: & pro D. Reg. Musettula, Francisco Maria Prato, viris peritissimis.

Quam præeminentiam, idem D. Galeota non solùm sibi deberi intellexit, uti priùs electo in eodem genere dignitatis; sed etiam si munus Regentis in Supremo Italiæ Consilio aliud, atque omninò disiunctum, à Regentis munere in hoc Collaterali censeretur; nihilominùs sibi deberi; quandoquidèm illud immediatè Collaterale Regis esset, atque isto Neapolitano dignius, ac proindè in eo fuisse Regentem, aliquid majus esse, quam in isto fuisse, magis namque illustratus dicitur, qui ad latus Principis assidet, ad *text. in l. 1. C. de præpos. lab. lib. 12. Reg. Capyc. Latr. add. consult. 43. num. 12. ex Jo. de Montayen. de author. magn. conf. num. 4.* digniorque censetur, qui in altiori loco sedet, & altior locus denominatur, qui proximior est domino, *Boer. de auctor. Magn. cons. num. 4. Michael Ferro Manriquez tract. de preced. quæst. 17. num. 1. in fin. Jo. de Solorzan. R. Consil.* in

in alleg. super præcedentia Supremi Indiarum Consil. num.41. Card. Jacobac. de consil. lib. 1. art. 1. num. 246. & 273. & confert regula *text. in cap. stacnimus de majorit. & obedient.* ibi, *& qui major est in ordine, etiam si postea sit receptus potiorem esse volumus*, confirmata in *l. ex agentibus 4. §. sed in salutationibus, C. de Princip. agentib. in rebus lib.12.* eamque statuunt *Præs. de Franch. dec. 365. Petr. Gregor. de Republ. lib.4. cap. 6. num.9. Reg. de Ponte cons.14. num. 44. & dec. 8. Fab. de Anna cons.40. num.25. Reg. Valenz. cons.34. num. 88. Marcell. Maur. alleg. 50. per tot. Reg. Rovit. cons.84. à num.3. & decis. 65. Peregr. cons.3. n.39. lib.3. Reg. Capyc. Latro d. consul.43. n. 17. & seq. & Larr. alleg.52. n.1. & 14.*

11 Inolevit etiam usus in hac Civitate, ut Excell. Dominus habeat scriptorium; novitio, ac barbaro quidèm nomine, à scriniis tamen, ni fallor, deducto, ac derivato, de quibus scriniis extant integri *tract. in 12. lib. C. Justin. de Magistr. sacr. scrin. & de prox. sacr. scrin.* Quæ scrinia apud veteres Principes recondebant res ab ipsis Principibus gestas cum consilio sapientum, unde, & plura scrinia erant in palatio Principis, memoriæ scilicet, libellorum, Epistolarum, & dispositionum, *Grison. de verbor. signific. lib. 7.* Scriptorium nostra tempestate omninò separatum, & sejunctum est à Conciliis ad latus Principis collocatis, & in eo duo a secretis resident, alter justitiæ, alterque belli gubernaculum sustinens. Hi verò nonnisi maxima doctrina, diuturnaque rerum experientia eliguntur, qu & Reipublicæ gubernacula regere noverint, & justitiæ lances, non ex gratia, aut ex muneribus, sed ex æquo, & vero teneant, & moderentur.

12 EST, & Sacrum Consilium, cui Alphonsus Primus Rex Aragonum post bellorum calamitates, Regno pacis lenitate sublevato, inter cætera ab eo exantlata præclarè facinora, fundamenta jecit, *Frecc. lib. 1. tit. de antiq. stat. Regn. sub num.31. ver.16. fuit. Reg. Tapia de offic. S.C. num.6. lib.2. jur. Regn.* quos refert *D. Consil. Staiban. lib. 1. resol. forens. 50. num. 2. Capacc. in lib. nuncupato il forastiero giorn. 7. pag. 584.* quamvis hanc laudem Ferdinando, tribuat *Surg. citat. tract. c.17. num.45.* & annotavit etiam *Reg. Capyc. Latro dec.68, num. 8. lib. 1.* Quod prorsùs à veritate est alienum, hic enim tantùm institutum ab Alphonso consilium in formam erexit Tribunalis majori Consiliariorum adhibito numero; Magnum hoc Tribunal suæ constitutionis initio anni 1445. regebatur in Monasterio Sanctæ Claræ, *Gramm. in const. Advocatos num.7.* usque ad annum 1539. deindè translatum cum aliis Tribunalibus in Castrum Capuanum propè Civitatis mœnia industria & solertia Excell. D. Petri de Toledo tunc Regni clavum sustinentis, *pragm. 6. §. erat olim de offic. S.C.* Unde, quod priùs de Sancta Clara Consilium vocabatur, postmodùm Castri Capuani fuit de-
13 nominatum? Ejus jurisdictio perampla est in quascunque causas, & personas, iis tantùm exceptis, quæ fisci patrimonii æra tangunt, *Franch. dec. 338. & dec. 601. num. 5. Surg. add. tract. de Neap. illustr. c.26. num. 22. Consil. Carleval de judic. lib.1. disp.2. q.8. sect.6. num. 1151.* & principaliter de gravaminibus remedio appellationis cognoscit; cum M.C.V. sit illi submissa *de Franch. dec.344.* De hujus Tribunalis, ejusque Præsidis prærogativis, ac privilegiis plena manu pertractant *Tasson. cit. obser.3. n.62. Nicol. Top. de orig. Tribunal. par.2. lib.1. de orig. S.C.*

Cujus Areopagi Italiæ sententiæ, ac decreta, non secus ac è Delphico Tripode prolata oracula ab omnibus haberi consuevere, *Franc. Monaldus cons.123. lib. 1. num. 11. & 12.* & loquitur *Præs. Merlin. controver. forens. cent.2. cap. 1. num. 58. & cap.19. num.1. & Franc. Mar. Prat. lib. 3. discept. forens. cap.30. num.3.* Nèq; immeritò, tanta enim est ejus authoritas, tantique nominis celebritate apud exteras quoque gentes viguit, ut mirum non sit, si illius decisionibus territum se fuisse, *Decius* sui Ævi Jurisconsultorum facilè Princeps fateatur *cons. 379.* quod hoc tempore faciliùs dicturum fuisse putamus, cum tot sapientissimos, atque integerrimos viros antiquissima nobilitate conspicuos, tot præclarissimos ministros sententiam dicere videmus, & tot egregios Advocatos, tot patronos disertissimos in eo convenire perspicimus? An non gravissimo Areopagitarum Senatui consessum hunc tam præclarum comparemus! in quo tot Papiniani, atque Ulpiani, quot Consiliarii, Iudicesque resident? Quid hic non ratum, firmumque habendum, ubi omnia ad sanctissimarum legum normam, atque libellam exactè disquiruntur, ac trutinantur.

14 Cujus Areopagi, omnium sanè integerrimi scita, an legum vim, auctoritatemque obtineant in dubium revocatur; *Affl. tam dec. 113. num. 3.* quem refert *D. Carav. hoc in ritu num. 22.* quàm *dec. 96. num.11. dec.169. num.9. & dec.190. n.7.* affirmativè respondit, insequitur *Marant. in suo specul. in 6. par. ver. quandoq; appellatur nu. 251.* confirmant *Fab. Optinell. in l. imperium nu. 336. ff. de jurisdict. omn. judic. Bolognet. in l.1. ff. si cert. petat. de Franch. decis. 238. in fin.* idem Mediolani observari, testatur *Jul. Clar. in prax. crimin. §. fin. q.38. col. 3.* Contrariæ tamen sententiæ vehementer arridet *Alphan. in d. l. 1. num. 117. cum seq. si certum petatur*, penitùs denegans S.C. potestatem legis condendæ, siquidèm Regnum, & Principum sententiæ, qui aliis subiiciuntur, legis authoritatem haùd habent *Angel. in l. 1. nu.7. ff. de feriis*, ubi *Alex. num.24. & in cons.97. n.5. lib.3. Dec. in l. Civitas num.5.* ubi *Jason. num. 7.*
15 *si cert. petat.* Sacrum autem Concilium, jurisdictione, & ordine Collaterale Consilium superius habet, ut *not. in prag. R. Ferdin. l. incip. sententias de off. S.C.* Hisq; mirificè adstipulatur *tex. in l. 2. §. exactis deinde ver. neque provocatio ff. de orig. jur.* ubi provocatio denegatur à sententiis decem illorum virorum, qui constituti fuerint ad petendas à Græcis leges, cum eis datum esset summum jus, & leges corrigere. Cum autem à sententiis S.C. reclamare liceat, *Affl. dec. 231. Franch. dec. 135.* & alibi, quæ reclamatio appellationis locum occupat; *Gl. in l.1. C. de sent. præfect. prætor. Aadr. in cap. 1. col. 4. si de invest. int. dom. & vass. lis oriat. Affl. in prælud. constit. Regn. q. 10. num. 4.* minimè illud potestatem legis condendæ habebit, repræsentat enim Prætorio præfectum, cui leges promulgare non erat permissum, *l. formam C. de offic. præfect. prætor. Dec. in Rub. C. qui admitt. num.*

num.21.in ult.de5. Rub. conf. 50. *num.*11. Hanc opinionem de jure veram in dec. Rot. Capellæ Delphinatus existimarunt *Fylin. in cap.* 1. *col.* 6. *ver. sciat etiam de ra judic. Franc. in c. duobus de rescript. lib.6. Nicol. Everard.in loc. ab author. num.*10. in Curia parlamenti Paris. tradidit *Boer. in tract. de author. mag. conf.num.*178.*ex Aufred. in add. ad Cappell. Tholos. q.*405. & in Senatu Pedamont. testatur *Thesaur. in præfat. dec. ejusdem nu.*32. & quod regulæ Cancellariæ Summi Pontificis, & Regis non sint leges generales, confirmant *Anchar. conf.* 298. *Affl. in Constit. apud Justitiarios num.* 2. *sub rub. ut justit. & nu. offic.*

16 Quorum plura? certum namque est, quod S.C. quatuor congregatis clasibus, prævia Proregis licentia, poterit articulum juris dubium determinare per modum legis in posterum semper servandæ, *Gramm. dec.* 131 *in fin.* & individualitèr demonstrat ex *Affl.*& aliis *Paulus Christinaeus dec. Curiæ Belgicæ* 63. *&* 65. *tom.* 2. ut observavit die 16. Martii 1603. in ardua, & celebri apud majores nostros questione, num hæres, qui defuncti æs alienum proprio nomine, ac insolidum se soluturum obstrinxerit inventarii confecti beneficio potiri debeat, & adhibita matura consideratione, à tanto Senatu, pro hærede, articuli manavit decisio, cujus memores sunt, *Reg. Sanfelic.dec.*212. *lib.*2. *Reg. Capyc. Latro decis.*115. *lib.*1. *& consul.* 31. *lib.*1. *Thor. par.* 2. *comp. verbo exceptio discuss. Carol.Ant.Moec.in sylv. cas. forens.c.*47. *num.*1. & confert *prag.*47. *§.*2. *de offic. S.C.*

17 At si Senatus in aliqua causa judicia obit, non legis vim judicatum habet, & cæteris præjudicium afferre non valet., *Rebuff. in proem. constit. n.* 12. *Mascar. de probat. concl.*484. *Eman. Themudo in præfat. ad par,*1. *decis. Canon. Portugall. nu.*35. Cæterùm cum sententiæ S.C. sub nomine Regis proferantur à gravissimis Leguleis, & Consiliariis, qui suis scientiis, & Religione Regnum illustrant, atque ornant, secundùm *Bal.in authen. habita §. nàmque, C. ne filius pro patre*, quales erant tempore *Affl.* ut idem dixit in *præfat. dec. num.*7. *dec.*24. *num.*10. *decis.* 269. *in fin. in constit. Regn. in prælud. q.*5. *num.*4. *& in constit. appellationum tempora nu.*43.*de appellat. Sigismund, Loffred. conf.* 1. *num.* 208. *& conf.* 25. *& Marin. Freccia*, ut ipse testatur *lib.*2. *de subfeud. cap.incip. quaro in fin.* Et quales præsunt nostris hiscè temporibus, omninò debent servari,& si non pro lege, saltèm pro stylo habendæ sunt, & observandæ, maximè à Curiis inferioribus, *Menoch. conf.*59. *num.*10. *lib.*1. per *text. in l. nam etsi parentibus §. filius ff. de inoffic. testam. l. denunciasse §. ult. ff. ad l. Juliam de adulter. Bal. conf.*334. *in fin. lib.* 2. *Aymon. conf.* 232. *num.* 2. *Zasius in rubr. ff. de exceptien. num.* 6. *&* 7. & post *Carav. hoc ritu num.*21. *& rit.*79. *num.*12. *&* 260.*num.* 7. *& Affl. dec.* 135. *num.* 3. ostendit *Thesaur. cit. loc. num.*33. & concinnunt *tex. in l.* 2. *§. hoc autem*, ibi: *Sic esse sæpè judicatum*, & in *l. nam Imperator ff. de legibus*, meritòque *Sylva Nuptialis in verbo judicandum*, relata per *Dom. de Franch. dec.*171. *num.*4. dicebat, judices se debere reddere conformes cum Consiliariorum hujus Regni placitis, ut de *dec. Rot. Rom.* affirmat *M. Ant. Marf. Columna in tr. de eccles. reddit. orig. p.* 3. *c.* 36. *num.* 9. & notat *Prat. lib.* 3. *discep. c.* 5. *n.*88.

18 Quod si aliqua sententia errore, aut injustitia corrupta fuerit haud sequenda erit, ut advertunt *Guid. Pap. dec.*215. *sub num.*9. *& dec.* 368. *num.* 1. *Thesaur. dec.*32. *num.*3. *Ludovis. dec.*87. *nu.*1. Quò factum est, ut in multis Rotæ Romanæ judicaturis dictum fuerit: Domini recesserunt à decisis; *Cassiad. dec.* 9. *nu.* 15. & nedùm inter diversa prætoria, sed in eodem Senatu mutatis temporibus varietas fuisse sententias, ait *Afflict. decis.* 174. *num.*3. *in fin. Jo. Baptista Larrea alleg. fiscal.* 118. *par.*2. *num.*15. Etiam iisdem Judicibus jus dicentibus, ut tempore suo evenisse miratur, *Plinius* 2. *lib.*6. *epist. penul. Sequutus est varius eventus, nam duobus consiliis vicimus, totidem victi sumus. Notabilis prorsùs, & mira res, eadem in causa, iisdem Judicibus, iisdem Advocatis, eodem tempore tanta diversitas accedit, casu quidem, sed non ut casus videretur*; & conqueritur *Marchio Marcheni Reg.de Ponte dec.*34. exclamans *Vidimus uno tempore juris articulum determinatum uno modo, postea verò totum oppositum*, & refert *Franc. de Petr. festiv. lect. lib.*2. *cap.*9. *à nu.* 7.& plures determinationes contra *Affl. & Franc. decis.* emanatas miro ordine, ac. [illegible]dè recenset *Prato lib.*1. *discept. forens. cap.*27. *à num* 93. *& c.* 5. *à num.*102. *tom.*2. meminitq; *lib.*3. *cap.*41. *nu.* 39. Non enim si quid non benè diffinatur, hoc in aliorum Judicum vitium extendi oportet, cum non exemplis, sed legibus judicandum sit, monet *tex.in l.nemo Judex* 13. *C. de sentent. & interloc. omn.jud.* Nec spectandum quid actum fuerit, sed quid agi, vel fieri debeat; *l. sed licet ff. de offic. Præsid. Menoch. conf.* 75. *num.* 94. *Consil. Carleval de judic. tom.*1. *disp.*2. *num.*967. *& tom.* 2. *disp.* 30. *tit.* 3. *num.* 11. *Consil. Theodor. alleg.* 20. *num.*2. *Sabloneta conclus.* 10. *Febo* 2. *p. decis.* 69.

19 Adest, & Tribunal Regiæ Cameræ Summariæ ab Imperatore juxtà aliquorum placitum Friderico II. fundatum ab Alphonso Primo auctum, & reformatum, & in Castro Capuano anno 1540. translatum sub Carolo V. deindè ex hoc loco in Principis Salerni Ferdinandi S. Severini palatio, annò 1554. collocatum (ubi hodiè templum augustissimum Domus Professæ Patrum Societatis Jesu visitur, cujus structura admirabilis, amplitudo maxima, ornatus pulcherrimus cum tholo fornicato miræ altitudinis; parietes pretioso lapide tecti; fornices auro, picturaque egregia exornati; signa etiam marmorea è Summorum Artificum manu plurima, ità ut cum celeberrimis Italiæ Basilicis conferri posse, paucisque decedere videatur.) Denuò ob Principis ipsius perduellionem, ad idem Castrum anno 1580. peractis amplissimis Aulis, fuit relatum. De illius autèm Nominis ethymo, multi multa perquirunt; Cameram in feudorum jure novum nomen esse indicat, *Andr. de pac. juram. firmand.* & nonnulli summariam denominari, vel quia est summa Hera, idest rerum fiscalium domina, aut quia agit summa æra, idest summas pecuniarum, *Marc. Anton. Surg. in lib.*1. *cap.*26. *nu.*25 *Tasson. indic. loco à num,*137, & tradidit *Frecc. de subfeu. in rubr. de offic. magn. Camer.*, de quo valdè admi-

miratus *D. Reg. Moles in fine suar. decis.* censuit, nomen Summariæ sumptum fuisse ex *l. fin. C. si propter public. pensit l. dominicis 7. C. ubi caus. fisc.* cujus veritatem dilucidat perbellè peritus vir *Nicolaus Topius*, legendus, Theatinus Patricius in *tract. de origin. omnium Tribunalium par.* 1. qui *lib. 4 cap.* 1. Cameræ Summariæ originem ostendit. In *cap.* 2. de illius reformatione, & divisione agit In 3. de ejus nomine, & divisione à Magistris Rationalibus. *cap.* 4. de negotiis, quæ ibi aguntur, & iis, qui illis subjacent *cap.* 5. de Præsidentium immunitate, & præeminentiâ, & *cap. sequentib.* de Magnis Camerariis de Locumtenentibus, & Præsidentibus miro ordine, lucida-
20 que methodo pertractat. Præsunt huic Tribunali Locumtenens, & duodecim Præsidentes, Togati octo, & quatuor non Togati, vulgò dicti *de Cappacorta*, sivè idiotæ, vel (ut honestiori utar vocabulo) milites, qui easdem, præter togæ dignitatem, habent prærogativas. Sed in casu juris, an vota proferre valeant, extricat *Topius citat. cap. 2. à n. 8.*

An verò non Togati jurisdictionem exerceant consultus proximè superioribus annis, cùm nescio quis ex istis, in re scænica, exorto tumultu, rixantes auctoritate sua prohibere voluisset, eosdemque dicto contumaces, in carcerem conjici jussisset; Respondi, nec Præsidentem damnandum, quod imperiolum suum augere conatus esset: nec inobedientes pœna ulla afficiendos, quòd resistere Officialibus ejusmodi, quatenùs excedant, liceret privatis, *Glos. in constit. culpam non immerito sub tit. de servientib. exeuntib. extr. castrum absque licent castellani.*

Hoc etiam Cameræ Tribunal supremæ censetur auctoritatis, quippè quod & sacram nuncupetur, & multis partibus Tribunalia cætera superet, de quibus alibi dicendum mihi erit.

21 Non tamen hic dissidium inter Regios Consiliarios, ac Præsides Regiæ Cameræ denuò exortum, tempore quo hujus Regni clavum regebat Excel. Princeps sapientissimus Comes Castrilli, penitùs tacebo, utris priores in congressibus sedes debeantur. Pro Consiliariis plura scripsit Antonius Miroballus, qui eo tempore ipse etiam Regii Consiliarii munere fungebatur, eundem tamen integritas, ac doctrina singularis ad Regentis fastigium posteà evexit.

Præsidum vèrò causam tuendam suscepit D. Carolus Calà Dux Diani Præses, & ipse doctissimus, cujus laudes alibi à nobis potiùs superficietenùs delibatæ, quam pro merito celebratæ sunt. Porrò Consiliarii nedùm toto Tribunali Regiæ Cameræ, & in loco ubi regitur in forma Tribunalis præferri, sed & in Collaterali Consilio, in consessibus, sessionibus, Regis Junctis, atquè in Sacello Regio Principi, hinc atq; hinc assidere se debere contendunt, ac Præsidibus superiorem gradum occupare, idq; semper consuetum fuisse anteactis temporibus, ob Sacri Consilii Tribunalis antiquitatem, quam fatentur *Reg. Rovit. cons. 102. num. 8. lib. 2. Reg. Galeota lib. 2. controv. jur. controv. 11. num. 7. Reg. Capyc. Latro dec. 198. num. 4. lib. 2.* Cùm Regiæ Cameræ Tribunal multo posteriùs habeatur. In eo verò Reges ipsos, & præcæteris Regem Alphonsum, præsedisse indubium sit; Supplices prætereà ibidem libellos, titulo, Sacræ Regiæ Majestatis porrigi solitos. Ad hæc; provisiones immediatè oriri sub forma; Provisa per Dominum Regem & ad hæc usq; tempora morem perdurare, ut ad Spect. Præsidentem ipsius amplissimi Senatus, sub nomine Regis immediatè supplices dentur libelli, titulo, Sac. Reg. Majestati, inscripti; Judicia quoq; Tribunal illud Regio nomine exercere, ac deniq; Regem ipsum referre, atq; exhibere videmus; Itaut cùm in Collaterali aliquid decernitur Illustrissimi, atq; Excellentissimi Proregis nomine decretum signetur; Ubi verò in eodem Collaterali Sacrum Consilium adest, atq; ibidem controversias discutit: Decreta ab eodem Sacro Consilio sanciantur; Prorex verò Illustris tantummodò appelletur, quemadmodùm Rex ipsum appellat: ut observat *Nicol. Top. par. 2. de Orig. Tribunal. lib. 4. cap. 4. n.* 4. Et cùm Reges huic suo magno Consistorio minimè præstò essent ex variis Regni negotiis præpediti, ob suam absentiam viros illustres, & etiam de genere, vel stirpe Regio in eodem Senatu Præfectos, vel Præsidentes deputarunt quos recensent *Capac. in memor. lib. nuncupato il Forastiero, giorn. 7. pag.* 585. *Frecc. de subfeud. lib. 1. tit. de antiq. stat. Regn. num.* 38. & tradit *Topius add. par. 2. lib. 2. cap. 8. & lib. 3. cap. 1. memor n.* 13. Gentilis mei *Michaelis Petra*, (diploma quoque *lib. 5. cap. 4.* referibens) qui Consiliarii, Viceprothonotarii sub Ferdinando Seniori Rego anno 1459. & S.C. Præsidis munus in hac Urbe dignissimè, anno 1464. gesserat, ortus ex Baronibus Castri Sanguinis, quod oppidum cum aliis tribus propinquis feudis Montealto, Collealto, & Brionna in familiæ nostræ ditione diu fuit (munita etiam privilegio majoribus nostris impartito ab eodem Rege Ferdinando in ejus felicibus Castris propè Turrim Sclavorum condito per nobilem, & egregium virum Benedictum de Balsamo de Pedemonte, Locumtenentem fundorum Comitis Honorati Gaetani, die 6. mensis Maii 1464.) donèc vicissitudinum rota volvente, ad alios Dominos pervenit, pro quo tamen annuus census ducatorum quadraginta adhùc ad nos pertinet, vigore publici documenti celebrati sub die 28. mensis Aprilis 1569. manu Notarii Thomæ Anelli Ferretto de Neapoli, & alterius manu Notarii Jo. Simeonis della Monaca Neapolitani, sub die 20. Maii 1610. Extantque in foro ipsius Oppidi insignium Nostrorum vestigia; Leonis effigies marmorea, ex altero ungue Gigantis caput, ex altero sempervivum ostentantis. Quæ obitèr Domestici monumenti ergò dicta sint. Ad rem redeamus.

Præsidet huic Sacro Senatui hoc tempore felicissimè, ac meritissimè Virille, quà doctrina, quà nobilitate generis penè incomparabilis, D. D. Dacus Bernardus Zufia Marchio Matonti; Veræ Sophiæ oraculum, ac virtutum omnium sacrarium; cujus integerrimæ vitæ ratio, cum singulari prudentia, mirabili doctrina, infatigabili studio, vigilant a incredibili, morumque amabili suavitate conjuncta, in omnibus primùm Regni hujus dignioribus Magistratibus gerendis spectata, Regii videlicèt Consiliarii in S. C. in M.C.V. in criminalibus, Præsidentis in Regia Camera, Regentis in

in Supremis Italiæ,ac Regio hoc Collaterali Conſiliis ; in eodem deniq;Collaterali primum locum tenentis ; ipſum jàm fama totum vulgante per Orbem de Repub. univerſa optimè meritum; potentiſſimum Monarcham noſtrum , ut Supremo tandèm hoc S.C. Præſidis Magiſtratu , tanti viri merita cumularet , adduxit, qua in dignitate,omnium Regni hujus ampliſſima , ità virtute ſua ſe gerit , ac perficit , ut quanto hònore ipſè ex ea affectus eſt , nou minora illi ornamenta , ac lumina ex ſua laude reddere videatur.

Contrà verò Præſides , ut ſuas partes propugnant pretendunt in ſeſſionibus , ſeù Regiis Junctis deberi ſibi ſiniſtrum latus nec ſedere ſe dicunt poſt omnes Conſiliarios . Imò in Regio Collaterali Conſilio quando inibi conveniunt cum Regio Collaterali Conſilio , qui adjuncti fuerint in Regia Camera Conſiliarios ſiniſtrum latus occupare , Præſidentes verò dexterum , ſicuti in Regia Camera . Æqualiter tandem vtroſque in Regia Cappella , poſt D. Proregem ſedere . Deindè hanc S. C. antiquitatem oppugnant ; dupliciter enim Regiam Cameram antiquiùs Tribunal eſſe dicunt , vel quia erectum anno 1125. & ſtabilitum anno 1445. ut obſervant *Taſſon. de antefat. verſ. 3. obſerv. 3. num. 142. Surg. de Neap. illuſt. lib. 1.* Vel quia Præſidentes ſubrogati fuerunt in loco Magiſtrorum Rationalium,quorum officium erat Princeps , & Supremum , ut ex eorum privilegio apud *Surg. mem. cap. 8. num. 3.* & tradunt *Frecc. lib. 1. tit. de ſeptem offic. 4. num. 3. D. Reg. Galeot. reſponſ. fiſcal. 1. num. 51.* & teſtatur Archivarius Regiæ Siclæ , & antiquitatum peritus Petrus Vincenti Magiſtros Rationales eſſe ſimiles Regentibus Regiam Cancellariam, *in ſua hiſtoria Familiæ Cantelmæ fol. 74.* & ex Alphonſi Regis diplomate , & privilegio omnes illius officii prærogativas fuiſſe in Præſidentes tranſlatas ; firmat *R. Galeot. add. loco* , qnin Præſidentes jus , atque authoritatem ſuam ampliorem faciunt ; ſivè materiæ ipſius , ſivè clientelæ Regis cujus cauſas judicant , rationem habentes ex traditis per *Menoch. conſ. 51. nu. 11. & conſ. 257. num. 60. Larr. alleg. 52. à num. 25.* & confert *text. in l. unicuique , C. de proxim. ſacror. ſcrinior. lib. 10.* vel ratione Gubernii Reipublicæ, in Curias ſubditas , & Miniſtros Cameræ numero longè majores , quam S. C. ampliſſimam exercentes juriſdictionem in toto Regno , etiam in dominio Etruriæ , itàut aſſiduo labore pro publica utilitate , univerſitatum Regni , & Regii patrimonii beneficio Præſidentes ſint impliciti , ut neque feriis æſtivis gaudere valeant : ad *tex. in l. publicas , C. de feriis , R. Rovit. in prag. 19. de offic. Proc. Cæſar. R. Galeot. reſponſ. fiſcal. 1. num. 57.* Ex quo etiam ſe præferri debere , quia Conſiliarios ſuperant in laborum comparatione jactant ; ex *tex. in l. contra publicam , C. de re militari lib. 10. Luc. de Penn. in l. unica C. de comitib. & tribnt. ſcholar. lib. 12. & in l. 1. C. de diverſ. offic. verb. meritorum eod. libr. Boer. de author. Mag. Conſ. num. 145. Menoch. conſ. 784. num. 3. Reg. Capyc. Latr. conſ. 43. num. 14. Card. Jacobac. de Concil. lib. 1. art. 1. num. 272.* Inquiens , quod in præcedentia ſedendi cæteris paribus inter Prælatos ille præfertur , qui plus elaboravit pro Eccleſia ad *text. & Gloſ. in cap. Epiſcopos 17. dict.* Nec actus poſseſsui , quos habent Conſiliarii ipſi , iuvant, uti facti nullatenùs quieſcentibus ipſius Præſidentibus , imò expreſsè conquirentibus *Urſill. ad Affl. deciſ. 282. num. 12. Coſta de fact. ſcient. & ignor. cent. 2. inſpect. 24. num. 7. Marta in Emporio par. 1. tit. de ſervit. q. 4. n. 24.* Quinè nec poterant acquieſcere ſi voluiſsent, aut feciſsent , neque toti ordini Regiæ Cameræ præjudicare , ut expreſsè docuit *Mariann. Soccin. in c. cùm Eccleſia Sutrina à num. 39. de cauſ. poſſeſſoris, & propriet. & ibidem Abb. nu. 43. verſ. Tertia ſolutio.*

Vellem hic ego utriuſque Auctoris nempè DD. Reg. Miroballi , & Præſid. Cala ſcripta proferre ſumma quippè illorum eruditio , ornatus, & eloquentia lectorem maximè delectaret,ſat ſcio . Sednè volumen meum plus juſto creſcat, aut turgeſcat , cavendum mihi eſt . Omitto igitur utrumq; Atqui litem ego ità ut eſt ſub judice relinquam? Sententiam ſaltem meam non aperiam Aliquis fortaſſe conſulat, & quidem amice ; Ego verò non faciam ; ne ſacras pietatis leges violaſſe videar . Et Conſiliariis , & Præſidibus plurimum debeo ; ſi pro unis ſententiam feram , alteros lædam , neceſſe eſt . Sacri Conſilii alumnum mè profiteor : in eo ab ephebis Juriſprudentiæ ſedulam operam navavi ; Parentis. loco illud habeo Multa verò etiam ab ampliſſimo Regiæ Cameræ Tribunali mihi proveniſſe fateor , multa ab illo didiciſſe : prætereà , cùm ſim feudatarius , me eidem ſubjectum eſſe video : poſtremò utri magis obſtrictus ſim ignoro : ſed utriq; obſtrictum me eſſe intelligo , utrumque ut geminum parentum agnoſco , ac veneror . Nihil pro utriuſq; controverſia componenda dicam : præſertim cùm ſingularis audaciæ vitio tribui poſſet , ſi inter tot Juriſprudentiæ gigantes Ego pumilio ; ac pigmeus ſententiam in tanta cauſa laturus aſſurgerem. Illud unum, abſq; reprehenſionis nota dicere poſſe mihi videor : Sacri Conſilii patribus ſuperiores partes ex conſuetudine , ſeù poſſeſſione approbata à deciſione nuperrima , (ut audivi) quæ poſt commemorata edita reſponſa facta fuit , referente *Spect. Reg. D. Gaſpare de Soto , & Acugna,* convenire.

22 NOſtra eſt etiam M. C. quæ non ità appellatur ob præeminentias , quas præcæteras habet , nequè ob cauſas magnas , quæ ibi agitantur , neq; quia in ea præſit Magiſter Juſtitiarius , ſed quia eſt Curia immediatè Regis , ſecundùm *Foller. in Conſtit. Magnæ Curiæ de Magiſtro Juſtitiar.* vel ex amplitudine juriſdictionis tradit *Surg. cit. tract. lib. 1. cap. 7. num. 15.* vel ad diſcrimen Curiarum Provincialium , ut patet in *Auth. ut ord. Præfect. §. ſi verò ſolo , col. 5.* ad inſtar Romanæ Reipub. quæ ad differentiam aliarum Rerumpub. magna nuncupabatur , ut in *Auth. de trient. & ſemiſſ. in princip. R. Tapia de jur. Regn: lib. 2. conſt. ſtatuimus lit. A. de offic. Mag. Juſtitiar.*

Iſthæc profectò Ritus verba: *In noſtris Magnæ, & Vicariæ Curiis* , & alia ſimilia ſequentis ritus apertè inſinuant duo illa Tribunalia , alterum ſ.
23 Magnæ, alterum Vicariæ Curiarum , Regiuæ

Joannæ tempore distincta fuisse, ut optimè *D. Carav.* in hoc ritu admonet *num.* 35. Verba autem postremi Ritus contrarium apertè demonstrant cùm ejusdem Reginæ tempore unita ea Tribunalia fuisse dicant quod eodem in isto ritu Additionator *Constant. Papa lit. A.* advertit. Neuter tamen à veritate abhorret, nàm ejusdem Reginæ initio primam Commentatoris Caravitæ admittimus sententiam, cùm nempè hos ritus componi mandavit; cùm verò eosdem jam compositos observari præcepit alteram præfati addentis probamus resolutionem, cujus præsertim verba hanc distinctionem præseferunt, cùm ab ipsa Regina Joanna dictarum Curiarum unionem factam fuisse, ajunt, ut observat *Thor. in præfat. ad tom.* 1. *comped. dec. Neap.* Antiquitùs enim hoc Tribu-
24 nal binas substinebat personas, unam Magistri Justitiarii, & vocabatur M. C, cui præerat Locumtenens, seù Regens, qui gladii vice insignum supremæ potentiæ, sceptro utitur, *s.* quodam baculo, sicuti olim supremi Magistratus securim ferebant, & illius loco deindè gladium; *cap. non solum, & cap. sunt quædam* 23. *q.* 5. *Fab. Optinellus in l. Imperium, num.* 78. *ff. de jurisd. omnium judic.* Alteram verò hujus Regni Vicarii Generalis, idest Proregis: *Gram. dec.* 34. *num.* 9. *& ex Carav. in prag.* 1. *§.* 1. *nu. num.* 8. *de Senat. consult. Macedon.* admonet *Jo: Franc. de Leonard. in tract. de Magistrat. Reg. Neap. cap.* 3. *num.* 15. *& eod. Caravit. hoc in ritu num.* 35. relato tradit *D. Franc. Maria Prato resp. crim.* 44. *num.* 22. *Capiblanc. de Baron. prag.* 8. *num.* 121. *Tasson. cit. loco num.* 203. & hujus nominis dimidiati significatum affabre tradunt *Surgent. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 17. *R. Tapia de jur.*
25 *Regn. tit.* 1. *in comment. hujus ritus lit. H.* Appellatione autem Curiæ, hæc suprema venit, *arg. tex. in §. sed jus quidem, inst. de jur. natur. Rebuff. in tract. de reprob. test. art.* 7. *Glos. unic.* 3. *tom. comme. Constit. Regni Franciæ.* Ipsa enim speculum justitiæ, luminare majus, & fons à quo cæteri riuuli derivantur, meritò evocatur in *Constit. Regni honorem debitum*, ubi *Andr. & Affl.* Totius Italiæ majus Tribunal à *Bajard. ad Clar. §. fin. q.* 49. *num.* 36. & ab ipsa tanquam à Principe, ac Magistra, agendi rationem cæteræ omnes Curiæ condiscunt; nam cùm ipsa sit domina, fons, & caput aliarum curiarum, *Caravit. hoc in ritu num* 7. eam sequi omnes obstringuntur *Frecc. de præsent. inst. p.* 15. *n.* 3. *&* 44. *Bajard. ad Clar. cit. §. fin. q.* 49. *num.* 36. *Fr. Marian. Maringus in pract. sup. rit. M. R. C. Reg. Sicil. Glos.* 2. *num.* 1. Hinc cognoscit de omnibus Baronum, & titulorum causis etiam illorum, qui sunt de sanguine Regis, ut ex *cap. Regni Roberti incip. injunxit* 258. *Affl. in constit. Regni statuimus num.* 2. Omnes Magistratus Supremos de Collateeali Consilio Regentes septem Regni officia *Reg. de Ponte de potest. Prorog. tit.* 7. *§.* 7. *per tot. Reg. Tap. decis. suprem. Senat. Ital.* 3. *nu.* 34. & judicatum in M. Admirato latissimis habenis hoc firmando memorat *Reg. Rovit. in prag.* 1. *de titul. absq. à num.* 1. *ad* 23, *& ad prag.* 2. *num.* 7. *de offic. S. C.* quod declarat *Prat. respons. crim.* 31. *num.* 77. *Affl. in d. Constit. Regni statuimus qui num.* 2. *&* 3. comprobat M. C. esse Judicem totiùs Regni in appellationibus *Franch. dec.* 449. *Muscatel. in prax. S. C. lib.* 2. *par.* 1. *Gl. in forma num.* 3. & statutum patet ex *prag.* 7. *de offic. S. C.* & ab ea non appellatur, nisi ad S. C. *Prat. respons. crim.* 47. *num.* 39. per quod tantum fiunt inhibitiones, nè procedat. Undè Regia Camera Tribunal supremum Collegiatum illi non inhibet sed tantùm hortatur *Reg. de Ponte dec.* 13. *num.* 1. *versic. Hit sic in facto*, *Reg. Sanfelic. dec.* 291. *in fin Prat. cit. loco num.* 51. Et adeò ejus jurisdictio, & cognitio est ampla, ut jure valeat ad se à quocunq; Judice causas avocare, quò sit ut constituto in aliquo negotio particulari Judice nisi expressè privativè, ipsius M. C. jurisdictio hand cesset, *§. quod verò, auth. ut omn. Provinc. Reg. de Pont. cons.* 48. *nu.* 5. *vol.* 2. *Gratian. cap.* 154. *&* 260. *discept. forens. Tasson. alleg. observ.*
26 3. *num.* 202. *&* 205. Et eademmet jurisdictio S. C quamvis major, & superior, tamen restrictior est quàm M. C. illud enim causas in criminalibus principalitèr non cognoscit, sed tantùm in appellationis gradu, ista in omnes cujuscunq; generis causas jus ministrat; *Franch. dec.* 601. *& ex Gaillo, & Tasson.* firmat *D. Prat. cit. respons. crim.* 47. *num.* 38. Verùm in criminalibus non procedit in his, quæ in S. C. vertuntur, nisi priùs facta relatione in ipso S. C. & venia obtenta, juxtà antiquam consuetudinem, de qua memor extitit *Prat. de Franch. decis.* 147. *in fin.* quem laudat *Franc. de Petr. cons.* 16. *num.* 2. De hujus Tribunalis jurisdictionis amplitudine amplum, doctumq; juris responsum edidit Julius Mastrillus, tunc acerrimus fisci patronus, deindè propter sua materia dignissimus Consiliarius Castri Capuani, in quo omnia quæ ad M. C. amplissimam potestatem, ac præeminentiam cognoscendi, præsertim, an ipsius sit jurisdictio contra omnes autumantes se exemptos, ac quomodò sit cùm ea procedendum per delegatos in præventionis casu factæ ab ipsa M. C. per capturam informationis, & personæ, quæ ratione alicujus privilegii prætendit exemptionem, pertractat, quod ad publicam cruditionem, tantiquè viri laudem imprimi duxit, *D. Reg. Jo: Franc. Sanfel.* peritia, prudentia, ac summa religione plenus, inter suas *dec. tom.* 2. *decis.* 290. aliudq; eleganti, concinnaquè methodo in medium adduxit Marchio Ramontis, & Præses S. C. emeritissimus, ac omni virtute, vitæq; probitate præditus *D. Franciscus Merlinus*, dum in Aula criminali M.C. uti Judex sedebat *controv. for. centur.* 2. *cap. integro* 64. adversus, quæ calamum arripuit *Dom. Reg. Fab. Capyc. Galeota*, Dux Reginæ, literarum præstantia, morumq; nobilitate insignis, tempore quo eximiè & solertissimè officio Fisci Patroni in Regia Camera fungebatur ad tuendam ipsius Tribunalis jurisdictionem in Capitaneum Justitiæ, qui in executione cujusdam rei per ipsam R. C. commissæ deliquerat, ut in ejus *respons. fisc.* 1. & licet juxtà ab ipso exarata emanaverit scitum à Supremo Consilio Italiæ, quibus tamen ex causis, justis rationibus sub silentio prætere, dixit *Merlin. cit. cap.* 64. & de aliis, hanc tangentibus materiam, eloquuntur *Rovit. in prag.* 2. *num.* 7. *de offic. S. C. & cons.* 90. *vol.* 2. *Madrill. dec.* 261. *&* 290. *Reg. de*

de Ponte de potest. Proreg. tit. de assens. Reg. §. 7. pag. 339. & cons. 48. num. 5. vol. 2. Reg. Tapia dec. 43.

27 Hæc sunt quatuor hujus Civitatis præcipua Tribunalia: Sacrum verò Consilium, Regia Camera. Magna Curia Vicariæ Civilis, & Criminalis in Castro Caiuano, ut superius diximus, resident, atq; ea D. Petrus de Toleto simul conjunxit, & eodem in loco constituit, itaut instar miraculi esse possit, videre uno in Aula, eaq; amplissima innumeram prumemodùm hominum multitudinem, quæ, diebus dicendis causis destinatis, frequentissimè convenit; nulloq; cum incommodo quilibet pluribus, dissimilibusq; negotiis eodem tempore, eodemq; in loco operam navare potest. Quod in Civitate hac Neapolitana singulare esse omninò existimo nullibiq etiam gentium, tam commodam Tribunalium, ac Judiciorum formam reperiri, aut repertam fuisse, vel legi, vel audivi; id quod inscriptio Januæ majoris Arcis prædictæ, inferius notanda, clarè ostendit, quamq; refert inter alia monumenta Neapolitana *Franc. Suuert. in libro illo, qui Selecta Christianæ Orbis deliciæ inscribitur*; & rescribit *Nicol. Top. de Orig. Tribunal. par. 1. lib. 2. cap. 1. num. 1.* posteritati commendans, celeberrimæ Urbis Neapolis originem, & alia *à prælud. 4. lib. 1.*

Carolo V. Cæsare Augusto Invictissimo Imperante, Petrus Toletus Marchio Villæ Franchæ hujus Regni Prorex, juris vindex sanctiss. post fugatos Turcas, Arcem in Curiam redactam, justitiæ dedicavit; conciliaque omnia hoc in loco, cum Magno totius Regni commodo constituit. Anno M. D. XL.

28 Cæterùm. Adest Tribunal Magni Admirati coæquale M. C. V. cum utrumque sit Regis, cujus nomine jurisdictio à M. Admirato exercetur: *Alber. in l. fin. C. de jurisd. omn. judic. Franch. decis.* 723. Utrumq. magnitudinis attributo est decoratum, ut observat *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de divers. provis. Rub. de armis*, & antè ipsum *Præs. de Franch. decis.* 417. Ab eorum decretis tantùm ad S. C. appellatur *Reg. de Ponte Coll. Cons.* 13. & Judex ipsius M. C. admiratiæ sedet in S. C. advertit *Marc. Anton. Surg. ad Neap. Illustr.* quemadmodum sedet in Regia Capella, ut notat *Frecc. de subfeud. lib. 3. pag.* 432. *num. 23. tit. de differ. inter feud. real.* adeò ut dicatur hoc Tribunal parem jurisdictionem habere cum M. C. V. indicat *Reg. Revit. sup. prag. de tit. abusu*, limitatam tamen, in omnibus, scilicet caulis maritimis, nautis, ac viventibus de arte, vel industria maris, civilem, & criminalem jurisdictionem exercendo in omnes suos officiales, & familiares, & in alios quinquaginta sibi commendatos. *Frecc. cit. tract. lib. 1. tit. de offic. M. Admirat. ex num. 1. de Franch. decis.* 142. *Anna cons.* 107. *lib. 2. Reg. Tapia de jur. Regn. lib. 2. de offic. M. Admir. rub. 31. in annot. ex n. 2. Reg. Constan. in l. unic. num. 72. C. de Classib. lib. 11. Gallup. in prax. S. C. par. 2. cap. 6. num.*

30 71. Ab eo componuntur, omnia delicta, præter crimen raptus, & osculi violenti, per specialem ordinationem Cæsareæ Majestatis indicatam per *Reg. Revit. super rub. prag. de composition. sub num.* 7. Nec aliter viduæ, aliæq; miserabiles personæ, & in corpore juris privilegiatæ possunt eligere alium forum, quàm M. C. Admiratiæ contra ejusdem subditos juxta S. C. placitum adductum per eundem Marchionem Belmontis *dec. tanti Senatus* 43. Et ea ratione utrumque Tribunal per viam ortatorialium literarum procedit *Gizzarell. decis.* 76. Cum quibus procedit cum Regia Camera, *Reg. de Ponte d. dec. Collat. Consil.* 13. *Gizzarell. mox add. loco*; & proindè quando est contentio inter ipsa Tribunalia, itaut unumquodq; prætendat se esse Judicem competentem, recurritur ad Collaterale Consilium uti Superiorem utriusq; juxta *Glos. singul. in cap. statutum, §. 1. verb. Copia de rescript.* & tradita per *Innoc. in cap. ex parte il primo de privileg.* & advertit *R. Sanfelic. dec.* 419. *par.* 3. singularia notans de officio Magni Admirati, ejusq; prærogativis, & nùm illi concedenda sit remissio subditi delinquentis post sententiam.

31 Adest (cæteris inferioribus Curiis omissis) Tribunal Electorum hujus Civitatis, qui cum eorum Præfecto ab Excell. Principe à tempore D. Petri Alfan de Ribera, anno 1586. Regias vices gerentis in hoc Regno (teste *Regent. Sanfelic. dec.* 290. *post num. 2. tom. 2.*) destinato Rei annonariæ vacant ex Ladislai Serenissimi Regis provisione cujus munificentia illud amplissimis fuit privilegiis decoratum, ut ex *cap. 1. fol. 2. in lib. capit.* affirmant *Summontius lib. 4. histor. Neapolit. in vita Ladislai fol.* 259. *Surgens in annotat. ad Matium fratrem fol.* 419. *Montauar. in prag. 2. de administ. Universitatum nu.* 2.

Horum studium, ac partes sunt prospicere, diligentissimèque curare, ut Urbi Annona non desit, panis, & victualium copia abundet; ut tanta populi multitudo, quasi ad unam, communemque mensam expleatur. Proindè officinas pistorum adeunt, ciborum pensum, & panis munditiam exigunt, neusraus interveniat. Præfectò annonæ rectè comparantur, cum extra ordinem utilitatis causa constituti videantur, *l. 2. §. præfectus annonæ ff. de orig. jur. Alex ab Alex. lib. 6. dierum genialium cap. 20. Gregor. Tholosan. syntag. juris. univ. p. 3. lib. 47. cap. 31. num.* 10. & ad materiam plenè *Bovadell. in polit. lib. 6. c. 3. nu. 3. de Petris cons. 46. nu.* 3.

Eorum munus Imperatorum tempore multa respiciebat *Pancirol. in not. Imper. cap.* 26. olim verò erat Præfecti Urbis potestas, *l. 1. §. cura carnis ff. de offic. præfect. Urb. l. 2. §. deindè, Cornelius Sella de orig. jur. Aviles in cap. Pratorum cap. 17. num. 1. pag.* 181. & dicebatur assisia *l. fin. ff. ad l. Juliam de annon. Andr. in cap. 1. §. post natale de pac. tenend.* deindè Episcopi pretium rebus venalibus imponendo, præterunt *l. fin. §. item Episcopi ff. de muner. & honor. cap. 1. de empt. & vendit. Bobr. dec.* 69. *Petr. Gregor. cit. par. 1. lib. 15. cap. 12. Danz. tom. 1. de pugn. D.D. de annon. & Graff. cap. unico num.* 19. Assisiæ verò impositio, & annonæ cura, an ad Barones vel Universitatem spectet extricat *Capiblanc. de Baron. tom. 1. pag. 1. num. 147. & tom. 2. cap. 9. num. 4. Thor. par. 1. compend. decis. Regni verbo assisia, Dans. ad. cap. unic. num.* 16. Et quæ veniunt appellatione grassiæ assisiæ, & annonæ, *Mo-*

nac.

nac. ad Minad. decis. 23. num. 3. Novar. collect. 11.)

32 Regitur hoc Tribunal per sex Electos, quinque Nobiles, & unum popularem, & quod à maiori parte eorum statutum fuerit, omnium consensu factum habetur *de Franch. dec. 2. Montanar. cit. loco num.* 317. Et hi aliquando sex viri, aliquandò decuriones nuncupantur *Capac. lib. 1. historia Neap. cap. 9. pag.* 84. Quibus sex viris, nedùm annonæ, & grassiæ demandata fuit amplissima cognitio, sed etiam a Ferdinando Primo
33 perampla fuit impartita jurisdictio judicandi, scilicet mulctandi, & puniendi Piscarios Macellarios, & vendentes esculenta, dummodò tamen intercepta, & pecuniariæ pœnæ, quæ primò in reparationem Civitatis assignatæ erant, applicarentur Xenodochio Sanctæ Mariæ Annunciatæ hujus Civitatis, ut in *cap. 35. & 37. religiosissimi præfati Regis in lib. capit.* & liquidò constat ex sententia prolata inter Electos, & Justitiarium grassiæ registrata in *eodem lib. capit. pag.* 74. Quò fit, ut Officiales Regii meritò denominentur, *de Ponte de potest. Proreg. tit. 2. de abund. civit. §. 1. num. 1.* & quæ penès Electos residet, Principis dicitur jurisdictio, & non Civitatis, *Xuares alleg. 7. num. 9.*

In hac; facti specie non multis retrò annis
34 anceps exorta est difficultas contra sacrum hospitale, an scilicet si duo, vel tres Electi pauciores certè, numero quatuor ad impositionem mulctæ in Apothecariũ, vel Pistorẽ procedant pœna pecuniaria illi debeatur, nec nè? & minimè ipsi applicandã, sed officio Justitiarii annonæ nõnulli de Civitate autumavere, eo quæsito colore, quod Regis Ferdinandi diploma de sex viris sermocinetur, & ad eos dirigatur, itaut si unus ex sex judicet, vel plures, pauciores tamen quatuor procedant ad pecuniariæ pœnæ impositionem sit casus in privilegio non comprehensus, & pluralis numerus haùd verificari potest in uno tantùm, *l. fin. ubi Cuman. ff. ad Trebell. Surd. dec.* 210. Contrà pro pia hospitali domo, ipsiusque juribus, dicebatur uni ex Electis, vel paucioribus, quàm quatuor, non licere pœnam pecuniariam subditis imponere, cum illa jurisdictio sex Electis tantùm sit tributa, quorum major pars præesse debet ad legitimè expicandum actum, *§. ult. Auth. ut judic. fin. quoq. suffrag. l. nominationum*, ibidemque *Lucas num. 1. C. de decurion. lib. 10. cap. cum in cunctis de his, quæ fiunt à major. part. Cap. Losæus de jur. univers. par. 1. num. 11. Gratian. dec. March.* 183. *Capyc. dec. 4. num. 3.* ac simul juncti Tribunali adesse debent, ut collegii corpus repræsentetur, *Dec. cons. 437. num. 3. vol. 2. Franc. Marc. decis.* 785. *Avus meus Prosp. Petra in annotat. ad Capyc. decis. 4. num. 1.* Quò fit, ut publicè circumferatur fuisse pluriès per Electos conclusum, ut pro inquirendis per Urbem subditis, quatuor ex eis, non tamen pauciores incedere debeant. Cui enim non fit obvium, quod ex adversariorum assumpto, esset in potestate Electorum sacram domum jurisdictionis emolumentis defraudare, & maximum insurgeret absurdum, atq; inconveniens, quod jura omninò vitant; ad *tex. in l. 1. §. unde quæritur, ff. de publicanis*, cùm adduct. per *Everard. in Topic. loc. 8. ab absurdo vitando*. Quòd si daremus uni ex sex viris licere, quod omnibus fuit permissum, adhùc ille omnium nomine agere videretur, & uti facultate omnibus ex concessione, & privilegio Regis Ferdinandi impartita, alias meliori conditione, majorique potestate esset unus, quàm omnes Decuriones.

35 Hinc justissimè, ac piè factum existimo, ut Piissimus Rex Ferdinandus proventus, quos antiquitas à fraudantibus annonam exactos, Junoni Cereali destinaverat Q. Canco, & L. Portio Lucinio Ædilibus, ut refert *Liv. dec. 3. lib. 7.* Augustissimæ Virginis Deiparæ Hospitali memorato, veræ Junonis Divorum omnium Reginæ destinaverit; Cujus sacratissimum Templum meritò Cereale, imò verò πάντρεφμ appellemus, neq; non solum panem ac fruges, sed etiam omnis generis alimenta, & quicquid aliud ad commodè traducendam vitam spectat, pauperibus, orphanis, virginibus, ægrotis, hospitibus, innumeræ propemodum hominum multitudini munificè, magnificèque suppeditat. Est hoc, inter cætera Neapolitanæ urbis ornamenta, præcipuum, quo reliquas non Italiæ modò, sed totius etiam Europæ urbes antecellere mihi videtur. Neq; verò aliquid æquale præteritarum ætatum pietatem, aut munificentiam attulisse facilè crediderim, quantumvis Coccei Nervæ liberalitas commendetur, qui
36 pueros, vel parentibus destitutos, vel in magna inopiâ natos, suis sumptibus per Italiam educari mandavit; ut post *Aurel. Victor.* memorat *Sigon. Commen. Reip. Roman. lib. 2. pag. mihi 28. in fin.* quantumvis etiam, & Trajani largitatem, *Plinius in suo illo adulationis refertissimo panegyrico*, & Aureliani Cæsaris profusam benignitatem *Vopiscus, ac Dio*, ut notat *Bulenger. in comm. ad notitiam Orientis Imper. cap. 26. circa fin.* non sine hyperbole, ut opinor, extollant. Meritò sanctissimi, ac celeberrimi hujus loci gubernaculis viri sapientia, prudentia, pietate, omniumq; virtutum genere insignes quotannis deputantur, inter quos semper unus ingenita nobilitate conspicuus è Capuano consessu tanquam cæterorum antesignanus, & moderator eligitur, cujus ductu, ac lege, universa æquissimè, splendidissimèque administrantur.

Nostra etiam ætate controversia exorta est, utrùm magistratus, atque Inclytæ, ac Fidelissi-
37 mæ hujus Civitatis Electi, jurisdictionem criminalem in rebus. ad annonam spectantibus possent exercere?

Fisci partes contrarium obtinentis suscepit Don Carolus Calà, eò tempore Advocatus Fiscalis acerrimus, nunc autem Regiæ Cameræ Præses, Diani Dux, doctrinæ præstantia, generis, nobilitate, vitæque integritate, ac probitate conspicuus, qui sententiæ suæ illud, inter alia, jecit fundamentum, quod jurisdictio ad Regem pertineat, à quo sine peculiari concessione separari non potest, *Oldrad. cons. 64. Luc. de Penn. in l. quicumq; C. de omni agro deser. lib. 11. Mastrill. de Magistr. lib. 3. c. 2. Præs. Merlin. cent. 1. controv.*
38 *13. num. 17. & 23.* Municipales autem magistratus habentur prorsùs illius incapaces, *Leaqua, ff. ad municip.* tradunt scribentes *in l. magistratus, ff. de jurisd. omn. judic.* præsertim *Alberic. num. 4.* & meliùs *Bar. in l. 1. ff. de damn. infect. n.*

3. Andr.

§ *Andr. in proœm. conſtit. col 2. num.* 50. quin? in ſpectu juriſdictionis, Principem fundatam habere ejus intentionem in toto Regno, dicebat *Ludov. Caſanate conſ.* 43. *num.* 2. quem *Maſtrill.* inſequitur *add. cap.* 2. *num.* 6. ut propterea quemadmodùm Rex habet juris aſſiſtentiam in juriſdictionalibus, & in eorum quaſi poſſeſſione lite pendente perpetuò manutenendus eſt, ex deciſis apud *Caſſador. dec.* 8. *num.* 2. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Seraphin. dec.* 1463. *num.* 2. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 801. *num.* 27. *&* 870. *num.* 17. *vol.* 5. *Poſſ. de manutenend. obſerv.* 45. *num.* 3. *Ricc. collect.* 1314. *&* 3013. *Capibl. de Baron. cap.* 67. *tom.* 2. *num.* 2. *Reg. Valenz. conſ.* 173. *num.* 95. *vol.* 2. *Beltramin. ad Ludoviſ. dec.* 312. *nu.* 4. *Statil. Pacific. poſt tract. de Salvian. interdict. dec.* 39. *num.* 3. *Mareſcott. variar. lib.* 1. *cap.* 11. *in princ.* Ita privatus habet reſiſtentiam, & præſumptionem juris contrariam; *Innoc. Io. And. & Abb. in cap. nimis extr. de jurejurand. Oldrad. conſ.* 176. *Peregr. conſ.* 2. *num.* 13. *lib.* 1. *Gratian. diſcep.* 441. *n.* 8. Hinc ſi quis in aliquo Regni loco prætendat

39 juriſdictionem, illam probare debet, titulumque exhibere cogetur, nam aliàs ex ſola præſumptione juris, quæ Regem comitatur, excludendus eſt, ad *text. in Auth. de defenſor. Civit. in l. deprecatio, ff. ad leg. Rhodiam. de jactu. in cap.* 1. *de præſcript. in* 6. *cap. cum perſonæ de privil. eod. lib. Maſtrill. & Merlin. adductis in locis, Cancer. var. reſ. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 43. *Reg. Marcian. lib.* 2. *diſp.* 65. nec ſola quaſi poſſeſſio prodeſt, abſq; tituli exhibitione, quia injuſta eſt, niſi juſtificetur. *Peregr. conſ.* 2. *num.* 10. *& de fideicommiſ. art.* 52. *nu.* 141. *Franc. Nig. Cyriac. controv.* 178. *num.* 36. *Cavalc. dec.* 27. *num.* 33. *lib.* 1. *Reg. Revit. conſ.* 58. *num.* 10. *vol.* 1. *Conſ. Io. And. de Georg. in repet. feudal. cap.* 29. *num.* 7. *Caſtill. Sotomajor cap.* 22. *& 23. tom.* 7.

40 Pro Civitate doctiſſimi quique, ac celeberrimi Regni hujus Jureconſulti ſcripſere, nempè Donatus Antonius de Marinis, nunc Regens eminentiſſimus, Bartholomeus Franchis, Franciſcus Maria Pratus, Proſper Planterius, Joſeph Maſtrillus, & alii; quorum præcipuum fundamentum fuit Civitatis ipſius antè omnem hominum memoriam poſſeſſio, quam jure merito debet tueri, tempuſq; immemorabile ſuffragatur, etiam in his, quæ ſpecialiter Principi reſervantur, abſque alia tituli oſtenſione, ac probatione, ſatq; eſſe titulum coloratum Orientem ex diuturna poſſeſſione; *Joannes de Solorzano Pereyra de Indiarum jure tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 76. *Petr. Barboſ. de præſcript. in l. competit* 6. *C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *ann. num.* 126. *Amaya ſup. trib. libr. Cod. lib.* 10. *tit.* 16. *de Annon. & tribut. num.* 16. *Peregr. de jur. fiſc. lib.* 7. *tit.* 3. *de iis quæ ſpectant ad ordin. judic. num.* 17. *Ramon. conſ.* 24. *num.* 23. *Morla in Emporio jur. tit.* 2. *ff. de juriſd. omn. judic. num.* 63. *Borrel. de præſtant. Reg. Catholici cap.* 36. *num.* 13. *Gabr. commun. concl. lib.* 5. *tit. de præſcript. concl.* 1. *à num.* 1. *Caballin. in ſuo milleloquio* 591. *Montan. de regal. in præludi. num.* 31. *verſ. Conſuetudine immemorabili, Reg. Galeot. controv.* 51. *&* 52. *lib.* 1. *Reg. de Ponte conſ.* 97. *num.* 19. *vol.* 1. *Capyc. deciſ.* 189. (quamvis de ea non benè ſenſerit *Seſſe de inhibit. cap.* 5. *§.* 10. *num.* 19.) *Mantic. dec.* 322. *num.* 9. *Poſſ. de manut. obſerv.* 44. *num.* 35. Quin & omnem prorſus novitatem improbandam, & vitandam, addebant ex *Gratian. in cap. Privilegia* 2. *q.* 16. *Div. Auguſtino epiſt.* 128. *& S. Chryſoſtom. homil.* 7. *Tacito lib.* 14. *annalium, Simach. lib.* 10. *epiſt.* 10. *Caſſiod. lib.* 2. *var. epiſt.* 4. *Reg. Valenz. conſ.* 24. *à num.* 2. *conſ.* 114. *num.* 47. *& conſ.* 184. *num.* 6. *& in diſcurſ. ſtat. & bell. p.* 2. *conſid.* 12. *à nu.* 1. Imò etiam pro illa vendicanda in medium afferebant Ladiſlai Regis privilegium de anno 1401. die 25. Februarii, regiſtratum *in cap. incip. vobis ſex, inter capitula Neapolis, pag.* 2. cujus meminit *Reg. Sanfelic. dec.* 290. *num.* 5. *par.* 2. firmatum poſtmodùm de anno 1486. die 27. Februarii à Ferdinando I. *in eod. C. capitul. cap.* 37. *verſ. Item che li predetti Eletti, pag.* 18. quibus ſuppetias fert *cap.* 38. *verſ. Item che il Maſtro Giuſtitiero, pag. ead.*

Sed adhùc ſub Judice lis eſt; nihilq; hactenùs certi, ratiquè habemus; Illud unum certum eſt Civita-

41 tem hoc tempore juriſdictionem iſtiuſmodi minimè exercere. Sperat tamen ſe id brevi à Potentiſſimi Regis ſui benignitate conſequuturam; Cur enim hoc a Principe illo non ſperet, à quo tot ſingularia beneficia hucuſque obtinuit? quod ſi etiam ſuperiorum Regum privilegia, vel deeſſent, vel ob oleta, prorsùſque abolita cenſerentur; Regis tamen hujus magnificentia omnium privilegiorum vim, atque authoritatem pollicetur. Non eſt quod Fideliſſima Civitas a piiſſimo, clementiſſimoque Rege Philippo gratiam hanc deſperet. Habet in auguſtiſſimo nomine omen feliciſſimum Philippus, ſcilicèt φιλῶ ἵππον græcè, amatorem equi latinè ſonat. Neque eſt, quod dedignetur Regum maximus equo tam nobili, qualis Neapolitana Civitas eſt, amorem ſuum impertiri; juſtius ſanè id faciet, quam Cajus Cæſar Caligula erga equum ſuum Incitatum fecerit, cui, teſte *Suetonio in Calig.* prætèr equile marmoreum, & præſepe eburneum, præterquàm purpurea tegumenta, ac monile è gemmis, domum etiam, & familiam, ac ſupellectilem dedit, & conſulatum etiam traditur deſtinaſſe. Quod ſtultiſſimè erga pecudem fecit Imperator amens, ſapientiſſimè erga urbem ſuam faciet Rex adeò prudens: Urbem, inquam, tantò nobiliorem, quantò fideliorem; quæ, velut celeberrimus ille bucephalus, qui omnibus depulſis, unum Alexandrum Philippi filium ſeſſorem admiſit, uno Philippo ſuaviſſimo, cæteris rejectis, tergum libentiſſimè ſubjecit.

Hactenùs de Tribunalibus, & Curiis modo ad alia Ritus verba, ibi; *Ritus, & obſervantia*, deflectentes, memoramus unum, idemque hoc in

42 loco inſinuare ambo jam dicta verba, & promiſcuè ſumi, quamvis eorumdem perpenſa verborum efficacia, aliud dicendum fortaſſè eſſet; Mores enim, & uſus qui obſervari conſueverant in Magnæ, & Vicariæ Curiis uſque ad ſua tempora in unum colligere, ſubque nomine rituum quaſi morum ritè illucuſque ſervatorum promulgare, mens compilatoris fuit; Diſtinctiùs tamen cum loqui volumus, certum eſt plura, & non longè diſſimilia reperiri verba hùc ſpectantia, recenſita, pleneque declarata per *Doctiſſ. Caravit. à num.* 6. Ritum nempè, obſervantiam, conſuetudinem, atque

que stylum; & quidem Ritum esse idem, quod observantia, docet *Archidiac. in cap. Ecclesiasticarum ver. paritas num. 4. distin. 11. Lucas Pennensis in l. si quando vers. ritè, C. de bon. vacant, lib. 10.* nimirùm, si ipsemet *Archid.* interpretando priora verba *tex. in cap. contra ritum de baret. in 6.* dicit, idest morem, & observantiam, insequitur inibi *Gemin. num. 3.* citatusq; *Luc. de Penna in l. unica, verbo interpretandi, ver. tertia judiciaria, C. de professor. qui in Urbe Constantinopol. lib. 12.* Sunt tamen, qui credunt Ritum in eo; morem verò in sermone consistere, quin? idem *Luc.* utrobique deflectendo ad adverbium illud, ritè, undè ritus prodit, affirmat tria reperiri adverbia id ipsum præportantia; illa scilicèt, ritè, rectè, & benè, & sic Ritus est idem, quod rectus; Alii insupèr intimiùs perscrutantes asseverant Ritum ad Jus, sivè Juris sollemnitatem propriè referri; Rectum verò ad causam, sivè rem: sed *Hugo* optumè concludebat, quod Ritus est mos vetustior, & firmior; Quamobrèm Regina Joanna in unum colligi, dùm jussit, observantias omnes in Magnæ, & Vicariæ Curiis illùc usque usu receptas, earum volumini opposuerunt tùm compilatores, tùm alii posteà receptiores collectores inscriptionem relatam, sub nomine Rituum M.C.V.

43

44 Sed ejusmodi Ritus Magnæ Curiæ facere jus in Regno, & observantias tradi debere in Tribunalibus inferioribus, dicit *Præs. Vincent. de Franch. decis. 143. 148. num. 5. ver. ritus iste, & 366. n. 6.* quem insequitur *Avus meus Prosper Petra in annot. ad Grammat. dec. 102. num. 3.* (adnectens subintelligi semper contrahentes. quamvis non exprimant illis se submittere ex ejusdem *Præs. oraculo dec. memor. 366.* (& ante eos firmarunt *Doctor Pennensis in alleg. l. unic. Capyc. in verbo Rex Siciliæ §. magister Justitiarius, Grammat. in constit. si quis in posterum num. 3. Mollus in const. Reg. si civiliter agens*, insequuntur *Tartaglia in prax. civil. cap. 1. num. 1. Frecc. de præsent. instrum. par. 15. num. 3. & 4.* & relatis *Crovens. num. 7. hoc in ritu*; & ibidem *Carav. num. 3. & alio in rit. 37.* tradit *Galeer. in prax. instrum p. 3. princ. rubr. 1. num. 6. D. Franc. Maria Prat. lib. 1. discept. forens. cap. 15. num. 61. Mar. Giurb. dec. 102. num. 5.* & decisiones M.C. nimium commendat *Triust. dec. Venet. 1.* At non ideò in Sacro Regio Concilio admonet idem *Frecc. par. 15. nu. 8. & 9. Thor. par. 1. compend. decis. verbo Ricus M.C.* quod vel inde veritate fulget, quia Ritus servari mandavit Regina Joanna hoc ritu in M.C.V. vel quia uti fatur *Freccia* Tribunal M.C. cum sit Magistri Justitiarii, & Vicarii Regis uti ipsius Regis substitutum, nullam dat observantiam in alio majori Regis Tribunali, & lepidè observat *Anneeb. de prævent. inst. cap. 13. q. 5. num. 10.* & quod *ritus 98.* Regni Siciliæ dispositio locum non vendicat in Concistorio S. R. C. observat *Consetus in Juis quæst. lib. 1. q. 12.*

45 Constitutiones autèm Regni, jus in eodem commune esse, voluit *Affl. in prælud. const. q. 1. num. 3.* quod deindè non admisit. Imò esse statuta specialia, & proindè esse interpretandas, quominùs jus commune lædant, asseverat veriùs esse in *constit. de homicid. clandest. rub. 27. num. 11. & in dec. ult. vers. servanda difficultas.*

46 Consuetudo autèm est altera lex ex unanimi Scribentium voce, neque in alio ab ipsa lege distat, quam quo tacitum ab expresso, lex quippè apertis, expressisque verbis inducitur, consuetudo autem tacito populi consensu introducitur, *l. de quibus ff. de legib. §. sine scripto inst. de jur. natur.* ibi: *Vetustatem vicem legis obtinere, Menoch. de arbitr. judic. lib. 2. cas. 80. cum trib. seq. Mart. de jurisd. p. 4. centur. 1. casu. 64. num. 3. Decian. cons. 42. num. 24. vol. 5. Molfes. ad consuetud. Neapol. par. 2. tit. de personis q. 4. num. 5. Mari ad Gramm. dec. 92. num. 7.* & meminit *Senec. de benefic. lib. 5. cap. 21. Multa, inquit, legem non habent, nec actionem, ad quæ consuetudo vitæ humanæ lege omni valentior dat aditum, Viv. decis. 66. lib. 1.* Eaque si dubiè fatur, juris admittit interpretationem, & subsistunt notata in *l. 1. §. si de lege falcidia ff. ad l. falcid.* nec non per *Harib. lib. 2. q. q. jur. par. 2. q. 20. à num. 28. Surd. dec. 36. n. 19. dec. 49. num. 8. & dec. 178. num. 16. cons. 393. num. 5. cons. 426. n. 11. vol. 3. Cornaz. dec. Luc. 13. num. 6.* atque *Gabriel cons. 81. num. 81. cons. 18. n. 11. & 12. cons. 9. num. 4. & cons. 119. num. 63.* Quod si clarè, & manifestè loqueretur à jure prorsùs recederet, illudque tunc consuetudo distrueret, auferretque ex *ead. l. de quibus*, & super ea notatis, peroptimus est *tex. in l. 1. §. sed et si quis leger, C. de veter. jur. enucleam. de Perris cons. 1. num. 21.* etiam in feudali materia, cum consuetudini locali, magis, quam feudorum juri standum esse pateat, ex *tex. in cap. 1. § hoc autem notandum ver. hoc quoque de his qui feud. dar. poss.* postq; alios asseverant citatus *Harib. quæst. 21. num. 33. Surd. cons. 272. num. 133. & cons. 383. n. 26.* atque *Gabr. cons. 1. num. 17. vol. 2.* An autem

47 abolere jus possit, quod clausulam continet derogatoriam (quavis consuetudine haud obstante) extricant *Soto lib. 1. de justit. q. 7. art. 2. Covar. lib. 3. var. cap. 13. num. 4. Covell. q. 704. Molin. tom. 1. tract. 2. disput. 77.*

48 Quod illa vetustissima pari passu cum privilegio incedat, tradit *Ostrau. cons. 142.* atque ità, quod per privilegium conceditur, hoc & consuetudine introduci licere, ex multis confirmat, *Jodoc. Damhouder. Enchiridion. parium; aut similium juris, verb. privilegium, & consuetudo pagin. 486.* Vimque pacti, imò illo majorem habere, *Affl. dec. 91. num. 9. & dec. 258. num. 2. Gonzalez in reg. 8. cancell. Gl. 33. n. 4. Farin. pract. crim. q. 175. p. 6.*

Tripartitam autem admittit distinctionem, ut alia sit scripta, alia præscripta; alia verò titulata sivè judicata. Prioris quippè speciei sunt omnes inscriptum redactæ consuetudines, cujusmodi, & Neapolitanas esse propterea non ambigimus, easque ideò jus esse, notant *de Franch. decis. 563. num. 7.* insequiturq; *Cons. Aud. Prevens. in posthum. sed utilib. obser. ad Neap. consuet. obser. 10. num. 11.*

49 Præscripta verò, ut ità, & validè reputetur, quale tempus titulata autem, & judicata quot actus requirant distinctè, & citra errorem fari intendentes, constituimus alteram, itidemq; tripartitam consuetudinis distinctionem, quod alia sit contra jus alia præter jus, alia tandem secundum jus, per *Abb. in dict. c. fin. num. 11.* aliosque

com-

communitèr; maximè verò *Roechum Curtium ſect. 3. num. 28. & 35.* Hac itaq; præhabita diſtinctione. Reſponſio primi quæſiti erit, ut præſcripta, ità, & validè dicatur ſivè prætèr, ſivè contra jus fuerit decennali interſtitio indiget; *Regens de Ponte conſil. 41. num. 1. vol. 1.* jure tamen civili attento, *Aua. conſ. 40. num. 4. vol. 1.* poſt *Surd. conſ. 58. num. 8. lib. 1. Hieronim. Cavall. pract. opin. commun. contrà commun. quæſ. 357. num. 4. Colerus deciſ. Germaniæ 21. num. 4. Nicol. Feſtaſi de Æſtimo par. 2. cap. 3. num. 25.* At Pontificio perſpecto jure decennii tempore introduci prætèr jus ſubcinit ipſiſſime *Ann. & Abb. in d. cap. fin. num. 11. Suar. in theſaur. recep. ſentent. lit. C. num. 279. Villalob. in commun. opin. verſ. conſuetudo, num. 183. Surd. conſ. 51. Maſill. ad Capyc. dec. 27. num. 7. Monet. in tract. de diſtribut. quotid. par. 2. q. 12. num. 9.* atquè *Novar. tom. 2. de gravam. vaſſall. prælud. 8. num. 36.* quadraginta autem ſicontra jus ex corundem mox citatorum aſſertione comprobatque omnium ſcribentium aſſenſus, maximè ejuſdem *de Ponte* aliorum ſuffulti auctoritatibus *conſ. 155. n. 27. vol. 2.* ut enim ſit legitimè præſcripta aſſeri-
50 tur *in eod. cap. fin.* Nec legitimè præſcripta erit quæ annorum quadraginta ſpatio inducta non fuerit, teſte eodem *Roccho* late probante eadem *ſect. 3. num. 4.* inſequiturque *Alex. Moneta ad d. quæſt. 12. num. 3. Roman. ibidemque add. ſingul. 102. & 103.* & tunc vigare etiam contra fiſcum tutatur, idem *de Ponte conſ. 54. num. 15. vol. 1.* Sit inſupèr rationaailis, quæ contra jus eſt conſuetudo: deducunt ex *eod. cap. fin.* DD. omnes ſuper eo ſcribentes *Thom. Triviſan. dec. Veneta 54. num. 25. lib. 2. Franciſ. de Claper. deciſ. Fiſcal. cauſ. 35. q. 2. num. 2. Alex Reudenj. deciſ. Piſan. 4. num. 120.* & alii quos *Camill. Borrell.* coacervat *in ſumm. deciſ. tit. 14. de leg. t. 1. num. 29.* cùm ratio illius ſit veſtimentum, alias nuda, & frigida exiſtit ex *Bald. Affl. in prælud. conſtit. q. 8. num. 3.* Non illa quæ ſit prætèr jus, præſertim *Card. Bald. & Barba* quos recenſet memoratus *Rocchus add. ſect. 2. num. 24. & Moneta ead. q. 12. num. 6.* tametſi ut rationabilis dicatur Judicis ſit relictum arbitrio, & *ſup. eo tex. in d. cap. fin.* notant omnes, necnon *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 82. n. 2.*

51 Ad illam verò introducendam non opus eſſe, ut quandoq; ſaltèm fuerit judicatum, & judicialitèr cognitum, at populi dumtaxat conſenſum, ſatis eſſe affirmant iidem, ſpeciatimque *Abb. in illo cap. fin. num. 16.* & communi relata ſententia probat *Celſus Vgo. conſ. 54. num. 21. Aldobr.* tùm in *commentariis*, tùm in *addit. ad §. ex non ſcripto, inſtit. de jur. natur. gent. & civil. Suarez ead. lit. C. num. 281. & Turzan. in ſuis opin.*
52 *comm. opin. 153.* Unicum verò non ſufficere actum, ac plures concurrere debere, certum eſt *l. 1. & 2. C. quæ ſit longa conſuetudo;* Admonetque *Bar. in l. de quibus, q. 2. ff. de legib. Marc. Anton. Bellon. in dec. Janua 17. num. 6. Caſ. Barz. dec. Bonon. 95. num. 7. Gratian. deciſ. March. 148. num. 10. Theſaur. qq. forenſ. lib. 1. q. 38. num. 16.* at ſaltèm binos requiri advertunt *Dec. in l. certè conditio, §. nummos num. 17. ff. ſi cert. petat. in l. ut liberis num. 11. C. de Collat.* idemque *in conſ. 222. & in altero 441. num. 11. Decian. reſponſ. 124. num. 8. vol. 3. Borrell.* aliis relatis, *alleg. tit. 14. num. 20.* & idem ante firmaverat *ad Bellug. in ſpecul. Princip. rub. 4. lit. E. verſ. Unum actum;* quamvis unicus actus notorius eſſet quique univerſo Populo, aut Collegio innoteſceret; ex *Bar.* & aliis citatus *Moneta ead. q. 12. num. 13.* Inter
53 verò unum, alterumque actum temporis exequitur interſtitium, itaut ſi uno, eodemq; momento, ac minimo temporis puncto plures reiterentur actus ſi illa [illegible] introducta dicatur *l. ſi triennio, ff. de ſtat. liber. Gl. in c. lotharius, verb. Appellavit. 31. q. 2. Oſaſc. deciſ. 58. num. 37. de Graſſ. de except. cap. 14. nu. 68.* eruditus *Avendan. de metu lib. 2. cap. 36. num. 44.* qui quidem actus nullam admittunt coactionem, ſed liberam exquirunt voluntatem: *Suar. de legib. lib. 7. cap. 12. num. 10. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 210. num. 24. vol. 2. Avendan. adduct. loco num. 48.* qui verò DD. eloquuntur unicum ſufficere actum, non de conſuetudine, ſed de ſolito fari voluerunt quod ſingulari actu peroptimè probatur, *l. nulla §. ſed ſi olim, ff. de alim. & cibar. legat. Paul. & Angel. in l. conſentaneum, C. quomodo, & quand. Judex, Curt. jun. con. 19. num. 4. Cosad. conſ. 23. num. 5.* & declarat poſt *Theſaur. d. qu. 38. nu. 17. Borrell. cit. tit. 14. nu. 21.* quamvis duas quoque exigere illud vices annuant *Afflict. deciſ. 305. nu. 11. ex tex. in l. eum quod, C. de fund. rei privat. lib. 12.* quem adducit *Andr. in cap. imperialem §. Præterà Ducatus de probib. feud. Alien.* per *Feder. Jacob. Ardi in ſua ſumm. tit. qui feud. dar. poſſunt in princip. ex tex. in l. 3. §. fin. C. de Epiſcop. audient. Avus meus Proſper Petra ad Capyc. deciſ. 163. num. 2.* ultimuſque ad illud inducendum debet inſpici, *Gloſ. in cap. cum Eccleſia Sutrina, verb. Trium Epiſcop. ext. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Affl. cit. dec. 305. num. 18. Decian. reſponſ. 73. num. 18. vol. 3.* pluraque de ſolito extant *Gabriel comm. opin. lib. 3. tit. de locat. concl. 1. & Claud. Bertaz. ad conſil. ejus patris 213. lit. D. lib. 1.*

Nunc ad poſtremam prioris ternarii ſpeciem
54 conſuetudinis accedentes, nempe ad titulatam ſivè judicatam, advertimus nullum exigere tempus, ſed judicatum dumtaxat, non quidem ſemèl at iteratis vicibus, *Rocchus Curtius indic. ſect. 3. num. 3.* alioſque recenſens ſequitur idem *Alex. Moneta nu. 11.* atque ex noſtratibus *Præſ. de Franch. dec. 238. nu. 3. & dec. 722. n. 11. vol. 4.*

Quo caſu quatuor ad minùs iudicaturas exquirit *Gratian.* poſt alios *cap. 441. num. 25. Dom. Conſil. Staiban. reſolut. forenſ. lib. 1. reſolut. 98. à num. 144.* ſeù tres juxtà notata per *Napod. in proœm. ad conſuet. Neap. num. 24.* vel ad minùs duas fundat *Molfeſ. ad conſuetud. Neap. par. 1. cap. 5. num. 41. Capiblanc. tom. 2. de baron. cap. 95. n. 11.* etiam ſi illæ emanatæ non fuerint in contradictorio judicio, ut contra *Maſcard. ex Croto* contradictorium judicium in judicialibus ad inducendam conſuetudinem requirentem; firmant *Joan. Guttier. de tutel. p. 2. cap. 1. num. 32. & 33.* aliique, quos inſequendo laudat *Noguerol. alleg. 6. num. 31. & 32.* & confirmat *Salgad. in labyrinth. credit. part. 1. cap. 1. §. 2. num. 60.* Omnis autem conſuetudo juri communi contradicens ſtrictam

admittit interpretationem, ut ex rotali dec. de-
ducitur quæ inter recollectas à Farinaceft decis.
498. sub num.7. par.1. concinit Mohed. dec. 7. de
præscript. affirmant Put. decis.107. lib.1. & decis.
310. lib.a. Dec.conf. 8. Roland. à Vall. conf.69. nu.
30. vol. 3. Curt. Jun. tract. de feud. 6. q. princip.
num.5. Cephal. conf.a6. num. 25. tom. 1. Cravett.
conf. 30. num. 5. Atquè ideò nun extendenda de
casu ad casum, neque de loco ad locum, nequè
tandèm de persona ad personam, Surd. conf.308.
num.6. conf.323. num.13. & 371. num.4. vol. 3.
ex omnium resolutione in l. quod non ratione, &
in d.l. de quibus ff. de legib. Alex. Moneta subii-
ciens exceptiones in sex casibus ead. q. 12. à nu.
23. quin, & speciatim nè dilatetur ad alios casus;
indicat de Franch.dec.240.n.11.& dec.253.n.etiam
11.Surd.consil.407.num. 3. Neq; si major, aut mi-
nor ratio consideretur: idem de Franch. decis. 17.
num.13. & quod neque ad alia loca fatis, super-
que docent Oltran. consil. 237. Surd. conf. 323.
num. 13. vol. 3. de Ponte consil. 131. num. 90. &
Rota dec.604. sub num.7. inter easdem recollectas
55 à Farinac. par.1. to.2. Itàut neque vigens in uno
quarterio afficiat aliud quarterium; dicit Sesse
decis. Arag. 8. nu. 15. & tangit Conf. Theodor. al-
leg. 1. num. 37. Præterquàm in capite Provinciæ
Baroniæ, aut Diœcesi extaret, altera super ea
re non apparente in locis subjectis, & connexis,
in quibus tunc illa proculdubio attendenda esset,
Bal. in cap. proposuit in fin. de appellat. Roman. in
fin. de appellat. Roman. in l. si aliena, §. 1. ff. de
usucap. Aymon. Cravet. de antiquit. temp. par. 4.
num. 54. & 55. Dec. conf. 389. Ananel. singul.
235. num. 1. Gaspar. Thesaur. q. forens. 49. num.
1. lib.2. post alios Verall. dec. 229. num. 1. lib. 1.
& comprobat Christineus decis. Cur. Belgica 55.
56 num. 6. vol. 2. Quin, & illa quæ in Civitate
introducta est, æqualitèr in omnibus ejus vicis
observari debet; ex Gl. fin. in l. ex ea parte, ff. de
postuland. Marc. Ant. Eugen. consil. a6. num. 28,
& 29. t. 1. aliq; plures; quos Reg. Valenz. recen-
set conf. 79. à num.61. t.1. & conf. 146. num.32.
t. a. Imò, & illa convicinæ Regionis, quando de
propria non apparet, l. si servus plurium, §. fin. de
leg.1. Præs. de Franch. dec. 56. num. 7. dum ta-
men juri communi non obsistat, ut colligitur ex
notatis per eundem de Franch. adduct. dec. 17.
num. 13. & peramplè Costa generatim loquens in
consuetudine, observantiâ, stylo, fama necnon
statuto, & aliis, ut recurratur ad consuetudinem
observantiam, stylum, famam, atque statutum, loci
vicini, perdoctè edisserit in tract. de remed. subsi-
diar. remed. 70. Quibus illud omninò certum
esse addimus, quod generatim loquendo consue-
tudo tantùm habet de potentia, quantùm habet
57 de actu, & usu, Surd. conf. 371 num. 3. conf.
393. num.20. & consil. 424. num. 3. vol. 3. Cather.
dec. 29. num. 16. Rota dec.a88. sub num. 4. inter
recollectas à Farinac. par. 2. tom. 1. Nec propte-
reà mirum, si illa subsequatur privilegium, & in-
terpretetur illius concessionem, de Franc. d. dec.
56. num. 6. & 10. & dec. 397. num. 12. Ep scop.
Campanil. in diver. Jur. Canon. latè extricans rub.
7. cap.6. rub. 11. cap. 13. num. 56. Regens Valenz.
consil. 8 num. 21. lib. 1. & procedit etiam contra
proprii verbi significationem, decisio est notabi-
lis Innoc. in c. olim tibi num. 2. de verb. signific.
maximè collaudata per Abb. in cap. certificari de
sepul. Nec non etiam si ex post facto appareat
ejusmodi interpretativam consuetudinem non esse
bonam, nam propterea ab ea recedere minimè li-
cere, dicit idem Abb. in c. dilectus num.7. de con-
suetud. sequiturque de Ponte conf. 155. num. a6.
vol. 2. Imò, & mentem legislatoris, sivè conce-
dentis privilegium, aut contrahentium arguit,
ità fuisse à principio ut post Bal. & alios, dicit
Sesse dec. Aragon. 90. sub num. 11. Atq; tandem
sufficit fuisse ità observatum, licet non sit præscri-
ptum Marcell. de Mauro, aliorum fretus autho-
ritatibus alleg. 50. num.4. & 55. num.10.

Multa de consuetudine exarant Borrell. in
summ. dec. lib. 1. tit. 14. Novar. de gravam vas-
sal. t.2. prælud. 8. & gravam. 6. Franc. de Petris
cit. conf.1. num. 21. Affl. in prælud. constit. q. 6.
ubi firmat consuetudinem esse gratia, & privile-
gio fortiorem, illaq; Principes minimè esse solutos
& majorem habere authoritatem statuto subne-
ctit q. 8.
58 Nec omittendum disponentem præsumi se con-
formem reddere locali consuetudini, Reg. Capyc.
Latro dec.3. num. 4. lib.1. Consil. Provenz. ad Con-
suet. Neap. tit. de success. ab intest. consuet. 1. ob-
ser.10. num.7. Ut præterea testandi facultas alicui
tributa, secundùm loci consuetudinem, ubi ulti-
mæ conduntur tabulæ, intelligitur, post alios
Mascard. de stat. interpr. concl. 7. num. 27. Hinc
patre filium, ac filiam instituente in eo, quod ip-
sis de jure tangit, attenditur statutarium jus, non
autem jus commune, quo perspecto æqualitèr suc-
cedunt, ut contra Bal. veriorem esse opinionem,
indicat Jas. in l. omnes populi, ff. de justit. & jur.
confirmant Bar. & cæteri in l. hæredes mei §. cum
ita, ff. ad Trebell. Menoch. de præsumpt. lib.2. præ-
59 sumpt. 6. num. 7. Et promissio à viro facta dotis
restituendæ, in casibus a jure permissis, jus con-
suetudine approbatum comprehendit, Alex. in l.
post dotem, ff. solut. matrim. Marchisell. pract.
quæst. jur. q.86. num.2. Giaz. in observ. ad memor.
dec.3. Reg. Capyc. Latro num.5. Juris autem appel-
latione venire municipale, est Gl. theorica in pro-
œm. clement. in verb. Juris, insequitur Anchar an.
q.6. num.11. p.2. ampliat Marta etiam in partium
conventione aliquid agendi secundùm jus, quos
laudat Novar. de gravam. vassall. gravam.73. lib.3.
& matrimonium contrahentes, si prærogativis
Capuani, & Nidi Sedilium potiantur, secundùm
illorum consuetudinem contraxisse præsumi, Con-
siliar. Theodor. lepidè advertit alleg.79. num. 9. in
causa Ducis Martinæ, cujus decisionem compila-
vit R. Tap. dec. S.C. 56.

Ad stylum nunc deflectentes memoramus, &
illum esse quoq; usum, & observantiam, non ta-
men omnium gentium, & locorum, at Tribu-
60 nalium tantùm, & Curialium, ut propterea ea
soleant ubique proferri verba, de stylo Curiæ, qui
quidem stylus est citrà dubium, in unaquaq; Cu-
ria respectivè servandus, scilicèt in ea, ubi vige-
re consuevit, Munard. dec. 11. Cappell. Tholos. dec.
115. Mascard. de probat. concl. 1041. Ludov. dec.
Perus. 96. num.7. Ignat. de Villar. in silv. respons. lib.
1. respons. 1. Perez in lib.28. tit. 4. lib. 2. ordina.
pag. 251. Napod. in proœm. Carol. num. 330. Ricc
collect.

collect. dec.794. & 1838. & D. Carav. in hoc ritu,
laudando insequitur *Novar. de grav. vass. tom. 2. gravam.39. Aun. singul.497. Gallup. in prax. S.C. in prælud. p.2. num.5. Vivius* ejusdem *Caravit.* indicato loco *num. 23. & in ritu 260. sub num. 7.* memor *dec.297. Reg. Capyc. Latro dec.30.num.19. & dec.74. n. 17. to.1. Franc. Maria Prat. observ. 44. centur.1. pract. observ.& lib.3. discept. forens. cap.41.à n.95.*
61 Alioquin, ità Judex faciet litem suam, quemadmodùm, si jus commune parvipenderet, quod ex *Bal. in Auth. jubemus, C. de Judic.* deducit *Lanfranch. de Orian. in comment. ad l. admonendi num.3. ff. de jurejurand.* teneturq; in syndicatu *Jas. in cit. Auth. jubemus in 1. notab. Rodolfin. de Bracch. secul. num. 32. R. Rovit. sup. prag. 3. nu. 23. de cession. bonor. & in prag.1. num. 75. de jur. & exact. fiscal. & prag.1. de titul. abusu num.58.* idem *Franc. Mar. Prat. ad Muscatel. p.7. Gl. condemnando ad num. 23. & tom. 3. discept. forens. cap. 31. num. 21. & cap. 45. num. 47.* Etenim de substantia esse admonent *DD.* ut est videre apud *Pelin.* affatim super hac re loquentem in *cap.2. de rescript.* & pro lege observandum firmant *Cyn. & Bal. in l.fin. C. quæ sit longa consuet. Cravet. cons. 201. num.21. Menoch. cons.110. num. 4. Thesaur. dec.1. num.9. Amat. dec. March.32. num. 27. Novar. proxim. cit. loco num. 2. Cappell. Tholos. decis. 115. Jacob. Machell. patrocin. 5. nu.26. de Franch. decis. 470.* cujus meminit *Prat. lib. 1. discept. forens. cap.1. num.50. Larr. dec. Granat.41. & 47. num. 13. & alleg. fiscal. 22. num. 26. Knichen de vestitur. pactor. par. 2. cap. 2. num. 217.* etiam in capitalibus causis *Menoch. de præsumpt. q.8. num. 15. lib.2.* quamvis in contrarium juris esset dispositio, *l. si quando in fin. C. de injur. §. fin. inst. de satisdat. Reg. Valens. cons. 94. num. 90. vol. 1.* & quod secundum illùm fit, secundùm jus peroptimè agitur *Innoc. in c. cum venissent de eo qui missi. in possess. Papæus dec.292. num. 2. Surd.* post alios *decis. 175. num. 2.* sivè ille ad ordinandam sivè terminandam litem tendat, *Zabarell. in clement. sepè, §.8. & quia in 6. notab. de verb. signif.* cùm aliis plena manu adductis per *Menoch. cit. q. 8. num.14.* Atquè ideò sententiam contra stylum
62 prolatam nullitatis labe maculatam, edocent idem *Papæus dec.198.nu.2. Rebuff. de constit. art.2. Gl.13. n.44. tit. de consuet. Neviz. lib. 4. Sylv. Nuptial. n. 32. in fin. de Franch. dec. 238. nu. 3. & 470. nu. 4. Masull. ad Capyc. dec. 1. num.20. Marcell. Calà de mod. articul. §. 1. Glos. 4. num. 82. Apicell. alleg. 3. num. 24.* & eleganter, post alios, *Reg. Capyc. Latr. decis. 30. num. 32. & dec. 96. num. 14. t.1.*

Vt prætereà, qui secundum consuetum in citando stylum non fuerit notificatus, a contumacia, si non compareat, erit immunis: *Angel. in l. fin. C. de cano. præstan. lib.10. Marsil. singul.118. Vant. de nullit. tit. de nullit. ex defect. citat. à num.75.* Et stylo potius quam consuetudini stan-
63 dum esse, asserunt *Franc. Marc. dec. 158. num.3. t. 1. Cavalc. dec. 6. num.7. Affl. dec. 135. num.3. Cornazzan. dec. Florent. 72. num.6. Mastrill. dec. 1. num .20. Ricc. dec.87. num.29. dec. 119. num. 1. & 2. atq; dec.205. num.1. p.2.* Et proindè quotidie è M. C. V. S. C. cæterisque superioribus Tribunalibus manant decreta, & provisiones, quod observetur stylus Curiarum inferiorum, ut provisum per *D. Præsid. de Franch.* tunc *Reg. Consil.* & causæ Commissarium Mense Maii 1571. in causa Terræ Siciniani, memorat *Novar. cit. gravam.39. n.14.*
64 Vtrum quanto tempore inducatur vide *Rayn. de Sabanico in repetit. l. mora maiorum, ff. de jurisd. omn. judic.* estque concludenter, & formiter probandus, quin, & fuisse legitimè præscriptum: *Alex. cons. 36. in fin. lib.2.* id tamen, si sit contra jus, & respiciat decisoria, *Mares. var. resol. lib. 2. cap.100. num.20.* prout resolutum fuit in *Aretin. spolii 9. Junii* 1604. coram *Coccino*, & in altera *Parisien. pecuniaria 26. Novemb.* 1610. coram *Lancellotto n.5. estq; dec.259. p.1. primi t.* inter novissime recollectas à *Farinac.*
65 Et cùm ex receptis probationibus in causa aliqua, constet aliquem extare stylum in aliqua Curia, non oportebit in aliis causis de illo docere cũ semèl probatus sit quoad reliquas omnes causas, teste *Peregrino dec. 33.* Imò si notorius esset, ex doctrina *Soccin. cons.63.* intraret doctrina *Bar. in l.3. §. fin. ff. de testib.* quin, & semper cum ordinatoria dumtaxat respiceret, ac Juri communi haud contradiceret; nam liceret tunc Judici, etiam non vocata parte expetere ab advocatis, Procuratoribus, & Actuariis: *Osasc. dec. 22. sub num. 16. Tusc. lit. S. concl. 695. num. 25.* post *Bart. adduct. loc. Angel. in §. ex non scripto col. 2.* ibidemq; *Jo: Fab. col. 4. instit. de jur. natur. gent. & civil Mascard. de probat. conclus. 1344. Muta supra Consuet. Panorm. cap.18. num. 31. & cap. 57. num.9. Cum. super ritib. Sicil. ultr. far. in prælud. num. 50. Jacob. Machell. in patrocin. 36. num. 7. Iodoc. in prax. civil. cap.218. nu.9. Ricc. in prax. Ecclesiast. decis.67. Ioseph. Ludov. decis. Perus. 96. num.32. & decis. 36. inter decis. Lucens.* & nostrum S. C. servavit in causa liquidationis instrumenti apud *Gizzarell. decis. 96. num. 4.* & Curia Archiepiscopalis canonizavit penès *Episcopum Ricc. decis. 53. par. 1. & decis. 119. par. 2.* & advertit *Foller. in praxi crim. rub. det. capitul. num. 10.*
66 Satque erit, quod Judex in actis scribere satagat se instructum fuisse de stylo à viris sic attestantibus *Betrand. cons. 123. in princip. & consil. 124. num. 4. lib. 2.* quo casu licebit judici taliter edocto ex officio suppellere, *Alex. in l. 4. §. hoc autem n.26. ff. de damno infect. & cons.14. n.1. lib. 5. Ruin. cons.114. n.14. lib.4.*

Nec non ex inspectione aliorum processuum stylum inquirere, ut dictum fuit *in una Florentina Iurispatronatus 3. Decemb.* 1607. coram *Lancellotto*, rursùs *in Civitaten. constructionis Cappellæ 20. Februarii.* 1489. coram *Seraphino*; ac *3. Ianuen. pecuniariæ 16. Martii* 1612. *num. 4.* coram *Ubaldo*, quæ inter prædictas recollectas est *dec.393. par. 1. tom. 1.* quæque propterea *num.6.* adjungit, quod cum stylus recipiendi testes per Notarium haud pugnet cum jure communi, juxta *clem. 1. de offic. deleg.* ac *Vestrium in praxi lib. 6. cap.2. sub nu. 2.* ideò fidibus, atque processibus probari affirmat; sed stylus, nè præexigatur citatio ad videndum examinare testes, non est tantæ virtutis, ut ope-

retur nō præexigi ad videndum jurare testes pereandem *dec.*159. *n.* 5. supradicta tandem adhibita distinctione inter decisoria,& ordinatoria, quin,& inter adversantia juri communi, & non adversantia,præter decisiones, paulo ante memoratas,sunt & aliæ, in quibus Rota idipsum judicavit, nempè *in Mediolanen. rescissianis contractus* 17. *Iunii* 1602.coram *Damasceno* , *& Mediolan. canon.* 9. *Ianuarii* 1615. coram *Pirovano*,quæ inter easdem *Farinac.est dec.*644. *par.*1. *to.*2. & concinit *altera* 704.*sub nu.*6.

68 Judicem vero appellationis , quem stylum sequi oporteat in dubium venit , & attendendum stylum primi Judicis Curiæ , à quo fuit appellatum ,insigne est *Gl.s. dictum in cap.illud* 12. *dist.verb. Contrario more ex tex. in auth. ut cum de appellat. in c. Raynutius de testam.*hoc in controvertibile in toto jure fore *Rebuff.* affirmat *cit. art*,2. *Gl.* 24. *de consuetud.* distinctionem tamen *Antonii de Butrio in rubr.de consuetud. col.2.vers. recitant*; etiam amplexus , ut in judicii præparatoriis , processusque inspectione stylus , & leges ipsius appellationis Tribunalis sint procul dubio sequendæ , merita verò causæ in concernentibus ac sententiam proferendo, lex,ac stylus primi Judicis attendatur sequitur *Felin. in cap. Ecclesia S. Maria col.*37. *num.*54. *de constit. in cap. fin. col.*5. *vers. limita tertiò num.*6. *eod. tit. & in cap.super per his col.* 7. *in princip. vers. & pro hac parte de accusat.* commendat *Alex. in l.* 1. *in fin. ff. de legat.*1. firmatque *Capyc.dec.*76. *num.*19. & ibidem *in annot.ex Affl.* admonet *Avus meus Vesper Petra num.*7. *Ritu Cur.Archiepiscop.Neap.num.*6. & collimant per *Ricc.exarata decis.*205.*par.*a ea quippè

69 ratione , nam causa appellationis remedio ab inferiori ad superius translata Tribunal eandem retinet, non diversamconsequitur naturam, & in ea proceditur, prout in prima instantia , adeò ut , si in illa absque parte processum fuerit possit in secunda pariter , sine parte procedi , secundum *Geminia consil.*75. *num.*4. *vers. & pro hac opinione* id quod prorsùs ipse non firmo , & si primum fuerit summarium judicium eisdem erit qualitatis appellationis causa *Bal.cons.*272. *per tot. lib.*3. *Puteus dec.*426.*num.*3. *Cancer. var. resol to.*3. *cap.*16. *num.*145. quæ in omnibus, & peromnia erit conformis naturæ primæ instantiæ, *Frauth. dec.* 408. *&* 420.

70 Cùm verò superioris jussu diversi , & prorsus disjuncti conjunguntur ordines , ut sæpè sæpius in arduis accidit causis,quod S. C. unitur Regiæ Cameræ , atq; è contra sententia tunc profertur; juxta illius Tribunalis stylum,cui aliud fuerit adjunctum *Pras. de Franch. decis.*252. *nu.*3. *Camill. Borrell. in summa decis.tit.*30. *de sentent.diffinit. num.*311. *tom.* 2. etenim additamentum ejusdem, cujus principale , est naturæ, ut advertit *Saravia in tract. de jurisd. adjunct. cap.* 3. *num.*10. Judex enim adjunctus eandem habet jurisdictionem,quam ille, cui adjungitur *Castr. in l. cum furiosus nu.*2. *ff. de judic. Castill.dec.Sicil.* 87. *num.*1. & appositè ponit *Thor. compend.dec.par.*3. *fol.*3. *verb.Sententia proferenda* Quid autem in Judice delegato an ille servabit stylum Judicis delegantis , inquirunt *Franc.Marc. dec.*666. *p.*2. *Gravat.ad Vesp. in prax.Roman.lib.*5.*cap.*3.*nu.*4.

71 Postremo loco, & stylum al cujus particularis Notarii attendendum quoq; esse animadvertimus, post *Surd. decis.* 223. *num.* 8. addentem non esse dubio,illum,nempè, quo usus est Notarius in aliis instrumentis in eadem materia stipulatis per *Bal. in §.*1. *in fin. instit. de empt.& vend. Mich. Angel. Giaz. in observat. ad dec.*2. *R.Capyc.Latr.num.*13. *tom.*1.

Itidèm quod quævis dispositio hominis , aut legis intelligenda sit , prout de stylo solitum est fieri dicit *Puteus decis.* 353. *lib.* 3. supra de consue-

72 tudine eloquuti sumus . Cùm verò stylus loci contractus differentis à stylo loci judicii , utristandum , soluit , distinctione utens , *Gid. Pap. dec.* 262.

Quod si usus sit difformis nullum induceret

73 stylum ac consuetudinem teste *Rota* inter easdem recollectas per *Farinac. decis.* 356. *sub num.*3. *p.* 1. *tom.*1.addente *num.*4. nisi diversitas proveniret ex actibus , qui se compatiuntur cum ipsa consuetudine, exemplum est , in extensione consensuum in libris Cameræ ,quæ servata forma *Const.Clem. VII.* fieri debet intra quindecim dies à die missæ,nam probato cursu multorum annorum fuisse pluriès extensum post quindecim dies,quavis fuerit etiam deductum interdum fuisse aliis multis vicibus extensum in termino quindecim dierum, nihilominùs inductum fuisse stylum concludit, ex illa potissimum ratione , quod prædicta diversitas versatur in actibus , qui se compatiuntur cum consuetudine , & stylo, quippè quod qui potest post quindecim dies facere regulariter multò magis quibit intra illos *Dec.* post *Bart. consil.*

74 11. *sub num.*12. *vers.Tertio,& ultimo. Fhaunt.de Invent.p.*3.*nu.*93.opitulaturque congesta ab *Alex. cons.*108. *num.* 15. *vol.*2. *Anch. cons.* 339. *sub nu.* 12. *Rol. cons.*53. *num.*3. *vol.* 2. *& Rota decis.* 294. *num.*6. *par.* 2. *divers.* & in ipsa die decimaquinta juxtà exarata per *D. Franc.de Petris cons* 33.

RITVS SECVNDVS.

Præfinitum Iudicum, & Officialium numerum in M. C.V. præscribit, illosque personaliter servire,unicum exercendo officium statuit.

IN primis quia ubi ordo deest , firmum rectumque omnium rerum firmamentum nihil superædificari potest, neque enim universitas aliqua , ulla potestate ratione substentati,nisi husmodi magnus/causa differentiæ) ordo servetur: quia non quæq;creatura in una eademque qualitate gubernarii , vel vivere potest (ut Cœlestium militiarum exempla nos instruunt) quia sunt Angeli , & sunt Archangeli, licèt non æquales sint, sed in potestate, & ordine differant alter ab altero; Sicque,ut in prædictis nostris Magnæ & Vicariæ Curiis, & qualibet ipsarum, certus, dibitusq; numerus officialium dictæ Curiæ deducatur ad debitum numerum infrascriptum, videlicet , quod Judices debeant esse ad minus tres , tresq; alii Magistri Actorum , sex Subactuarii , duo Fiscales, unus Erarius, Advocatus Fisci, & procurator Fisci , unusque Advocatus pauperum, & unus ipsorum procurator , unus Comestabulus, unus Carcerarius , unus Tubita, & unus contumaciarum accusator, & omnes debeant

debeant ſervire perſonaliter, & non per ſubſtitutum, & quod omnia dicta officia ſint ad beneplacitum Reginale. Cum verò hodiè in dictis Curiis plures, ultra dictum numerum, exiſtant; volumus quod omnes prædicti exiſtentes præſenti aliter officiales, in illorum exercitiis remaneant, ità tamen quod quilibet ipſorum unum tantum officium perſonaliter exerceat: declarantes quod decedentibus, ſeù cedentibus ex eis nullus alius poſſit in eorum loco ſubrogari uſque quo perveniat ad ſupra dictum numerum deſignatum, verum volumus quod prædictis nunc exiſtentibus omnibus officialibus ſolvantur gagia rata ad rationem gagiorum ſolvendorum officialibus juxta ſupradictorum numerum tantummodò, & non ultra.

SUMMA RERUM.

1 *Nonnulla in ordinis laudem, & neceſſitatem non injucundè recenſentur.*

2 *Ritus ordinem exinit, dum Judicum, & Actuariorum numerum certum præſcribit, ſuiſque in officiis unumquemque verſari jubet.*

3 *Ordo quid ſit? & illius nomen multifariam ſumitur.*

4 *Ipſe memoriam, quæ alioquin infirma eſt, & non omnia retinet, plurimùm juvat.*

5 *Concordiam alit, quod utique fiet, ſi reverentiam minores primoribus exhibeant, & priores minoribus dilectionem impendant.*

6 *Seniores, & antiquiores ſunt præferendi.*

7 *Antiquior non ætate, ſed gradu accipiendus eſt.*

8 *Licet alias Seniores ſermocinari prius debeant, tamen cùm plures patroni defendendæ cauſæ adſint Juniores prius, deinde Seniores proponunt, & quari.*

9 *Id quod ſervari in Rota Avenionenſi, apud Advocatos Parlamenti Pariſienſis, Doctores Veronenſes, & in S. C. in votis proferendis, oſtenditur.*

10 *In deferendis magiſtratibus Romani ordinem optima ratione ſervabant ab inferiore ad ampliorem, & cur?*

11 *Ordo ad ſtatus quoq; refertur, & apud Romanos tres erant ordines, Senatorius, Equeſter, & Plebejus.*

12 *Ad fortunas etiam, & vitæ genus.*

13 *Ordo decurionum, & Civitatis, Collegium ipſum Decurionum, & Curiam ſignificat.*

14 *Etiam inter vocabula ordo attenditur, & de ordine Eccleſiaſtico remiſſivè.*

15 *Regina ad minus tres Judices M. C. V. præeſſe indixit, quatuor verò Regni Conſlit. quot autèm aliis temporibus fuerint, & nunc ſint, tum ad cauſas capitales, tùm pecuniarias res incumbentes, tangitur.*

16 *Ad M. C. V. in criminalibus unoquoque biennio è Conſiliarium gremii bini Conſiliarii tranſmittūtur ad mitigandam illius rigorem.*

17 *Reipublicæ ſalus præmiis, ac pœnis conſervatur.*

18 *Meritò introducta ſunt duo Judiciorum genera civilia, ſcilicet, & criminalia.*

19 *Quamvis M. C. ſi diſtincta pro faciliori cauſarum exitu, una tamen, eademq; eſt M. C.*
Utèr autem præſtet civilis nè an criminalis Judex inquiritur.

20 *Judex civilis curia pro Tribunali ſedente ad inſtrumentorum liquidationem procedit, contumaces vocat præeſt in forindicationis ſententiarum prolatione.*

21 *Baro juriſdictionem habens civilem major eſt criminalem habente, & quare quique in oppido ſuo arma apponere poteſt, & aliis fruitur prærogativis.*

22 *Alii æqualem tribuentes Judicibus dignitatem, illud præferri credunt, qui prius ad officium eſt evectus, ſed hodiernus uſus quomodo inoleverit, traditur.*

23 *Actuariorum Subactuariorum, & Scribarum numerus hodiè quaſi eſt infinitus.*

24 *Fiſcales duo in Civitate Neapolis, quin in Reg. Camera duo ſunt, alter Togatus, ſine toga alter, & quot erant antiquitus.*

25 *Uter autem ex duobus fiſci togatis patronis R. C. & M. C. præcedere debeat, extricatur.*

26 *Recenſetur controverſia annis retrodecurſis orta num Advocatus Fiſcalis R. C. precedere debeat Judicibus M. C. in Regiis Junctis.*
Et pro Fiſco ſcripſit D. Didacus Molas cujus laudes recenſentur.
Collateaalis Conſilii deciſio affertur.

27 *Advocatus Fiſcalis ab ipſo Rege immediatè, Judices à Prorege conſtituuntur, illius officium cum vita durat, iſti poſt annum, aut biennium mutantur.*
Ille majus ſtipendium habet, & ipſius officium Præſidum dignitati par eſt, iiſdem prærogativis, vel etiam majoribus gaudet, uti Regis perſonam gerens.

28 *Togæ quoque, privilegium, aliaſque prærogativas retinet, & inter Conſiliarios eſt adſcriptum.*

29 *Fiſcalis ſemper intervenit tanquam Advocatus Judices verò tanquam Judices ſivè in Tribunali M. C. ſivè alibi jus dicat Fiſcus.*
Quin; Conſiliarius Advocatus Fiſcalis Regiæ Cameræ juſſus, quamvis dignitate præcellat, ultimo tamen loco poſt Præſides ſedet.

30 *An M. C. Judex in Fiſci patronum ejus Tribunalis aſſumptus ſedere debeat in loco Advocati fiſci, an vero in eo, in quo uti Judex conſidebat.*
Prorex mandare nè valeat, ut fiſci Advocatus præcedat Judicibus.
Quid in viſitatione Carcerum Curiæ Regiæ, an fiſcalis præcedat officialibus illius Curiæ.

31 *Fiſci patroni munus ſub Hadriano Imperatore fuit. Annuale olim erat, vitalitium verò in Regno, tanquam ad Regis proviſionem reſervatam.*
Ad illius exercitium eliguntur viri doctrina, probitate, & diligentia conſpicui, qui frequenter ad Conſiliarij, vel Præſidentis dignitatem conſcendant.

32 *An veritate polleat vulgi commune illud dicterium; neminem illorum ad ſummum Regentis faſtigium per ſaltum aſſumi poſſe?*

33 *Ærarius unus, & quomodo diſtet à Fiſco, latè, & de Teſaurariis, ſeù Præfectis Fiſci, de Quæſtoribus Ærarii, ac Tribunis Ærarii remiſſivè.*

34 *Officiales omnes per ſeipſos ſervire debent, non*
autem

autem per substitutum attentis juribus, communibus, & municipalibus, & rationes afferuntur.

35 *Nequeunt magistratus sibi Vicarios regulariter constituere.*

36 *Delegati a Principe subdelegare queunt, sed in multis casibus nequeunt.*

37 *Verba nonnulla recensentur praeportantia electam fuisse industriam personae.*

38 *Doctor ad legendum deputatus per substitutum legere valet, si consuetudo ferat.*

Quo etiam casu distributiones recepit inserviens per substitutum.

39 *Concionari per alterum Episcopi possunt, & cujus expensis.*

40 *Patri liceat ne filium substituere, si illius personae industria sit electa, quid in legendo, si filius sit aeque idoneus.*

41 *Facultas nominandi, eligendi, arbitrandi, & ultimam voluntatem exequendi alicui impartita alteri cedi non potest.*

Id quod in Cardinali restringitur.

42 *Actuarius, vel scriba possint ne acta judicialia per alium scribere.*

Quid verò in examinatore?

43 *Cappellanus an possit alterius auxilio satisfacere oneri missarum.*

44 *Vicarius Episcopi nequit sibi Vicarium substituere.*

An valeat constituere, cum Episcopus in literis commissionalibus facultatem eidem Vicario dedit substituendi.

45 *Prorex valeat ne tempore necessitatis sibi locumtenentem substituere.*

46 *De rectore, scriptore, & generaliter de quocunq; operario, an hi possint per substitutum deservire; remissive.*

47 *Exercens artem per substitutum, illius privilegii est incapax.*

48 *Quilibet tenetur de facto, illius, quem subrogavit, id quod latè explanatur, & DD. antimonia distinctionis faedere conciliatur in substitutione voluntaria, & necessaria. Quid in pupillo, cui per alterum officium exercere licet.*

Quid verò si substitutus delinquens exhibeatur.

49 *An, & quando liceat Officiali, seù Capitaneo suum deputare in casu absentiae locumtenentem, & quanto temporis interstitio, quo casu nùm culpis locum, tenentis obstringatur.*

Quid si à Barone deputetur.

Subrogatus in locum absentis etiam in casu mortis exercere quibit, donec fuerit officium provisum.

Ex duobus Locumtenentibus, uno eodemq; tempore deputatis à Barone, scilicet, & Capitaneo, ille, qui à Barone, praefertur.

Locumtenens possit ne alium creare Locumtenentem.

Sindici, & Electi Universitatis licito jure substituere non valent.

50 *Officiales ad beneplacitum censentur perpetui.*

51 *Principes inferiores nequeunt, illos constituere ad beneplacitum.*

52 *Annuales esse debent jure communi, & municipali attentis.*

53 *Justa non existente causa, non tantùm post annum exercere nequeunt, sed nec infrà illum deserere queunt, renuente populo.*

Neque ipso populo annuente, & R. Tap. effatum perpenditur.

54 *Anni durante intercapedine, nec à Jurisdictionis conductore, novove emptore officialis amovebitur. Et an à pupillo effecto majori.*

Quid servetur sub sequestro suspensa jurisdictione ob crimen, vel ir alienum feudataria.

55 *Officialis si integro anni cursu exercere officium fuerit impeditus, ad tempus impedimenti nùm sit reintegrandus!*

56 *Electio ejus ultra annum facta in totum corruat, an pro unico substineatur anno?*

57 *Sunt, & aliqua officia, quae ultra annum protenduntur, & recensentur.*

Quando refirmari queant, & nùm alia officia exerceri.

58 *Refirmarè quando possunt, non sufficit major pars, sed omnium concursus accedere debet, causq; memoratur.*

59 *Electionis nullitatem, eo quod aliquid de caetu non fuerius vocati, illi dumtaxàt allegare queunt, qui minime vocati non interfuere, non quilibet de caetu.*

Nullitate electionis facta pendente debet Electus interèm ab administratione se abstinere, dummodè non fuerit priùs capta possessio.

60 *Excell. hujus Regni Prorex nùm valeat biennio durante exercitio officii Judices M. C. auditoresque privare.*

Sapientissimi Philippi II. responsum adducitur.

61 *Actuarii utrùm veniant sub appellatione officialium.*

An annuales esse, & syndicatui stare debeant.

62 *Sit ne utilius Reipublicae annuales habère Judices, an potiùs perpetuos.*

63 *Officiales à Rege deputatè ad beneplacitum, eo defuncto, num jurisdictione careant?*

Beneplacitum quando revocatum morte, vel finito officio dicatur.

64 *Archiepiscopus vivae vocis oraculo à Papa creatus, si antè expeditionem bullarum Pontifex decedat, remanet Episcopus.*

1 MUndi hujus opificium, tam magnum, varium, mirabile Faber ille Divinus molituturus, nihil prius, aùt antiquius habere visus est. quàm ut ille, qui, (Ovid. lib. 1. Met.)

Unus erat toto Naturae vultus in orbe
Quem dixere Chaos; rudis indigestaque moles
Nec quicquam nisi pondus iners, congestaque eodem.
Non benè junctarum discordia semina rerum.

Ille, inquam, vultus, certis, numeris, ponderibus, mensurisque distinctus appareret; statim enim congeriem illam in suas partes dissecuit, cuique parti pro illius natura, atque ingenio, locum, & munera dedit, utque res inexpiabilibus invicem inimicitiis diffidentes, ordinis quibusdam quasi vinculis confarreatae, in Universi commodum coirent, effecit, Ibi, terram gravissimum omnium, ac rudius elementum, germinibus, & animali-

malibus ferendis aptam in imo jacere: Aquam liquidum, ac fluidum, natatilium genera parituram, terræ circumfundi: Aerem, leve, volucrum pennis, ventorumque agitandum, aquæ præſtare; Ignem omnium puriſſimum, ac leviſſimum, ad altiſſimam Mundi partem arſurum evehi juſſit. Quid de Cœlorum ordinatiſſimis orbibus dicam, ex quorum circumvolutionibus ſuaviſſimum concentum fieri, ſapientiſſimi viri affirmarunt? Quid de Cœleſti illa, atque Angelica Hierarchia? Quem ordinem, ſi aut demas, aut tantiſper invertas, neque mundus ipſe conſiſtat, nec, in antiquum illud chaos quin ſtatim relabatur, retinere ullo modo poſſis. Vis ordinis omnia ſervat, atque iſtam, quam ſuſpicimus rerum conditarum ſymmetriam, pulchritudinemque progignit. Sine qua quid ab inferorum facie differret Mundus, ubi ideò ſempiternum horrorem eſſe, quia nullus ordo, divinus Jobus pronunciavit? At ſi ordinem in iis omnibus, quæ à Deo ſunt (juxta Apoſtoli veriſſimam ſententiam, ad *Rom. c. 13.*) reperiri neceſſe eſt, quantò magis iſte quavis in Republica, ac Civitate neceſſarius videatur, ut cuivis pro meritis locus, ac dignitas tribuatur; ſuiſque ità ſinguli muneribus fungantur, ut in aliena inſilere, non audeant? Nihil enim eſſe videtur, quod hic in terris magis ordinatum poſſit velle Deus, quam hominum ſocietatis, quaſi in unam domum

2 convenientium œconomiam. Hunc ordinem exigit in hac noſtra Ritus, quo de nunc agimus, dum Judicum, & Actuatiorum numerum certum præſcribit, ſuiſque in officiis unumquemque perſonaliter verſari jubet.

Porrò, ut de ordinis nomine, ac ratione nonnihil dicamus; Si ille genericè ſumatur nihil aliud

3 erit Ordo, niſi: Figura ſubſtantiæ cujuſcunque rei. nihil enim conſtat ſine illius compoſitione, teſte *Bal. in conſ. poſito ſub rub. ſi quis aliquem teſtar. prob. col.* 2. reaſſumpto à *Jaſon. in praſat. ad tit. C. de jur. emphit.* necnon laudato à *Catel. Cot. in ſuis memor. lit.O. verbo ordo in princ.* & entium modus ab eodem *Bald* nuncupatus in *proœm.ff.* In jure, præſertim laudabilis eſt ipſemet *Bal. in l. 2. in princ. ff. de orig. jur. Cagnol. in rub. ff. de regul. jur.* Ex illo enim brevis inſurgit rerum omnium diviſio, quæ ſolet rem claram, & apertam reddere, *cap. ſuper litteris de reſcript. Gl. in proœm.inſt. §. eaſdem, Crav. in proœm. tract. de antiq. tempor.* quem *Menoch.* refert *proœm. de arbitr. judic. n.*13. *Neguſant. in proœm. tract. de pignor. & Nevia. in proœm. ſilv.nupt. num.*8. poſt Philoſophum, illum, ipſa inventione, difficiliorem eſſe monent, & de illo latè exarant *Epiſc. Camp. in diver. jur. canon. tit. de ſacr. ordin. rubr.*2. à *num.*2. *Paul.Galter.* qui tradita hoc Ritu à *Carav.* reſcripſit in *proœm. pract. inſtrum. à num.*1. Ipſe memoriam, quæ

4 alioquin infirma eſt, *l. peregrè de acquir. poſſeſſ. Cravett. conſ.*28. *num.* 4. *& conſ.* 65. *num.* 10. & non omnia retinet *l.*2. *C. de veter. jur. enucl.* plurimum juvat. *Joan. Borcholten. in proœm. ad comment. in conſuet. feudor.*

5 Concordiam alit, ex *D. Gregorii placito*, dixit *Gratian. in cap.fin.*89. *diſtin.* quod utique fiet, ſi reverentiam minores potioribus exhibeant, & po-

6 tiores minoribus dilectionem impendant, cum ſeniores, & antiquiores præferendi ſint, *l.* 1. ubi *not.ff. de alb. ſcrib.* Indecorum namque eſſet, quod novi antiquis præirent, *cap. ſtatuimus* 61. *diſtin.* Antiquior autèm non ætate, ſed gradu accipien-

7 dus eſt, *cap. ſtatuimus*, & ibi *Gemin. num.*11. *de major. & obedient. Gloſ. in cap.fin. verb. antiquiores de conſuet. lib.*6. ut de Doctore Collegiato fatur *Roman. in l. ſi verò §. de viro num.* 85. *ff. ſolut. matr. Tiraq. de nobil.cap.*10.*n.*11.

8 Verùm notandum arbitror *Speculat.* effatum in *tit. de advoc. §. jam videndum eſt verſ. juniores in pluribus Advocatis*, quod licèt alias ſeniores ſermocinari priùs debeant, tamen cum plures patroni defendendæ cauſæ adſint, juniores primo, deindè ultimo loco ſeniores proponant, ut horum ſpecioſas, ac efficaces rationes ultimò auditas meliùs Judex memoriæ commendet, *cap. liquido de conſec. diſt.* 2. ibidemque *Gloſ.* quam obſervantiam Rotam Avenionenſem imitari teſtes ſunt, *Roman. ſing.*81. *& Caſſan. in catal. glor. mund.p.*11.*conſid.*

9 17. Necnon Advocatos parlamenti Pariſienſis, & Doctores Verouenſes, *Capol.* meminit in 23. *privil. antiquis.* & in noſtro S.C. poſt cauſæ relatorem, ſeù commiſſarium juniores, ideſt ultimo loco ad munus adſciti, votum proferre incipiunt, *Aff. dec.* 1. cujus memor eſt *Carav. hoc ritu num.* 7. cumque laudaut *Tiraq.* qui de hac re latè in *praſat. tractat. de jur. primog. num.* 114. *& add. ad Roman.* quæ tùm *praſata dec.Aff.* tùm *Gram. dec.*64. *n.*32. recordatur *ſing.*82.

10 In deferendis etiam Magiſtratibus Romani olim utpotè viri prudentes ordinem optima ratione ſervabant ab inferiore ad ampliorem, qui quidem ordo cùm in cæteris omnibus, tùm in hac re maximam, ac peculiarem vim habet, primùm nempè, ut hominis ingenium rectè cognoſcatur, cùm magiſtratus qualiſquiſque ſit, ſtatim indicare ſoleat: deindè, ut expoliantur cives negotiis vulgaribus, ad arduas res agendas: ſalubrius enim Reipublicæ nihil eſſe poterit, quam hunc ordinem in omnibus civibus imitari, nè ſtatim rudes, ac nullo geſti officii experimento probati rapiantur ad ſummum adminiſtrandæ Reipublicæ gradum, & ordinem.

11 Hinc quoque ad ſtatus refertur, *l. divus Marcus, ff. de offic. Praſ.* ſic ordines apud Romanos tres erant; Senatorius primus Patriciorum, qui in Senatum eligebantur: ſecundus Equeſter Equitum, qui equis publicis mererent; quorum inſignia erant anuli aurei, quibus à plebe diſtinguebantur; tertius plebis erat, in quo Quirites, & qui ex aliqua Tribu eſſent, atque Cives Romani dicebantur, *Zaſ.in l.*2.*ff. de orig.jur.* & de ordine Neapolitano, alibi nos diximus.

12 Ad fortunas quòq; & vitæ genus refertur, relego lectorem ad Donatum exponentem illud Terentii in Eunucho, *Conveni hodiè adveniens, quen-*

13 *dam loci hinc, atque ordinis.* Ordo decurionum, Civitatiſque, Collegium ipſum Decurionum, & Curiam ſignificat, *l.*15. *ff. ad municipal.l.*16.*§.*1. *ff. de alim. legat. l.*1. *C. de omn. agr. deſer. lib.* 11. & in ordinem allici, nihil aliud eſt, quam decurionem fieri, *l.*3. *§.*1. *& l. pen. ff. de decur. l. ult. ff. de veteran.* ordo juris, & legum dicitur in *l.* 1. *C. de liber. cauſ.l.*3 1. *§. ſi civile ff. depoſiti* ordo judiciorum in *l.*4.*C.de ſentent.& interloc.*

14 Ordinem quoque, nedùm inter perſonas, verùm,

rùm, & inter ipsa vocabula attendi, post *Bald.* deducit *Cassador. decis.9. de præbend. Marc.Ant. de Amat. decis. Rot. March.44. num. 15. Grivell. decis. Senat. Dolan.* 78. *num.* 29. & plura cumulat *Cardin. Tusc. lit.O.ordo scripturæ conclus.*196.*n.*1. latèque *Episcop. Marant. respon.* 35. *controv. jur.* *p.*4.

15 Ordinis verò Ecclesiastici difinitionem, distinctionem, & an sit Sacramentum, & alia extricat *Episc.Campan.cit.loco à num.*2.de ætate necessaria, ut quis valeat ad sacros ordines promoveri, idem *Marant.* loquitur *controver.* 46.*par.* 4. possint ne illi conferri ab alieno Episcopo? negativè decrevit *c.nullus* 1.& 3. *q.*2. ac *S. Tridentina Syn. sess.* 23.*c.*8.*de reform.* nisi ordinandus, Episcopi familiaris sit triennalis, de quo sermocinatur *Marant. eod.tit.*4.*resp.*83.

16 Hæc, majoraque perpendens Regina certum, diffinitumque numerum Officialium Magnæ Curiæ miro ordine constituit, & ad minus tres judices præsse M. C. indixit, & quatuor mandavit Regni *constit.statuimus*, qui ad civiles causas, & criminales incumbebant, & observat *Petr. de Monteforte in constit. justitiarii non per Kalendas in fin.* Aliis autèm temporibus deindè undecim fuisse, meminit *Reg. Rovit. pragm.* 1. *de offic. magistr. just. in antiq. comment.* & in novis quatuordecim esse affirmat, quorum octo ad causas incumbunt capitales, reliqui verò ad res pecuniarias in duas partiti aulas anno 1598. *prag.* 2. *§. nunc vero de offic.*·*S. C. & prag.* 65. *de off. proc. Cas.*

At *Thor. ad Jo. Gran. de bello exul. ad prædicam. qualitatis q.* 3.*ver. ibidem septimo* in criminali Audientia quinque tantum Judices adesse indicat ad quam singulo quoque biennio, è Consiliariorum gremio binos consiliarios transmitti ad mitigandum illius rigorem, vigore *Regni legum* antiquissimus observavit usus, *de Franch. dec.*722. *num.*28. *R.Rovit. in prag.*6. *n.*8. *de comm.*

17 Cum enim Reipublicæ salus præmiis ac pœnis, veluti alimentis, & remediis conservetur, illaq; expostat; ut præmia virtuti, pœna sceleri infli-
18 gatur, ac jus suum unicuique tribuatur introducta meritò sunt duo judiciorum genera, civilia scilicet, & criminalia inter se distincta, tàm Neapoli, quàm aliis in locis, *Borrell. p.* 1. *summ. decis. tit.* 42. *num.* 53. adeò ut Athenis etiam duæ judicum fuerint Curiæ quarum una dicta, Quincentenaria civilibus, & privatis occupata fuit, altera Areopagitarum, ubi judicia publica habita, *Gulielm. Bos Keli de public. judic. in praloq. ver. ideoque judicia.*

19 Una tamen, eademque est M. C. quamvis distincta pro faciliori causarum exitu *Franch. decis.* 722. *nu.* 20. *Thor. pir.* 1. *compend. ver. ante judices.*

Uter autem anteat civilis, nè an criminalis Judex, in dubium vertitur, & præcedentiam Judicibus in civilibus, ex *tex. in l.* 1. *C. de officio Vicarii* tribuunt *Anton.Ursill. in tract. de cur. Præsid. auctorit.* post *Capyc Foller. in constit.Regn. justitiæ nomen col.* 13. *Cæsar. à Costa vatiar. ambiguit. lib.* 2.*cap.* 7. *de Franch. decis.* 13. *num.* 3. Hanc isti Curia pro Tribunali sedente ad instrumentorum liquidationem procedunt contumaces

20 vocant, præsunt, in foriudicationis sententiarum prolatione,& à dexteris ipsius M.C.Regentis considerent, ut *Thor.* observat. *p.*3. *compend.dec. sect.*2 *vers. præcedere quis debeat.*

21 Peroptimèque collimat, Baronem jurisdictionem habentem, civilem, majorem esse criminalem, habente, ut decisum à Rege Alphonso Primo ab Aragonia, anno 1443. meminit *Freccia de subfeud. lib.* 1. *de offic. magistr. Justit. num.*26.& *lib.*2. *auth.*2. *num.*21. *pag.*267. qui inter alias tradit rationes, quod jurisdictionis criminalis Domini potestas versatur in causis, ex quibus personæ subjiciuntur in illis tantum causis; ita quod non fit, neq; est ei subditus autequam causa nascatur est in potentia fieri, hoc est ex quodam accidenti quod non prævalet suo naturali, illud potentiùs est, *l. quæritur de stat homin.* Impropriè enim dicitur dominatur, ut probat idem *Freccia ibi sub num.* 22. Ac præterea multis fulcitur prærogativis civilis Baro cui in oppido suo arma apponere licet, *Capycr.dec.*27. & Baronis appellatione haùd criminalis venit ex *Gram. cons. civil.*68. advertit *Rendell.de pascuis cap.*10.*de baron.pascuis fol.*116. *ver.ex his videri poteft.*

22 Alii autèm æqualem tribuendo Judicibus prædictis dignitatem,illud præferri credut, qui priùs ad officium est evectus, cum una sit M. C. ut insinuavimus, fueritque divisa jurisdictio criminalis à civili, non ut illa præeat, dum æquales fiunt sed ad causarum confusionem vitandam Hevæ exemplo, quæ ex Adæ costa procreata dicitur,ut esset socia, non de capite, nè domina, non de pede, ne famula videretur, *Glos. in cap. fi.* 33. *q.* 5. *ver. constat*, nullumque esse discrimen, constat ex rescripto Excell. Comitis de Castrillo, tunc Regni Proregis,sub die 26. Junii 1655.transmisso Franc. Mar. Prato, quod ipsemet *Prat. in suo Nicandro n.*42. rescribit.

Contrarius tamen inolevit usus, ut Judices præcedant criminales, & civilibus in honoribus præferantur,*Cassan. in catal. glor.mund. par.*5.*consid.* 26. & testatur *Frecc. cit. de offic. magist. just. num.* 28. & concinnam rationem affert *Tasson. de antefat. ver.*2. *obser.*5. *n.*181.

23 Cùm autèm hodiè infinitus quasi sit numerus Actuariorum, Subactuariorum, & Scribarum, peroptimè dici potest hunc ritum recessisse ab Aulanam Magistri actorum criminales sunt novem absque Regiæ Curiæ salario, sed pro emolumentis cuilibet ipsorum contingere possunt ann. duc. sexcentum,& amplius ipsorumque officium à Regia Curia venditur ducatis quinque mille, &etiã sex mille, Magistri actorum civiles sunt quatuordecim ad Regis collationem, Subactuarii sunt viginti, illi sexcentum, isti tercentum, annuos ducatos lucrantur, ut observat *Top. de orig. Tribun. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 13. & dicimus in *rit.* 35.

24 Fisci verò Patronus, nedùm hoc ritu verum, & jure communi antiquitus perspecto, unus tantum erat, sed postmodum duo esse cæperunt, idque legimus in *l. binos*, *C. de Adv c. divers. judic.* unus generalis alter verò specialis, *l.* 1. & 2. *C. de advoc. fisci*. Generalis quippè erat Papæ, & Imperatoris, particularis verò Regum, reliquorum-

tumque Principum, ac Civitatum non recognoscentium superiorem, quod ex *Bal.* colligit *Peregr. in tract. de jur. fisci lib. 1. tit. 1. num. 39.* At in Regno unus tantum fuit ad usque tempus Antonii Orificii, qui, & Cameræ Summariæ, & Vicariæ fiscales causas tutatus fuit illoque evecto ad Officium Consiliarii, deindè Præsidentis S. C. aucta mole negotiorum, duo constitui cæperunt, teste *Carav. hoc in ritu num. 15.* de quo memores sunt, *Tapia de jur. Reg. rub. 14. de offic. advoc. & procurat. fis. nu. 6. & Thor. par. 1. compend. dec. verbo advocatus fiscalis.* Alter Regiæ Cameræ, alter M. C. ille ad Regis patrimonium tutandum, hic verò ad sicarios puniendos. Novissimè autem duo sunt Fisci Advocati in Regia Camera togatus unus, & sine toga alter qui causas computo-
25 rum, rationumque fiscalium tuetur. Vter autèm ex his alteri præcedere debet R. C. scilicèt, an M. C. cum sejunctim ab eorum Tribunalibus invicem occurrunt, sivè in Collaterali Consilio, sivè alibi quæstionem fuisse audio inter Jo. Camillum Cacacium tunc Fisci advocatum, deindè ad ejusdem R. C. Præsidentis, & postea Regiæ Cancellariæ munus evectum, & Julium Mastrillum M. C. Regii Fisci patronum, deindè Regium Consiliarium, verum, illam extricant *Jud. Tasson. de antefat. vers. 3. observ. 3. num. 214. Mut. Surg. in add. ad Marc. Ant. de Neap. illustr. pag. 446.*

Proximè superioribus annis alia non levis con-
26 troversia inter Judices M. C. V. atque advocatum fiscalem Regiæ Cameræ emersit de præcedentia: Judicibus enim prædictis præcedere se etiam in Regiis Junctis debere Regii patrimonii Advocatus autumabat D. Didacus Moles, per id tempus Fisci patronus Regiæ Cameræ, cui viro genere, morum probitate, litterarum ornamentis maximopere conspicuo ex Advocatorum primariorum, ac dignissimorum ordine delecto Rex D.N. spontè sua; proprioq; motu illud motu illud muneris imposuerat, quique eo optimè functus mox ad Consiliarii, deindè ad R.C. Præsidentus dignitatem gradum fecit, ac speramus fore, ut quamprimus pro meritorum dignitate ad altiora evehatur strenuò doctoque stylo sustinere muneris sui partes non dubitavit, his jactis fundamentis; quia Advocatus Fiscalis ab Rege
27 ipso immediatè, Judices verò à Prorege constituuntur, at ille præcedere debet, qui à majori, & digniori obtinuit officium, & dignitatem, *c. per tuas de major. & obed.* ubi *Card. Butr. & Anchar. Fel. in rub. ejusdem tit. num. 4. Abb. in cap. postulasti de concess. praben. Jas. in l. si quis major num. 31. C. de transact. Gratian.* post alios, *disp. foren. lib. 5. cap. 845. num. 54. Reg. Valenz. cons. 1. nu. 16. lib. 1.* Hinc à Summo Pontifice uti à majore, ordinatus cæteros præcedit, *Hyppol. Rimin. in Rub. num. 17. ff. de offic. ejus, Decian. cons. 19. num. 214 lib. 3. Natta cons. 637. num. 14. & 41. Bursat. cons. 443. num. 10. lib. 4. Cassan. in Catal. glor. mund. par. 6. cap. 39.* Fiscalis munus cum vita durat; Judices post annum, aut biennium mutantur. Præstare autem temporario perpetuum quis nesciat? aliis relatis tradit *Menoch. cons. 50. num. 17. lib. 1. & cons. 302. num. 35. lib. 4. Martin. Laud. de dignit. quæst. 32.* Fiscalis majus stipendium est; hic enim ducati sexcenti annui penduntur præter quadringentos circiter alios annuos, qui ex variis assignationibus illi proveniunt: singulis verò Judicibus tantùm quadringenti, at præfertur qui majora obtinet stipendia, *l. 2. Cod. de offic. mag. ster. offic. l. 1. Cod. de agen. in reb. lib. 12. DD. in l. cum quid., ff. si cert. petat.* ubi *Alex. num. 8. Jas. num. 15. in prim. lect. & in cap. clerici num. 10. de judic. Boer. de auth. Mag. Consil. num. 9. Natt. cons. 638. num. 12. Menoch. cons. 784. num. 2. lib. 8.* His accedebat officii hujusce magnitudo, ac dignitas Præsidum dignitati par, ut tradit *Scim. in tract. de offic. Judic. & Adv. p. 2. q. 6. num. 25.* & probat *Alfar. de offic. fisci Glos. 31. nu. 8. vers. Unde quemadmodum*, iisdemque prærogativis gaudens, *Jo. Bapt. Larrea alleg. 1. num. 25.* vel etiam majoribus, idem *Alfar. Glos. 9. num. 28.* quippè cum fiscalis solus Regis personam gerat, Præsides nequaquam, nisi simul junctim conveniant: *Alfar. add. Glos. 31. num. 8. Larrea mem. alleg. 1. num. 26. circa medium*, probatq; *D. Franc. de Amaya in l. fin. cap. 3. num. 33. vers. qui ipsi soli, C. de decurion.*
28 *lib. 10.* Quidquod, togæ quoque privilegio non caret, & etiam quando à suo Tribunali est sejunctus prærogativas retinet Porterii, Sessionis, & similium, quod non alia ratione esse potest, nisi quia est de Tribunali Regiæ Cameræ, adeò ut in maxima dignitate constitutus dicatur, & inter clarissimos numeretur, teste *Luc. de Penn. in l. 1. C. de dign. lib. 10.* & totius Regalis patrimonii patronus, dicatur *Gabriel. Berart. in spec. visitat. cap. 12. num. 11. Tasson. de antefat. vers. 3. observ. 3. num. 141. circa finem.* Ut merito ab Invict issimo Rege nostro die 2. Julii de anno 1626. inter suos Consiliarios hanc dignitatem obtinens ascitus fuerit, ut testatur *Larrea sæp. cit. mem. alleg. 1. num. 12*, minimè communi ipso jure refragante *ex text. expresso in 6. collat. nov. ll. 82. qua est Auth. de judicib. § vetus.*

His tamen, cæterisq; rationes, Supremum Collaterale Consilium adversus Judices non admisit, prodiitq; scitum infrascriptum.

In Causa U. J. D. Didaci Moles fisci patroni Realis Patrimonii, cum Magnificis Judicibus M. C. V.

Die 1. Aprelis 1653. Neap. facta relatione S. E. in R. Coll. Consilio per Spectabilem Regentem *D. Hieronymum Garciam* Collateralem Consiliarium, & Commissarium de contentis in causa prædicta, ac partibus plenius auditis. Illust. & Excell. D. Viceréx decernit, atque mandat, quod in Juncta quæ tractatur in domo Ill. Reg. Marchionis Torelli, ubi interveniunt Judices M. C. V. uti votantes, & fisci patronus R. C. S. uti fiscus, Magnifici Judices præcedant ipsi Magnifico fisci patrono, hoc suum. Zufia Regens, Caracciolus R. Capycius Latro R. Garcia R. penès Franc. Anton. Lombardum Regium Scribam à mandatis.

Siquidem prædicta omnia tunc locum habent, cum Magistratus, seu Tribunalia collegialiter incedunt, ibi enim fiscalis cujusvis Tribunalis cum illo incedens præcedit, (prout Tribunal, juxta tradita per *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de elect. offic. §. 8. n. 36.*

29 QUin? fiscalis intervenit tanquam Advocatus, Judices verò tanquam Judices, ideòq; in e.. munere, actuq; Advocationis saltem inferiori loco sedere ille debet: quemadmodum mos obtinuit in Consiliario, qui Advocatus Fiscalis R. Cam. jussus, quamvis dignitate præcellat, ultimo tamen loco post Præsides sedet, ut de stylo, & observantia in personam Consiliarii Barrattucii, Consil. Jo: Thomæ Mastrilli, Vincentii Corcioni, Fabii Capycii Galeota postmodùm Regentis meritissimi, testatur *R. Constant. in l. 1. nu.36. C. de Consul. lib.12. Thor. p.2. compend. decis. verb. Fisci patronus.* Itaque aût in Tribunali M.C.causam dicat fiscus, aût apud aliquem Regentem, vel alium Ministrum, ubi jussu Proregis Juncta fiat officialium S C.R.C. & M.C.V, nec incedat collegialiter cum toto suo Tribunali, in dubium jam revocari non potest, quin interveniat semper, tanquam Advocatus.

30 An autem M. C. Judex in fisci patronum ejus Tribunalis assumptus, sedere habeat in loco, Advocati fisci, qui in Aula est postremus, vel potiùs in eo loco, in quo uti Judex consedebat: extricat *D. Reg. de Marin. lib. 1. quotid. res. cap.* 202.

Et valeatnè Prorex mandare, ut fisci Advocatus præcedat Judicibus; pro affirmativa sententia propriam tuendo causam responsum edidit Octavius de Piecolellis, quod *Tasson.* transcribit in *tract. de antef. ver.3. observ.3. à nu.*210. Et quod in visitatione carcerum alicujus Curiæ Regiæ facienda per Auditorem eum fisci interventu, iste præcedat omnibus officialibus Regis illius Curiæ, observatum tradit *Danza de Pugna DD. t.2. cap.4. de visitat. carcer.*

31 Fisci autem Patroni munus introductum sub Hadriano Imperatore fuisse desumitur, ex *tex. in l. non intelligitur 3. §. Divus Hadrianus, ff.de jure fisci*, affirmatq; *Surg. de Neap. illustr. lib.1.cap.* 26. *num.* 26. Hoc annuale olim erat, *l. cum Advocatio, C. de Advocat. diversf. judic.* Vitalitium verò in Regno, ut diximus, tanquam reservatum ad Regis provisionem *in prag. 4. de offic. ad Reg. Majest. Collat. spectant.* Quibus in juribus debeat illud exercens, esse versatus, edocet *Petrus Gregor. Tholos. sintagm. jur. p.3. lib.49.cap.3.*& ad illius exercitium semper eliguntur viri doctrina, probitate, & diligentia conspicui, qui frequenter ad Consiliarii, vel Præsidentis dignitatem convolant,

Neminem tamen illorum ad Summum Regen-
32 tis fastigium per saltum assumi posse, vulgo dici solet, quod quidem rationabile videtur, *l. ut gradatim, ff. de muner. & honor.* non tamen necessitatis regula angustandum, quod apertè ostendit *Justin. Imp. Archelao Præfecto prætorio* rescribens *in l. penul. C. de Advoc. diversf. judic.* dum fisci patronum, permutationum saltibus, superiorem gradum capeare posse, non obscurè declarat.

Fiscum verò ab Ærario distare, constat ex *Plinii Junioris* verbis in panegyr. Trajani, illis nem-
33 pè: *At fortasse non eadem severitate fiscum, qua Ærarium cohibes? imò tanto majore, quanto plus tibi liceri de tuo, quam de publico credis*; Verùm causa distantiæ validior erit, quam à Græcis desumit *Pardull. Prat.* altera hoc in ritu relata ab additionante, eam quippè Græco sermone rescribit, *cit. Pardull.* cujus verba Latini ità verterunt; Fiscus, Cophinus erat, in quo proscriptorum reponebantur bona: postquem erat Ærarium Cæsaris, ubi fiscales asservabantur pecuniæ, & fiebant publicæ, quæ eum prius essent populi transferebantur in Principis substantiam, idquè relata *Plinii* verba comprobant, Ex his constat quod bona jam publicata, prius inferebantur in fiscum, postea ex Fisco transferebantur in Ærarium, quod hodie Thesaurariam appellitant; At *Tholosan.cit. lib.3. cap. 2. sub num. 7.* Isthæc nomina confundi ait, atque ad Ærarium deferri, dicit *Paulus* pro delatione in fiscū *in l.edicto, ff. de jur. fisci, ex tent. in §.penult. instit.de usucapion. & l. neque enim in 1. C. de restit. milit.* Ipse tamen non tantum nomine, sed re quoque distare consentio, eum aliis antea, memoratis auctoribus, quorum sententiam doctiorum, quosdam subscripsisse fatetur idem *Gregor.* quin, & Ærarii (cujus tractationem instituimus *super rit. 38. & 45.* nomine, Barones tantùm in Regno uti, Regem verò Perceptoris, sivè Thesaurarii scimus; Fiscus quia nomen est longè magis generale amplexatur omnes, potissimùmque defendentes jura fiscalia, quorum memini numeris præcedentibus, & exigentes eadem jura, atquè dum propriè loquimur ita dicitur, nimirum si tunc est Camera Imperii complectens quicquid ad illius pecuniarium commodum pertinet, idque satis clarè desumitur, ex *Bar. in Rubr. C.de jur. fisc. Zabarel. in Clem. volentes, §. inquisitoribus num. 3. de hæretic. & Peregrin. de jure fisci lib. 1. tit. 1. num. 2.* de quo speciatim multa, & quidem usufrequentia adnotamus super *rit.* 17. 18. *& alibi.* Nonnulla de Thesaurariis, seù Præfectis fisci, de Quæstoribus Ærarii, ac de Tribunis Ærarii, congerunt *Gugliel. de Benedict. in cap. Rayn. verb. Et uxorem nomine adelasiam à num. 506. ad 559. de testam. Cassan. in cathal. glor. mund. p.6. consid.18. P. Fragos. de Regim. Reipubl. p.1. lib. 7. disp.22.* qui curiosas excitat quæstiones.

Omnes autem debere servire personaliter, &
34 non per substitutum, hoc, aliisque in ritibus, ac Regni legibus relatis per *D.Caravit. num.* 16. cavetur; de decurione campaniæ, loquitur *prag. 2. in fin. de compos.* de Provinciarum Gubernatoribus *prag. 2. §.7. de offic. judic. Afflict. in constit. justitiarii non per Kalendas num.4.* de Castellano, & Castrorum custodibus *prag.4. proximo adducto tit. & prag. 2. de revoc. grat.* de Rationalibus Reg. Cameræ *pragmat.39. de offic. Procur. Cæsar.* de Administratoribus universitatum *pragmat. 2. de administr. univers.* de qua meminit *Campagn. in rubr. de portulan. num.10. in cap. quia de Vicariis num. 7. & cap. Costellanos num.72.* Circitora, vulgò Barricello, *prag.3. de composit.* de officialibus, seù ministris pecuniæ, & rerum fiscalium *prag.51. de offic. procur. Cæsar.* id quod ad omnes extenditur officiales vigore *cap. Regni item quod prædicti officiales*, & confirmat denuò *Prosper Caravit. in pragm. 1. §.10. de S.C. Macedon. n.*19.

Quin? & jure ipso communi comprobatur, tum Pontificio, tum Cæsareo *in c. fin. §. is autem de offic. deleg. l. fin. de offic. ejus cui mand. est jurisd. l. parabulani, §. si quis C. de Episcop. & Cler. l. unic.*

§.ne

§. ne autem, C. de caduc. tollend. l. nullus qui nexu,
C. de decurion. lib. 10. §. sciendum, §. legati, ff. de
legation. l. inter artifices, ff. de solution. Guid. Pap.
decis. 234. Parif. de sin. lic. verb. substitutus, Giurb.
consil. crim. 36. num. 1. & 2. & dec. 9. à num. 1. &
alii passim, eam ob rationem quod inter illos longa
differentia est, & ingenii, & doctrinæ, & institutionis,
ut propterea conducens dicatur illius
industriæ, & personæ confisus esse, *Innoc. in cap.*
quoniam Apostolica num. 2. de offic. deleg. Gl. in d. l.
nullus, vers. decoratus, Barthol. de Capua in const.
Regni. officid, pag. mihi 14. maximè in officiis (de
quibus potissimum nostra est tractatio) & in quibus
conferendis in primis est consideranda persona
ejus, cui defertur honor, sivè muneris administratio,
ad *l. honor, §. de honoribus, ff. de muner.*
& honor. & in Regno validior suppetit ratio, quod
in eo moris, & naturæ est præstari ab officiali juramentum
de benè, & fideliter administrando, ob
quod personæ industria electa longè magis censetur,
Andr. in cap. 1. de feud. Marchia. Et consecutivè
cessat ex omnium sententia subrogatio, &
præcæteris in casu nostro resolvit *Ant. Capyc. dec.*
151. multis adductus juribus, quæ commemorat
35 sub *num. 1.* & insinuant nequire magistratus sibi
Vicarios regulariter constituere de jure civili etiam
ab Imperatore decretos, *Alb. in cap. fin. §. is*
autem, ubi *Felin. num. 11. de offic. deleg. Marant.*
de indic. p. 4. dist. 5. num. 19. Azeved. l. 4. num. 1.
tit. 19. lib. 3. recompil. & nos restringimus ad officiales
ordinarios, cum delegati à Principe subdelegare
queant, *l. à Judice, C. de judic.* & copiosè
Tusc. concl. 150. lit. D. Gl. in l. cum scimus, C. ubi,
& apud quem cogn. in integr. restit. agitan. sit.
36 Nisi, & verba adsint in rescripto delegatorio,
quibus expressè constet industriam personæ esse
electam, eo enim casu, nec à Principe datus subdelegare
quibit ex *Rotali deci.* multorum DD. fretâ
auctoritatibus, quæ inter recollectas à *Farinac.*
ps. dec. 234. p. 1. t. 1. subiiciente *num. 2.* complura
verba præportantia electionem industriæ personæ,
37 illa nempè, Fidei, & diligentiæ tuæ, item, alia,
tanti momenti committimus negotium; Item,
alia; quod scimus ad nos te rescripturum, non
quæ incertis audieris auctoribus, sed quæ manifestè
compereris, & tenueris manu.

Item verba illa per te *Grat. dec. March. 51. num.*
28. & tu per te solus cognoscas, ut liquet ex
exemplo commissionis præeminentiæ M.C.V. olim
concessæ ejusdem Tribunalis Regenti Joanni Haya
in cap. Regni si cum sceleratus, & ibi *Campagn.*
ex vi dictorum verborum ad successorem præeminentiam
non extendi, tangit *num. 24.* & tuetur
Grammat. consil. crim. 64. num. 4. quod haud admittit
idem *Campagn. in fin. ejusdem num. 24. Constant.*
Papa in ejus opuscul. ad arbitrium M.C.V. & insequitur
Thor. in annot. ad Jo. Grand. de Bell. exul.
ad prædicamentum agere, vers. ibi, n. 2.

Ex geminatione verborum personæ industria
electa videatur, tradit *Tiraq. in l. si unquam, verb.*
Revertatur, Cod. de revocand. donat. Sunt, & alii
multi, qui prædicta, & consimilia verba talis esse
virtutis asseverant; prælertim *Innoc. in d. cap. quoniam
Apostolica num. 2.* & ibi *Bal. num. 7. & Imol.*
num. 22 Gramm. cons. civil. 112. Milens repert.
verb. Judex delegatus, cui committitur Menoch. de
arbitr. Judic. lib. 1. q. 68. & aliis præteritis, *Cravett.
cons. 303. num. 3. Ricc. dec. Cur. Archiep. 88.*
p. 1. & dec. 270. p. 2.

Omnes autem prædicti, qui sive ex vi verborum,
sivè ex juris communis, aut localis sanctione
nequeunt substituere, nec momento temporis
queunt per alium proprium munus exercere, nisi
ex Principis speciali indulgentia, ex *Reg. de Ponte*
assertione in suo insigni super hac re *cons. 137. sub*
n. 1. vol. 2.

Non tamen negamus multis in casibus posse,
quos idem *Carav. sub n. 20.* commemorat; quique
secundo loco limitat, ubi consuetudine esset ali-
38 ter obtentum, & nos addimus, quod Doctor
ad legendum deputatus per substitutum legere
valeat si consuetudine permittatur, *Bart.* placito
l. nemo est qui nesciat, nu. 5. ff. de duob. reis quod
insequitur *Apicell. allegat. 8. num. 4.* est & illud
simile, quod etsi choro servire beneficiatus per alium
non valeat, ut distributiones percipiat, *Episcop.
Campanil. in ejus divers. rub. 7. cap. 6. num.*
15. lateq; pertractat *Dom. Reg. de Marin. quotid.*
resol. lib. 1. cap. 40. & 41. restringitur nisi alicubi
consuetudo patiatur, *Ricc. decis. Cur. Archiep. 89.*
lib. 4. mutanda enim non sunt, quæ certum obtinuere
observantiam, *l. minimè, ff. de legat. Glos.*
in cap. 1. §. prætereà de cap. Corrad. Vin. decis. 255.
num. 29. & dec. 539. nu. 21. Decian. consil. 22. n. 40.
vol. 1.

Illud insupèr, quod idem *Caravit. num. 18.* alio-
39 rum, suffultus verbis affirmat, nè prædicator alterius
operè uti possit, ut ipsius expleat onus, insequiturque
Franc. Maria Prat. ad Pascal. de
patr. potest. part. 4. cap. 1. à d. num. 4. vers. pulchra
emergit quæstio, restringimus in Episcopis, quorum
tametsi munus sit prædicare, per alios tamen
supplere non impediuntur: ex *Trident. cap. 2. de*
reform. sess. 5. & sess. 24. cap. 4. rubr. etiam de reform.
quin, & tunc, cujus expensis substitutus
facere debeat, explanant *Episcop. Campan. in diverf. cit. rub. 12. cap. 13. à num. 14. Reg. de Ponte*
cons. 48. vol. 2. tametsi ab his suppeditandas expensas,
& eleemosinas, qui divino pabulo alerentur,
differit decisum fuisse *Maynardus dec. 34. lib. 1.*

Quintam verò regulæ registrationem, quàm ex
Romanan. l. 1. ff. de in jus vocand. annot idem *Carav.
num. 21.* Vt nempè patri liceat filium sub-
40 stituere, etsi illius personæ industria sit electa, alibi
idem *Roman.* firmat *singul. 670.* ut propterea
lector, per substitutum legere prohibitur, *Bal.*
in l. fin. ff. de excus. tutor. & in l. 1. ubi *Salic. §.*
un autem, C. de caduc. tollend. ex Gl. in l. 1. C. de
Manc. & col. lib. 11. quod exornat *Marc. Mantua*
sing. 32. num. 3. & 4. filium benè poterit substituere
idem *Roman. cit. singul. 670.* tradens *Bald.*
Papiæ suum filium ad legendum substituisse, & de
Roman. in cit. l. 1. meminit *Donadio de renunciat.*
cap. 34. num. 214. tom. 1. & antè ipsum *Hyppoll. de*
Marsil. singul. 160. ea ductus ratione, quod pater
& filius ita sint naturæ lege conjuncti, ut unica
reputentur persona, *l. fin. C. de impub. & aliis substitut.
l. cum scimus in fin. C. de agric. & cens. lib.*
11. & ubi unus est alter esse videtur, *cap. cum contradicimus,
§. authoritate 35. q. 3.* & concinunt
per *Thesaur.* exarata *q. forens. 3. lib. 1.* & patris
sanguis filius meritò nuncupatur *l. 4. de inoff. te-*

stam. adstipulaturque per *Consil. Pascal.* indicata *in proœm. ejus tractat.de virib. patr. potest.* & declarat *Ricc. dec. 36. p.1.* Dummodò sit filius æquè idoneus, id quod quoque exigitur cum expressa substituendi potestas adsit, *Bar. in l.1. C. de præpos. agentib. in reb. lib.12. Acroed. lib.3. l.4. tit.9. num.13. Novar. de gravam. vassall. t.3. gravam. 94. n.24. & 26. Auus meus Prosp. Petra in annot ad dec. Capyc.10. nu. 3. & Reg. Rovit.* observat *in prag.2.n.20.de administr.*

41 Facultatem nominandi, vel eligendi alicui elargitam alteri cedi non posse disponitur *in l. si quis arbitratu 43. ff. de verbor. oblig. Carpio de execut. testam lib.2. cap.9. num.13. Cancer. var. p. 3. cap. 21. num.254. Noalis de transmiss.casu.16. num.7. casu 35. num.26. & casu 36. num.18. & 26.* qui de facultate arbitrandi sermocinatur, *Larrea alleg. 120. num.15. tom.2.* & alii, quos noviter laudat *D. Alphons.Olea de cessione jurium tit.3. q.3. num. 42.* prout nec executori testamenti suum officium alteri jungere licet, *l. nulli C. de Episcop. & Cleric. D. Præs. Merlin.* hoc declarans *censur. 1. controv. 84. Olea cit.loco nu.43.*

Id quod restringitur in Cardinali, qui propter ejus eminentem dignitatem, valet munus non personaliter exercere, sed alterius fidei illud tradere, ut notabiliter observat *Bal. in l. nullus, C.de decurion. lib.10.* insequitur *Barbantia de Cardinal p. 1. q.5. num. 12.* & multa ad materiam tradunt *Consil. Arias de Mesa var. lib. 2. cap. 26. 27. & 28. Monter. decis. 84. Paul. Gallerat. de renunciat. t.1. lib.1. cap.4. à num.120. Olea cit. loc. integr.tit.3.*

An autem Actuarius, vel Scriba possint acta
42 judicialia per alium scribere, vel subscribere, Negat *Giurb. consil. crimin.36. num. 3.* authoritate *Caravit. hoc in rit. num. 16. & Tusc. concl. 106. num.25.* suffultus affirmant ex *Mobedan. dec.347. R. Rovit. in prag. 9. de Actuar.* & ibidem *Novar.* hocq; solùm ex ejusdem *pragm.* dispositione limitari quoad obligationes pœnes acta stipulandas, & ex *Carav. rit.37. num.1.* insequitur *Danza de Pugna DD. to.1. tit.de offic.Actuarii c.1. nu.32.* quod latius *rit. 37.* explanabimus.

Examinator verò alteri receptionem testium committere non valet, ex *Innoc. in cap. cum causam num.4. vers. hinc eadem ratione de testib. Caballin. millel.180.* indicat *Reg.Rovit. super prag.9. de ordin.judic.n.6.* amplians etiam de partium voluntate; quod si recepti de facto reperiantur, partium consensum excusare annuit.

43 Sed cappellanus possit nè alterius auxilio satisfecisse oneri missarum, abundè tractat *Episcop. Campan. in cit. diversor. jur. Can.Rub. 6. cap.7.n. 13.*

44 Vicarius etiam Episcopi nequeat sibi Vicarium substituere legitur in *cap. clericos de offic. Vicar. Bal. in l. aliquando, ff. de offic. Proconf. Tasson. de antefat. vers.2. observ.4.num.58.* nisi ex causa necessaria, *Jacob.Strozz. de offic. Vicar. lib. 2. q. 66.* Et an valeat constituere, cum Episcopus in literis commissionalibus facultatem eidem Vicario dedit substituendi, copiosè scripsimus in *Ritu 309.*

45 Prorex possit nè in casu necessitatis absentiæ, substituere sibi Locumtenentem, affirmativè respondent *Reg.Rovit. super prag.2. de Admin.Univ. Ricc. collect.decis. 1056. Novar. de elect. fori q.7. num. 7. sect. 2. Reg. de Ponte de potest. Proreg. sub tit. de assens. Reg. §. 6. Tasson. cit. tract. vers.2. observ.2. num.43.* & conclusum in supremo Consilio Italiæ, testatur *Reg. Tap. decis. ejusdem Supremi Senatus 9.* quem refert *Thor. p.3. sect.3. compend.dec.verb. Viceres, de Angel. in suo prato ad l. 2. n. 1. C. de offic. ejus vic. alic. Masull. ad Capyc. decis.10.*

46 De Rectore, Scriptore, & generaliter de quocunque operario; an hi possint per substitutum deservire; fatur *Specul. tit. de salar. §. fin. juxt. fin.* & quod per substitutum artem exercens illius privilegii sit incapax, ostendit *Roman. singul.65.*

47 Servire verò quando liceat per substitutum, aliaque ad materia exornatum, tradunt *Mastrill. de Magistr.lib.1.c.29. Reg.Constant. in l.nullus qui nexu 60.C.de decur.lib.10.*

Tandemque pro coronide recolimus, teneri
48 quemlibet de facto illius, quem subrogavit, *l. ex facto de negot. gestis*, & collimat *S. Leon. Papa epist.1.* Aquilienti Episcopo: *Inferiorum* (inquit) *ordinum culpæ ad nullos magis referendæ sunt, quam ad desides, negligentesque Rectores, qui multam sæpè nutriunt pestilentiam, dum austeriorem dissimulant adhibuere medicinam*, habetur in decreto *dist. 86.cap.2. Escob. de ratiocin. cap.19. nu. 54. Giurb. cons.crim.36. num.4. Roman. cons.297.* explicans in muratore conducto ad farciendum murum, teneatur ad interesse, si culpa sua, vel substituti corruat, sequitur *Auus meus ad Capyc. cit. dec. 151.* & DD. circa hoc antimonia distinctionis fœdere conciliatur, in substitutione voluntaria, & necessaria. Primo namque casu defectibus substituti proculdubio substituens tenetur, ex *regul. text. in d. l. nullus, & l. neminem eod. tit. de decurion.lib.10.* Alterò sanè casu, minime quando s. illa fit superioris jussu, *Luc. de Penn. in d.l. pen. C. de agens. in reb. lib. 12.* & notavit *Reg. Rovit. cons.87. num. 2. lib. 1. decis. 72. num. 69.* & latiùs *dec. 79.* Cùm enim ex necessitate procedit nominator de nominati defectibus non tenetur post *Lucam de Penna cit. loco*, *Gabr. Berart. de visit.cap. 25. num. 81.* peroptimè advertit memorata *Reg. Rovit. decis. 79. num.2.* & hanc amplexatur sententiam *D.Regens Annibal Moles* decisum in Regia Camera memorans *decis. 10. tit. de official. incip. Sed an isti Officiales*, & in Collaterali Consilio determinatum in causa del Castiglio, cui stante necessaria substitutione, fuit administratio restituta, memor est *Reg. Revert. dec. 207. vol. 7.* ibi *vers. Facto verbo*; (Verùm ut culpæ à se substituto commissæ illi adscribantur, quando fuerit electus cum potestate substituendi simpliciter, non verò certam personam, declarando *Præs. de Franch. decis.212. & Anna alleg.107.* distinguit peroptimè *D. Consil.Staib. to.1. res. forens. 34.*) Ex his respondi pupillum sive minorem, quibus officium per tutorem, vel idoneam personam exercere est permissum *l. pen. C. de testam. milit.* ubi *Alex. & Dec. Angel. in l. cum prætor, §. cum autem, ff. de judic.* & conferunt tradita per *Isern. in cap. si quis decesserit si de feud. fuer. controv. num. 2.* & ibi *Alvarot. Capyc. dec.51. num.3.* non teneri de substituti ex necessitate, culpis. Itidem principalis regu-

regula restringitur ex exhibitione substituti, quæ omnino substituentem ab omni obligationis nexu exoluit, *Bart.* est vulgata doctrina *in l.* 1. *§. fin. ff. de public.* & *in l. eum exhibuissem*, *ff. eod. Jo: de Platea in l. nemo carcerem, Cod. de exact. trib. lib.* 10. *sub num.* 12. *vers. Probat etiam, Paris. de syndic. verb. an substituens in fin.* ibi: *Liberatur eum exhibendo Roman. conf.* 338. *num.* 7. *Revert. loc. cit.* Qui sermocinantur nedum de officiali, qui exibendo de sua familia delinquentem ab omni prorsus culpa est solutus, verum etiam de substituente in officio, etiam in privilegio clausula existente, illum teneri de culpis substituti, *Romen. cons.* 11. *Revert. decis.* 336. *lib.* 11. *lit. N.* dùm clausula prædicta nil novi induxit, & expressio eorum, quæ tacitè insunt, nihil operatur, quæ si veritate nitantur, perbellè extricant idem *Reg. Rov. decis.* 79. *per tot. & Consil. Carleval. in Apolog.* adversus quasdam ejusdem Reg. decisiones ad *mem. dec.* 79. *post* 2. *to. de judic. Tasson. de antefat. vers.* 3. *observ.* 3. *à nu.* 134.

An dominus teneatur de facto seù delicto Aurigæ famuli sui, qui puellam subtus currum, quem vehebat, comprehensam occidit *Jo: Paul. Xammar. p.* 1. *rer. judicat. defin.* 47.

Hinc notandum licere officiali, sivè capitaneo
49 suum deputare in casu absentiæ Locumtenentem, quindecim dumtaxat dierum interstitio *de Franch. dec.* 98. quod examinabimus *rit.* 64. *R. Rov. prag.* 5. *de syndic. official. num.* 3. *Thor. par.* 1. *&* 2. *compend. decis. verbis Locumtenens*, decisum tradens insequitur *Guttier. pract. quæst. cap.* 34. quod tempus ad viginti usque dies extendit, *Capibl. de Baron. pag.* 3. *num.* 217. ampliat que ex receptiori sententia *Bovadill. lib.* 1. *politic. cap.* 12. *num.* 28. ad nonaginta; quo quippè casu ejus Locumtenentis culpis obstringitur, *l. ad similitudinem, C. de episc. & cler.* & uno eodemque tempore simul stabunt Syndicatui, quod si à Barone ille creabitur, cui est permissum *Danza de pugn. DD. t.* 1. *de official. in gener. cap.* 6. *à nu.* 18. *Novar. de gravam. lib.* 5. *gravam.* 195. & declarat *lib.* 2. *gravam.* 85. officialis nullis obligationum vinculis coercetur, ex *Boer. decis.* 152. firmat *Regens Rovit. in nov. comment. ad prag.* 1. *de Syndic. official. num.* 55. *&* 56.

Subrogatus verò in locum absentis officium etiam in casu mortis exercere quibit, donec fuerit illud provisum: *Montan. de tutel. cap.* 37. *nu.* 21. *Avus meus ad Capyc. decis.* 151. *lit. A.* quos cum aliis laudat *Mar. Giurb. dec. Regn. Sicil.* 9. *n.* 8. & latè *Danza cit. tract. cap.* 7. quis autem ex duobus Locumtenentibus uno eodemque tempore deputatis à Barone scilicet, & Capitaneo priores habeat partes, Baronis Locumtenenti, tribuit *Danza cit. cap.* 6. *num.* 14. Locumtenens possit nè alium creare Locumtenentem: negativè respondet *Horat. Visconti in conclus. jur. verb. Locumtenens*, & confirmat *Novar. t.* 3. *de grav. vassall. cap.* 94. *num.* 34. Syndici verò, & Electi Vniversitatis, quod substituere licito jure minimè valeant, ostendit *Capibl. p.* 2. *de Baron. cap.* 18. *num. fin.* Consuetudinem verò loci attendendam indicat *Danza cit. c.* 7. *num.* 27. materiam Locumtenentis Baronis, latè examinat *Novar. de grav. vassall. grav.* 195. *t.* 1. *grav.* 83. 84. 85. *&* 86. *t.* 2. *& grav.* 94. *t.* 3. & nos alibi.

50 Omnes autem officiales hoc in ritu enunciati ad beneplacitum Reginale sunt, & sic perpetui censentur, teste *Jacobo Rebuffo in l. Curiales num.* 1. *Cod. de decur. lib.* 10. & notat *Alex.* post alios *in l. Principalibus num.* 6. *ff. si certum petatur*, *& add. ad Abb. in c. G. Perpetuus num.* 1. *de fid. instrum.* & ita pluries decisum fuisse in S. C. testatur *Aventdol. in addit. ad dec. de Franch.* 409. *num.* 11. ampleque edisserit *Borel. de magistrat. edict. lib.* 1.
51 *cap.* 12. *num.* 69. *&* 70. *Reg. de Ponte cons.* 98. *vol.* 2. Et propterea ab aliis Principibus inferioribus constitui ad beneplacitum officiales nequeunt; quin si ità fuissent deputati reduceretur ejusmodi beneplacitum à superioribus Judicibus ad præfixum in eo officio tempus, de *Franch.* adducta *dec.* 409. *&* 419. *Boer. dec.* 149. *Franc. Marc. dec.* 19. *p.* 2.

52 Memini tamen omnes, & quoscunque officiales tantùm annuales esse, tùm jure communi attento *in l. neminem, C. de susceptorib. lib.* 10. *& l.* 1. *C. ut omnes judic. Isern. in c.* 1. *num.* 3. *de feud. Guard. Surd. cons.* 261. *lib.* 2. *Jacob. de Franch. in c.* 1. *§. & quia vidimus num.* 20. *de his qui feud. dare poss. Mart. laud. in tract. de official. domin. §.* 92. *Mastrill. decis.* 88. *Gratian. lib.* 1. *discept. forens. c.* 184. *Ann. alleg.* 15. *num.* 3. *Bovadill. lib.* 1. *polit. cap.* 17. & ex historiis deducit *Surg. de Neap. illustrat. num.* 12. *pag. mihi* 152. tùm Constitutionum Regni, scilicet *constit: occupatis*, *& const. judices ubiq; locorum*, atq; *pragm.* 1. *§.* 2. *& prag.* 2. *§.* 4. *de offic. judic. & prag.* 5. *de Baron. Capiblanc.* latè *super prag.* 3. *num.* 8. *&* 138. *&* 5. *eod. tit. de Baron.* idem *Mastrill. de Magistrat. lib.* 1. *cap.* 23. *num.* 25. *&* 51. *Consil. Paschal. de patr. potest. virib. p.* 4. *cap.* 10. *num.* 9. *Montan. in prag.* 2. *de administr. universitatum num.* 197. *Campagn. in cap. item statuitur quod tam Justitiarii num.* 59. latè *Thor. p.* 1. *compend. decis. verb. Officiales per Regnum*, *Reg. Valenz. cons.* 44. *num.* 44. *t.* 1. *Carav. ritu* 295. *num.* 6. *Avus meus Prosp. Petra in annot. ad Capyc. dec.* 121. *num.* 3. *Reg. de Marinis lib.* 1. *resol. quotid. cap.* 284. quod ad Judicem Portulanorum, & ponderum ex S. C. determinatione in causa Universitatis Orioli cum ejus Marchione, extendit *Novar. super memor. prag.* 5. *num.* 4. *de Baronib.* ejusq; meminit *Thor. in supplem. decis. verb. Judices Portulanorum*. Principalis verò dicti rationem expendit *Luc. de Penn. in l.* 1. *Cod. de domestic. lib.* 10. quem laudat *Capibl. sup. adduct. prag.* 5. *in princ.*

Nisi ex justa causa illud restringit *de Franch. loco cit. num.* 3. & plures recenset causas *Foller. in const. magister Justitiarius num.* 43. quarum potissima est, ob officii tenuitatem in parvo Oppido, *Natt. cons.* 58. *num.* 4. *lib.* 4. *Mastrill. cit. tract. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 23. *Gars. de expens. cap.* 21. *num.* 5. *Capibl. in d. prag.* 3. *t.* 1. *n.* 228. *de Baron. Paschal. loco cit. n.* 11.

53 Justa verò non existente causa, non tantùm post annum exercere nequeunt, sed nèc infrà illum deserere queunt renuente populo, *de Franch. dec.* 409. neque populo ipso annuente, dicit *R. Tapia in prag.* 5. *de Baron. lib.* 2. *jur. Regn. Mastrill. dec.* 188. *n.* 22. & sequitur *Thor. p.* 1. *compend. verb. Officialis creatus*, addit autem *Tapia* non invenisse decisionem, & quidem credo, sibi assentientem; con-

contrad centem verò utique, memorata tam scilicet *dec. de Franch.* 409. etenim si concurrente universitate, nec potuisset, frustra dubitatum esset in ea *decis.* si illa renuente, quin? si illa pugnante remansit sub Judice lis, nec decisa, ex quo animi pendebant Judices, eâ potissimum ratione, quod Universitatis præjudicium tangebat, cui nocere haud debebat Baronis, & Officialis concordia, utique illi inhærenti, & volenti nulla fiebat injuria, & tunc in contrarium propterea eundum esset sententiam.

Anni verò durante intercapedine, nec à jurisdictionis conductore, novovè emptore officialis amovebitur, *Vincen. de Franch. dec.* 216. *Cavalcan. in repert. ejus dec. verbo Electio, fol.* 22. *& dec.* 25. *par.* 2. *Avus meus ad Capyc. dec.* 20. *ann. fin.* qui, & alia cumulat ad *Gramm. dec.* 46. *num.* 7. *Paschal. cit. par.* 4. *cap.* 6. *ante num.* 36. & in affictu anno 1601. per Collaterale Consilium determinarum *Thor.* fultus authoritate, memorat *Horat. Visconti in add. ad cit. dec* 216. *Vincent. de Franch.* latèque *Danza de pugna DD. t.* 2. *tit. de præcedent. integro cap.* 2. & meminit ad *Gramm. dec.* 58. *sub num.* 35. & an Baro pupillus factus major revocare valeat officialem deputatum ab ipsius Balio, *Carroc. de locat. & conduct. q.* 6. *num.* 63. *Borgnin. decis. Pivizzan.* 25. *par.* 2. *Amend. ad Franch. dec.* 216. *num.* 7. & generaliter de locatione facta à tutore, vel marito, an à pupillo majore, vel uxore deleri illa possit, loquuntur *Thor. p.* 1. *compend. dec. verb. Conductor. vol.* 14. *num.* 66. *& vol.* 65. *n.* 20. *Gratian. discept. forens.* 32. *nu.* 13. *D. Consil. Hodiern. ad Surd. dec.* 299. *n.* 1.
54

Quod an sit servandum sub sequestro suspensa jurisdictione, ob feudatarii crimen, vel æs alienum super feudo contractum, Regio assensu vallatum juxta decantatam praxim, per *Ann. sing.* 52. *&* 180. *Rovit. pragm.* 3. *de ordin. judic.* & alios nostrates passim, & copiosissimè edisserit *Capiblanc. tom.* 2. *pragm.* 5. *de Baron. cap.* 26. *per tot.*

Quod si officialis integro anni cursu exercere officium fuerit impeditus ob litigium, sivè aliquo alio modo ad tempus impedimenti minimè reintegrandus, ut obtinui in causa Civitatis Sulmonis, cujus partem sustinebam cum Jo: Baptista Dolphi anno 1647. coram tunc Reg. Consil. *D. Jo: Franc. Marciano* deindè emeritissimo Regente, In Banca Borrelli, authoritate fretus *Valasc consult.* 155. *&* 173. *num.* 16. *to.* 2. *de Franch. dec.* 419. *& dec.* 451. *Fontanell. de pact. nuptial. clausul.* 4. *Gl.* 10. *num.* 101. *& decis. Cathal.* 99. *nu.* 10. *& altera* 137. *num.* 17. *to.* 1. *Capibl. de Baron. prag.* 5. *cit. num.* 87. *to.* 1. *& prag.* 5. *cap.* 24. *à n.* 1. *to.* 2. *Mastrill. de magistr. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 90. *& cap.* 23. *num.* 56. *Cabed. decis. Portugal.* 84. *lib.* 2. *Masull. ad Capy. dec.* 127. *num.* 5. *Rovit. in prag.* 1. *n.* 5. *de offic. judic.* & peregrinum adduxi *text. in l. si usufructus la* 6. *ff. de usu, & usufruct. legat.* quibus tamen contradicunt per *R. Valenz.* exarata *in integ. cons.* 45. *t.* 1.
55

Hinc verò officialis post anni quoque lapsum jus dicet, donec successor venerit, *Bertaz. cons. crim.* 71. *num.* 58. *Guid. Pap. dec.* 501. *Franch. decis.* 393. *Gratian. discept. forens.* 184. *nu.* 46. *Mar. Giurb. dec.* 9. *num.* 6. *Capiblanc.* sæpius *cit. tract.* *prag.* 7. *num.* 140. *Amend. ad Franch.* tradens cautelam pro Baronibus *dec.* 409. *n.* 11.

56 Electio tamen ejus ultra annum, puta in triennium acta, in totum corruit, nec pro unico substinebitur anno, si vera fatur, ex *Roman. cons.* 66. *& ad lucta* 84. *num.* 7. *&* 15. *Gabed dec. Fontanel. cit. tract. clausul.* 4. *Glos.* 10. *p.* 1. *num.* 54. quem insequitur *Jo: Lagan. in add. ad Rovit. super prag.* 1. *lit. A. de offic. Judic.* ex regula utile per inutile in inseparabilibus vitiari, quam examinant *Sebast. Medices de reg. jur. par.* 2. *regul.* 6. *ampl.* 28. *Covar. var. resol. lib.* 2. *cap.* 19. *Tiraquel. de retract. convent. in fin. num.* 135 *Gratian. discept. forens. cap.* 162. *t.* 1. *Avus meus ad Capyc. dec.* 49. *num.* 2. & in simili de re Ecclesiæ alienari vetita ultra triennii tempus, an valeat saltem pro præfixo termino, *Afl.* loquitur, ibidemque *Cas. Ursill.* qui plures enumerant casus *dec.* 107. quos *Laganar. memor. loco*, non adduxit, dum consimilem dispungit quæstionem.

57 Sunt, & aliqua officia, quæ ultra annum protenduntur; Etenim Consiliarii, ac Præsidentes R.C. ad Regis beneplacitum creantur, qui proindè sunt perpetui. Judices M. C. biennii curriculo perdurant Præsides Provinciales triennio, & Auditores biennio, vigore eiusdem *pra.* 1. *§.* 2. *& prag.* 2. *§.* 4. *eod. adduct. tit. de offic. Judic.* atq; adeò nec refirmari queunt, ex eisdem *pragm.* loquentibus tamen in eisdem officiis, nihil addentibus in aliis ejusdem loci, & tamen certum est, neque alia etiam majora, aut minora exercere posse, *de Franch. decis.* 479. propterea concludens, nec posse Judicis appellationis officium posse gerere, sequitur *Capiblanc. in add. prag.* 5. *num.* 70. *Mastrill. dec.* 188. *& de Magistr. add. c.* 23 *num.* 61. *& p.* 2. *lib.* 4. *cap.* 17. *n.* 39. atque *Ricc. resol.* 414. *Avus meus ad Capyc. dec.* 121. *num.* 3. *R. Valenz. cons.* 61. *n.* 3. *vol.* 1. Idque tamen attento jure Regni, nam jure communi inspecto quid sit respondendum, edocet *Alciat. resp.* 54. *lib.* 8.

58 Sed refirmari quando possint non satis esset major pars, eò quod omnium concursus accedere deberet, & uno contradicente non liceret; ex *tex. in §. si verò, auth. de defens. C. vit.* atque *de Franch. dec.* 2. *num.* 21. *dec.* 609. *num.* 1. *Mastrill. dec. adduct.* 188. *num.* 6. etiam in officiali sine jurisdictione, latè *Ann. alleg.* 15. *Viv. dec.* 129. *nn.* 2. *P. Jo: Bapt. Fragos. de Regim. Reipubl. p.* 1. *lib.* 7. *disput.* 21. *de adilib. num.* 5. quibus, & ipse fretus respondi, cuidam Canonico meo perquamcaro, licito jure ipsum impedivisse, nè ministri ad alium annum prorogarentur, quamvis in contrarium pugnarent alii, eam ob rationem, quod electioni jam factæ à majori parte accesserat Archipræsulis dispensatio vigore Synodus Neap. requisita, ut confirmatus Cellararius valeret exercere officium, etenim multis rationibus, & authoritatibus dicebam dispensationem prædictam requiri, quando validè, jureque præcesserat electio, & sic unanimi accedente consensu necessario ad confirmandum, aut de novo eligendum illummet qui antecedenti anno functus erat officio; qua deficiente concordi electione subsequentem superioris dispensationem, & assensum nil operari; Electionis autem nullitatem, eo quod aliqui de cetu
59 non fuerint evocati, illi dumtaxat allegare queunt,

unt, qui haud vocati minimè interfuere, non verò unusquisque de cætu, post *Ripam resp. 21. de rescript. & Avend. de exeq. mand. lib. 1. cap. 19. num. 14.* in facti contingentia firmat *Carol. Ant. Mocc. in sylv. casu forens. c. 79. Fragos. adduct. loco perbella utens dist. num. 3.* & nullitate electionis factæ pendente, debet electus, interim ab administratione se abstinere: *De Franch. decis. 419. n. 1.* dummodò non fuerit antè illius allegationem capta possessio; *Gabed. decis. Lusit. 112. p. 1. Annichin. de praevent. inst. cap. 2. dub. 2. num. 95.* conferunt tradita per eundem *de Franch. decis. 264. R. Sanfel. dec. 63. sub num. 42. Reg. Rovit. super prag. 1. num. 17. de privileg. universitatum, & super prag. 2. n. 43. de administr. universitatum.*

Insuper recolimus permissum, quippè minime esse Proregi hujus Regni clavum substinenti Ju-
60 dices, & Auditores de facto biennii curriculo durante, exercitio officii privare, ut proindè illos amotos à Cardinali Borgia fuisse reintegratos ab ejus successore Cardinali Zapat. testatur *Capibl. sing. 136.* quem insequitur *Thor. p. 2. compend. dec. verbo Officiales quamvis*, quod ad quælibet officia, sivè ad vitam, sivè ad annum à quolibet Principe elargita, extendit *P. Fragos. cit. p. 11. lib. 3. disp. 5. num. 43. D. Reg. Moles dec. manuscrip. 81. q. 3.* testatur, quod cum coram Philippo Secundo orta esset disceptatio, an ipsi liceret sine causa officialem ad beneplacitum creatum ad nutum amovere, præfatum sapientissimum Regem respondisse, hoc ipsi tuta conscientia non licere, absque causa, percepisse à peritissimorum Theologorum consilio, qua de re latè *Tasson. de antefat. vers. 3. observ. 3. à num. 96. Thor. p. 3. compend. dec. sect. 2. verbo Officialis amotus, & Officialis à Rege.* Adversus tamen Judices intempestivè depulsos tempore Præsidatus D. Petri de Toleto, & Ducis de Alcalà, ex *Surg. de Neap. illustr. lib. 1. c. 17. num. 36. & R. Tapia de jure Regn. tit. de offic. Magist. Justit. prag. 1. verbo Singulis annis, fol. 272. t. 1. lib. 2.* arripuit calamum *R. Capyc. Latr. lib. 1. consult. 47.* testaturque illos nunquam ad amissa officia fuisse restauratos, *de Angelis in ejus prato ad l. 4. n. 6. C. de Episc. Aud.*

At quoniam plerumque controversum à DD.
61 fuit, an Actuarii appellatione officialium venirent, cujus veritatem inquirunt Scribentes super *rit. 49. De Franch. dec. 407. num. 3.* & nos alibi, ideò excitatum quoque apparet, an jam dicta jura, & constitutiones amplexentur Actuarios ipsos, quos etiam eligendos annuali tempore duraturos, scribit *Ann. sing. 369.* quem laudat *Avus meus in nov. annot. ad Capyc. dec. 121. nu. 3. Isern. in ead. constit. occupatis nobis in illius calca*, & in S.C. judicatum, referente *Consil. Vespolo* anno 1599. testatur *Visconti* cæteros allegans ad *add. de Franch. 409. dec. Carav. cit. rit. 295. num. 19.* affirmans ubique hoc servari, exceptis duntaxat S.C. R.C. Summariæ, & M.C.Vic. qui sunt perpetui, Actuariis.

At *R. Rovit. super prag. 1. num. 10. de offic. judic.* ex decisionibus per ipsum eximium virum relatis prædicta interpretatur, ut completo anno Actuarius officium dimittat, & Syndicatui pateat, in quo si absolutionem consequitur, possit illud iterum exercere pro anno sequenti, & sic deinceps?

quin; & in aliis officiis, non obstantibus Regni legibus annuale tempus præscribentibus officialibus, standum esse consuetudini alicubi existenti ultrà annum permittenti durare officium, probat *Andr. Molfes. ad Consuet. Neap. p. 1. cap 5. sub n. 18. r. 1.*

62 Verùm sit nè utilis Reipublicæ annuales, an potius perpetuos habere Judices, adamussim tractat *Melchior Jun. quæst. Polit. p. 1. q. 26.* remissivè *R. Rovit. proximo cit. loc. & Arist. Polit. lib. 2. c. 3.* tradit Magistratus eosdem semper, periculosum esse, quia ob diuturnitatem augetur illorum potentia, quæ plerumque eos ad tyrannidem incitat, *Francisc. Patritius de Republ. lib. 6. c. 5.* At de Tiberio Imperatore, qui non facilè magistratus mutabat, meminit *Avus meus ad Capyc. cit. decis. 121. à num. 3.* & peroptimè viam veritati aperit *Reg. Tapia de jure Regni in d. constit. occupatis nobis num. 7. lib. 2.* & novitèr ad partes hanc dispungit quæstionem *P. Fragos. adduct. tract. p. 11. lib. 3. disp. 5. §. 5. de reserv. suprem. Principi.* Quinimò si fieri posset immortales eos esse, utilius fore, annuit, *Emanuel Themudo in præfat. ad 1. p. dec. Senat. Archiep. Portugall. n. 30.*

Sed quia regula extat in *cap. si gratiosè de rescript. in 6.* ut beneplacitum morte concedentis extinguatur, declarata per *Franceh. in c. si delega-*
63 *tus de offic. delegat.* Ideò scire refert, utrum officiales à Rege deputati ad beneplacitum, illius interitu, careant jurisdictione, eorumque officia extincta dicantur; pro cujus resolutione videatur, *Ant. Gama decis. Lusitan. 353.*

Cæterum, quando beneplacitum revocatum, morte, vel finito officio, dicatur, & quando sub dignitatis, vel personæ nomine usus fuerit concedens, latissimè *Ann. cons. 14. vol. 1.* cujus meminit *Amend. ad de Franch. dec. 429. n. 13.*

Hisq; peroptimè collimat, quod consultus re-
64 spondi cuidam Prælato, nullam ipsi factam esse injuriam, qui à Summo Pontifice cujusdam Ecclesiæ Archiepiscopus destinatus, dum è Lusitania accersitus Romam proficisceretur, Pontifex ipse maximus diem suum clauserat extremum, & Ecclesia alteri desponsata fuerat, nondum Papæ vivæ vocis oraculo ipsius Ecclesiæ Archiepiscopo pronunciato, quod si pronunciatio intercessisset, utique jus illi quæsitum non expirasset, sed tempore successoris debuissent formari literæ facientes mentionem de dispositione prædecessoris, prout casus alias contigit apud *Bald.* affabrè de hoc loquentem *in l. humanum, in fin. C. de legib.* cujus assertioni se subscribunt *Castrens. in l. 1. C. ut lit. pend. de Franch. dec. 62. num. 2. R. Tapia in comment. ad l. fin. ff. de constit. Princip. num. 13.* quibus concinnè adstipulantur tradita per *Affl. dec. 253.* idemque *Add. Capiblanc. de Baron. pragm. 8. num. 17. Gozal. ad reg. 8. Cancel. de mens. & alternat. §. 3. in proœm. num. 1. Cabed. dec. 3. num. 2. Valenz. cons. 34. num. 37. lib. 1. Fab. de Ann. cons. 42. num. 10. Franc. Mar. Prat. lib. 1. discept. forens. cap. 49. n. 19. & 20.* & alios quos supra *in proœm. sub n. 24.* meminimus.

RITUS TERTIUS.

Admonentur officiales, ut Arcani sint, & consilia Curiæ, tecta, ac velata habere debeant.

ITem quod omnes officiales Curiæ prædictæ teneantur in secreta ipsius Curiæ tenere, & nemini pandere: & quod quando aliquis bannitur & cōdemnatur in ipsa Curia, & Locumtenens vellet aliquem capi de persona facere: nemini debeant notificare, & notificari facere per se, seu per interpositam personam.

SUMMA RERUM.

1 *Silentii laudes recensentur, & taciturnitas inter excelsas virtutes connumeratur.*
Damna, quæ silentii disciplina evitantur, indicantur. Illud maximè necessarium est in foro, & Curia, & multa ad rem enarrantur.
2 *Forenses viri, officialesque tenentur ad secretum custodiendum.*
3 *Magna fuit Romanorum observantia in celandis arcanis.*
4 *Censo consilii deo in circo Templum dicarunt Romani.*
5 *Consilii ethymon traditur.*
6 *Fœminæ cum arcana celare non valeant, à judicandi munere arcentur.*
Christus D. N. cur suam Sanctissimam Resurrectionem mulieribus prius manifestaverit.
7 *Pœnæ, quas merentur officiales revelantes secreta, jure Regni referuntur.*
Pœna, Regis arbitrio reservata, num extendatur usque ad mortem.
Verba in Summi Pontificis rescriptis, indignationis Petri, & Pauli, quam pœnam importent.
8 *Jure communi revelantes mortis pœna mulctantur, in crimen læsæ Majestatis incurrunt, quod declaratur.*
9 *Nostris temporibus officiales cujuslibet anni initio jurant de secreto, & de silentio servando.*
Juramentum præstitum in ingressu officii, quod apud exteras quoq; nationes servatur, in singulis causis repetitum videtur.
Cujus juramenti vi devinciantur nè ad totale secretum, ut ne uni quidem propalare valeant; & an conjudicibus.
10 *Loquaces in Senatores recipi non debent, quin? ob voti propalationem ex officialium numero eiiciuntur, & servatum traditur in personam Marini Freccia.*
11 *Judex ex voti publicatione suspectus redditur.*
12 *Justa fuit causa Judicem removendi, qui hæc protulit verba. Tam mihi certum est Oriæ Marchionem, Pescariæ Marchionem eadem intulisse, quam me esse Consiliarium Varelam.*
Alter ex Consiliariis fuit remotus, qui post cujuspiam nobilis discussum dicere auditus fuit. Eques iste nobis imponit, nec justitia juvatur.
Et casus decisis traduntur.
13 *Quid si Judex non deliberatè, sed dubitativè loquutus fuerit, dicendo, non esse sibi ab Advocatis satisfactum, vel alteram ex partibus dilationibus uti.*
14 *An qui in tractatu, vel responso typis edito suam tutatus fuerit opinionem in articulo discutiendo in causa, in qua est Judex, removeatur.*
15 *Præterea, alia persona ad secretum custodiendum obnoxia, recensentur.*
16 *Potissimum Advocatus, qui deponere, & revelare non cogitur, quin? nec monitorii vi, cum declarationibus.*
Testes, an, & quando revelare obstringantur, remissivè.
17 *Advocati promittentes negotii, & sententiæ eventum, mulctantur, & notabilis casus recensetur.*
Mors Turini fumum vendentis memoratur.
18 *Actuarii parti adversæ alterius partis articulos ostendentes falsi pœna puniuntur.*
19 *Alienas aperiens literas à pœna non est immunis, cum declarationibus.*
20 *Quivis etiam secretum sui Principis, & patriæ custodire tenetur.*
Variæ pœnæ contra non servantes secreta indictæ, quæ, & quando locum habeant latè.
Quispiamnè excusari possit, quod alii quinque sciverint.
21 *Confessor etiam secreta custodire cogitur, cum ampliationibus.*
22 *Cui dicenti de licentia pœnitentis revelasse, an credatur, & de confessionis sigillo remissivè.*

OPtimi Ritus, optima Constitutio? cui pro dignitate laudandæ, mihi verba esse non video. Silentium enim ipsum, quæ in rebus publicis verba non amat, in sui præconia compellit; scilicet nihil tantis laudibus dignum, quàm tempestivum silentium. Hoc inter Deos suos rudi populo adorandum in Arpocratis simulacro, admoto digito labia sua comprimentis olim Ægyptii proposuerunt, ut vulgus, Bellua illa multorum capitum, ac plurium linguarum, exemplo Numinis disceret aliquando tacere, ac studere silentio: quo neglecto, plurima sæpè mala Respublicas invasere, atque oppresse. Hinc sapientissimè Zeno Philosophus (*Laert. lib. 7. c. 1. stob. serm. 3.*) Ptolomæi legatis, qui multos eruditos ad convivium invitarant percontantibus, quid de ipso Regi suo essent renunciaturi, ait: Vidisse vos senem, qui in convivio tacere noverit. Cum enim cæteri ad ostentationem multa dixissent, unus Zeno perpetuum tenuit silentium.

Hoc primum omnium Pythagoras Auditoribus suis imponebat, meditari nimirùm, & quinquennio silere, cujus meminit Epigramma Græcum Pallada ex Ottomari Luscinii versione 18.

O quanta est virtus in tempore scire silere!
Egregius testis sit mihi Pythagoras.
Eloquio præstans, alios docet ille tacere.
Hac iter ostendens, qua venit alta quies.

Nec ab re Orator Isocrates, cum in disciplinam Careonem, loquaculum juvenem recepisset, duplicem ab eo postulavit mercedem, alteram, ut loqui disceret; alteram autem, ut tacere. Hoc erat Phocionis institutum, ut nunquam, vel flere visus fuerit, vel ridere, & interroganti cuidam, cur semper cogitabundus, & nihil unquam loquens videretur, ait, Delibero enim, an aliquid amputare possim de verbis, quæ sum ad populum facturus; quid mirum si jubenti olim Antipatro aliquid facere, quod sibi non licere arbitrabatur, prudentes

ter responderit; Non potes Antipater Phocionem, & Amicum habere, & Adulatorem? nequibat enim id ore proferre, quod animo non sentiret. At quæ Adulantium voces, quæ detrahentium jurgia, quæ alienæ dignitatis infamia, quæ contumeliæ, quæ ludibria ad humanæ societatis iniuriam, ad Civium seditiones, ad bella, ad clades aptissima audiuntur in dies? quæ omnia silentii disciplina evitari facilè possent, quod inter egregias virtutes *Sulmonensis Vates* connumerat *lib. 2. de arte amandi.*

Eximia est virtus præstare silentia rebus:
At contrà gravis est culpa tacenda loqui.

At si omni humana vita, ac societate, ac difficillimùm, ut ajebat *Arist.* apud *Laert. lib. 1. cap. 1.* tàm maximè necessarium sit, tacere non dicenda, quanto hoc magis in foro, in Curia, in Senatu, ubi Principum negotia maxima aguntur; ubi leges, jura, consilia, Justitiæ omnis administratio versatur; ubi publicæ tota salutis causa agitatur? Quàm fœdum, atque indignum hic esse homines rimarum plenos, ubi integerrimos, esse par esset? Quàm periculosum, arcana vulgò patefieri, quorum ipsum nomen, arcas, & arces, silentii clave obsignatas, atque inexpugnabiles, plusquam pecunia, ac thesauri exigere videtur?

Hinc apud Hebræos eadem voce, *Sodh*, & Arcanum, & Concilium, Senatumque significari dicunt, ut intelligatur quam necessarium sit deliberationes ibi factas esse secretas.

Hinc Athenis in Areopago, teste *Erasmo in Adagiis*, causæ capitales, noctu, magnaq; cum attentione audiebantur; nefasq; erat, quæ ibi fuissent acta, apud vulgus effutire; unde factum est, ut Areopagita taciturnior ille diceretur, qui commissum sibi arcanum optimè contineret.

Hinc nullum apud Persas flagitium, graviori supplicio dignum videbatur, quam propalasse secretum. Romani verò quandiù, quantaq; religione Patrum arcana consilia à publico procul habuere? Ante Q. Fabium Maximum, quid in Senatu actum esset, præter ipsos Senatores per aliquot secula nemo novit. Is tantummodò, primus, (idq; per imprudentiam) de tertio Punico bello indicendo, quod secretò in Curia erat actū, F. Crasso, dum rus petit, ille revertitur, in itinere narravit; memor eum triennio antè Quæstorem factum, ignarusque nondum à Censoribus in ordinem Senatorum electum. Sed quamvis honestus error Fabii esset, vehementer tamen à Consulibus objurgatus est, qui nunquam taciturnitatem, optimum ac tutissimum administrandarum rerum, vinculum, violari volebant (*Val. Max. lib. 2. cap. 1.*)

Moneantur qui in Curia, ac foro versantur, lepidissimo Euripidis responso, ad quosdam, qui ipsius oris graveolentiam incusabant: Multa in eo arcana computruisse, dicentis. Nullam tamen timeant sibi ipsis ex arcanorum taciturnitate graveolentiam oris, maximam verò, ex loquacitate famæ suæ labem parari certissimè sciant. Pudeat, que arcanorum proditores, puerorum, ac mulierculārum exemplis (quibus nihil garrulitate; ac linguæ lubricitate comparandum) se posse tedargui. Nam, & Papyrius Prætextatus puerulus à patre in Senatum olim ductus, cum domum inde reversus esset, ut quæ ibi audierat, hiscere vellet, nè matris quidem carissimæ ullis, aut precibus, aut blanditiis cogi potuisse: & Portia M. Bruti coniux coortæ in Cæsarem conjurationis conscia, nulli coniuratorum fide secreti cessisse (ut de aliis taceam), quæ ne in Hipparchum conjuratos patefaceret, dentibus ipsa suis sibi linguam præcidit) dicuntur. Noverint se pessimè de omni republica merituros, cujus viscera linguarum suarum gladiis transfodiunt. Nihil enim exitialius Civitati, quàm cùm ea, quæ secreta esse debent; quibus minimè debent produntur. Hinc enim plerumque clades, excidia, seditiones, tumultus, innumeraq; & irreparabilia mala exorta, legimus, & oriri videmus.

2 Quamobrem sapienter Ritus noster, forenses viros, Curiæ arcana silentio tegere jubet, ne judicia, his proditis, corrumpantur, ruatque justitia qui collimat juri communi; *l. quicunq;* 16. *C. de operib. publicis*, ibi: *Nam Imperio magna ab universis secreta debentur. Busaus de stat. homin. tract. de consiliariis, cap. 1. cum seq. Affl. in constit. ut universi num. 55. Decian. respons. 48. num. 26. lib. 3. Bellnga in specul. Princip. rub. 10. num. 5. Simanca de Republic. lib. 7. cap. 13. & 14.* & inter alia magistratus requisita, recenset præcipuum, *Garz. Mastrill. in tract. de Magistrat. lib. 2. cap. 2. num. 116.*

3 Hoc laudat in Romanis, (uti paulo antè dicebam) *Maximus Valerius lib. 2. cap. 2.* quòd f. arcana consilia Patrum conscriptorum multis seculis, nemo Senator evulgavit; dignissimi omnes, qui imperarent, addit idem *Author.*, cum non unum sed neminem audisse crederes, quod tam multorum auribus fuerat commissum, insequitur. *Alex. ab Alexand. lib. 4. Dierum Genialium. c. 11. pag. 210. Budæ in adnotation. ad P. in l. ult. de Senat. fol.* 241. Quis Romanorum Ritum licet barbarum, non doctrinæ plenum dixerit, quo Consus

4 consiliorum Deus apud eos suo tecto in circo colebatur, ut quoniam suo numine regere consilia crederetur ex loci conditione intelligeretur ea esse occulta, & pectore claudenda, quæ in consiliis agebantur, ut *Servius* tradit *lib. 8. Æneid. Petr. Herodius lib. 2. rer. judic. tit. 8. cap. 8. Reg. Valenz. in discurs. status, & belli p. 2. consid. 4. num. 9. & 10.* & hoc clarius ipsiusmet consilii ethymologia admonet, quod dictum est à Con, & Sileo, quasi

5 in Concistorio simul juncti, quæ ibidem pertractātur, silere teneantur, ex *Ægid. de regim. Princip. lib. 3. par. 2. cap. 18. Matienzo in Dialog. Relat. 3. par. cap. 54. num. 1.* Alphonsus ille magnus ad fores Curiæ aram Jovi positorio extrui decrevit, ad quam Senatores, sub ingressum, privatos affectus ponerent, sub egressum verò secretò sermones habitos in consilio reconderent.

Hinc fæminæ, ut festivè aliqua adnotemus, cum

6 arcana celare non valeant à judicandi arcentur munere, *l. fæmina, ff. de regul. jur. l. cum Prætor §. fin. ff. de judic. l. quidam consulebant, ff. de re judic.* qui enim ipsis aliquid committit, idem agit ac si in foro denunciaret voce præconum omnibus tradit post *Antiph. apud Stobeum sermon. 72. Mastrill. cit. tract. lib. 2. cap. 4. num. 19.* detestabileq; *Porcius Cato* ajebat, mulier arcanum credere teste *Plutarcho*, quem laudat *Franch. de Petris* sin

stiu lection. lib.1. cap.1. num. 5. & ante ipsum noster *Carav. in rit.1. num.* 33. cui concinit *Valerii* dictum *in epist. ad Rufum. Quis enim muliebri garrulitati aliquid committit, qua illud solum potest tacere, quod nescit?* Idcircò Christus Dominus noster fœminis priùs, quam viris suam Sanctissimam manifestavit Resurrectionem, nam cum sciret eas esse garrulas, prius per mundum illam significavissent, quod alii Theologi alter hoc factum dicunt, qua de re ex nostris jurisperitis *Marcus de Mantua singul.*686.

Adversus autem officiales inobedientes Ritus aliquam penam non admittit. Verùm *pag.* 6. Invictissimi Caroli Quinti *in Rubr. de offic. Judic. & 5. §.2. & §.6. sub Rub. de offic. Magistr. Justitiar.* atq; 17. *de offic. S. R. C. & 1. de causis decidendis*, quæ tùm ad officiales Magnæ Curiæ, de quibus noster Ritus, fatur, tùm ad alios officiales Regios extendunt, pœnamq; adiiciunt, nempè ultra iræ, & indignationis Regiæ gravissimæ, & privationis officiorum, pœnas alias Regio arbitrio reservatas in secus facientes exequi mandant quam quidem pœnam, iræ, & indignationis Principis extendi usque ad mortem, tradunt *Bart. in tract. qui sint Rebelles, in verba indignationem, Angel. in l. si vacantia in repet. C. de bon. vacantib. l.b.10. Tasson. de anaefat. vers.12. observ.2. nu.* 28. *ad fin.* quod hoc in casu non admittit *Reg. Rovit.* ratione per ipsum tradita super *pragm.* 3. *§. cum verò num.6. de offic. Magistr. Justitiar.* ex *Bossio* annuens *ibid. nu.* 5. aliam pœnam in eadem *prag.* enunciatam, ad mortem extendi posse, Summi Pontificis rescriptis, indignationis Petri, & Pauli extricant *DD. apud Auum meum ad Grām. decis.*400 *num.*3. ibidemque *Mari num.* 25. *Cavalcan. de Brach. Reg. p. 6. num.*207. *Danza to.1. de pugn. DD. cap.1. de praemin. Reg. Aud. num.* 82. *&* 83.

8 Jurè verò communi mortis pœna mulctari, ex *l. si quis aliquid ex metallo, §.1. ff. de pan. Bossius* probat *in tit. de carcerat. fidejuss. commit. nu.*30. *&* 32. sequiturque *Menoch. de arbitr. casu* 537. *num.*12. *cum seq.* & latiùs tractat *Farinac. q.*113. *num.* 206. ac *licentias de Pisa in sua decur. Pisan. lib.* 3. *cap.*1. & in crimen Læsæ Majestatis incurrere, *Avendan. in cap.* 2. *Pratorum num.* 25. *in princip. lib.*1. tradit, & observat *Azeved. in addit. ad curiam Pisanam lib. 3. c. 1. lit. A. num.* 5. id quod locum vendicat in secreti propalatione, quæ tendat in principis, aut Reipublicæ exitium, & damnum, *Narbona in l.*82. *Glos.*4. *tit.*5. *lib.*2. *Menoch. casu* 537. *nu.*5. *Farinac. in prax. crim. mem. q.* 113. *num.*203. *ex text. in l. omnes, §. exploratores, ff. de re militar.* ibi: *Exploratores, qui secreta nunciantur hostibus, proditores sunt, & capite luunt* Itidem falsi pœna plectuntur *Alber. in l.* 1. *§. is qui deposita ad l. Corneliam de fals. Bar. in l. solum de testib. Gig. de crimin. Las. Majest. tit. qualiter, & à quibus q.*21. *num.*9. *Cepolla cons.*39. *nu.* 29. & perjuri existunt, *Bovadil. in polit. lib.*2. *cap.* 5. *nu.*19.

9 Quin novissimis nostris temporibus officiales cujuslibet anni initio jurant de secreto servando, ac silentio tenendo, juxta *prag. Comitis Miranda, & 9. sub Rubr. de suspict.* & ferè apud exteras nationes hujusmodi jusiurandum præstari à Senatoribus, tempore quo in Senatorum albo describuntur, fantur *Affl. in Const. Rub.*45. *de servand. indemnit. Comit. num.*57. *Menoch. adduct. cas.*537. *num.*3. sufficitque unicum præstitum in ingressu dignitatis, vel officii, quod in singulis causis repetitum, videtur *arg. l. hoc Sacramentum, C. de juram. prop. calum. Jo: Bap. Asin. de exec. §.8. c.* 41. quamvis olim in singulas causas Judices sacramenti Religione obstringi, lege Agraria Saturninum, cavisse tradit *Anton. August. lib. de leg. c.* 15. & meminit eruditus *Avendan. in elegan. tract. de motu lib.2. cap.*44. *num.*8. cujus juramenti intuitu devinciantur, ne ad totale secretum: ut ne uni quidem propalare valeant, an verò nè omnibus indifferenter scribit *Portius Imoleas. cons.* 93. *& cons. sequent.* nec non *Cravatt. cons.* 735. & apertius colligitur ex *Menoch. indic. casu* 537. *n.* 2. Imò prædicta *prag* 6. *§.* 2. interdicit etiam conjudicibus propalare; nisi omnibus simul consedentibus ad decidendas causas.

Undè nedùm loquaces in Senatores recepi pro-
10 hibetur, verùm etiam è Senatorum numero ob voti, & secreti propalationem eiici eos, tradit *Anna singul.* 383. servatum tempore quo hujus Regni clavum sustinebat D. Petrus de Toleto in personam cujusdam Senatoris, quem non nominat, sed illum fuisse Marinum Freccia, observat *Borrell. ad Bellug. in specul. Princip. rub.*10. *f.*31. & confirmat *Marcell. Fortun. in tract. de verit. & error. p. 2. in 1. memb. num.* 3. & alium Magistratum Mediolani decollatum ob tale facinus fuisse meminit *Boss. in tit. de carcer. fidejuss. num.* 32.

11 Hinc Judicem suspectum reddi ex voti publicatione per *text. in l. eos C. de appellat.* concludunt *Jo: Andr. in cap. irrefragabilis §. excessis extr. de offic. ordin. Marant. de judic. par.6. vers. & quandoque appellatur num.*52. *Viv. decis.*36. *Sesse decis.* 415. *tom.* 4. *Mastrill. decis.* 151. *num.* 54. *Maynard. decis.* 44. *lib.*1. *Grass. except.* 24. *num.* 103. *Giurb. decis. Sicil.*54. *num.*3. *Ambros. dec. Perus.* 50. *num.*7. *par.*2. *Amat. dec.*14. *Gratian. discept. forens.* 100. *num.*57. *Menoch. de arbitr. judic. cas.* 458. *num.* 14. *Cost. de remed. sub sid. remed.* 123. *num.*19. *Decian. cons.* 26. *vol.*1. *Intriel. singul.* 79. *num.*105. *lib.* 3. *Reg. Rovit. cons.*8. *num.* 1. *lib.* 1. etiam si judicium aliquod exhibuit, quod ejus animi motus deregeretur, ad *text. in l. observandam*, ibi: *Ejus animi motum, ff. de offic. Præsid. Bertaz. consil. civil.* 67. *num.* 22. *Decian. cit. loco num.*9. *Giurb. ubi supra num.*3. *in fin.* sed videre nè desinas *Fontanel. decis. cathal.* 9. *lib.* 1. *Regens Galeot. tom.*1. *controv.*39. *num.*32. *Fragos. de Reg. Reipub. tom.*1. *p.*1. *lib.*5. *disp.*12. *de reo excipient. num.*215.

Vt proptereà justam fuisse Judicem removendi
12 causam, cui hæc verba ore excidissent: Tàm mihi certum Piscariæ Marchionem, Oriæ Marchioni cædem intulisse, quam me esse Consiliarium Valeram, decisum anno 1624. indicet *Reg. Sanfelic. dec.*80. *lib.*1. & aliàs determinatum fuerit in personam ejusdem Consiliarii Varela, qui protulit hæc verba Advocato, ipsum de causa instruere volenti non opus esse informatione, dum ejus principalis omnino à S.C. condemnandus foret in causa D. Paulæ Mattute, y Azevedo Principissæ

Ca-

Carpignano, & D.Frabitii Lanario ejus filii, referente *Conſ. Didaco Salinas* ſub die 13.. Martii 1636. penes Magn. de Mercati Secret.S. C.

Ac noviſſimè D. Michael Sanfelicius Patricius Neapolitanus ſuſpectum allegaverit quemdam Regium Conſiliarium, eò, quod poſt ejus ab ſe digreſſum præfatus Conſiliarius dicere auditus fuiſſet: Eques iſte nobis imponit: nec juſtitia juvatur, vulgo, *queſto Cavaliere mi fruſca, & ha torto*. Et die 6. menſis Julii 1655. facta relatione in S. C. ab Relatore *D. Conſ. Antonio Capiblanco*, & eum eo votantibus D. Spectabili Præſide D. Didaco Bernardo Zofia, & D. D. Conſ. Aloyſio Gamboa Aulæ tunc Decano Paolo Staibano, adjuncto in loco Conſiliarii Caroli Brancacii ſuſpecti, Jo. Maria Campana, fuerit deciſum, quod prædictus Conſiliarius non interveniat, & reſtituatur depoſitum: ut liquet penès eundem S. C. Secretarium, patrocinantibus contra ſuſpicionem V. J. D. Auguſtino Grimaldo, & pro contraria parte V. J. D. Frbnciſco Granvalle quæ quidem deciſio ex iis verbis promanavit: Nobis imponit &c. quæ cum tali motu, & demonſtratione, prolata in hominum cœtu, ab Officiali in ſua domo, poſt Michaelis diſcreptum ſuapte natura injurioſa præſumuntur, & animo injuriandi dicta *l. ſi non convicii C. de injuriis*, & ex illis per convicium prolatis, etiam contra abſentem, oritur inimicitia, *l. ſi. §. convicium autem el 2. ff. de injur. Bald. in cap. veniens in fin. de jure jur. Roland. à Vall. conſ.24. num.38. lib.1.* & conferunt exarata per *Reg. Sanfelic. mem. dec.80. num.4. lib. 1.* Quibuſcumque enim verbis quis offendatur aut illius gravetur opinio injuriam patitur, ſivè præſens ſit, ſive abſens, *Bajard. in add. ad Clar. tit. de injur. num. 15. & 16.* ex qua cauſa legitimè poſſit Judex recuſari, voluit *Cavalc. dec. 28. Novar. in pragm. 12 de ſuſpic. official. num.8. 21. & 25.* Etiam ſi præſumptive habeat, quis animum inimicandi, *Maſcard. de prob.concl.899. nu.18. poſt Salyc. in auth. ſi dicatur C. de teſtib. Gloſ. in cap. Arianus 63. diſtin. Bal. in l. præſcriptione col.12. C. ſi contr. jus, vel utilit. public. Vin. dec.363. à num.1.* Et etiam ex voti propalatione illa proceſſit, ibi: Nec juſtitia juvatur, juxta ſuperius tradita, & confirmant *Maynard. dec.44. p.1. Vrs.dec.36. & 365. Rota in antiquis dec.36. & dec.256.*

Prædicta tamen non procedunt ſi Judex dubi-
13 tative, & non deliberate loquutus fuerit, dicendo, dubitationem in cauſa habere, & non eſſe ſibi ab Advocatis plene ſatisfactum, & quando altera pars dilationibus utitur ad retardandum cauſa expeditionem, fortè agnoſcens malum jus fovere, & remorandum diſtractionem bonorum, quæ omninò ſunt vendenda, *Velaſc. de partit. cap.9. num.21.* ſervari in Conciſtorio Siciliæ meminit *Giurba in dicat. dec.54.* & in noſtro S. C. oſtend t *Galtupp. in ejus prax. p. 1. cap. 4.* & deciſum fuit Junctis duabus claſſibus S.C. in perſonam Conſil. Andreæ de Januario in cauſa Dorotheæ Lantaro, & Octavii de Steſano, eum S. Religione Maltenſi, relatore exiſtente *Conſil. Camillo de Petio* ſub die 1. Junii 1627. & iterum in perſonam Conſ. D. Fräciſci Savio ſub die 16. Aprilis 1631. referente *Conſ. Varela* in cauſa D. Camilli Pignatelli Marchionis Lauri nec non ad relationem ejuſdem *Conſil. Varela* in perſonam Conſil. D. Thomæ Carleval ſub die 18. Novembris 1632. in cauſa Ill. D. Joannæ Ruffo Principiſſæ Scillæ, penès eundem de Mercati Secret.

Quod ſi Judex in aliquo tractatu, vel reſponſo
14 typis edito pro articuli veritate, juribus ſuam fundaverit opinionem, non poterit in cauſa recuſari, in qua idem erit diſcutiendus juris articulus tanquam votum ſuum propalaverit *Conſ. Theod. alleg.87. Gallupp. cit. tract. cap. 4 num. 37.* latè *Thor. in compen decif. verbo Suſpicio provoſi ap. 2.* tradens deciſum in anno 1621. in perſonam tunc *Conſ. R. Roviti*, de quo idem meminit *Reg. in prag. 11. nu.43. de feud. & pag.4. nu.59. in ult. impreſſ. de ſuſpic.*

Sunt præterea nonnullæ aliæ perſonæ, quæ ſe-
15 cretum cuſtodire tenentur, earumque meminit, & quidem perſucundè doctiſs *Carav. in hoc eod. rit. à num. 4.* de quo mentiores fiunt *Borrell. ad ductu loco Rub.10. lit. A. in fin. Regens Rovit. ſuper cit. prag. 5. num. 4. in fin. de offic. Judic.* Potiſſi-
16 mùm Advocatus in quo fidelitas exequitur, & cauſæ ſecreta propalare haud debet, adeoùt ſecus faciens ſcripturaſque ſui Cuentis Adverſario oſtendens pœna falſi mulctetur *Menoch. de arbitr. Judic. caſ. 311. num. 11.* & poſt *Parìſ. & Graph.* admonet *Avus meus in annot. ad Grammat decif. 103. num.38.* & advertunt *Jodoc. in prax. crimin. cap. 123. num.19. Tuſc. ſingul.31. lit A. Jud. de Angel. in prat. ad l. 1. num. 7. C. de Advoc. diverſ. judi* & tanquam prævaricator infidelis puniẽdus ſic, diſponente *Benedicto XI. Summo Pontifice in ſua conſtitut.2. §.4.* ac proditoris nomen meretur, *Cherubin. compend. Bullar. ſuper Balli Pii V. in eo append. 1. in ſcol. 1.* Infamem illum prædicat *Div. Anton. p.3. tit.6.c.2. Gabr. Berart. in ſpecul. Viſitation. tit. de Advoc & Procur. c. 18. n.37. Franc. Mar. Prat. ad Maſcatell. in prax. p.3. & ult. de Honorat. decor.* Inter falſarios connumerat *P. Baſſeus Flor. Theologus, verbo Falſarius num.2.* qua de re latè *Abb. Patr. Paul. Guazzin. in tract. ad defenſam animar. Advocat. defenſ.3. cap.3.*

Hinc Advocatus, & Procurator ad examen cogi non poſſunt eorum, quæ uti tales noverunt, & conſulti fuere, etſi veritas alitèr haberi non poſſit ſed ad illa celandum omninò obſtringuntur *Affl. in conſtit. Regn. Advocatorum in 2. not. verſ. Etſi Advocatus ſciat, de Franch. decif. 222. Dom. Conſil. Hodiern. ad Surd. dec.190. num. 4.* qua de re *Dom. Reg. de Marin. quotid. reſol. cap. 9. t. 1.* illaque detegendo, vel teſtificando peccato *Navarr.* monet *in manual. confeſſor. cap.25. num.42. & 47.* & inſequitur *Paul. Chriſtin. dec. Cur. Belgic. 83. num 8. t.1.* Quodque magis eſt, neque monitorii timore ad deponendum obſtringi, concludunt *Navarr. conſ.16. tit. de penitent. & remiſs. lib. 5. cap.5. Anton. Fab. def.54. C. de probat. Mart. de juriſdict. p. 3. cap. 6. num .23. Bertaz. conſ. crim. 252. num. 1. lib. 2.* etiam ex ſecreti occultatione parti damnum eveniret, *D. Franch. de Caſtillo dec. 92. num.9. Dauza ad Gramm. decif.80. num. 33. ad 37.* id quod reſtringendo explicat *Abb. Guazzin. adduct. defenſ. 3. cap. 3. per tot.* & diſtinguit *Ripa de Peſte, tit. remed. ad curand. poſt num.121. & 128.*

Teſtes verò, an, & quando revelare metu literarum

rarum monitorialium obstringantur, quamque fidem faciant, latè extricant *Marant. in 4. par. 11. distin.num.54. Sylu nuptial. verbo Monitoria, Episcop. Campanil. in diversor. jur. canon. rubr.de person. prohib. prom. cap. de excommunic. Clar. §. fin. q.27. Capell. Tholos.dec.*139. *Foller. in prax. canon. verbo Testibus diligenter examin.fol.* 103. & quid in principali idem *Episcop. Campanill. in add. ad Oliv. rit.*3. *Curia Archiepisc. num.* 18. & quando monitoria sint relaxanda pro rei veritate scienda, & scripturarum, scribit etiam *Episcop. Ricc. decis.* 1. *& decis.*219. *par.*1. *& dec.* 36. *&* 69. *p.* 2. An expetente hæretico ipsemet *Ricc. decis.* 23. *par.* 2. & valeatnè appellatio a decreto concessionis illorum, affirmativè idem *Episcop.* resoluit *dec.*5. *p.* 2. & à quibus mulctetur fallas vigore illorum revelationes, agentes, idem pertractat *ead. p.* 2. *dec.* 259.

Mulctantur quoque Advocati, Procuratoresq;
17 qui promittunt negotii, ac sententiæ eventum fustigationis pœna, *l. quæ explicandi, C. de accus. l. item apud labeonem, §. item ait, ff. de injur.* ibi *Eum qui eventum justitia (velut daturus pecuniam) vendidit, fustibus à Præside ob hoc castigatum damnatum videri*. Et futuri quoque *Muscatell.* advertit *de cognit. seù probat. dilect. tit. de Judic. corruptel num.*54. *vers. Secunda declaratio erit.* Verùm extra provinciam, & ad privationem officii ob tale facinus condemnatum fuisse scribam fiscalem per M. C. test.s est *Reg.Sanfelic. dec.* 45.*tom.*1.Cùm hoc Judicis arbitrio tribuant *Duaren. lib.*1. *disput. cap.*15. *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *centur.*4. *cas.* 344. allegant *Paul. Consil. lib.*5.*sentent. tit. ad l. Cornel. testam. in fin.* ibi: *Si qui de Judicis amicitiis, vel familiaritate mentientes, eventus sententiarum vendunt, quidve obtentu, nominis ejus agunt convicti, pro modo delicti aut relegantur, aut capite puniuntur.* Et Alexandri Imperatoris ordine quidam nomine Turinus, qui ab Imperatoris subditis larga manu munera accipiebat sub prætextu quod apud Principem plurimum valeret, fuit palo alligatus, fumo subfogatus, & compustus, præcone præeunte, & acclamante, Turinum hic fumo moritur, qui fumum vendidit. Aureo proindè lapillo advertant quæso Judices in hac facti specie, quæ adnotavit *Angel. in d. §. idem ait*, cujus verba sunt. *Nota contra baratores curiarum qui in palatiis sæpissimè converfantur, qui recepta pecunia promittunt eventum sententiæ. Hoc etiam nota contra Advocatos,& Procuratores qui indubitanter promittunt se taliter facturos cum Judice, quod Judex taliter judicabit: quod plerumque solent facere accepta pecunia, jactantes se habere amicitiam dicti Judicis nam isti injuriarum tenentur Judici, & graviter possunt puniri. Caveant igitur*, sequitur, *Rectores, & assessores à consortio talium virorum, caveant etiam ab amicitia meretricum quoniam vidi quandam meretricem, quæ stabat in camera Judicis, quæ motum Judicis audierat in ferenda sententia capitali accepta pecunia propalavit ferendam sententiam, & ferè combusta non fuit, & Judex stetit in periculo.* Hæc ille, cujus facti meminit *Parif. de Syndic. verbo corruptio in fin.* & tenebuntur in Syndicatu, si domestici, & familiares eorum officii vendunt fumum promittendo partibus celerem, & optimam expeditionem *Fragos. de Reg. Reipub. tom.*1.*par.*1. *lib.* 7. *disp.*23. *de offic. Sindic. num.* 51.

Itèmque Actuarius, vel Scriba parti adversæ
18 alterius partis articulos antè publicationem ostendentes falsi puniuntur, *Paris.de Syndic. tit. de excess. Advoc. cap.*1, *num.*9. *Graph. dec.aur.lib.* 2. *de falsit. cap.*35. *num.*9. *Avus meus in annot.ad Gramm. dec.*103. *num.* 35. & conferunt per *Afflict. & Ursill.* tradita *dec.*33. & tali pœna mulctatum scribam, qui probata in inquisitione revelavit, quod certa pœna non adiecta per *pragm.* 27. *vers. Item quod directè, vel indirectè de offic. Mag.Just.* vetitum est, decisum tradit *R.Sanfel. dec.*60. *t.*1. de qua memores sunt *Thor. in supplem. compend. dec. verbo Falsum committere, & Laganar. ad Rovit. super d.prag.*27. *lit.A.*qua quoq;pœna punitur dissigillans processum clausum, *Parif. de Syndic. verbo Corruptio, num.*9. ibi:*Justo, ac consueto pretio mediante*. Et contra Actuarios processus informativos ostendentes, nonnulla exarat *Danza adduct. tract. de pugn. DD. t.* 1. *tit. de Actuar. num.*5. prout punitur testis antè publicationem ejus dictum parti pandens, *Viv. dec.* 32. *num.* 2. *vol.*1. *ex c.qui falsa q.*3. *Avus meus ad Capyc. dec.* 142. *n.*2.

Quinimò, alienas aperiens, literas, alterique
19 ostendens à pœna haud est immunis: *Ann. singul.*383. *Avus meus ad Gramm. dec.* 103. *nu.* 38. ad instar sigillum removentis, *Bald. in l. Paulus, ff. de fals. Gigas de Crim. Læs. Majest. lib.* 1. *q.*20. *num.*13. & mortiferum in foro poli perpatrat peccatum, quamvis in excommunicationem minimè incurrat: *Navarr. conf.* 33. *de sentent. excommunic. lib.*5. *Viv. dec.*62. *num.* 1. illasque occultans pœna falsi, & ad interesse, quod ex mora contingit, tenetur, *l. fin. C. de fabricen. lib.* 12. *Add. postrema ad Vinc. de Ann. singul.* 383. Omniaq; prædicta locum vendicare, si dolus præcedat, observat idem *Avus meus addit. loco*, ex *Armill.* aliisque restringens firmatam regulam non procedere, si literæ aperiantur de expresso, vel præsumpto scribentis consensu, aut ejus, cui diriguntur, & in patre, domino, alioque superiore, vel si id fiat jure belli, vel justæ defensionis contra hostem insidias molientem *Peirin. de Religion. t.*1. *q.*2. *cap.*1. §.13. *P. Dian. tract.*6.*Miscellan. par.* 3. *ref.* 55.*pag.* 247. materiamque latè extricant *Diaz.Hispan.pract. crim. canon. c.* 96. *Menoch. lib.*2. *de arbitr. Judic. cas.* 312. *Ricc. collect. dec.* 1929. *par.* 5. *Stracc. de mercatur. tit. de assecurat. Gl.* 1. *num.*48. *Fragos.de Regim.Reipub. tom.*1 *par.*1. *lib.*5.*disp.*13 *de oblig.servandi secret.* §. 2. *num.* 50. & aperientem literas Consultoris missas Judici pœna falsi teneri, advertit post *Farinac.tom.*5. *de falsit. q.* 150. *p.* 4. *num.* 128. *Reg. Tap. in Consf.qui literas num.*9. *ad finem.* id quod in rustico restringit *Bartol.Bertaz.consil.crim.*112. *lib.*1.

Quivis etiam sui Principis secreta celare con-
20 stringitur, quin è & propriæ patriæ, legitur enim 12. *Tob.* Sacramentum Regis abscondere bonum est, idest mysterium, sivè secretum Regis abscondere bonum est, ut observant *Boer.in tract. Magni Consilii num.* 155. *& Ursill. ad Afflict. decis.* 265. *num.*85. nimirùm, si relevando crimen Læsæ

Sla-

Majeſtatis patraret; & proditor reputaretur, capiteq; puniretur, ut adnotavimus ſuprà, latèq; confirmat *Farinac. in tract. de crim. Laſa Majeſt. q.112. num. 203. Marti. Laud. de Conſiliar. Princip. §.2. & in tract. de Principe q.190. Borrell. add. loco lit. A.*

In Vueſtphalia etiam nunc conſuetudo eſt, ſi adjuratus revelat ſecretum ſuſpendio ejus fauces præfocari. Octavianus Imperator Thrallum quendam eapropter ad crurifagium damnavit. Hoc acriùs plectendos aliqui cenſebant, qui concredita ſibi evulgarent, quo majora damna ex eorum manifeſtatione timebantur. Et ego, inquit *Scribanius*, veterum Perſarum more ſilentium in iis, qui à conſiliis Principum ſunt vitæ periculo ſanciendum putarem, nec ullum probrum linguæ gravius in illis plectendum. Quot regiones prodidit, quantos exercitus in ultimum diſcrimen adduxit protervæ linguæ garrulitas, ut meritò dici poſſit, ſubſcribente *Scribanio*, proditorem Secretorum, Regnorum perditorem eſſe. Ægyptii linguam radicitùs ei evellebant, qui, arcana evulgando, eam protendiſſet. Apud Romanos ejuſmodi homines vivi exurebantur. Id potiſſimùm extollit in Alexandro Severo *Lampridius*: Sub hoc, inquit, tacebantur ſecreta bellorum. Tanti æſtimavit ſecreta poſſe contegere Metellus Senex, ut interrogatus, quid in ſequentem diem, juberet, dixerit, ſi tunica conſiliorum meorum eſſet conſcia, detractam in ignem mitterem. Petrus Rex Aragoniæ, dum potenti claſſe Siciliam occupare cogitaſſet à Martino IV. rogatus, quò omnis ille bellicus apparatus ſpectaret, reſpondit, comburam intimam tunicam, ſi conſiliorum meorum gnaram eſſe ſciam. Ambroſius Spinola Marchio Regiorum exercituum ſupremus ductor tàm tenax fuit conſiliorum ſibi commiſſorum, ut antè animam, quàm concredita, aut concepta excuteret. Hinc Regia arcana nequeant omnibus innoteſcere *Vincent. de Ann.* monet *alleg. 65. num. 24.* Imò ſi vaſſallus eſſet, adhùc feudi privatione mulctaretur, *Bal. in cap. 1. §. credentia de pac. conſt. Quintil. Mandoſius in tract. ingratitudinum c. 62. cauſ. 13. Affl. indic. dec. 265. num. 84.* ex *tex. in c. 1. quib. mod. feud. amitt.* adjungens notabile dictum illud, quod non excuſaretur, illam ob cauſam, quod aliis innotuerat, ſi quinque tantum ſciebant, nam & tunc ſecretum quoque dici affirmat, ex *cap. veritas, §. è contra de pœnit. diſt. 1.* opitulaturque concluſio ab *Epiſcop. Campanil. conſtituta in diver. jur. canon. rub. 11. ſub num. 62.* nè omnis numerus perſonarum, quæ interfuerunt percuſſioni Clerici, faciat percuſſionem notoriam, & propterea non ſemper ſcientes teneantur vitare percuſſorem, niſi certus interfuerit numerus, tametſi DD. quos illic memorat, diſcordent in illo conſtituendo numero. Quando autèm Principis ſecretum dicatur culpabiliter revelatum, quæque requirantur, extricant *Decian. tom. 2. lib. 7. cap. 23. num. 15. Azeved. in l. 1. tit. 12. lib. 8. recop. nu. 128. & 158. Reg. Valenz. conſ. 162. per tot. lib. 2.* ſuffultus aliorum dictis, ſubjungens pœnis prædictis mulctari pandentes arcana inimicis, non verò amicis.

21 Sacerdos inſupèr auricularius ſecretum cuſtodire tenetur, pro cujus veriſſimæ ſententiæ comprobatione, declaratione, vel ampliatione nè omittas, perlegere, quæ longo themate congeſſit *Gregor. de Valent. diſput. 7. q. 13. to. 4. Hieronym. Gliannas in inſtruct. Sacerd. par. 2. cap. 4.* brevi autem, ſed perdocto ſermone complexus eſt *Tolet. in lib. 3. inſtruct. ſacerd. cap. 16.* & tradunt *Angel. Clavaſ. in ſumm. verbo confeſſio, Tuſch. ſing. 176. lit. C. Jodoc. in prax. civil. cap. 150. num. 7. Auguſt. Berous q. 12. cum Sacerdos num. 3.* nec non *Emanuel ver. confeſſor à num. 17. Epiſcop. Campanil. in diver. jur. rub. 11. cap. 32. à num. 5.* multaque addit in praxi utiliſſima, potiſſimùm, in quibus caſibus poſſit, quin & ſi dicat de pœnitentis
22 licentia propalaſſe an credatur, & explicat *Carroc. in tract. de revel. confeſſ. q. 16. per tot. & in tract. de juram. q. 6.* nec non *Ricc. deciſ. Cur. Archiep. 190. par. 1.* & fidem habet Sacerdoti peſeptimæ qualitatis, ex *Lap. alleg. 94. & Gabriel. comm. concluſ. tit. de teſtib. concluſ. 1. num. 26. Auus meus ad Gramm. dec. 60. n. 23.* & de ejuſmodi confeſſionis ſigillo pertractant *Navar. in manual. cap. 8. Minſing. obſerv. ſing. cent. 2. obſer. 78. num. 4. Menoch. de arbitr. judic. lib. 2. caſ. 537. nu. 35. P. Fragoſ. cit. tract. de Reg. Reſpub. to. 1. p. 1. lib. 5. diſp. 13. §. 2.*

RITUS QUARTUS.

Magnæ Curiæ Officiales crimina contra Curiam ab aliis officialibus patrata pandere obſtringuntur.

ITèm quòd ſi aliquis officialis dictæ Curiæ ſciverit aliquem officialem aliqua enormia, & minus debita committere, tangentia honorem, & licitum commodum dictę Curię, teneatur ipſe revelare Locumtenenti, & in caſu quo non revelaret, pręter, & ultra pœnas inferius annotatas, incidat in pœnam, ac ipſe talia commiſiſſet, & procuraſſet.

SUMMA RERUM.

1 *Crimina non diſſimulanda, nec ſilentio prætereundi ſunt nocentes, aliaq; ad exornatum adducuntur.*

2 *Ritus, non immeritò, revelari officialium delicta, edicit.*

3 *Nemo delinquentem revelare obſtringitur, id quod declaratur.*

An accipiens à Reo, ut eum tectum teneat, licitè jurę acceptum retineat, & alia notabilia exarantur.

Advocati non erubeſcunt contra amicos patrocinari.

Cogi à Judice non poſſunt ad poſtulandum contra amicum, & pro inimico.

Caſus deciſus affertur.

4 *Sunt aliæ perſonæ, quæ ad revelandum facinoroſos jure coguntur.*

Præſertim, ſcientes officiales barattariam committere.

An, & quando, durante officio, Judex conveniri poſſit: quonam modo conſtituatur barattaria, qualiter illa probetur: in Judice an admittatur pœnitentia, & nonnulla de Viſitatione.

5 *Itidem hæreticum quis tenetur prodere, etiam filius patrem, & maculatum crimine læsæ Majestatis, cum declarationibus.*

Præmium promissum revelanti, si plures concurrerint, priori dandum.

Quid, si cognosci haud possit, uter fuerit primus.

De duobus equis bravium simul attingentibus, & de pluribus vexillum capientibus, remissivè.

Carrucæ, vel vehicula, si se obviant in via arcta, quid agendum?

6 *Jure constitui potest præmium, maleficium revelanti.*

Socius criminis, & satellites, an præmium promissum consequantur.

7 *Valeantne inferiores Judices hujusmodi præmia constituere, & indulgentiam polliceri? Aliaq; singularia enarrantur.*

8 *Monetarii quoq; denunciari debent.*

9 *Revelare devinciuntur, qui moniti fuerunt sub pæna excommunicationis ad revelandum, cum declarationibus.*

10 *Officiales, Administratores universitatum, & aliæ personæ, denunciare patrata facinora tenentur.*

Sed non leves percussiones.

11 *Ità puniuntur subticendo unum ex delinquentibus, sicuti, & omnes.*

Et an, quando ipsis credatur, & quæ operetur eorum denunciatio.

12 *Obstringi volunt infra quatuor dies revelare, licitè valeant in fine quatuor dierum mortem denunciare.*

13 *Nemo seipsum pandere obstringitur.*

14 *Revelare officii vinculis mancipati excusentur ni, si crimen, cujus scientiam habent probare non valent.*

Quo casu licere an valeat velle cum denunciato stare in tortura?

Mutua pactio de sustinendo torturam, de jure valida non est.

15 *Ad impunitatem obtinandam non sufficit denunciare, sed detegere, & convincere necesse est.*

16 *Hæres feudatarii, illius mortem denunciare tenetur, & investituram feudi expetere.*

Multa de relevio tradantur, qualiter fuit illud introductum in Regno, an sit onus feudi competenti pro illo actio realis.

Minor solvatne duplicatum.

Et quæ sit pæna feudatarii in tempore non denunciantis, ob pestem.

17 *Testatore in suo elogio disponente, centum erogari per Titium in beneficium nonnullarum personarum, minime Titius cogi potest personas specificare.*

18 *Electio, seu nominatio in hominis arbitrium testamento commissa nulla facta loci expressione, valida est.*

Eam semel factam non potest exequutor variare, nec illi gravamina, & conditiones superaddere.

Sed illis tantum vitiatis, firmus in reliquo remanet actus.

Determinatio affertur in Causa Venerabilis Ecclesiæ Sancti Josephi RR. PP. Clericorum Minorum, cum Hospitali Incurabilium.

19 *Ritus sanctio recessit ab Aula.*

HActenus, quanta Reipub. damna ex improba Ministrorum loquacitate, arcana Curiæ prodentium dimanent, superiori Ritu, satis, superque perspeximus, ut de improbiori nunc taciturnitate, ad Ritus præsentis interpretationem pauca afferamus. Æque namque indignum, ac
1 vituperandum videtur, loquenda tacere, quam proloqui retinenda: Debetur quidem silentium secretis, ad publicam salutem pertinentibus, non debetur sceleribus in ipsius exitium surgentibus. Non sine maximo Civitatum periculo connivetur flagitiis, aut dissimulantur, & minima pœna vindicantur admissa. Stulte ille nescio quis, apud *Stobæum*, ad Stoicam sententiam ratiocinari usus est, qui facile indulgendum esse scelestis existimabat; nullum inter errorem, ac scelus discrimen ratus, quasi quisque indeliberatè, & præter voluntatem peccaret, ac proinde magis venia censendus esset dignus, quam supplicio, ejusque dissimulanda potius crimina, quam prodenda. At *Nemesis* illa, vetus benefactorum remuneratrix, apud *Statium*.

——Dea magna, potensq;

Quæ bona Cælestium concessu cuncta Deorum.

Possidet.——

Eadem, apud Pausaniam, Justitiæ filia implacabili ordo facinorosos, atque impios nunquam persequi desinit; quos impunitas non emendat, sed armat audacia. Ex ea discant Urbium Rectores agendi regulam; Non solè suis præmiis bonos, ac virtutis amantes relinquant, at neque sine suis pœnis protervos, & flagitiosos. His enim veluti geminis polis, totum respub. Cælum si versetur, semper erit tutissimum; contra, si delicta celentur, dissimulentur, protegantur; nihil tutum, nihil sanctum, nihil integrum, brevissimo tempore relinquetur. Non aliam ob causam floruisse veterem Romanorum Rempub. seq; invictam tandiu præstitisse, mihi persuadeo, nisi quia ibi crimina omnia acerrimè vindicabantur! Qui enim primus eam instituit Brutus, a sanguine, & cæde liberorum suorum auspicatus est, scelus ulcisci. Quam in rem ita incumbendum putarunt, ut nè errori quidem parcendum, nedum manifesto sceleri crediderint. Manlii Torquati exemplum apud *Livium*, satis notum, qui filii sui de Latinis triumphum, sanguine ipsius decoravit, etiamsi juvenili magis ardore animi impulsus, quam protervia, militaris disciplinæ leges præterisset. Nec Charondæ illud obscurum, qui legis a se latæ Reus qua lege caverat, nequis in Senatum gladium ferret, de ea re admonitus, quamvis non consulto, aut volens, sed per oblivionem peccasset, nè violandi tamen impunè leges ansam daret, gladio ipso statim pectori suo infixo, à se pœnas erroris exegit. Mille sunt hujusmodi exempla.

Ex quibus discant Judices nostri temporis, num dissimulanda sint crimina, & silentio prætereundi nocentes? an potiùs evulganda sicariorum delicta, ut Reipublicæ libertas servetur. Memores quoque *Cicer. in 2. orat. in Verrem* dictis Judices, qui nocentem dimittunt, tam grande facinus patrare, quàm reos ipsos, & alibi exclamat: ò consue-

suetudo peccandi ; quantam habes iniucunditatem in improbis, & audacibus, cum pœna absfuit, & licentia consequuta est, caveat propterea Princeps, nè passim remissiones pœnarum indulgeat, & ita ad delinquendum Reos animosiores efficiat, veterem scilicet ferendo iniuriam, ut novam invitet *Nevizan. in sylv. nupt. lib.* 1. *num.*7. de quo porrò pulchrè *Henric. Stephan. de jur. civil. fontibus in præfat. Philipp. Camerar. horar. succes. cap.* 100. *Gomez. resol. lib.*3. *tit. de homicid. num.*60. *Covarr. lib.*1. *resolut. cap. ult. num.*8. est enim impunitas (teste *D. Bernard. de consider. ad Eugen. lib.* 3.) incuriæ soboles, insolentiæ mater, radix impudentiæ transgressionum nutrix, & conferunt exarata per *Capiblanc. to.*2. *de Baron. cap.*27. cum malefactorem puniri maximè Reipublicæ intersit *Cabell. cas.* 146 *num.* 3. 271. *num.*4. *Trivis. dec.* 25. *num.* 25. & 58. *num.* 15. *Giurb. consil.* 42. *num.* 5. & 57. *num.* 3. *Gizzarell. decis.* 23. *num.* 11.

Quapropter non immeritò Ritus iste revelari
2 officialium delicta ab aliis officialibus patrata edicit, quod inter cætera illorum requisita, recensset *Tassòn. de antefat. vers.*3. *observ.*3. *num.*107.& concinit *tex. in §. volumus autem, auth. ut Judic. sin. quoq. suffrag.* quamvis nemo delinquen-
3 tem indicare obstringatur; ad *tex. in l. culpa caret, ff. de regul. juris*, nedùm futurum, sed nec facinus commissum, *Bertaz. cons. crim.*343. *num.* 1. *lib.*2. adeoùt accipiens à Reo, ut eum tectum teneat, licito acceptum retineat jure, *l.*4.*§.ultim. ff. de condit. ob turp. causam*, quamvis inhonestè petat, *l.* 1. *§. est res quidem sanctissima de variis, & extraordin. cognit.* quod si ex officio sit coactus, turpiter mercedem promissam acciperet, *l. ult. ff. de condit. ob turp. caus. cap. nemo de symon. Sot. de justit. & jur. lib.*1. *q* 7. *artic.*3. *Navarr. in manual. cap.*17. *num.* 20. quos *Avus meus* laudat *in annot. ad Capyc. dec.*149. *num.*1.

Et quod nemo revelare, & indicare teneatur, dicit apertè *Ang. de malef. ver. etiam vestem talelestem num.* 22. & ibi etiam *Augustin.* nedùm de jure Civili, sed etiam Canonico, ex *Raphael.Bar.* & aliis *in l. incivile, C. de furt.* & ante eum per *Hostiens. de cond. furtiv. num.*5. *in vers.& sic quilibet tenetur*, ubi postmodùm leges adduxit pro opinione, ut quilibet furem indicare teneatur dicit nullo jure speciali, quis furem indicare cogitur, tamen Judex ex bono regimine illum ad furem indicandum compellere valet, *arg. jur. ibi allegat.* Subdens tàm de Jure Canonico, quàm de Jure Civili referre, utrum propter pecuniam indicare noluit, quia rei furtivæ fuit particeps, vel à fure pecuniam habuit, nè indicaret, quia tunc scusi fur tenetur; an verò propter amicitiam, seù humanitatem illum indicare noluerit, & tunc cogendus minimè, sed in sua erit potestate, si amicum pro pecunia vendere voluerit, pro assequendo præmio ipsi promisso.

Hinc infert contra Advocatos, qui nullo Amicorum habito, respectu dummodò ipsis lucrum perveniat, contra Amicos patrocinari non erubescunt, ad quod ipse advertens, dum mihi injunctum per S. E. ejusq; Collaterale Consilium esset, ut patrocinium præstarem in causa contra quemdam officialem permaxima familiaritate mihi conjunctum, subjunxi non posse me ad patrocinandum astringi, quia valdè ille amicus mihi erat, ex notabili, & singul. *Glos. in l.*1.*§. ait prætor, verbo Non habebunt in fin. ff. de postuland.* ubi admonet, discretum esse Judicem, nè faciat inimicum hostem juvare, vel contra amicum postulare, *l. humanitatis, C. de excusat. tut.* & tradunt *Gratian. dec.*133. *num.*14. *Rip. de nọct.temp. cap.*132.*num.* 5. *Xamar. de offic. Judic.& Advoc. p.*2.*q.*3. *num.* 10. *Baron. de effect. inimicit. effect.* 5. *num.* 1. & *effect.*146. *Regens Rovit. in Rubr. de postuland. nu.* 12. & ibidem *Novar. num.*5. *Dans. ad Grammat. decis.*80. *num.*13. & proptereà fuit per Collaterale Consilium admissa à Me allegata excusatio. An autem furem, sivè malefactorem in foro poli, quis teneatur pandere, *Angel.* affirmativè respondet, & sic loquitur *tex. in l. unic. C. de fam. libel. & tex. in cap. qui cum furem, vers. non fur de furt. & Isernia hoc cap. qui cum furem* adducit *in cap.* 1. *§. præterea num.*7. *quib. ex caus. feud.* ad probandum de jure canonico maleficium indicare adstringi, secus autem de Jure Civili, *tex. in d. l. incivilem, Cod. de fur.* & ibi *Liparul. in verbo qui cum furem de Hostiensi* meminit, & revocando in dubium, an peccet illum indicans, qui ex illo furto non debet, remittit videndum esse *text. in c. hoc quippè* 22. *q.*5. & *c. ne quis* 22. *q.* 2. An verò Reus sine metu perjurii valeat cum juramento delictum perpatratum negare, inquirit *Barons integr. q.* 134. & an cum instruens, nè confiteatur, aliqua sit mulctandus pœna, & quid si Reum torquendum orationes doceat ad impetrandum linguæ silentium, extricat *Jo: Bapt. Laderch. consil.* 203.

4 Sunt tamen nonnullæ aliæ personæ, quæ ad revelandum facinorosos jure coguntur, præsertim scientes officiales baratteriam committere, *§. necessitatem, vers. Sed etiam, Auth. ut Judic. sin. quoq; suffrag.* quo casu si officialis de tali crimine convincatur, durante officio, illius dignitate privatur, *l.*2. *C. de Palatin. sacrar. larg. lib.*11.*Capyc. dec.*121. *num.*18. *Franc. Marc. decis.*207. *Mastrill. decis.*188. amplians in omni alio arduo delicto, *Guid. Pap. dec.* 62. *Capibl. prag.* 5. *de Baron. num.* 37. & 38. *Mari ad Grammat. dec.* 40. *à num.* 9. *R. Sanfelic. dec.*61. *lib.* 1. idem *Mastrill. de Magistrat. lib.*6. *cap.* 5. *num.* 17. & 18. & baratteriam committit officialis emens à subditis, si metum impressit, ut minori pretio venderent, *Bovadill.* post alios *in politic. lib.*2. *c.*12.*num.*50. *Campagn. in cap.*132. *num.*71. Undecim afferens restrictiones regulæ Judicem non conveniri durante officio, *Decian. in tract.crim. t.*39.*lib.*8. *num.*7.*Reg. Capyc. Latro lib.*2. *consult.*101. *num.* 13. quonam modo constituatur baratteria, qualiter illa probetur, & an admittatur in Judice pœnitentia, extricant *Paris. de syndicat. verb. Baratteria*, *Reg. Tapia in cap. Regni Caroli* 35. *num.* 5. *pagin.* 116. *Mastrill. cit. tract. lib.*2. *c.*10. *num.* 5. *cum seq.* & confert *Consil. Giurb.* 19. *num.*86. an, quando, & quibus Judex accipiens à litigantibus teneatur restituere, *Navarr.* explicat *de dat. & promiss. in comment. extravag. Gregor. XIII. n.* 9. & multa ad materiam perbelle congerunt *Avus meus ad Capyc. dec.*121. *num.*6. *Fragos. de Regimin. Reipub. t.*1. *par.*1. *lib.*7. *tit.*23. *num.* 57. Verùm Visitatores

res hodiè habent cognitionem contra Officiales, & Magistratus Regios perpetuos, & alios Syndicatui non subditos, *Mastrill. de magistrat. lib.6.c.1. Rub. panes quos resid. potest. visitand. & syndic. magistr. num.16. Bovadil. lib.5. Politic. cap.1. nu. 254.* qui à Rege tantùm eliguntur in eorum Regniis, secundum *Bal. cons.328. num.10. p.1. Reg. Tap. dec. Senat. Ital.3. num.63.* singulis viginti annis, teste eodem *Mastrillo lib. 6. num. 6.* adeoùt visitationis Judicium Proregibus non sit communicatum, *Surg. de Neap. illustr. cap.22. num.6. R. Tapia cit. loco num. 22.* tradens id declaratum fuisse per Serenissimos Reges Philippum II. et III. *R. Capyc. Latro consul. 101. num. 17.* Sed valeat nè Prorex inquirere, in vincula conjicere perpetuos Officiales, potissimùm Regentes Regiam Cancellariam, negativè resolvit *R. Sanfel. dec.62. lib. 1.* Subnectens ordinem S.M. id prohibentem, aliosque transmissos Comiti de Onnate tunc Proregi jussu, cujus Reg. Matthias de Casanate fuit in carcerem detrusus, rescribit novitèr *Top. p. 2. de orig. Trib. lib.5. c.4. à num.40.*

Itidèm quem esse hæreticum, idque sub pœna
5 excommunicationis, ex *const. Greg. IX. Innoc. IV. & Nicolai III.* relatis in fine Directorii inquisitionis, et explicat *Episcop. Ricc. dec. Cur. Archiep. 137. p.2.* ètiam genitorem, et occultum hæreticum teneatur filius prodere, nulla admissa distinctione, si credat sibi ipsi tantùm, an aliis etiam nocere posse, *Azor. lib.2. cap. 2. vers. Decimotertio quæritur, p.2. Alex. de Ales. 3. par. summa, c. deindè quæritur, Lopez. in repet. c. per vestras de donat. int. vir. & uxor. §. 26. num. 8. vers. ex his infertur,* lateque *Episcop. Gennens. pract. qq.423. & in prax. Cur. Archiepisc. cap.23. per tot.* talemque hæreticorum denunciationem esse faciendam in scriptis cum expressione nominis denunciantis, ac ipsius subscriptione, decisum in Curia Archiep. Neapol. memorat *Episcop. Ricc. decis. 137. par.2.*

Scientes etiam maculatum crimine Læsæ Majestatis, ad manifestandum obnoxii sunt, idque adeò ut si filius sit, qui revelet ejusdem parentis bona consequatur, ex *l. quisquis, C. ad l. Juliam Majest. & c. si quis Papa in fin. 25. distin.* ex quo *text.* comprobatur facilè doctrinam *Bart.* præmium scilicet promissum propalanti crimen non deberi participi revelanti, de quo infrà tractabimus, non vendicare sibi locum in hoc Læsæ Majestatis delicto, optimè advertit *Felin. in c. 1. de offic. deleg.* tunc verò si plures fuerunt, qui revelaverunt, prædictum præmium, aut impunitatem promissam, non nisi primo tantùm dandum, & concedendum, monet *Graff. in dec. aureis lib.2. cap.68.* quod si cognosci haud possit uter fuerit primus nulli illud deberi, aliqui firmant ex *text. in l. si fuerit, ff. de reb. dub.* alii verò omnibus dari, si in plures cadere possit, astruunt, quos insequitur *Gulielm. de Bened. in repet. cap. Raynutius, verbo Et uxorem nomine Adel. dec.5. num.49.* & de duobus equis bravium simul attingentibus, & de pluribus paritèr vexillum hostium capientibus, sermocinantur, *Bart. Bald. & Imol. in l. hoc articulo, ff. de hæred. instituend. Jo. de Platea, & Angel. in §. si plures instit. de legit. agnator. success.*

Quibus confert quotidianum, & notabile effatum *Lel. Zang. de duell. inter milit. Eccl. & secul. lib.2. cap.4. num.2.* quod si in via duæ carrucæ, vel vehicula se obviarent, & ambo transire non possent, illud debeat retrocedere, quod fuit præventum, & distinguit *Cyriac. controv. 274. tom. 2. à num. 46.* quem insequitur *D. Franc. Baron. de effect. inimic. effect. 132. n.6.*

6 Jure autèm constitui potest præmium maleficium revelanti, ut in fure, est *text. l. 4. §. & sibi ff. de condi. ob turp. caus.* in monetariis in *l. servi C. quib. ex caus. servit.* pro indicanda re deperdita, *Cassan. in consuet. Burgund. in tit. des Justices §.3. num. 1.* pro malefactoribus, & banuitis capiendis, *Jo. de Platea in lucum naviculariis C. de navicul. lib.11.* & pro omni alio crimine detegendo, prout Senatus servavit Romanus pro Catilinæ detegenda conjuratione: Nam, inquit *Salust. in Catilinario, si quis indicasset de conjuratione, quæ contra Rempublicam facta erat, ei præmium decreverant.* Quo præmio nullo pacto frui participi, & socio criminis, licet *Hipp. sing.177. Clar. lib.5. sentent. §. fin. q.27. num. 5.* & alii per *Thor.* coacervati in *annot. ad Joan. Grand. de bello exul. in 37. spec. pag. 41.* nec birruariis, sivè quibusvis aliis, ad quorum officium incumbit capere delinquentes, *Arnen. caut.97. de Benedict. adduct. loco num. 48. Paris de syndicat. verbo præmium cap. 1. num. 1, & 4. Nell. de bannit. in 2. par. secundi temporis num.22. Caball. resol. crim. cas. 279.* ad quam extricandam difficultatem *prag.* emanata sub Præsidatu Magni Admirati de Castiglio sub die 1. Decemb. 1644. §. 9. fuit declaratum etiam ipsos satellites gaudere præmio, cujus meminit *Ang. Scialoya in prax. forjud. cap.19. num. 15.* & hoc casu deberi illud Officiali mandanti, & non familiæ capienti, monet *Reg. Rovit. sup. pragm. in rub. de exulib. num.18.* & conferunt exarata per *Danzam tom.3. de pugn. DD. cap.1. de votis à num. 75. ad*
7 *ad 79.* Valeant nè inferiores Judices hujusmodi præmia constituere, & indulgentiam polliceri, pertractant *Bal. in l. relegari ff. de pan. Affl. dec.4. & in constit. clementiæ Thor. adduct. loco specul. 36.* & notandum, quod *Ursill.* advertit in *add. ad Affl. dec. 265. num. 7. & 8.* posse Universitatem præmium constituere malefectores capientibus, etiam absque Principis licentia, quod ad restrictionem *prag. 9. de admin. st. Univer.* observat *Thor. memor. loco versus fin.* Verùm non licère Regni Baronibus indultum promittere crimen detegenti, etiam prævia partis offensæ remissione, sed id supremo Principi esse reservatum, decisum per M. C. V. in Collaterali Consilio, sub die 20. Aprelis 1631. ostendit *Dom. Præs. Merlin. lib. 1. controv. forens. cap. 23. num. 8.* et confirmat *Novar. de gravam. Vassall. grav. 55. tom. 2.* et insequitur *Danza de pugn. DD. tom. 2. tit. de guidat. cap. 11. in fin.* At contrariam sustinet aleam, *Capiblanc. de Baronib. prag.6. num.130.* sed has opiniones conciliat *Scialoya in prax. forjud. cap. 24. num. 95.* Et indultus alicui impartitus ea conditione, si omnia delicta revelata contra socios probaverit, pro probatis non suffragatur, sed in totum corruit, si non omnia, sed aliqua dùmtaxat fuerint probata, decisum refert *Montan. controv. forens.71.* et aliàs *Reg. Sanfelic. dec.222.* de quibus memor extat *Thor. in suppl. compend. ver. indultus.*

Hoc

Hoc autèm loco ad rem noſtram libet mihi, Alexandri Medicei ſagacitatem judicii commemorare. Amiſerat, neſcio quis in crumena quadraginta aureos quos, ut facilius reſtitueret, ſi quis repeꝛiſſet, ſed duos ex illis repertori, aut indici datum receperat. Ruſticus quidam crumenam repertam eum pecuniis refert duos aureos ex pacto poſcit. Negat ille bonus vir eos deberi; duos enim ſupra quadraginta in crumena ſua ante fuiſſe, duos nunc deſiderari. Ad Alexandri judicium devenitur. Ille Ruſtici integritate; alterius verò improbitate cognita; juſſit hunc repertori crumenam cum tota pecunia reſtituere, ut potè non ſuam, ſed alterius, & alium intereà expectare, qui amiſſam crumenam, quæ non quadraginta, ſed ſupra duos aureos habebat, referret. Non abſimili euremate, ſed invento uſus eſt Fidericus Tertius Imperator; cum enim Ruſticus ad eum veniſſet, & indicaſſet, equorum alterum ex bigis ſibi ſubtractum eſſe furto, Reum ſibi indicari juſſit. Ruſticus cum furti auctorem ignoraret, & indicare non poſſet; Miror inquit Imperator, cur etiam alterum equum non amiſeris, cùm multi hodie in hac Urbe ſint equites, qui equis indigent. Tùm Ruſticus equa eſt altera; O Cæſar.! ait, quæ belligerantibus nulli eſt uſui. Cui Impetor, tu ergo (inquit) equæ inſidito, atque in omnes Urbis vicos diſcurrito: ſubtractus equus in aliquo fortè ſtabulo latitat, qui cum jugalem equam ſenſerit mox hinnitum dabit. Parens Ruſticus, furto detecto, equum ſuum recuperavit, & fur pœnas dedit, referente *Aenea Sylvio lib. 2. commentarior. de rebus geſtis Alphonſi*. Multa alia hujus prudentiæ politicæ, & forenſis exempla, reſcribit *Th. Zuvingerus in theatr. vita humanæ vol. 7. lib. 4*

8 Prætereà qui Monetarios non ignorant, denunciare quoque devinciuntur, ideq; ſi facere neglexerint pœna plectantur, teſte *Bar. in l. Cornelia num. 2. ff. ad l. Corneliam de falſis*, latèque explicat, declarat, & ampliat *Farinac. in tract. de crimin. Laſæ Majeſtat. qu. 115. à num. 40.* & adeſt in Regno *prag. 2. §. 18. de Monet.* necnon, & qui generatim, aut ſpeciatim moniti fuerunt ſub pœna excommunicatiois ad revelandum

9 quicquid ſuper aliquo negotio ſciuot, qui, an, & quando teneantur revelare, quamq; ſidem facient declarant *Clar. §. fin. qu. 27. Cappell. Tholoſ. deciſ. 139. Foller. in prax. Canon. verbo Teſtibus diligènter examinatis, pag. 103. Marant. par. 4. 11. diſtin. num. 54. Sylva nuptialit, verbo Monitoria, Epiſcop. Campan. aliis relatis, in diverſ. jur rub. 11. cap. 14. à num. 1. Danza de pugna DD. tom. 1. tit. de teſtib. cap. 2. per tot. qui in add. ad deciſ. Gramm. 86. num. 4.* advertit monitoria non relaxari pro delictorum, ſivè extorſionum verificatione, ſed tantùm in ſubſidium civiliter pro inveniendis bonis deperditis, & Sacræ Congregationis declarationem affert; quin? in Regno omnes Juſtitiarii, Regionum officiales, cæteri ha-

10 bentes merum, & mixtumImperium, Judices, Aſſeſſores, ſingulis duobus menſibus denunciare in ſcriptis debent, Viceregi, ſeù Locumtenenti aùt Judicibus M. C. omnia crimine in propria juriſdictione patrata, ex quibus mors naturalis, vel civilis, aùt membri abſciſſio infligendæ venit,

cum debitis circumſtantiis criminum commiſſorum, qualitate, & conditione illorum qui exindè infamantur, & perſonarum, contra quas, commiſſa dicuntur, juxtà *c. Regni 143. exordiendo, & pragm. excel. Ducis Medinæ ſub die 25. Julii 1643. & Excel. Magni Caſtiglia Admirati ſub 9. Maii 1644. §. 3. in fin.* injungitur officialibus Regiis, & Baronum, ut informationem capiant de delictis in eorum ditionibus perpatratis illaſque Reg. Audientiæ Provinciali tranſmittant ac relationem faciant Regiam Cancellariam Regenti, rerum Campaneæ Præfecto, alias pæna annorum trium relegationis, aureorum quingentorum, & officii privationis etiam in futurum mu ctantur. Quis autem officialium denunciare obſtringatur, facinus commiſſum in confinibus duorum territoriorum, extricant *Bajard. ad Clar. §. fin. q. 7. num. 12. Danz. de pugn. DD. t. 2. de homicid. cap. 7. num. 32.* Syndici prætereà, aliiq; Adminiſtratores univerſitatum quoque ex peculiaribus Regni legibus nonunquam denunciari tenentur magiſtratibus ſuperioribus patrata facinora in territorio Univerſitatis, ac etiam infrà menſem revelare per ipſos Commiſſariis data contra formam Regiæ pragmaticæ ad finem evitandi pœnam preſcriptam *in prag. 2. §. 7.* ubi *Reg. Rovit. de commiſſ. Montanar. in d. prag. 2. num. 47.* & ſimili ſtatuto Anconitano caveri memor eſt *Ludovic. deciſ. Peruſ. 3. num. 22.* quibus autèm in caſibus excuſentur non denunciando, explicat *Grattan, deciſ. 109.* & quando teneatur prædeceſſor, vel ſucceſſor, perquirit *Cotta ſingul. Syndicus* Quique tenentur etiam delicta, minime punitionem merentia denunciare, cùm ad eos haùd ſpectet id cognoſcere, *Foller. in prax. crimin canon. verbo denunciatione facta num. 35. Clar. q. 7. num. 6. Anus meus ad Gramm. deciſ. 39. num. 1.* minimè verò leves perſcuſſiones, vel offeotiones unguibus factas, *Franc. Caſon. in ſuo tract. maleſic. in fine in ſingul. quaſt. cap. 7. in princip. num. 4.* leve enim vulnus non eſt vulnus, ſicuti febricula levis haud febris nuncupantur, *Roman. ſingul. 334.* & collimant, quæ *Anus meus* cumulat ad *Capyc. deciſ. 109. à n. 3. & ad Gram. dec. 34. nu. 34. Imbriamde repulſ. par. 2. requiſ. 1. nu. 29.*

Et itaæquè puniuntur ſubticendo unum ex de-

11 linquentibus, quàm omnes teſte *Corbulio in tract. de jur. emphyt. ampliat. 5. num. 5. pag. 334.* & conferunt exarata apud *Tirnjuell. in tract. de jud. in rebus exig. verſ. trigeſimo idem ſcriptum.*

Chirurgus, & Barbitonſor, ex *prag. unic. de Chirurg.* nunciare quoque tenentur M. C. V. vulnera quæ in dies infliguntur in hac Civitate, proùt communis inoleviſ obſervantia in toto Regno ut bannorum emiſſorum à locorum officialibus, de quib *Muſcatell.* teſtatur *in prax. crim. tit. de vulner. lethal. num. 3. & 37.* & contravenientes in pænam falſi incurrunt, *Camp. in cap. frequens. num. 28.* & ſic Romæ ſervari, indicat *Farinac. in prax. crim. q. 4. ſub num. 117.* & in Regno Siciliæ, *Muta ſuper pragm. de pan. temer accuſat. tit. 82. num. 24. Baron de effect. inimicit. effect. 37. num. 54.* & de relatione per hos facienda, meminit *Muta deciſ. Sicil. 27. num. 28.* An

autem talis denunciatio sufficiens sit ad inquirendum, extricat *Montan. indic. prag.2. nu. 195.* & affirmativè in Magistro jurato resoluit. Medici verò, vel Chirurgici denunciatio, quod sit remansura cicatrix, vel quid simile nil operatur, nisi diligens præcedat inquisitio *Corset. in singul. verbo Medicus, num. 1. Muscatelli adduct. loco*. Ipsis autem Medicis vulnus minimè mortale fuisse deponentibus magis fides adhiberi quàm cœteris testibus contrarium asseverantibus, censet *Corset. in singul. verb. Testis 9. num. 3.* & advertit distinctè *citat. Muscatell. num. 21. & 31.* & duorum ad hoc illorum requirit attestationem *Afflict.* inquit *in Const. terminum vitæ num. 30.* juramento convallatam, monent *Tiraq. in tract. de præscript. §. 1. Glos. 8. pag. 99. in parvis, vers. & propter à Medici Muscatell. num. 13. Prosp. Passet. cons. 202. num. 60. Ricc. Collect. 3065. Novar. in l. semel, C. de milit. lib. 12.* & potius Chirurgis, quàm physicis statur de vulnere, *Guazzin. ad defens. reor. defens. 4. circa corpus delicti, cap. 12. num. 5.* & an Medicus Chirurgus possit pharmacare, affirmativè resoluit ex consuetudine *Franc. de Petris cons. 9. sub num. 7.* sed contrarium in Regno Siciliæ servari memorat *Baron. add. effect. 37. num. 55.* Conditiones, quas habere debeat bonus Chirurgus, enumerat *Guid. de Gauliano in sua chirurgia pag. 5. col. 2. vers. conditiones*, Multa de Chirurgis, & Chirurgia, colligit *Præs. de Franch. dec. 564.* Panem itidem nauticum, vulgò biscottum Neapoli existentem revelari, nec illud fieri absque Proregis licentia jubetur *prag. 3. sub tit. de annon.* Biscottum, idest panem buccellatum, explicat *Luc. in l. 1. C. de erog. mil. ann. lib. 13. in fin.* quod militibus erogabatur, & de illo jus fundici non soluitur, *Afflict. in Rub. Const. Regn. de offic. Magist. fund.* An panis, vel biscottum diversa dicatur species a farina, perquirit *Luna cons. 50. n. 62.*

Amplius *ex prag. 9. sub eod. tit. de annon.* per totum mensem Septembris, cujuslibet anni palam fieri integrum frumentum per quemlibet recollectum apud locorum Gubernatores disponitur, qui infra octo dies Octobris relationes facere obstringuntur circumspecto seniori Regenti Regiam Cancellariam, pro tempore existenti, quam *pragm.* exornat ibidem *Revit.* tradens sub illius dispositione minimè comprehendi blauda in molendinis percepta, neq; spleta, ex *Borrel. de Magist. edict. l. b. 3. cap. 14. n. 48.*

Itidem Custos denunciare infirmitates in vinculis detentorum obstringitur alias sui culpa mortui præsumantur. *Boer. dec. 216. Capibl. to. 1. de Baron. prag. 19. n. 12.*

Cives integre revelare debent sua bona, ut in libro æstimi (quod barbarè catastrum dicitur, secundum *Claper. caus. 36. quæst. 2.*) describantur sub pœna confiscationis non revelatorum, juxtà *prag. unic. de appret.* ub *Rov.* quæ *prag.* doctissimè fuit quoque commentata per Petrum Picciolum, cum appretiatores adire non valeant Civium domus eorum substantias inquirentes, *Luc. de Penn. in l. fin. C. annon. tribut. lib. 10.* Hæc tamen confiscatio non ipso jure, sed sententiam exquirit, *Camp. in cap. porrectæ*, latè materiam pertractans, & si illa fiscus intra quinquennium non petierit, ulterius expetere prohibetur, *Bar. in l. commissa, C. de publ. Bal. in l. 2. C. de vectig.* pœnam non revelantis veritatem, in estimo indicat *Jo. de Platea in l. si peræquatore, C. de censib. & censit. lib. 11.* & de pœnis appretiatorum qui gratia, vel negligentia scribere omiserunt, loquuntur *Paris. de synd. verbo officialis el 2. num. 2. Campag. adduct. loco*, vel addiderunt in illo, *Capol. cons. 24.*

Revelare verò obstricti delicta infrà statutum
12 tempus, nempè quatuor dies, licitè valent mortem in fine quatuor dierum denunciare, quamvis vulnus non revelaverint *Auus meus ad Grãmat. dec. 46. num. 7. & 113. num. 15. ex Bal. in l. si ita stipulatus ff. de verborum obligat. & Campagn. in c. frequens, & ineffrenata num. 32.* cum dictio infra idem importet, ac intra *l. in venditione*, ubi *Glos. verbo infrà, ff. de action. empt.* quoties enim intrà, vel infrà talem diem aliquid fieri mandatur, tota illa includitur dies, *c. præterea el 2. de appellat. l. 1. §. si intra de success. edict.* cum aliis adductis per *Franc. de Petris cons. 33. n. 4.* Ultimus enim dies termini in ipso computatur termino, *l. in omnibus temporalibus, ff. de action. & oblig. Tiraquell.* latè *de retract. lignag. §. 1. Gl. 11. num. 27.* ut propterea obstrictus aliquid agere in termino adimpleat, si id ultima die termini faciat, tradit *Bal. in l. 2. num. 3. Cod. quand. provoc. non est necess. & in l. qua ætate, ff. de testam.* & jussus intra Kalendas pronunciare in die Kalendarum adimplere poterit, *Aul. Gell. lib. noctium Atticar. 12. c. 13.*

Nemo autem seipsum pandere obstringitur,
12 quamobrem villicus coactus omnia facinora in villa patrata detegere, à se commissa revelare nequaquam, destringitur *Alex. à camp.* laudatus *in c. ad quietem n. 16. Ricc. collect. 2646. Amescua in eleganti tract. de potest. in seipsum lib. 1. cap. 10. num. 16,*

Et revelare ex officii vinculis mancipati exeu-
14 santur, si crimen, cujus scientiam habent probare non valent, quo casu dicere haud eis licere velle cum denunciato stare in tortura *Marsil. in l. 1. num. 4. ff. de Sicar. in singul. 164. Paris. de Syndic. vers. tortura cap. 13.* pactum namque, quo duo ad mutuam torturam sustinendam, ad se purgandum, & innocentiam suam probandum se offerunt, evidenti pollet nullitate, *Clar. §. fin. q. 63. nu. 7. Petr. Calefact. inter consil. crim. Ziletti cons. 109. num. 5. to. 5. Coler. in tract. de processib. execut. p. 1. cap. 6. à num. 44. V. vesenbac. in in parat. ff. de fidejussor & mandator nu. 4. circa fin. Daniel. Mollerus in commentar. ad constit. Electoris Saxonici, par. 4. constit. 8. num. 6.* scribens se novisse nobilem quendam extraditiones Electoris Saxoniæ, qui non minus promptus fuerit ad exequendum ejusmodi pactum, & quidem acriter, quam paciscentes fuerant in contrahendo, nisi à Principe suo inhibitus, & hoc nomine reprehensus fuisset refert *Eberharti Speckan. qu. & dec. jur., centur. 3. class. 2. q. 17.*

15 Hinc non sufficit ad impunitatem obtinendam denunciare, detegere, sivè arguere consocios, sed eos convincere necesse est, *Clar.* post alios *lib. 5. §. fin. q. 27. Capibl. de Baron. prag. 6. nu. 146.* quod ex communis usu Tribunalium est interpretatum,

sat esse

sat esse dare contra Reum legitima inditia ad torturam, *Giurb. consil. crim.* 22. maximè in delictis difficilis probationis, *Viv. dec.* 196. *n.* 7. & advertit *Praf. Merlin. in dic. cap.* 23. *n.* 3.

Insupèr, hæres feudatarii illius mortem denunciare tenetur, & investituram feudi expetere, quod
36 si fuerit miles, & per annum, & mensem non petierit, atque fidelitatem promiserit, & per annum, & diem, si fuerit feudatarius non miles, feudo privabitur, *cap.* 1. *quo temp. mil.*, *& cap.* 1. *de cap. Corrad.* licèt *Isern. in d. cap.* 1. *num.* 2. dicat hodie etiam in milite feudatario esse anni, & diei præscriptionem, per *l. Imperialem Federici*, *§. prætereà*, quæ est lex ultima priori derogans, ad *l. Divus Severus*, *§. licet*, *ff. de jur. codicill.*, & ibi loquitur generaliter non distinguendo militem ab aliis, & generaliter intelligi debet, *l. de pretio*, *ff. de public.* si inquam vassallus investituram non petierit, tunc feudum amittit, si tamen mortem feudatarii sciverit, & hoc est, quod *Isern.* dicere voluit *in constit. Edictorum*, per *Gl.* non *in cap.* 1. *per quos fiat investitur.* ubi ipse allegat, nam ibi nihil de hoc, sed *in d. c.* 1. *quo tempor. mil. lit. G.* quam *Glos.* ad hoc laudat *Anch. cons.* 174. *incip. dominus*, *sub num.* 3. *vers. discendo ad secundum dubium*, asseverans *Gl.* illam sectari, *Jacob. Bel.*, *& Bal.*, *& tex. in d. §. prætereà*, eum mulctat solùm, qui ex in curia, & negligentia petere desierit, probabilis autem ignorantia inter justas impedimenti causas connumeranda est, ex *tex. in l. quicunq; C. qui admitti*, *& Frecc. de subfeud. lib.* 2. *author.* 3. *num.* 7. plures nectit authoritates pro excusando vassallo ob investituram non petitam in tempore præscripto dicens sic obtinuisse in personam suæ uxoris, quæ post triennium sui patris obitum apud Insubres decedentis denunciavit, nam ratio pœnæ fundi amissionis illa, ab *Isern. in d. §. prætereà*, traditur, quia hæres per longum tempus tacendo Curiam domini non adeundo, ipsum dominum despicere videtur, qui quidem contemptus cessat, cum feudatarii mors ignoratur, dummodò ignorantia crassa non fuerit, quàm *Gl.* explicat, si ignoraverit id quod omnes de Civitate sciverint, *l.* 1. *de jur.*, *& fact. ignor.*, *& Isern. in d. c.* 1. *quo tempor. mil. num.* 2. admonet talem pœnam amissionis feudi etiam elapso anno, & die remitti solere, dummodò non ex contemptu hoc facere desierit, quia Rex munificus vassallos juris ignaros angustare non debet; & istæ temporis coarctiones angustiæ dicuntur, *l. fin. Cod. de edict. Div. Adr. tollend.*, *& Liparul. ad Isern. l. t. O.* ut etiam in Regno Galliæ hodie tales pœnæ sint remissæ per *Raim. Raff. in tract. declarationis feud. pag.* 35. qui dicit de hoc esse generalem consuetudinem. In Regno autem nostro indubitati est, quod si per annum, & diem vassalli mors non denunciatur, non feudi amissione mulctatur, sed duplicatum solvit illius successor relevium, *Affl. in c.* 1. *quo temp. mil. num* 4. *Frecc. in d.* 3. *author. num.* 7. *Jacob. de Gell. in tract. de jur. adoh. nu.* 7. *Franch. dec.* 425. *Borrell. in tract. de Reg. Cathol. præstant. cap.* 46. *num.* 267., *& in summ. decis. tit.* 34. *num.* 91. *p.* 1., & dicitur quædam compositio inter dominum, & feudatarium, ut declarat *Loffred. in locis* per *Liparul.* adductis, *& Montan. in §. prætereà si quis infeudatus num.* 43. *lit. S.*, *&* *num.* 54. ait, istam compositionem eum Regia Curia fieri ex litera Regis Roberti, & duplicatum dicitur relevium, quia quando vassallus mortem denunciat solvere debet medietatem fructuū perceptorum anno mortis, etsi *add. ad Afflict. dec.* 264. dicant esse medietatem fructuum unius anni, quamvis non illius, quo moritur, & hoc vocatur relevium, quod non de jure est introductum, quia feudo non inest, nec feudi onus est, sed est quædam extrinseca præstatio ex consuetudine recepta extra feudorum regulas à successore, & hærede persolvenda ob præcedentis feudarii mortem, ut ex *Andr. in cap.* 1. *num.* 11. *per quos fiat investit.* declarat *Frecc. in d.* 3. *author. num.* 2. authores laudans dicentes quare mos, & consuetudo hoc relevium induxit, undè illud dicatur, & tempore quorum Regum initium sumpserit, & an illius solutio in tertium feudi possessorem transeat, & actionem realem, vel conditionem ex moribus in rem scriptam super dicto feudo dominus habeat, in quo articulo præter *Frecc.* qui in ea perstat opinione de jure non posse illud exigi in tertium possessorem, quamvis de facto contrarium Regia Camera observet, quia ipsi domino imputari debet quando assensum alienationi præstitit, si relevii creditum in specie non reservavit; tamen adversus *Frecc.* sententiam invehit *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de regal. impos. tit.* 4. *§.* 1. *num.* 13. omnibus motivis per illum excitatis occurrens, firmans tàm pro adoha, quàm pro relevio actionem realem contra tertium possessorem ritè, atque rectè in Regia Camera practicari, perpendens insitum esse pactum ab initio erectionis feudi contra feudatarium investitum de solvendo omnia onera, & alia quæ ratione feudi in posterum deberentur, pro quibus semper fiscus tacitam retinet hypothecam, subtiliter *Montan. in repet. cap. Imperialem n.* 215. insequitur post *Franch. Ann.*, *& Gizzarel. Biloct. concl. feud.* 18. *num.* 3., & decisum memorat *Thor. p.* 1. *compend. verb. Relevium exigi debet*. Pro relevio autem in tempore non soluto interesse deberi ob moram determinatum per Reg. Cam. testatur idem *Montan. in §. prætereà si quis infeudatus num.* 56. illud verò an minor teneatur solvere, durante minori ætate, & excusetur à pœna duplicati relevii, *Isern.*, *& Liparul. in cap.* 1. *§. si mulier num.* 14. *de cap. Corrad.* & affirmativè pluries decisum refert *Mormil. in suis singul. in constit. post mortem sub num.* 8. quem laudat *Novar.* qui plura ad materiam adnotat, *sup. prag.* 20. *num.* 9. *de offic. Proc. Cæsar.*, & adest *pragm.* emanata à Comite de Oñate sub die 18. Octobris 1651.

Sed universitas feudataria investituram centum elapsis annis petere obstringitur, *Bal. in l. an ususfructus*, *ff. de usufr.*, *& in l. annua*, *§. fin. ff. de ann. legat.* Sed praxim in Regno receptam circa solutionem relevii ab Ecclesia, & Universitate feudatariis faciendam recenset, *Prat. observ.* 8. *à n.* 27. *lib.* 1. *pract. observ.*

Hinc excusari feudatarium prædecessoris mortem non denunciantem infrà annum ob pestem Neapoli vigentem, respondi fretus *author. Capyc. in investitur. feud. verbo Feudorum investitura*, *vers. quando dominus esset in loco pestifero*, *Frecc. author.* 3. *cit. in fin. num.* 7. *Rip.* post alios, *de pe-*

ſte, *privil.7. num.153. Scrader. de feud. p. 6. cap. 2. num.38. Rosental.eod. tract.de feud. cap.6.concl. 56. num.6. Capan. mem. tract. de relevio, p. 5. q. 33. Hyeron. Previdello de peste pag.181. nu.7. tom. 18. tractat.* etiam ob pestis timorem, *arg. l. habitatores 27. in fin. ff. locati*, ibidemque *Gottofred. in lit.B. Marchin. de Bello Divino, par. 9. cap.4. n. 14.*, & multa de jure relevii priscis incogniti, satis doctè cumulant *Andr. Capan. in peculiari, & absoluto tract. de relevio. Borrell. in summ. decis. Univers. Orbis, Rub. 39. de Relevio num. 1. p. 1. Franc. Mar. Prat. memor. obser.8., & 9.* (tradens commune nostratum effatum relevium, inde dictum, quia relevat dominum, cui solvitur, veritati non niti, sed potius quod illius solutio relevet vassallum solventem), *& lib. 3. discept. forens. capit.20. Praf. D. Gregor. de Gauaver. decis. 33., & 34.*

Pro coronide autem Ritus, silentio non obru-
17 am, testatore in ultimo suo elogio disponente centum erogandos per Titium in beneficium nonnullarum personarum, minimè illum cogi posse personas specificare, ut notabiliter dixit *Ancharan. cons.405.*, & advertit *Jas. in l.captatorias 3. collat. C. de testam. milit.* insequiturque *Marc. Anton. Pulver. in add. ad Afflict. decis.371. vers. num. 3.*, & legatum summæ alicui factum, ut de illa disponeret, prout testator ipsi in secreto commisit, valere, de facto determinasse, tradit idem *Jason. adduct. loco*, ex *tex. in l.quem haredi*, ubi *Bar. ff. de reb. dub.* Verum quantitas, tunc taxari potest arbitrio boni viri, *Affl.dec.337. num.9., & dec.371. Thor. p.1. compend. dec.verb. legatum dotis, Taxatio, & verbo Voluntas*, & alii, quos *Camill. Borrell. laudat. in summ. decis. t.3. tit.5. de privil. dotal.n.39.& 40.*

Quibus probè collineat quæstio excitata pauc-
eis antè annis inter Sac. Hospitale Incurabilium,
18 & Collegium S. Josephi RR. PP. Clericorum Minorum: Utrùm electio, sivè nominatio, in hominis arbitrium testamento commissa, nulla facta loci expressione valida sit, & eam semèl factam possit exequutor variare, & illi gravamina, & conditiones superaddere, illisque vitiatis firmus in reliquo remaneat actus. Pro quo Ego Collegio calamum arripui, hinc pietate permotus, qua plurimùm erga Sanctissimum Patriarcham Josephum afficior; atquè hinc multis in me eorundem Patrum meritis, ac singulari religione, probitate, sanctitateque, virtutum exemplis ita contestata, ut elogiis nostris indigere non videatur, exstimulatus. Quoniam verò tunc temporis Consiliarius D. Hortentius Pepius Socer, & Dñs meus Commissarii munus obibat, cùm propterea non liceret mihi per *pragm. 16. sub tit. de suspition.official.* Advocati partibus ex officio fungi, stylo (quod licuit) eas exequi elaboravi, nihil aliud, nisi rei veritatem antè oculos habens, propositum, atque hoc Responsum quæstioni dedi, hìc non sinè operæ pretio (ut reor) inserendum.

19 Circa hypothesim, ex qua perspicuè colligitur Ecclesiæ Gloriosi Patriarchæ Sancti Josephi summa Justitia adversus prætensa per Sacrum Hospitale Incurabilium hujus Civitatis, etsi supervacuum duxerim eò ducere calamum, tamen ut Religioni, quam erga tantum Protectorem colimus, & humanitati Amici perquamcari (instantis, ut quid de Jure super hujusmodi re sentiremus, ingenuè responderemus,) ut satisfaciamus, obiter paucas spicas colligere, infructuosum non existimavimus.

Et ut ad resolutionem accedamus, receptissimum est apud Scribentes, quòd licèt incertitudo dispositionem vitiet, *l. duo sunt Titii, ff. de testament. tutel. l.idem Pomponius, §.fin. ff.de reb. vendic. l. si ità stipulatus, l. ubi autem de verb. obligat. l.cum post, §.gener. ff. de jur. dot. l.1. §.si usufructus, ff. de stipul. serv. l. ambiguitatem, C. de usufruct. §. legari cum seq. instit. de legat. Mansil. in rub. C. de probat. à num.534.*, & latè *Surd.consil.264. num.1. lib.2.*, & dispositio in alterius voluntatem collata, non sustineatur, cum ultima voluntas pendere non debeat ab alicujus, præterquam disponentis voluntate, *l. Senatus, §. legatum, ff. de legat. 1. l. captatorias, C. de testam. milit.* cum aliis adductis per *Cost. Select. Interpret. lib.1. cap.21. num.7. Connan. lib.10. cap. 6. Vasq. de succ. creat. lib.1. §.1. num. 19., & lib. 2. §.17. num. 86. Benedict. in cap. Raynutius, vers. conditio el.1. de testam.* tamen illa incertitudo, quæ venit declaranda, & certificanda ab eo, cui disponens commisit, actum non vitiat, quia cum Testator cum videatur nominasse, qui ab arbitrio eligetur, obiici vitium incertitudinis non potest, *l.unum ex familia, ff. de legat. 2. Bart. in l. captatoria, ff. de legat.1. Beron. cons. 23.num.30. vol.2. Bertran. cons.222. num.3. vol.6. Mantic. de conject. lib.8. tit.4. num.17. Simon de Petr. de interp. ult.vol. lib.3.solut.1. num. 9. Gomes. de success. cap.12. tit.de legat, num. 47., & Cancer. variar. resolut. lib.3. cap.20 de legat.à num.81.* Potuit jure igitur Isabella Cosca locum ipsum Pium, cui legatum reliquit centum annuorum in perpetuum in P. Andreæ Cavallo voluntatem remittere, ut declararet, cùm commisisset electionem incerti loci pii, de certis, scilicet de locis piis sitis in hac Civitate, ubi Testatrix domicilium habebat, *Bald.* per illum *text. in l. quæ conditio, §.fin. ff. de condit., & demonstrat. Seraph. decis. Rot.1149. num.8. Cancer. cit. cap.20. de legat. p.3. num.121.* Nec illius dispositio captatoria, dici potest, nàm in ea ipsa Testatrix dispositionis substantiam ordinavit, sed tantùm electionem, & nominationem P. Andreæ commisit, *l.utrum, §. 1.* ubi *Bar. ff. de reb.dub. Alex. Jas. Dec.*, & cæteri *in d.l. captatorias, Duran. de art. testand.tit.6. de legat. cau. octava num.3.*, & qui declarat, aliquid novi non dat, neque inducit, sed quod est, manifestiùs aperit, *l. haredes palam, §. sed quid post, de testam. Menoch. de arbitr. Judic. lib. 1. q. 73. Beer. dec 171. Decian. respons.7. num.100.vol. 1.* quæ omnia citrà omne dubium, maximè ad favorem piæ causæ, indistinctè locum vendicant, *Gl. in cap. nos quidem*, ubi *Canonist. de testam. Tiraq.* qui innumeros laudat, ubi *Aldit. in tract. de privil.piæ caus. privil.55. Cancer. cit.cap.20. de legat.n.103.*

Vigure cujus facultatis P. Andreas in anno 1642. manu publici Notarii nominavit pro dicto legato Ecclesiam Sancti Josephi, deindè in anno 1655. eandem nominationem factam de Ecclesia Sancti Josephi, permutavit in Ecclesiam Incurabilium

bilium hæredem univerſalem Iſabellæ deſtinatam ad ſolvendum annuos ducatos centum loco pio per ipſum declarando, eo prætextu, quod nominationem Eccleſiæ Sancti Joſephi fecerit tempore, quo gravi morbo detinebatur, dubitans ne moreretur.

Ex quibus conſtantèr pro Eccleſia Sancti Joſephi, pugnam accipimus, & jure contendimus, nullo modo P. Andream ſemel electione, & nominatione facta, jurejurando adhibito, poſſe illam variare, & de novo declarere in beneficium Eccleſiæ Incurabilium; promiſit enim primam electionem non revocare, ſed ſemper habere ratam, quæ quidem promiſſio cum juramento, facit actum immutabilem, quamvis ille de ſui natura poſſit mutari, uti dicimus de donatione cauſa mortis, quam promiſſio de non revocando, reddit irrevocabilem, maximè accedente juramento, *l. ubi ità donatur; ff. de donat. cauſ. mort. Boer. dec. 353. num. 11. Gomeſ. de contract. cap. 4. num. 22.* ſic non licet patrono, etiam per viam variationis, vel cumulationis alium nominare, ſi dùm prima vice præſentavit, juravit non contravenire, *Guttier. de jur. confirmat. par. 3. cap. 13. ſub num. 13.* ità quod reiiciendus eſſet à Superiore, qui ſecundo eſſet nominatus, & inſtituendus eſſet primus, poſt *Lamber.* tradit *Epiſcop. Campanil. in diverſ. jur. Canon. rubr. 11. cap. 13. n. 41.*

Inſuper facta electione, & nominatione per P. Andream, extincta remanet facultas eligendi, quam ipſi teſtatrix conceſſit, & proindè nullitatis vitio ſubjacet ſecunda nominatio, *l. apud Auſidium, de option. legat. l. ſervi electione, in princip. l. hujuſmodi, §. ſtichum, de legat. 1. l. ſtatu liberum, §. ſtichum, de legat. 2.* maximè, quia poteſtas eligendi confertur à Teſtatore, cujus diſpoſitio æquiparatur legi, *§. diſponat, auth. de nupt. l. teſtandi, C. de teſt.* ubi verò electio à lege tribuitur, variatio non eſt permiſſa, *l. ſi pluribus in fin. de legat. 1. l. cujus bonis, ff. de Curat. furioſ.* eo magis, quia per electionem primo factam fuit Eccleſiæ Sancti Joſephi jus quæſitum, quod non poteſt tolli, etiam ſi foret quæſitum de facto eligentis, *l. 1. ff. de pact. l. in inſulam, §. fin. ff. ſolut. matrim. l. ſi parte, §. 1. ff. quemad. ſervit. amitt. Peralt. in l. 2. num. 1. de leg. 2. Gomeſ. variar. cap. 11. num. 43.* cum aliis plena manu adductis per *Giurb. in conſuet. Meſſan. cap. 10. gloſ. 6. n. 22. par. 1. qui n. 33.* ex *Abb, Simon de Petr.*, & aliis tradit exequutorem teſtamentarium ad diſtribuendum in pia cauſa, facta pauperum electione, in eorum præjudicium variare non poſſe.

Hinc per præfata Jura in terminis, quod facta ſemèl nominatione per contractum inter vivos, quæ ſimplicitèr, & abſolutè ex ultima competit voluntate, non liceat variare reſpondere; *Gomeſ. l. 40. tauri num. 50. Molin. de Hiſpan. primog. lib. 2. cap. 4. num. 37. Alvarad. de conjectur. mente lib. 2. cap. 2. num. 28. Matien. in leg. 14. tit. 4. gloſ. 1, num. 13. lib. 5. recop. Valaſc. conſul. 102. num. 12., & 23. Paz. in tract. de tenut. cap. 34. num. 50., & 56. Fontanell. de pact. nuptial. in add. ad fin. 2. part., & verſ. eſt ſecundò notandum, Menoch. de arbitr. caſ. 38., & conſ. 1107. ex num. 12. Guttier. pract. lib. 3. quæſt. 48. Theſaur. quæſt. forenſ. 65. lib. 1. Crot. conſ. 11. Maur. alleg. 41. par. 2. Caſtillo Sotomajor quotid. controverſ. jur. tit. 2. cap. 26. num. 65. Paul. Duran. par. 2. deciſ. Rot. 339. num. 79.*, & ex noſtratibus *Reg. Valens. conſ. 155. num. 20. vol. 2. Jo: Maria Novar. quæſt. forenſ. lib. 1. q. 44. Dom. Conſiliar. Staiban. lib. 1. reſol. forenſ. cap. 64.*

Minuſque poterat P. Andreas Teſtatricis diſpoſitioni onera, & conditiones ſuperaddere ipſum locum pium nominatum onerando, *l. unum ex familia, §. ſed etſi fundum, de leg. 2. Fuſar. conſ. 93. num. 2., & de ſubſtit. quæſt. 511. num. 1. Peregr. de fideicom. art. 31. num. 33. Tondut. quæſt. & reſol. civil. cap. 50. num. 33., & 34. Rot. coram Coccino deciſ. 394. num. 3. Reg. Galeota lib. 2. controv. 39. num. 33.* Ipſi enim Patri Andreæ tantùm à Teſtatrice fuit declarandi locum pium impartita poteſtas, rebuſque ſuis, & non Teſtatricis poterat dicere legem, ex cujus diſpoſitione Sancti Joſephi Eccleſia conſequitur legatum, non à P. Andrea, qui nudum habet miniſterium ſolum eligendi, & Teſtatrici mandanti talis actus tribuitur, non exequenti, *l. ſi hæres teſtamento, ff. de act. empt. Surd. conſ. 178. num. 4. Crot. conſ. 11. num. 24., & conſ. 48. num. 13. de Petr. cit. tract. ſolut. 5. num. 23. Valens. cit. conſ 155. à num. 20. Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 8. tit. 5. num. 12.* dicens, quod exequutori haud licet nominare Teſtatoris ſpurium, quia is a Teſtatore habere videtur, cui prohibitum eſt ſpurio relinquere, & è contrà, tradit, *Alex.* poſt *Caſtrenſ. in leg. ſi is qui la prima, num. 6. de vulg. pupill.* quod Deputatus ab alio exequutor ad diſtribuendum in pauperes bona, poſſit proprium filium ſpurium eligere, cui alias nil poteſt relinquere, cum id non à patre, ſed à Teſtatore diſtributionem fieri mandante conſequatur. Dùm igitur Teſtatrix in legato centum aureorum in perpetuum relicto loco pio, non aliam facultatem conceſſit P. Andreæ, niſi locum declarandi, & minimè nominationi conditiones ſuperaddendi; certò certiùs eſt, quod gravamina apponere non poterat, ſed ſtatim, quod declaravit data poteſtas abſumpta fuit, ut locum declaraſſe Taſtatrix videatur ipſa, quæ per P. Andream declaravit, ad quem uti exequutorem aliquod jus non tranſit, *l. ſi quis Titio, de legat. 2. Angel. conſ. 129. Tuſch. verſ. exequutor, concluſ. 544. num. 36.*, & eſt ille veluti defunctæ procurator, ut per ipſam deſtinata exequatur, *Gloſ. in clem. dudum, §. utrum, verſ. indirectè, de ſepultur. Bart. in d. l. unum ex familia, Lapus alleg. 91. Thomas Pellicion. illuſtr. quæſt. in tit. de redd. ration. cap. 3.*, & ſicuti procurator mandati fines tueri, & ſervare compellitur, *l. diligenter, ff. mandati*, ſic, & exequutor omnia, ſervata forma teſtamenti adimplere, & obſervare tenetur, modum non excedendo, & ſecundum leges, & à jure diſpoſita agendo, prout diſpoſitionis verba ſignificant, abſque tertii præjudicio, *Jacob. à Canib. in tract. de exequutor. ult. vol. tract. part. 2. n. 15. Epiſcop. Ricc. ad Tiraq. privil. piæ cauſ. 65. arg. l. inter eorum, §. ſi decuriones, ff. quod cujuſque univerſ. nomin.*

Et in terminis ſpecialiſſimis, quod is, cui electio eſt commiſſa non poſſit electum gravare conditiones, & onera nominationi adiicere, ſentiunt, per *tex. in d. §. & ſi fundum, Prelat. ibid. num. 9.*

num.9. Lope. in Glos.1. q.2. lib. 4. tit. 15. par. 2. Mojeres de major. 1. par. quest. 71. num. 13. Anton. de Ripoll. var. resol. cap.13. de testam. n.399. Mich. Ferrer. decisum tradens 3. *par. obser. c.*319. *Cyriac. Nigr. controv. cap. 56. num. fin. & c. 207. num.19.20. & 34. & cap.348. num.61. Dec.cons. 543. num.12. vol.2. Fontanell. dec. Cathalun.467. to.2. R.de Ponte cons.109. num.6. vol.2. Gasp.Hermosilla in addit. not. resol. ad partit.glos. & cogit. Gregor. Lop. Glos.5. & 6. lib.7. tit.4. par.5. nu.18. fol. mihi 264. at.* tradens ex mente *Castrens. cons. 433. lit.I. Sess. decis. Arag. 55. num. 12.* & aliorum, prædicta limitari, si electus gravetur ad favorem illorum, quos eligens potuisset eligere, *Jacob. Cancer. var. resol. tom.3. cap. 7. de pact. nu. 387.* qui post *DD.* & *Castr.in d.l. unum ex familia, §. sed & si fundum, num.4.* colligit conclusionem, quod si eligens gravat electum de dando seu restituendo aliis, licet gravamen non teneat, cum nihil electus habeat ab eligente, electio tamen tenet, confirmat *Franc. Carpini de exequnt. testam.lib.3.c.6. n.9.*

Quibus optimè collimat celebre dictum, *Bald. in l.2. in princip.* per *Glos. ff. solut. matrim.*quem sequitur *Angel. in tract. de testam. in verbo Item reliquit centum*, in legato per testatorem simpliciter relicto pro nubenda puella paupere ab hærede, vel fideicommissario præstando, nullum posse apponi onus, & gravamen in ipsius hæredum beneficium sequitur *Paul. Durand. decis.Rot. Roman. 171. tom. 1.* & decisum memorat *Thor. in supplem. compend. dec.verbo Legatum simpliciter relictum.*

Attamen strictius arma sumendo, ut magis, atque magis RR.PP. Justitia luce meridiana clarior exurgat demus (citrà veri præjudicium,) potuisse P.Andream conditiones, & gravamina nominationi superaddere, adhùc illa in beneficium Ecclesiæ S. Josephi, firma, & stabilis redditur, pactionibus tantùm vitiatis. Sunt etenim pacta, & gravamina in folio enunciata, & descripta turpia incōpatibilia de jure impossibilia statui Religioso infesta, inter se pugnantia, & ipsius Testatricis menti, & voluntati contraria, ut inferiùs demonstrab mus; & proindè indubitati Juris est actum prædictum non vitiari, sublatis solùm conditionibus, & pactis, *l. 1. ff. de condit. instit. l. obtinuit ff.de condit. & demonstr. §.impossibilis,inst. de hared. instit. l. Titia 184. de verb. oblig. Gomes. var. resol. tom.1. cap.12. de legat. num.67. Surd. cons. 236. num. 44. to.2. Menoch. de arbitr. Judic. quast.89. nu.8. Thesaur. quast. forens. 24. lib. 3.* Adstipulaturq; Magni Constantini Augusti edictum, quo sancitum legimus pacta donationis servari debere, si Jure illa subsistant, aliàs spretis pactis donationem validam remanere; *in l. donatio 25. C. de donat.* ubi *Glos. in verbo Sunt molesta*, explicat, quando pactiones sunt turpes, vel contra leges, & allegat *text. concord. in l. pactaq; C. de pact.* ubi *Imperat.Anton.* pacta, quæ fiunt contra Leges, Constitutiones, vel contra bonos Mores, nullam vim habere statuit, & *Gl. in cap. verum. 4. de condit. app.* ait, quod donator in traditione rei suæ potest apponere pactum sive modum, dummodò non sit contra leges, *Episc. Isern. pract. Eccles. q. 162.* & conjunge attidet *text. in l. placuit 29. ff. de usur.* ibi: *Quod illicite adiectum est pro non adiecto haberi, & licitè peti posse*, & in *l. eos §. fin. C. eod. tit.* ex quibus post *Reg. Revit.*& alios definitum tradit *Pras. Merlin. controvers. forens. lib.1. cap.96. num. 17.* excessum, & pactionem usurariam tantummodo vitiari, firmo in reliquo remanente contractu. Et de professione emissa, cum pacto retinendi patrimonium, & dispositionem bonorum quod remaneat illa pura, & valida, sublato pacto, & bona in Monasterium transeant, voluerunt *Glos. in Auth. ingressi, C. de sacrosanct. Eccles. in §. illud auth. de Monach. cap. solet 32. quest. 2. Host. in c. insinuante, qui Clerici, vel voventes, Angel. cons. 172. col.3. Imol. in cap. cum Magno Ferrariensis, de constitut.* & alii ex regula *tex. in l.cum precario, ff. de precar.*

Perstringamus modò sigillatim pactionum, conditionum, & gravaminum capita in folio asserta, & enunciata, quæ pars adeò præconizat, quamvis ipse potius oblivioni illa tradenda,quàm scriptis approbanda putaverim.

Et in genere dicunt PP. ipsis nota, & manifesta non fuisse prædicta pacta, illorumque inobservantiam adscribendam P. Andreæ, cui liberum manebat se ad Evangelicorum præceptorum observantiam in Minorum Clericorum Religione de novo addicere, frustràq; proindè in nominationis revocatione quæm agit, illa minime observata fuisse conqueritur. Quod si negligens, & resupinus fuerit in ea non servando Superior,nec ipsi Ecclesiæ, in quæsitis officere poterit, ut eleganter in terminis perpendit *Felin. con.34.* in donatione, seu legato facto Ecclesiæ cum onere, adjecto pacto resolutivo in casu inobservantiæ,quod ut committatur pœna,& valida sit revocatio, debeat concurrere Prælati, & capituli negligentia, cum superior solus non possit Ecclesiæ præjudicium inferre, ex *Anton. in c. fin.de donat. & Glos. in §.1. 17. quæst.9.* & alios refert *Hermosilla Glos. 2. & 3 leg. 56. tit. 4. part. 5. num. 38.*

Et in specie aggrediendo conditiones, adversus primam, & secundam, in quibus voluit P. Andreas validam fore nominationem, si ad Religionem Clericorum Regularium, à qua egressus fuit, revocaretur cum omnibus prærogativis quibus antè fruebatur, verè esset Clericus minor effectus, & gauderet brevi à SS.Domino Urbano VIII. ipsi concesso, obiiciunt PP. ipsos nullum præstitisse impedimentum P. Andreæ, quin in eorum Religionem regrederetur, hoc enim à mero ipsius dependebat arbitrio; Imò, si verum fateri fas est, hæc conditio fuit adamussim adimpleta, dùm cum effectu ingressus fuit P. Andreas Religionem, à qua fuit coactus egredi, ut ex facto ostenditur sufficitq; conditio, quod per temporis momentum fuerit exequuta, quamvis posteà non duret, *l. si quis haredem, C. de instit. & substitut. Grassus*, post alios, *de exception. cap.33. num. 20.* & deindè ipsimet Patri Andreæ multo temporis interstitio PP. præstiterunt, prout in præsentia in eodem Monasterio alimenta, & habitationem singulari benevolentia, omnibus nota, & de Apostolico brevi sunt pœnitus ipsi ignari,& potuit illo ad suum libitum frui dùm per ipsos

non

non fuit obſtaculum illatum.

Tertia conditio quod effecto P. Andrea verò Clerico Minore, minimè poſſit habitatio, cùm Socio ad ejus libitum, impediri à quolibet ſuperiore, etiam Generali; ex ejus lectura apertiùs quippè redditur turpis, & de jure impoſſibilis coutra Religioſi ſtatum; In ſeptima enim conditione declaravit, velle veram Monaſticam Religionem Clericorum Regularium profiteri, & in hac expreſsè ambit ſe eximere ab obedientia P. Generali debita, quæ inter cetera ſollemni voto promittitur, ſine qua Religio nulla habetur, *cap. cum ad Monaſterium de ſtat. Monach. Epiſcop. Marant.* late *reſp. 3. num. 35. p. 4. & reſp. 17. num. 15. par. 5.*

Quarta conditio (aliis conſultò omiſſis, cum ex ſe reiiciantur,) quod caſu fuerit P. Andreas aſſumptus ad dignitatem, vita ejus durante, cedant in ejus beneficium annui docati centum legati, poſſitquè de illis diſponere, manifeſtiùs turpitudinem ſapit, eſtque contra quartum votum quod emittunt PP. Clerici Minores non ambiendi dignitatem, aut prælationem extrà Religionem, per profeſſionem etenim quam P. Andreas in Religione emittere intendebat, incorporabatur Religioni atque cum illa quaſi contrahebat, quod ejus ſervaturus eſſet regulas, & inſtituta, & repugnant evidentiùs Teſtatricis menti, quæ tantum meram facti exequutionem in declarando P. Andreæ tribuit, & minimè aliquod jus, ſivè utile pœnès ipſum remanere voluit, & certùm eſt quod exequutor datus ad eligendum pauperes, non poteſt ſeipſum, ſuamquè domum eligere, etiam ſi paupertate opprimeretur, *Roman. conſ. 228. n. 12. Tuſc. concluſ. 530. verb. exequutor; ex notab. text. in l. ſi tibi mandavero, §. ſi tibi centum, ff. mandati*, ex quo *tex.* notat *Bald. ibid. num. 1.* quod quis non poſſit ſe ipſum eligere, etiam conceſſa poteſtate dandi cui vellet *Durand. p. 2. dec. Rot. 445. num. 33. Rippol. cit. cap. 13. num. 401.* poſt *Molin. Spino*, & alios quos laudat, *D. Conſiliarius Rocc. tom. 1. reſponſ. notabil. 53. num. 147.*

Ex aliis etiam evertitur declaratio, ſeù nominatio in beneficium Incurabilium, cum fuerit facta poſt litem motam, & decretum; *Quod Gubernatores Hoſpitalis heredi D. Iſabellæ ſolverent, & correſponderent annuos ducatos centum Domui ſancti Joſephi*, ut ex facto liquet.

Inſupèr inſtitutus hæres erat Incurabilium locus, ab ipſo exolvendum erat legatum annuum aureorum centum loco Pio per P. Andream declarando; certò certiùs eſt quod Teſtatrix de alio loco Pio præter Hoſpitale intellexit; Undè minimè poterat P. Andreas ad ipſum hæredis utilitatem illud referre, cum hæredi legari haud poſſit, *l. planè, §. ſi duobus, & l. legato generaliter §. 1. de legat. 1. Natta conſ. 363. n. 12. R. Capyc. Lat. lib. 2. conſult. 158. n. 11.*

Amplius (quod uti ſummoperè notandum à Dominis Senatoribus ſub ſilentio nolui pertranſire, ſecunda nominatio fuit facta, ut eſt notum cum promiſſione aureorum quingentorum exolvendorum P. Andreæ ab incurabili, quæ ipſam omninò vitiat, *Molina de Hiſpan. primog. lib. 5. num. 40.* tradit electionem pretio factam nullitatis vitio ſubjacere, ex *juriſgentium, §. ob maleficium de pact.* cum gratis ſit illa facienda, ut notat idem *Molin. lib. 2. c. 4. n. 19. & c. 3. n. 30.*

Ex quibus omnibus currenti calamo exaratis, adeò nitidam eſſe arbitror ſententiam ad beneficium Eccleſiæ Sancti Joſephi, ut merito Iure confirmatum iri à Supremo Senatu decretum, *Quod Hoſpitale Incurabilium ſolvat, & correſpondeat ipſi Eccleſiæ pro præterito, & in futurum annuos ducatos centum* interpoſitum per *Domin. tunc Conſil. de Aquino*, ſub die 26. Septembris 1655. expetant atque ſperent RR. PP. Clerici Minores. Neap. die 28. Februarii 1658.

Die 11. Maii 1658. relata cauſa in S. C. intervenientibus D. D. Conſiliariis Marco Antonio Oliveti, Jo: Baptiſta Muſcettula, Hortenſio Pepi (qui & cauſæ Commiſſarius) Aſcanio Raetano, & D. Joanne de Vallenilla, patrocinantibus pro hoſpitali D. D. Joſepho de Roſa, nunc Regio Conſiliario digniſſimo, & Franciſco Andreæ, & pro RR. PP. D. Julio Capone manavit deciſio, quod decretum latum ſub die 26. Septembris 1655. in beneficium PP. debitæ exequutioni demandetur, ſuitque illa confirmata ſub die 17. menſis Decembris 1658. in gradu reſtitutionis in integrum petitæ pro parte hoſpitalis; à quibus quidem decretis S. Hoſpitale reclamavit, ſed non dùm finem habuit ſuum reclamatio, decidenda junctis claſſibus S. C. exiſtente ipſius cauſæ reclamationis Commiſſario præfato D. Conſ. Raetano, pœnès Magnificum Lelium Clavelli Actor. Magiſtrum.

Poſt meas delineatas in hac cauſa lucrubationes, & ſcita è S. C. emanata, memoratus D. Julius Caponus in cauſa reclamationis, amplum doctùque edidit reſponſum ſub die 20. Aprilis currentis anni 1661. in quo omnia, quæ ad hujuſmodi pertinent materiam miro ordine, eleganti, concinnoque ſtylo pertractat, quod quamprimum, cum aliis, ad publicam eruditionem imprimi, ab omnibus exoptatur.

19 Hujus autem Ritus diſpoſitionem regulariter ſuis temporibus (prohdt meis) non practicari, nec eſſe neceſſariam, cum ad aures Excell. Regni Proregum perveniant nedum crimina, ſed officialium cogitationes, indicat *D. R. Carol. Tapia Marchio Belmontis lib. 2. jur. Regn. tit. de offic. Magiſtr. Juſtit. pag. mihi 279.*

RITVS QVINTVS.

Item quod omnes officiales pro poſſe teneantur facere omnia, quæ tendunt ad honorem, ſtatum, & licitum commodum ipſius Curiæ, & Officialium ejus.

SUMMA RERUM.

1 *Mortales difficillimum nihil, aut arduum tentare audeant, niſi dignitatis fulgor aliquis ad nomen perveniat.*

Honor facem prefert in bellis, impellit ad ardua, ad egregia virorum geſta, ad ſtudium, & alia.

Non-

Nonnulli ut Reipublica bonę consulerent, ut patriam Senatus, & Curia statuta servarent, vires omnes curam, mentem intenderunt, ac vitam deniq; ipsam funderunt.

Serenissimi Regis Alphonsi responsum recensetur.

2 *Ritus merito jubet teneri officiales facere omnia, qua ad honorem, statum, & licitum commodum Curia, ejusq; officialium, tendunt.*

3 *Honor complures habet significatus, sed in hoc Ritu praportat reverentiam Judicibus debitam.*

4 *Seditionum semina labesq; rerum publicarum ex magistratuum contemptu proveniunt.*

5 *Pratoria dignitas, post Imperatoriam, & Regiam connumeratur.*

6 *Honorari debent Magistratus ad omnibus.*

Etiam à Principe.

A Parentibus quoque, licet hi in domo sint filiis majores.

7 *Exempti reverentiam illis debent.*

8 *Qui honorem obedientiamque illis denegant, puniuntur variis pænis.*

9 *Officiali, si quis dixerit, huic toga si non deferrem, aliter responderem; si Judex dimissis Justitia insigniis, cum eo conrixetur, & verbis offensus sit, an pœnam privatus pati debeat?*

10 *Injuria Magistratui illata acriùs punitur.*

Judicum perturbans jurisdictionem graviter mulctatur.

Corrumpens, & lacerans cedulam citatoriam, pœna falsi punitur, & alia adducuntur.

11 *Judices nullam habeant cum subditis familiaritatem, qua si nimia contemptum parit.*

Quinque optimæ matres, totidem pessimos filios generant.

12 *Magistratus non fastu se extollãt ex dignitatibus, sed subditos observent, & salutent, potissimùm Advocatos.*

Non resalutantes suspecti allegari possunt.

13 *Excusandi sunt aliquando, si hominum temeritas bilem ab eorum pectoribus extorqueant.*

14 *Qua pœna mulctentur officiales subditos injuriis afficientes.*

15 *Honor non in ipsa solum consistit reverentia, sed in benefaciendo, & largitione bonorum.*

16 *Ille magis splendet in honorante, quam in honorato.*

17 *Famam propriam, qui contemnunt, vituperandi sunt*

Illa æquiparatur vita.

18 *Generosi viri discordant propter inequalitatem honoris.*

Jus præcedentiæ armata manu tueri potest.

19 *Excusatur à pœna ordinaria homicidium patrans ob metum honoris violandi.*

20 *Illum qui nequit tutari nisi occidat, non fit irregularis, occidendo.*

Licet nobili impunè ulcisci in plebeum eidem alapam inferendo, quando adeundo Judicem provocatus gravaretur.

21 *Nonnulla utilia interiori foro colliguntur.*

EA est honoris, humanæque gloriæ, cupiditas, quam unicuique nostrum ingenuit rerum Parens natura, ut difficillimum nihil, atque arduum tentare audeant mortales nisi dignitatis fulgor aliquis ad nomen perveniat; Enimverò, ut præclarissima facinorum monumenta posteritati relinquerent, quis memorare queat quot maria traiecerint, quot terras obiverint, itinera, quæ confecerint, labores, quos exaultaverint; gentes, quas invaserint; hostes, quos perdomuerint; bella, quæ intulerint; pugnas, quas gesserint; mortis genera, quæ subiverint? Nonnulli suis arbitribus naturam superare ausi sunt, ut & nomē natura ipsa clarius cōsequerentur: Eviscerantur montium juga, ut inscriptionibus suppetant marmora lapides erudiantur magni nominis fama; quod sapit gloriam, ardentius amplectimur, negligimus, quod non suggerit messem honoris, hujus fulgor irradians facem præfert in bellis, impellit ad ardua; Miramur quædam artis miracula hisce temporibus edita? Artifex honos invenit, miramur egregia virorum gesta, quæ imitationi adimunt locum? Honos addidit vires; miramur perspicacissima quædam nostræ ætatis ingenia, quæ ad sapientiæ solem mentis aciem obfirmarunt? Honos præceptor edocuit, ut evigilarentur noctes ad studium.

Verum quis unquam tantum honoris adeptus fuit, si fidem habeamus historicis quantum hi qui ut Reipublicæ bono consulerent, ut patriam, Senatus, & Curiæ statuta servarent vires omnes curam, mentem intenderunt, ac vitam denique ipsam fuderunt?

Hoc insigniter celebrant Athenienses, quòd Codrus Rex clamyde exutus, cum se pauperis vestibus induisset mortem oppetere ab hostibus non dubitarit, ut suo funere Patriæ funus averteret. Id maximè prædicant Britanni, quod Stefani Regis, venenato vulnere perituri uxor, immortali nomine dignissima mulier noctu dormientis viri ebibita vulneris virulenta fanie in se ipsam, illius mortem potius transferre voluerit, quam videre conjugem extinctum, ac totum simul Imperium Britannicum tumulatum; Vt cum Rege fœliciter viverent Cives, interiit Regina, ut aliis consuleret, sibi maximè nocuit.

Hisq; concinit Regis Alphonsi, cuidam suadēti, ut tranquillè, & voluptuosè, dùm posset, vitam ageret, nec corpus tot, tantisque periculis objectaret, responsum. Non temere olim Romanos viros sapientissimos, honori, ac virtuti templa ità coniuncta posuisse, ut nemini ad honoris templū pateret accessus, nisi per virtutis; Ut intelligerent mortales ad honoris fastigium non voluptatum via (quæ deliciis, atque illecebris affluens esset) sed virtutis illa quidem aspera, & salebrosa eundum esse.

Discant ex his Magistratus, Senatores, & Judices, si quis honoris amor impellit, si gloriæ ardor inflammat, quæ adhibenda sit cura, ut forensis status, dignitas, Curiæque commodum augeatur in dies, ex quo servato urbis salus, Civium tranquillitas habetur, patriæ felicitas continetur, pro qua sanguinem effundere gloriosissimum foret.

2 Hæc autem sedulò examinantes hujusce Ritus conditores, mandarunt teneri officiales face-

re

re omnia, quæ ad honorem, ſtatum, & licitum
commodum Curiæ, ejuſque officialium tendunt,
quod antè diſpoſuerat pro commodo fiſcali; *text.*
in l. unic. C.de offic. Comit. rer. privat., & de hu-
jus Comitis rerum privatarum offieii cognitione
pertractat *Frecc. de ſubfeud. num.6. pag.72.* Noſ-
que nonnulla ad Ritus ornatum ſubiiciemus, &
præter ea, quæ de honore loquentes, illiuſque
nomenclatura ſcripſere *Bal. conſ. 419. ad eviden-*
tiam in princ. vol. 1. Felin. in c. licet 1. notab. de
prob. Lucian. de ampl. Summ. Pont. poteſt. num.
38. Cravett. conſ.168., & cœteri, memini, illum
quandoq; inſinuare honorem municipalem, ideòq;
3 honorem eſſe decurionatum, probat *l. decuriona-*
tus, ff. de vacat. muner. quod de Prætorum quo-
que munere, dixit *Blond. lib. 2. triumphan. Rom.*
Feneſtell. de magiſtratib. cap. 19. ac de omnibus
magiſtratibus oſtendit, *l. 1. ff. de alb. ſcrib* inte-
gerque *tit. de muner.*, *& honor.* eum honor ſit
omnis adminiſtratio Reipublicæ, juxta verba *tex.*
in l. honor eſt, ff. eod. adduct. tit. de muner., & ho-
nor. Inde prodit illud axioma, quod functus ho-
nore majori ad minorem vocari prohibetur, *l. ma-*
joribus, Cod. quemad. Civil. mun. lib. 10. de quo
latè *Minad. in conſt. in aliquibus, verbo Comitum,*
& Baronum num. 59., & tangit *Avus meus ad*
Gramm. dec.40. num.7., & nos aubi. Officia enim,
& Magiſtratus honorem afferre dicuntur *Maſtrill.*
de Magiſtrat. to.1. lib.1. cap. 30. num. 60., & ju-
dicare honor eſt *Borrell. de Magiſtrat. lib.1. cap.11.*
num.15. Honor etiam pro ſalario ſumitur, in *l.1.*
§. proinde, ff. de var, & extraord. cognit. unde le-
gimus honorarium in eadem *l. 1. §. in honorariis,*
& in l. properandum, §. in honorariis, C. de Ju-
dic. Franc. de Petris feſtiv. lect. lib.1. cap.8. num.
7. Honor autem Civitatis, illiuſque ornatus in
quo conſiſtant, explanat *text. in l. Civitatibus,*
ff. de legat.1. ubi relictum legatum ad urbis ho-
norem, & ornatum, pro quibus expendi debeat,
exarat, exornatq; *Capiblanc. to. 2. de Baron. cap.*
100. n.15.

In hoc autem Ritu præportat reverentiam Ju-
dicibus debitam, quamque unus alteri, & alter
alteri præſtare tenetur, non ſecus, ac legimus *1.*
Reg. 2., *& cap. ecce 47. diſt. Honoraſti filios tuos*
magis, quam me. Caſſ. in Cathal. glor. mund. p.1.
conſid. 26., *& Carav. in hoc ritu laudato, Judex*
de Angel. in l. potioris, num. 1. Cod. de offic. Rect.
Provinc.

4 Et quidem ſeditionum ſemina, labeſque re-
rum publicarum ex magiſtratuum eontemptu
proveniunt, ex quo legis oritur deſpicatio, quæ
res civilem omnem tranquillitatem perturbat, la-
befactatq; publicam utilitatem, meritò politicus
Pont. lib. 5. de obedien. quem refert *Doctor Marc.*
Anton. Seſtini in ſuo Dialogo Italico ſermone edito,
La Felicità caduta, La Conſtanza affinata, La Re-
publica diſordinata, dialog. 3. pag. 94. at. inquit,
Boni Civis prima laus eſt parere Rectoribus, con-
tra nil eo cive tetrius, nihil pernicioſius, qui ſu-
perbiam, ac protervitatem ſuam illis opponat. Et
Plato lib.6. de legibus. Poſt Deos immortales, eis
hominibus ſecundas, & honoris, & gloria ſedes
deberi, qui publici muneris magiſtratus gerunt, &
egregia ſua virtute, atq; induſtria cæterorum vi-
tam moderantur.

5 Adeoùt poſt Divinam, Imperatoriam, & Re-
giam Majeſtatem prætoriam numerent, *Soccin.*
conſ.22. num.4. vol. 1. Bovadill. politic. lib. 3. cap.
1. lit.E., *& Matieu. de relatore 3. par. cap.10. nu.*
13. pag.76. ait, ſe neſcire, utrum juſti Magiſtra-
tus Deorum numero, an hominum, aggregari
deberent, id quod *Franciſc. Mar. Prat.* exornat
pract. lib. 1. obſer, 38. mulcta ſubnectens. Unde
illis honorem, obedientiam, & reverentiam de-
6 beri, indixit *text. in l. ſemper in princ. ff. de jur.*
immunit. in l. 2. C. de offic. Præfect. Prætor. lib.
12. §.1. Auth. ut omnes obed. Jud. Regens Tap. de-
ciſ. 3. num. 105. Giurb. obſer. 91. per tot. Anton.
Sola in proœm. decret. ſub num.19. Ruginell. pract.
qq. cap.47. num.65. etiam ab ipſo Principe, pro-
bat *text. in l. nihil, C. de palat. ſacr. largit. lib.*
12. & l. fin. C. de conſul. lib. eod. ibi: *Qui à nobis*
loco Patris honorantur. Tiraq. de nobilit. cap. 28.
Capibl. ſingul. 139. poſt 1. tom. tract. de Baron. Et
qui inter ipſos connumerari non dedignatur, *l.*
jus Senatorum, C. de dignit. lib.12. Afflict. in con-
ſtit, ſi damna ſub num.8. Thor. in proloq. ad tract.
de Magiſtr. Regn à num.102. Ricc. deciſ. Cur. Ar-
chiep. 31. par. 1. A parentibus quoq; licet hi in
domo ſint filiis majores, *l. ille à quo, §. fin. cum*
l. ſeq. ff. ad Trebell. Capiblanc. loco adduct. ſing.74.
Deciani. conſ.84. num.34. vol.3. in quam rem ele-
gans extat *Tauri Philoſophi Athenienſis* ſententia:
Qui (ut *Gellius* refert *lib. 1. Noct. Attic. cap. 2.*)
eum ad eum inviſendum Cretæ Inſulæ Præſes,
una cum Patre acceſſiſſet, ortam inter eoſdem de
potiori concedendo loco officioſam contentionem
his verbis diremit: *In publicis locis, muneribus,*
atque actionibus patrum jura, cum filiorum, qui
in Magiſtratu ſunt poteſtatibus collata interquie-
ſcere paulatim, & connivere; ſed extrà Rempu-
blicam, in domeſtica re, atque vita, ſi ſèdeatur,
ambuletur, in convivio, quoq; familiari diſcum-
batur, tunc inter filium Magiſtratum, & patrem
privatum publicos honores ceſſare, naturales, &
genuinos exoriri. Et collimat quoq; quod de Fa-
bio filio Conſuli occurrente, ſcribunt idem *Gell.*
ibid. & Valer. Max. lib.2. cap.2.

Quid quod? omnes etiam exempti reverentiam
7 illis debent, *Ruginell. pract. qq. add. cap.47. n.65.*
Decian. tract. crimin. lib.7. cap. 5. num. 29. tom.
2. Thor. vot.87. num.38. Bal. in l. fin. C. de bon. li-
ber. Etiam Clerici, *Bovadill. lib. 2. polit. cap. 18.*
num.89. Seſſe de inhibit. cap.8. §.3. num.198., &
aſſurgere, adeoùt ſalutem illis non impertinentes
juxta morem, pœnam mœreantur Judicis arbitra-
riam, ut benè probat *Carav. hoc in ritu num. 12.*
& concordant notata per *Anton. de Ball. in variis*
tractat. lib. 4. q. 6. in princ. Carab. ſingul. ſyndic.
offic.223.

Et qui illis honorem, obedientiamq; denegant
8 quaſi ſacrilegii rei puniendi, *l. 1. C. de domeſt.*, *&*
protectorib. lib. 12., & Romanorum exempla re-
cenſet *Giurb. conſ. 38. num. 13. cum ſeq.*, & alia
addunt *Borrell. conſ.4. num.17. Valenz. conſ.82. n.*
16. illoſque offendentes crimen Læſæ Majeſtatis
incurrunt, *l. quiſquis, C. ad l. Jul. Majeſt. Guid.*
Papa quæſt.344. Gramm. dec.36. num.4. Ricc. cit.
dec. 31. num. 4. p. 1. Scialoya in prax. forjudicat.
cap.3. num.115. etiam ob contemptum, *l. ſi fami-*
lia, ff. de juriſdict. omn. judic. ibi: *Quia hic con-*

tempta Majestas Prætoris vindicatur, ubi Glos.in verbo Vindicatur. notat, non licere contemnere Prætorem Nec excusat illos offendi uti privatas
9 personas, & non uti Judices, nam si cui ex Judicibus quis dicat: si per reverentiam officii tui, & Regis mihi liceret, non abstinerem à te manus: Illeque responderet: Ne respicias Regem, nec cures de officio; adhuc pœna committeretur, Cassan. in Cathal. Glor. Mund. p. 7. consid. 13. Giurb. observ. 8. Sesse de inhib. cap. 30. §. 1. num. 194. cum non potuerit ille abdicare à se officium Regis, l. legatis, ff. de offic. Proconf. l. fin. C. de defens. Civit.

Hinc injuria magistratui illata ex eo, quod
10 Principis repræsentet imaginem sacrius punitur, ut in nostris Const. Reg. incip. observent, & atrox, & in l. Prætor edixit, §. ult. ff. de injur. Rov. super pragm. 15. §. 19. num. 6. & 13. de suspic. offic. Prat. add. obser. 38. num. 17. Carav. hoc in ritu memoret, & pro alapa impacta Justitiario hujus Civitatis officium suum exercenti fuit reus furcis suspensus, Reg. de Ponte in tract. de potest. Proreg. tit. de provis. fier. solit. pag. 13. num. 18. Bajard. ad Jul. Clar. lib. 5. §. fin. q. 67. num. 21. amplians etiam in officiali tempore syndicatus, insequiturq; post Arnon singul. 13. Avus meus ad Capyc. dec. 27. nu. 6. & tradunt Farin. de delict. & pœn. q. 17. num. 38. de Franchis dec. 403. & 713. P. Fragos. de regim. Reipub. Christ. par. 1. lib. 4. disp. 10. num. 155. amplians ad offendentes officialium familiam tempore Syndicatus, Reg. Sanfelic. decis. 63. p. 1. num. 15. sermocinans de officiali electo tantum, nondum admisso, Mastrill. ad tract. de indul. cap. 36. Greve. ad Gayll. in pract. Camer. Imperial. lib. 1. conclus. 39. à num. 5. inquirens, an in dubio facta censeatur offensio Judici uti Judici, vel uti privatæ personæ, Franc. Maria Prat. ad Paschal. de patr. potest. par. 1. cap. 10. num. 6. cujus meminit D. Franc. Baron. in tract. de effect. amicit. effect. 53. num. 3. Caball. res. crim. 148.

Proindè Judicum perturbans, & impediens jurisdictionem graviter mulctatur, Menoch. de arbitr. jud. cas. 437. in fin. quam pœnam arbitrariam, probat idem Menoch. cas. sequent. 438. sed peculiariter, quod habeo in facto, de eo, qui amovet, vel corrumpit, & lacerat, dicam vulgò, cedulam citatoriam, quod pœna falsi puniatur, est text. in l. hodie in princ. ff. ad l. Cornel. de falsis, & aureorum 500. l. si quis id quod, ubi Gl. & Bal. ff. de jurisd. omn. jud. Afin. in prax. §. 8. num. 10. Guid. Pap. dec. 233. num. 5. ubi addentes æquiparant eximentem à manibus birruariorum mancipatum pro debito, & literas Curiæ lacerantes, memorando exemplo illius magni Proregis Regni Neapolis, apud nostrum Carav. in rit. 160. in fin. & concordant alia jura apud Clar. §. fin. q. 68. num. 10. Rusticitatem verò in hoc multum excusare, advertunt Carrab. sing. 127. Thor. vot. 87. n. 9. Danza ad Gramm. decis. 45. num. 60.

11 Nullam ergo Judices habeant cum subditis familiaritatem, ad tex. in l. nullum 10. Cod. de offic. Rect. Provinc. Capibl. in rubr. de Baron. num. 92. & in pragm. 5. num. 3. quæ si nimia facilè contemptum pariet, Cassan. in consuet. Burgund. tit. des fiedes §. 6. num. 19. & in catal. glor. mund. p. 12. consid. 26. in fin. Capibl. memor. prag. 5. num. 3., & add. rubr. num. 62. & 93. Mastrill. de magistrat. lib. 2. cap. 7. Ricc. resol. 116. num. 1. in fin. tom. 2. ac perbellè Avus meus ad Gramm. decis. 7. nu. 1. tradens quinque optimas matres totidem filios pessimos parere, nempè communionem discordiam (ex quibus longè pessimus exoritur nepos, s. bonorum dissipatio) veritatem odium, pacem vitium, virtutem invidiam, & nimiam familiaritatem contemptum, & rescribit de Petris fest. lect. lib. 1. cap. 7. nu. 31. & ante ipsum Constant. Pap. ad Carav. rit. 46. lit. A. quod ultimum inter fatuos, & minimè inter prudentes locum habere, ex Abb. in proœm. decret. verbo Gregorius num. 2. advertit ibidem Avus meus num. 2.

Et tandem memores sint Magistratus Tholosani verborum lib. 4. de Repub. cap. 10. num. 11. Qui publicam, inquit dignitatem gerit, nullo modo, etiam prætextu suæ humilitatis eam imminui, aut contemni pati debet; sed in eo gradu quo à Principe. vel populo ordinata est eam conservare tenetur, alioquin, & sui officii diceretur ignarus, & injuriam ei, cujus refert potestatem, inferret.

Sed, ipsi quæso, non fastu se extollant ex di-
12 gnitatibus, & honoribus prædictis, cum, & ipsi observare quoque subditos, illisque libenter aures præbere obstringantur, l. nec quicquam, §. observare, ff. de offic. Proconsul. Fragos. de regim. Reipubl. p. 1. lib. 1. §. 3. disp. 1. de virtut. Princip. num. 80., & omni mansuetudine, & humanitate alloqui debeant illos resalutando, alias justa erit causa recusandi, prag. 15. §. 19. ubi Rov. num. 4. de susp. off. quod etiam de jure communi admittunt Abb. Felin. & alii, in c. cum super de offic. deleg. Muta ad prag. Sicil. tit. 4. num. 46. par. 1. Giurb. cons. 38. num. 20. Gratian. discep. 284. num. 28. & de Notario idem Gratian. loquitur cap. 538. num. 57. cum denegans salutationem inimicus præsumatur, Gl. in can. Adrianus 63. distin. & in l. adhoc, C. de appellat. Mastrill. dec. 151. num. 46. par. 2. Marcell. Calà de mod. artic. §. 1. Gl. 1. num. 334. Mascard. de probat. conclus. 898. num. 33. Petr. Gregor. de Repub. lib. 8. cap. 4. num. 3. dummodò Judex non negaverit, salutantem non vidisse, explicat eadem prag. 15. §. Volemo non sia causa bastante. Et quod sint prompti Judices ad salutandum, monet Grat. mem. discept. 284. num. 6. maximèq; id peragere debent cum Advocatis, Specul. tit. de Advocat. §. Hic dicendum, vers. cum autem, Mattiens. de relator. 2. par. cap. 2. num. 1. Bovadil. in polit. lib. 3. cap. 14. p. 2. num. 6. Tasson. de antefat. vers. 7. observ. 3. num. 13. (de quorum laudibus nos alibi fusius) & taliter æqualitatem servare, ut nemini sint injurii Claud. Cantiunc. de offic. Judic. lib. 1. cap. 3. in fin. & cap. 4. per tot. & veritatem in omnibus, quæ ad ipsos deferuntur, diligenter inquirant, nec ad quamlibet suspicionem, rumusculum, calumnias, & falsas delationes, & accusationes, patulas, & avidas aures præbeant. Verborum fucis, lenociniis, aut præstigiis tenebras sibi offundi non patiantur: sed alteram aurem delato, vel accusato integram semper reservent: Unde Cæsarum temporibus si qui in Magistratu avarè, superbè, & insolenter se gesserit ipsum ante tempus finiti honoris Imperio desistere, & de gradu deiici jubebant, teste Alex. ab Alex. dier. genial. lib. 4. capit. 6. fol. 182. quem laudat Bovadill. politic. capit. 12. lib. 2. pag. 499.

Sciant

Sciant enim, quod morum facilitas, animi moderatio, æquabilitas, humanitas, ac in omnes affabilitas subditorum mentes astringunt in superiorum amorem, acquirunt reverentiam, cultum, observantiam, & singulari affectos amore erga se retinent: *Tullio lib. 1. officior.* asserente: *Nihil esse laudabilius, nihil magno, & præclaro viro dignius placabilitate, atque clementia: In juris æqualitate exercenda etiam est facilitas, & altitudo animi, nè irascamur, aut intempestivè accedentibus, aut imprudenter rogantibus, in morositatem inutilem, & odiosam incidamus; Et tamen ita probanda est mansuetudo, atque clementia, ut adhibeatur Reipublicæ causa severitas, sine qua administrari Civitas non potest.*

Excusandi tamen sunt aliquando Judices; si
13 hominum temeritas, & incontinentia, tranquillissimis eorum pectoribus bilem extorquent, atq; exulare quodammodo patientiam cogunt, quod perpendens *Simanca de Repub. lib. 5. cap 8. num. 4. pag. 248. Patientia*, inquit, *admodum necessaria est Judicibus, & Magistratibus quippè qui molestiis, & importunis litigantium precibus, & querelis, ita obruuntur, fatigantur, & irritantur, ut non facilè sit subindè non commoveri, ac tantum non morositatem quandam incidere.* Exemplo J.C. de fatua dubitatione redarguentis fatuè interrogantem in *l. Domitius labeo, ff. de testam.* ibi: *Aut non intellige quid sit, de quo me consulis, aut valdè stulta est consultatio tua.*

Qua verò pœna mulctentur officiales subditos
14 injuriis afficientes, præter *Campagn. & Affl. in const. Regnicos tantum*, pertractat *Par. de Syndic. §. Syndicantem col. 1.* plura ad Judicum excusationem adjungens, hi enim si quid officii fiducia injuriosè fecerint, actione tenentur injuriarum, *l. nec magistratibus, ff. de magistrat. Borrell. consf. 24. n. 9.* Et ob minas alicui illatas statim Judex suspectus redditur, & etiam fidejussori ejus, cui minatus est, adeòquod si minatus aufugit, fidejussor non tenetur, *Ursill. ad Affl. decis. 130. num. 3. Avus meus ad Capyc. decis. 138. n. 3.*

Sed litigantes, qui, ut plurimum evenit, vicissim se injuriosis verbis impetunt statim, & incontinenti possunt pœnis mulctari, *Gl. in capit. Deus Omnipotens, §. quando autem, verbo Judicis 2. q. 1.* quam singularem exclamat *Alberic. de Ros. in l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. Præsid.* & insequitur *de Marsil. singul. 549.*

Honor verò non in ipsa solum consistit reve-
15 rentia, sed in benefaciendo, & largitione bonorum *Marci 7. & 1. Timoth. 5. cap. si quis filii parentes 30. dist. & Plato 5. de Repub.* Illud autem *Philosophi 8. Ethicor. & Cicer. lib. 1. Tusculan.* Recuso præterire honorem esse præmium virtutis, quod ex nostratibus confirmant *Matth. de Affl. in Const. lib. 1. Rub. 45. num. 1. Valenz. cons. 82 lib. 1. num. 32.* est namque honor exhibitio reverentiæ in testimonium virtutis, vel prælationis, vel cum administrationis gradu, *l. si honore, ff. de muner. & honor. Cassan. in Catal. glor. mund. p. 1. consider. 1. 3. & 5.*

Quin? alterum ejusdem *Philosophi 1. ethic. & Egidii de Regim. Princ. capit. 8.* quod ille magis
16 splendet in honorante, quam in honorato, & quia honorem vulgus accipit quatenùs contradi-

est vituperio, sive infamiæ, & ex honori, ut proptereà dicatur nonnunquam aliquem honorem perdidisse, idest exhonoratum, legimusque in jure exemplum in filiis, quorum parentes secundo nupserunt, *§. veniunt, & §. si verò expectet, auth. de nupt.* ideò quanti hunc honorem facere debeamus, Instruimur *Alexandri* verbis *in l. si victum, ff. de re judic.* ut æstimare debeamus non minus, quam vitam, illumque proindè vitæ comparati, & gravissimam infamiam morti, docet *tex. in l. justa cum Gl. 1. & l. etiam, §. 1. ff. de manumiss. vindict.* necnon *l. si quidem, §. fin. ff. quod met. caus.* atq; *Jodoch. in suo Enchirid. parium, aut similium,*
17 *verbo Honor.* Imò ipsi vitæ præferri ex omnium ore confitentur *Viv. dec. 46. num. 5. Reg. Sanfel. dec. 72. num. 87. tom. 1. & dec. 199. num. 18. 1. 2. Reg. Tap. dec. Ital. 3. num. 44. & 45.* & alii, quos enucleat *Didacus de Mari ad Grammat. dec. 98. num. 1. & 2. Avendan. de met. lib. 2. cap. 43. num. 20. Larrea decis. Granatens. 98. num. 22. in fin to. 2. Vasq. quæst. illust. cap. 18. num. 13.* cum honestis viris formidabilior sit honestatis deturpandæ, quam mortis mœtus, quod eleganter expressit *Claudian. de bello Gildon.*

Nonnè mori satius, vita quam ferre pudorem.

Quibus consonat *Iuvenal.* sententia *saty. 8.*
Summum crede nefas vitam præferre pudori.
Et propter vitam vivendi perdere causas;

Latèque *Franciscus de Petris consil. 43. numero 23.*

Undè qui suam negligit famam jure merito crudelis in se ipsum prædicatur, *Cassan. in Catal. Glor. mund. par. 1. consid. 2. num. 1. Decian. cons. 1. num. 136 lib. 3. Morett. respons. 99. nu. 19. Petr. Gregor. in Syntagm. jur. p. 2. lib. 38. cap. 1. num 11.* quam præciosiorem inter temporales res dicit *Angelicus Doctor 2. 2. quæst. 73.* & præciosissimam omnium rerum illam exclamat *Alex. de Ales. in 2. par. sua summa*, latèq; *Vivius dec. 399. per tot. lib. 2. & Cravett. cons. 795. num. 5. & cons. 830. num. 8.* ex *tex. in l. infamia, C. de decurion. lib. 10.* tradit graviorem esse famæ jacturam quam oculorum, *Reg. Valenz. cons. 92. num. 1. tom. 1. Escob. de purit. & nobil. prob. p. 1. §. 1. per tot. Ric. in prax. for. Ecclesiast. resolut. 313. num. 2. Farinac. consil. 141. num. 30. Hermosill. in schol. ad Glos. 2. prolog. part. 5. numer. 114.*

Inde fit, ut sæpissimè generosi viri discordent
18 propter inæqualitatem honoris, quando populares homines id agunt propter inæqualitatem possessionis, cum de honore, ac dignitate contendere semper apud ingenuos homines, generosi animi fuerit inditium, & Judicis officium intentant, ut minores majoribus cedant in sedendo, procedendo, vocem ferendo, & aliis, ex *l. 1. & 1. C. ut dignit. ordo servetur, l. fin. ff. de albo scribendo, Faber in §. aliam num. 2. inst. de honor. possess. Gerard. sing. 33. num. 3. Capyc. dec. 27. num. 3. Valenz. cons. 34. num. 27. lib. 1.* Jusq; præcedentiæ etiam armata manu tueri posse, consuluit *Episc. Ricc. in sua prax. præcedentiar. resol. 518.* præcæteris ex *Gratian. lib. 1. discept. forens. cap. 110. num. 20.* affirmante haud puniri posse ordinaria occidentem Adversarium prohibentem nè sedeat in loco solito, & confirmat *dec. 68. p. 1. num. 15.* prout excu-

fatur à pœna ordinaria homicidium patrans ob
19 mœtum illius honoris violandi, *Gramm. decis. 5. Farin. cons. 2. Ursill. ad Affl. dec. 287. num. 2. Bajard. ad Clar. §. homicidium num. 118. Thor. 1. par. compend. dec. verbo Homicidium*, conferuntq; exarata per *Cons. Theodor. alleg. 19. n. 5.*

20 Ex quibus colligo id verum adeò esse, ut qui suum nequiret tutari honorem, nisi occideret, procul sit ab irregularitate occidendo, ut dixit *Hieronym. Gliamas*, si vera fatetur, *in suo instruct. sacerd. p. 1. cap. 12. §. 14. prope fin. & §. 19. per tot.*

Et licere nobili, honestoq; viro propria auctoritate, ac impunè ulcisci in plebeum eidem alapam inferendo, quando adeundo Judicem provocatus gravaretur, & in derisum abiret res, ex notab. *Pauli de Castro consil. 190. Gram. decis. 14. num. 11. & 23.* advertit *doctiss. Franc. de Petris cons. 29. num. 5.* & conferunt quæ nobis insinuant *Gizzarel. dec. 18. Franc. Mar. Prato ad Paschal. de virib. patr. potest. p. 3. cap. 6. ad num. 1. vers. Est etiam licita, Reg. Sanfelic. decis. 337. in allegat. par. 3. num. 33.*

21 Nec ut aliquid colligamus utilitatis in interiori foro, prætereo, quæ tradit *Lucas de Penna in l. filios, C. de decurion. lib. 10. vers. pro his*, quod pro his terrenis honoribus dilectores hujus sæculi multa tolerant, pro cælestibus verò pauca: & quod scriptum reliquit ex *S. Thom. quæst. quod. lib. 12. art. 13. Claud. Bereaz. in addit. ad consil. crim. Bartolom. patr. 516. lit. C. lib. 2.* Nos pro fide, ac caritate, pro justitia, ac veritate mortem subire, imò appetere debere, honorem autem, nec negligere; imo justè appetere ad Dei gloriam, ad utilitatem spiritualem proximi, & ad propriæ animæ fructum.

RITUS SEXTUS.

Item quod causa appellationis inchoetur per aperturam processus.

SUMMA RERUM.

1 *Appellatio si admittitur, non propterea Judex apud Judices accusatur.*
Illius usus miserorum levamini datur.
Appellationibus in libertatem vindicantur innoxii, mortem evadunt, & sua bona reparant.
2 *Appellare licet à quolibet gravamine.*
Definitio appellationis traditur.
3 *Appelatio dicitur theriaca contra venenum Judicis.*
Est de Jure naturæ.
4 *Princeps justam tollere nequit appellationem.*
Juncta, & delegationes, an, & quando erigi debeant?
Quibus in casibus auferri possit appellatio remissivè.
Qui sint effectus clausulæ, appellatione remota.
5 *Sententiæ appellationis incapaces admittunt supplicationes, & reclamationes.*
Ut sunt sententiæ S. C. apud idem tamen Principis Concistorium.
Etiam illæ Regiæ Cameræ Summariæ.
6 *Executio sententiarum, quæ ex his Senatibus emanant, retardatur nullitatum remedio.*
Quod à decretis interlocutoriis, vel definitivis vim habentibus jure Regni deduci debet infra dies sex post illorum judicialem notificationem.
7 *Dies prædicti sint nè utiles, itaùt nullitates recipi debeant post nonnullos dies, lapsis illis sex, ex quo dies termini fuerunt feriati, inquiritur.*
Novissima decisio S. C. adducitur.
8 *Sed an deductis nullitatibus intra limites sex dierum, possint alia superaddi præfixo termino absoluto decisionem primarum?*
Affirmativè pluriès decisum ostenditur.
9 *Nullitates adversus sententiam S. C. vigore Reg. Pragmaticæ deduci debent infra decennium, si proponantur per viam actionis.*
Per viam tamen exceptionis perpetuò proponi possunt, dummodò sentetia non sit executa.
Et determinationes S. C. immedium afferuntur.
Hujusce Ritus declarationem Muscatel. & Add. tradunt, subiciuntq; praxim.
10 *Appellationis materiam à nonnullis tractari multis in locis traditur.*
11 *In illius instantia reproducenda esse acta prioris, alioquin non prosint, additur.*
12 *Illa à Vicario generali ad Episcopum prohibetur, cum ampliationibus.*
13 *Restringitur si fuerit constitutus in aliqua tantum Civitate.*
14 *Item à sententia diffinitiva illius.*
15 *Appellanti liceat nè mutare Judicem, quem primò appellavit.*
16 *Decendium ad provocandum non currit, si interim de nullitate sententiæ dictum fuerit.*
17 *Ille, qui acquievit sententiæ, non aliter potest appellare ab illa.*
Idque in eo potissimum contingit, qui solvit, vel petiit dilationem ad solvendum, cum declarationibus.
18 *Appellato an, & quando liceat uti Adversarii appellatione.*
Illa ab uno ex condemnatis facta prosit nè omnibus eandem habentibus causam?

DE appellatione dicturus oculatissimum humani cordis inspectorem, ac testem appello Deum, me nullam hic Judicibus, quotquot sunt, & generis nobilitate præclari, & doctrinæ, summæque apud omnes, quà in judiciis, quà in sententiis ferendis æquitatis constantia præstantes, notam inurere voluisse. Neq; enim in his, aut neglectam in decretis maturitatem, aut abiectam quodam modo in consiliis sagacitatem, aut in definiendis causis præceps judicium, mentemque
1 nutantem, ac suspensam, aut disquirere, aut increpare ausim. Appellationes quidem admitto; at iniustitiæ Judices non redarguo. Nec si rei appel-

sent,

lent, idcircò Judex apud Judices accuſatur. Appellationis uſus miſerorum levamini datur, nè præcipites, & veluti inconſideratè ad perniciem, aut in mortem ferri videantur, quilibet vel nocentiſſimus inſontem ſe profitetur, quod ſi capite damnetur, quid ni appellet, nè inconſultò mori dicatur? quod ſi Reus recognoſcatur, appellaſſe, hoc eſt, vires omnes ad mortis effugium intendiſſe, ſolamen erit. Sic Judicum integritas ſervabitur, & ſceleſtorum facinus dilucidiùs apparebit. Aperire tamen pravis Judicibus meam hic ſententiam non dubitaverim, quid enim iniquius, quid iniuſtius, quàm innocentes aliquando bonis omnibus ſpoliatos, libertate exutos, vinculis, & fame multùm, diùque vexatos, capite denique damnatos, appellatione, hoc eſt humanæ vitæ præſidio privare? miſerum eſt venenata pocula innocenti viro propinari, miſerius antidotum prohiberi; acerbum inter brevia, & Syrtes, inter Charybdes, & Scyllas tempeſtatum nimbo jactari; acerbius effugii locum naufraganti non eſſe, manuque tabulam extorqueri; Funeſtum viventes adhuc homines in ſepulchrum detrudi, funeſtius anguſtum aeris ſpiraculum intercludi, quo exiguam ſaltèm lucis uſuram capere videantur, dum diù mori coguntur: durum omni ægritudinum genere laborare, durius Medicorum, ac medicamentorum ope interdici. Idem erit crudelitatis penè dixerim genus, ſi Rei appellatione priventur; quid enim dulcius eſt divitiis, quid ſuavius libertate, quid vita ipſa carius æſtimatur? appellationibus in libertatem vindicantur innoxii, mortem evadunt, ſuaq; bona reparare videntur.

2 Idcircò ſacroſancta jura omni lata ſententia appellationis remedium cuicunque ex litigatoribus ſe gravatum ſentienti, indulſere in *l.2.ff.de appell. & in l.qui reſtituere* 68. ibidemque *Gloſ. ff. de rei vendicat. Cacheran.deciſ.*61. *Praſ.de Franch.deciſ.* 556.*num.*5. *Ricc.coll.*166.*&* 167. *Reg.Valenz.conſ.* 195.*num.*1.*tom.*2. ejuſque definitionem, quod ſit provocatio ad majorem Judicem ratione gravaminis illati, vel inferendi, indicant *Marant. in ſpecul.par.*6. *act.*2. *verbo & quandoque appellatur, Sigiſmund. Scacc. de appell.q.*2.*num.*2. illius uſum frequentem, & neceſſarium eſſe monent, ex *tex. in l.*1.*ff.de appellat. Oſſuald. in Don. lib.*28. *comm. cap.*6.*lit.A.Avendan. de met. lib.*2. *cap.*25 *num.*2. quæ ſola judicantis improbitatem averruncat, atque depellit *Roman. conſ.*224. integritatis eſt propugnaculum, & oppreſſorum levamen, *cap.cum ſpeciali* §.*porro eod. tit. de appellat. Caſſiador. lib.* 9. *var. cap.*18. *Seſe deciſ. Aragon.*93.*num.*14. *tom.*1.

3 *Valenz. cit. loco num.* 2. ut prætereà jure merito theriaces Epitheton contra Judicis venenum à *Bal.* adepta fuerit in *l.unic.in fin.C.de moment.poſſeſſ.* quem inſequuntur *Caroc.de except. except.* 44. *num.*2.*&* 3. *Caſ. Argel. tract. de acquir.poſſeſſ.q.*2. *artic.*4. *num.*153. *Franc.Mar. Prato reſponſ.crim.* 6.*num.*4.*& reſponſ.*9. *n.* 2. & noſter *Caravit. ritu* 256. *n.*3. quem laudat *Scialoya in prax.forjudicat. cap.*14.*n.*1.

Hanc pleriq; juri naturę adſcribunt, quippè cujus eſt defenſio, *tex. vigore in Auth. ut conſequenter C.de ſentent.interlocut.* ibidemque *Fulgoſ. Bal.in l.tale pactum* §.*qui provocavit in* 2.*lect. nu.* 33.*ff.de pact.Rot.Roman. dec.*16. *ſub tit. de dol. & contum.in nov.quæ incip.cum jura clamitent Brunon. à Sole in ejus jur.compend. verb. appellatio eſt defenſio, Valenz. memor.loco*. Unde nec ſtatuto tolli poteſt, nè appellare liceat, exclamat poſt alios *Mynſinc.lib.*1.*obſer.*14. cujus contrarium ex *Bald.* inſinuant *Hieron.Magon.dec. Lucenſ.*15. *nu.* 11.*&* 12.*Petr.Caball.reſol.crim. caſ.*110. *num.*19. quorum placita declarat *Camill. Borrell. in ſumm. dec.tit.*33. *de appell.à num.*1221. & ipſemet Prin-

4 ceps juſtam intercipere nequeat, ex *tex. in c. qui ſcit* 2.*q.*6. extendit *Vaſq.*1.*cont. uſ.c.*1. *num.*4. *&* 5. & ex his liquidò emergit, quam tutiſſimè *Dom. Conſil.Onuphrius de Palma* tunc M.C.V. Fiſci patronus ſolertiſſimus ad tuitionem fiſcalium jurium, ſupplici legali libello hujus Regni tunc clavum ſuſtinenti porrecto, expetiit omnes aboleri, ac ſupprimi junctas, & delegationes (quibus totalis tranſumitur appellatio) ſine S.M. placito conſtitutas, imò contra geminatos ejus ordines erectas tranſcriptos per *Reg. Sanfel. deciſ.* 411. *& in prax.judic. ſect.* 16. *num.* 13. Excipit tamen idem Dom.Onuf. de Palma caſus, quibus illas formare Principi videtur, urgente cauſa, & qualitate perſonarum inſpecta, pro uberiori cultu juſtitiæ in *ſuo reſponſo*, quod cum aliis ad tanti viri laudem, & publicam erud itionem imprimendum elaboravit indiſſolubili familiaritatis jure ei conjunctus *Franc.Mar.Prato inter ejus reſponſ.crim.reſp.* 44. Quibus autem in caſibus auferri poſſit appellatio, quive ſint effectus clauſulæ appellatione remota enumerant *Franch.in cap.Paſtoralis de appellat.Vital. Gamban.in tract. claſ.in clauſ.appellat. remot. Mynſing.cent.*1, *obſer.*3, *Alber.in repert. lit.C. verbo clauſula appellatione remota, Mandoſ. in tract.de inhibit.q.*86. *Dum. regul.*43. *appellatio juſta, Camil.Borrel.proxim.memor. loc.à num.*659. *& num.*1212.*P.Fragoſ.de regim.Reipub.tom.*1.*par.* 1.*lib.*8.*diſp.*24. §.12. *de appellatione remota per tot.* abunde illè materiam exorditur, *& num.* 225. advertit præfatam clauſulam tollere dumtaxat iniquam, temerariam, ac frivolam appellationem ex communi DD. conſenſu, & ſubnectit nonnullos utiles effectus ex ea exorientes. Quod ſi quis argute nedum frivolam, ſed quamlibet appellationem ex ea denegari aſtruxerit, adhuc recurſus ad Superiorem non denegandus, *Imol. conſ.*142. *nu.* 3. *Gramm. dec.*35. *Gallerat.de renunc.tom.*2.*cent.* 2.*remed.*178.*num.*8. *Menoch.in add.ad lib.*1.*de arbitr.q.*70.*num.*12. *Seſſe de inhibit.cap.*5.§.5.*& dec.* 335.*num.*1. *Valenz.memor.conſ.*195 *num.*37.*Auns meus ad Capyc.dec.*111.*R.de Mariu.lib.*1.*reſol.*150. *num.*7. ad ſupplicationis inſtar, quæ conceditur, remota appellatione *Lancel. de attent.* 2. *par. cap.* 19.*num.*9. *Caſar Barz. dec. Bonon.* 87. *num.*22. & Summi Pontificis, ſivè Principis ſententiæ appellationis incapaces, *Caphal.conſ.*314.*num.*103.*vol.* 3.*Maſtril.dec* 32.*num.*1. *& de magiſtrat. lib.*3.*cap.* 4.*num.*209.*&* 364. *Peregrin. de jur. fiſc. lib.*1. *tit.* 2.*num.*29. *Velaſc. dec. Luſitan* 51. *num.* 4. prout ſunt ſententiæ noſtri S.C. *Maſtril.dec.*158.*num.*2. *Polidor.Ripa obſer.*334. *num.*1. ſupplicationes, & reclamationes ex ipſius Principis, & Senatus be-

5 nignitate, atque gratia admittunt *Affl. deciſ.*341. *ſub num.*3.*Didac. de Mari ad Gramm.*35.*dec.cit. num.*2.*&* 3. apud idem tamen Principis conſiliarium,

rium, *Marant. dict.p.6.act.2.princip.verb.& quandoque appellatur num.12.Boss.tract.crim.tit.de supplic. advers. rem judicatam*, & realitèr sententia priùs executa, *Afflict. dec.358.* cum declarationibus, quas conglomerant *Gallupp.in prax. S.C.p.3. cap.4. num.35. Reg.Sanfelic.in prax.judic. sect.60.* Nosque alibi attingemus, quamque prærogativam, etiam sententiis Regiæ Cameræ, *prag. 37. de offic. procur.Cæsar.* clypeo tribuit *Reg.Rovit.ibidem.Franc.Mar.Prat.lib.1. pract.obser.50. num.12.*

6 Tantum enim illarum executio retardatur nullitatum remedio *l.4.§. condemnatum ff. de re judic. l.1.quando provocare non est necess.Borrel.in summ. decis.tom.2.tit.32.de execut.sententiæ à num.48.* ex actorum inspectione apparentium *Affl. decis.283. Reg.Sanfelic. Avo meo ad Capyc. decis.167.* laudato in *add. sect.60. num.38.* quod speciem appellationis esse advertit *Isern. in cap. 1. §. hic enim non cogentibus ver.idem si agatur causa nullitatis, si de invest.inter dom. & vassall. lis oriatur*, & manus Judicis ligare monent *Vant. de nullit. tit. 6. num. 16.Ginrb. dec.70. num.7.* & appellatione remota, illud competere, colligitur, ex notatis per *de Franc. dec.232.& 688. num.3.Affl.in constit. Reg. pœnam eorum tit. de bannit. & forjudic. num. 55. Ann. alleg.93.* Tempus autem illud deducendi adversus decreta interlocutoria, vel definitivi vim habentia est dierum sex post illorum judicialem notificationem, sic expressè statuente *Reg. prag.4. §. 16. sub tit.de dilat.* ibidemq; optimus enucleator *Reg.Rovit.* advertit, & observat practicus *Jul. Cas. Gat upp. in prax.S.C. de remed. nullit.p.3.cap. 6.* quinque copulativè requisita, ut præfatum remedium sit potens ad actum suspensivum decreti, vel sententiæ executionis producendum.

7 Sed an dies prædicti à *prag.* præfixi sint utiles, ità ut recipi debeant nullitates post nonnullos dies, lapsis illis sex, ex quo dies termini fuerunt feriati. Invenio invicem pugnantes decisiones, nam *D.Cons.Jo.Baptista Hodierna lib. 1. contr. for. 48.* junctis aulis S.C. sub die 8. Martii 1652. tradit decisum fuisse recipi nullitates post lapsum dierum sex, ex quo prima dies post illarum notificationem fuerat feriatus. Contrariam verò determinationem refert *D. Cons.Rocc. tom.2. respons. 2. sub num. 12.* quam iterùm amplexatum fuit S. C. in causa Jo.Baptistæ Cammardella cum Agnesia Tafuro sub die 18. Augusti 1659. referente *Dom. Cons. D.Joanne Vallenilla*, pœnès Actorum Magistrum de Neapoli.

8 An autem deductis nullitatibus intra limites sex dierum, possint aliæ superaddi, præfixo termino absoluto, ante decisionem primarum, in hæsitationem vertitur. Et ipse pluriès respondi hoc jure permitti, posseque alias non semèl, sed pluriès addi nullitates, cum huic assumpto non adversetur, neque resistat *prag. præfata sanctio*, sed illud sub juris communis dispositione omisit, quo attento absque temporis præfixione licitum est apponere, & addere alias nullitates *Vant.in tract. de nullit. rub.quoties, & intra quod tempus num. 8.* quæque dum mandat in *add.§.18.* hisce verbis: *Che non si possa dir de nullità, se non frà sei giorni, doppo che saranno intimati, & notificati, & proponendosi elasso il detto termino non se ne tenghi conto alcuno*, propositus nonnullis infra concessam dilationem validè cum deposito satisfactum est illius verbis, fini, atque menti, quæ fuit resecando dilationes, litibus finem imponere, quod obtinetur quotiescunque aliæ adduntur ante decisionem in termino propositarum; non enim est dicere de nullitate de novo, sed unum est dicere de nullitate non diversum, & ex additis nullitatibus fit eadem petitio, & dispositio cum prima petitione, & dispositione, quod est propriè addere, *Angel. in l.scire num.1. Alex.num.7. & 8. & Imol. num.2.* quiq; *Alex.* subdit, ex additione non fieri novum contractum, nec novum libellum, neque aliud persolvendum vectigal. Additio enim pars dicitur illius, cui additur, omniaque repetita censentur in illa, quæ in prima dispositione erant, *l.sed si manente ff.de precar.Card. Zabarell. in Clem. statutum de elect. Gozadin. cons 79. num. 11.* & nullo tempore illa prohibetur, etiam elapso termino dictæ dispositionis, cui fit additio, ut in mutatione libelli, & similibus, loquuntur *Jo.Bolognet. num.75.Paul.de Castro num.6. Bar.* cæterique in *l.edita, C.de edend.* huicque meæ assertioni subiicio plures è Sacro Consilio emanatas determinationes in causa Francisci Antonii Aquavivæ cum Sedili Nidi, cujus memor est *Mich.Ang.Gizz. ad dec.36.num.14. Reg.Capyc.Latro lib.1.* In causa Principissæ Scillæ cum Ducissa Atri, & in causa Principis Ascoli cum Jo. Francisco Grimaldo Marchione Giojæ, junctis duabus classibus S. C. cum adjunctis *Commiss. D.Franc. Ant.Mosettula*, tunc Consil. amplissimo, nunc Regente meritissimo de Martino Act. M. & novissimè in causa Principis Scillæ cum ejus creditoribus super affictu ejus status fuerunt bis additæ nullitates, illæque receptæ sub die 17. Julii 1659. referente *D. Cons. D.Joanne Vallenilla* cum interventu Domini Præsidentis S.Cons. Zufiæ, & adiunctorum in Banca Figliolæ, in qua fuit observatum, quod in primis nullitatibus fuerat potestas aliàs addendi reservata. Quod si de novo addantur, discussis, atq; primis decisis, nullo modo recipi possunt; hoc enim esset de novo dicere de nullitate, quod *prag.* omnino vetat, & hoc est quod eadem *pragm. statuit in §. 16.* esse omnes nullitates proponendas eodem tempore, ut non amplius requiratur decretum, ut proponantur juxta verba expressa ejusdem *prag.* non verò, ut sine decreto, & ante decisionem deductarum, non possint aliæ addi, ex adductis per *Caroc.in tract.de remed. contr.præjud. sentent. except.47. num. 71.* & declarat *Muta dec. Sicil.15.n.6.& 12.*

Nullitates verò notoriæ, atque evidentes, maximè ex corpore decreti scatentes admittuntur, etiam elapso termino præscripto à *pragm.* juxta communem opinionem in simili dilaudatam per *Bal.cons.119.lib.2.& cons. 225. lib. 5. Ancharan. cons.211. Dec.cons.38. num.5.Gozadin.cons.72.num. 12. Roman.cons.42.Roland.Cavagnol.in decret.Montisfer.decret.139. p.Luc.Pat.in prax.cap.1.de caus. nullit. num.31. Azeved. lib.4. recompil. tit.17.l.2. num.31. Galganett. ad statut. Urb. lib.1. cap.191. ver.de nullitate post annum*, & commune inquit *Rodriq. de ann.reddit.lib.1.q.16.* latèque *Scacc. de appellat.q.19. conclus.4.num.45. Nig. Cyriac. controvsr.499.num.8. Fontan. dec. 16. num. 20.Cancer. var.resol. tom.2. cap.15. de literis vul. requisitoriis*

fitoriis

ſtorlis num.42. & p.3. cap.17. de ſenten. num.51. ad 58. Antonell. conſil.45. Reg. Rovit. deciſ. 81. & in terminis *Reg. Sanfelic. deciſ.* 299. *numer.* 7. *lib.2. Franc. Mar. Prat. lib.1. diſcept. forenſ. cap* 30. *num.*16.

9 Nullitates autem adverſus S. C. ſententiam deduci poſſunt infra decennium decurrendum à die notificationis mandati de parendo, quando proponuntur per viam actionis principaliter, executa jam ſententia, ut expreſsè diſponit *prag.* 77. *de offic.* S. C. vulgo dicta *delli 28. capi* ſituata in noviſſimo C. *pragm. ſub tit. de dilat. cit. pragm.* 4. reſtringens jus commune, quo triginta annorum ſpatium eſt elargitum, *Bar. in l. ſi expreſſim ff. de appell. Vant. tit. de nullit. Rub. quoties, & intra quod tempus num.* 8. *Mynſ. pract. obſervat. tit.* 24. *num.* 36. *Muſcatel. in prax. S. C. lib.* 2. *par.* 1. *Gloſ. nullitatis num.* 12. Imò ſemper, & quandocumque *ex Jaſon. conſ.* 166. *num.* 4. *lib.*2. obſervat *Calvol. in prax. judic. rubr. excep. quand. deb. opponi concl.* 1. *num.* 50. *Reg. de Marin. lib.* 1. *quotid. reſol. cap.* 27. *num.* 10. quoque caſu requiritur libellus ac litis conteſtatio, ſuntque declarandæ nullitatis ſpecies, *Ann. alleg.* 22. & nullum exquirit depoſitum, advertit *Laganar. ad Rov. ſuper pragm.* 5. *lit. A. de offic. S. C.* & confirmat *Reg. Sanfelic. dec.* 96. *num.* 2. de quo memor extat *Thor. in ſupplem. compend. dec. verbo nullitates propoſita.*

Non parum tamen diſſidii inter DD. extitit, an præfata municipalis ſanctio reducens dilationem annorum triginta dicendi de nullitate ad annos decem vendicet quoque locum, ſi nullitates exceptionis remedio opponantur. Caſus evenit in Sacro Regio Conſilio inter univerſitatem meæ Terræ Caccaboni, cujus partes tuebar cum hæredibus Franciſci Marcheſciano, etenim prædicti hæredes nullitatibus per Univerſitatem anno 1652. oppoſitis adverſus ſententiam in eorum beneficium è S. C. manatam, ſub die 19. Decembris 1640. qua referente *Conſil. Didaco Salinas* fuit condemnata reſciſſo contractu ad ſolvendum Franciſco Marcheſciano ducatos bis mille capitalis, una cum tertiis decurſis uſque ad diem litis conteſtatæ, & ab inde in antea cum intereſſe dicti capitalis ad eandem rationem tertiarum non eſſe locum aſtruebant, illis deductis poſt mandatum de parendo, elapſo jam decennio. At ego ſanctiſſimo illo remedio Univerſitatem perpetuò juvari ſententia tamen realiter non exequuta, attentis maximè Supremi Senatus æquitate, evidenti ejus juſtitia, notoria leſione, ac paupertate, juribus, rationalibus, ac ex recepta DD. ſententia rebuſque deciſis oſtendi. Adduxi namque ad hanc ſuſtinendam aleam ex noſtratibus *Conſil. Carleval. tom.* 2. *diſput. jur. lib.* 1. *tit.* 3. *diſp.* 16. *num.* 8. *Gallupp. in prax. S. C. par.* 3. *cap.* 6. *num.* 20. *Franc. Mar. Prat. ad Muſcatell. par.* 1. *Gl. nullitas ver. quandoque fuit dubitatum pag.* 369. *& lib.*1. *diſcept. forenſ. cap.*29. *nu.* 14. *& cap.* 30. *num.* 2. & nunc addimus *Dom. Conſil. Rocc. tom.* 1. *reſponſ.* 95. & ex exteris ſermocinantibus in ſtatuto noſtræ ſtatutariæ diſpoſitioni conformi *Achil. deciſ.* 5. *de conſtit. & deciſ.* 6. *eod. tit. Rot. diverſ. deciſ.* 941. *lib.* 3. *Paris conſ.* 54. *num.* 41. *lib.* 3. *Soccin. conſ.* 46. *num.* 42. *Caccheran. dec. Senat. Pedem.* 142. *nu.*31. *Joſeph. Seſſe de inhibit. cap.* 2. §. 5. *num.* 26. quin & rerum judicatarum autoritate illam convallabam, nempè in cauſa D. Alonzi Sances cum D. Aloyſio Sances in qua fuerunt poſt viginti annos receptæ nullitates adverſus ſententiam per viam exceptionis deductæ, expedito mandato de parendo, ut ex decreto S. C. ſub die 20. Decembris 1644. in proceſſu dictorum de Sances fol. 557. in banca nunc de Neapoli, Gallo Scriba. Unde juxta plenius exarata in meo reſponſo propediem cum aliis, Deo favente, typis tradendis, deciſum fuit in gratiam dictæ univerſitatis, quod procedatur ad diſcuſſionem nullitatum de menſe Decemb. 1652. referente D. tunc *Conſ. de Aquino* penès Figliolam Act. M.

10 Quæ autem pro hujuſce Ritus declaratione adiicere expediret, præter re cogimur ob *Muſcatell.* copiosè tractantem *in prax. de appell. par.* 2. *gloſ.* 1. *& gloſ. finiendum à num.* 3. & ibidem *Franc. Mar. Prat.* doctiſſimè addentem quinque *Muſcatell. in gloſ. debes à num.* 12. poſt, deguſtatum quæſitum à *Carav.* trutinatum quodque de jure communi, extricant *Henric. Boich. in cap. per tuas de appellat. Guid. Pap. & add. deciſ.* 58. ſi ad incohandam appellationem requiratur libellus aut litis conteſtatio; *num.* 20. *&* 23. deſignat praxim Regiarum Audientiarum Magnæ Curiæ Vicariæ, & Sacri Conſilii, & *Prat.* accuratè indicat modernam. Praxim verò Curiæ Archiep. Neap. oſtendit *Olivam ad ritum ejuſdem Curiæ* 36. *num.* 13. ad eos lectorem relego.

Quæ verò ipſius appellationis materiam tangerent, ſimiliter omittimus, cum non ſolum latiori ſermone ſcripſerint *Reg. Rovit. ſuper pragm. de appellat. Gallup. in prax. cit. S. C. par.* 3. *cap.* 4. *à num.* 1. *Viſconti in concluſ. iur. verbo appellatio Hieronym. Nicolin. in prax. iudic. civil. par.* 1. *nu.* 138. *ver. inhibitoriales, Epiſcop. Campanil. in dev. iur. can. rub.* 11. *cap.* 13. *à num.* 247. Sed & nos aliqua inferiùs in *rit.* 253. & 262. ſumma-
11 tim adnotamus; hinc tantum addimus, quod plerumque accidere poteſt, ut acta minimè obſtent in ipſa inſtantia appellationis, niſi fuerint in ea reproducta ex *Retali dec.*16. *n.*2. *in fin. de reſtit. ſpoliat.* & fuſiùs tractat *Marius Anton. variar. reſol. Macerata reſol.*94. *n.*9. *lib.*1.

Dicimus inſupèr, quod etſi à Vicario genera-
12 li ad Epiſcopum appellatio denegetur, qua de re *Marant. in ſpecul. p.* 6. *verſ. & quandoque appellatur à num.* 376. etiam in cauſis ſpeciale mandatum exigentibus, & ſimul in litteris Vicariatus conceſſis quamvis ſpecialium ex cumulatis per *Joan. Narbon. in tract. de appell. à Vicario ad Epiſcopum par.* 1. *num.*251. quin, & ſeparatim ſi illa fuerint addita verba; hæc Vicario noſtro committimus, ampliantes, & extendentes priorem poteſtatem per nos commiſſam, ut ille aliorum fretus doctrinis nititur defendere *num.* 255. ta-
13 men ſi à Vicario generali conſtituto in aliqua tantum Civitate, appellatio ſine dubio admittitur ad ipſum Epiſcopum, idque pluribus adductis tutatur *Garſia tract. de benefic. par.* 5. *cap.* 8. *num.*27. *&* 33. idemque *Narb. num.* 174. exploſa contradicente *Calder.* ſententia *conſ.* 2. *de appellat. & Sbroz. de off. Vic. lib.*3. *q.*2. *num.*5. à delegato

legato etiam ipsius Episcopi ad eundem itidem interponenda est, ut scripsit *Campanil. indicato cap.13.*

Tandemque Principis generica adducta conclusio negativa citrà dubium restringitur procedere à sententia diffinitiva Vicarii Generalis, etenim ab illius interlocutoria non est vetitum, quo minus ad Episcopum per viam recursus à gravamine interponatur per *glos. in cup. non putamus el 2. ver. officiali de consuetudine in* 6. assentiuntur inibi *Lapus num.* 1. *Gemin. num.*3.*& Franc. nu.*4. *Puteus dec.*50.*l.* 2. *Jacob. Laur nt.tract. de judic. suspect. cap.*4. *nu.*12. præfatusque *Narb. num.* 175. & de sententia Vicarii foranei an appelletur ad Episcopum *Ricc.* loquitur *par.* 1. *dec. Cur. Archiep.*8.

Verum si ad aliquem fuerit provocatum Judicem, quem appellavit, ab eoque variare, relegamus avidum lectorem ad cumulata super hac re per *Ostasc.decis.Pedem.*131. ex qu bus illud potissimum seligas, nè liceat si priori vice ad Principem fuerit appellatum,utique vero si ad inferiorē à principe,& ad eum altera vice fuerit provocatū,idq;speciatim *n.*14.tutatur;Haud tamen ignorare liceat decendium ad provocandum non labi aut currere, si interim de nullitate sententiæ principaliter, & probabili ratione dictum fuerit, ex *Bal.in l. contra majores prope finem, C. de inoff. testam.* cujus dictum extollit ae nobile esse testatur *Hippol.de Marsil.singular.*152.succumbens.

17 Ille verò qui acquievit sententiæ non amplius queat appellare ab illa, vulgata sunt jura, etiam si tacitè idque in eo potissimum contingit *l.*, qui soluit, vel petiit dilationem ad solvendum, *ad solutionem, C. de re judic.* & conferunt *tex. in l. si filius emancipatus ff. de minor, & in l. si Julianus §. fin. ff. ad Maceden.* (etiamsi per procuratorem præfatam petierit dilationem, *Marsil. singul.* 186. id quod declarare *Vrsill.* videtur ad *Affl. dec.* 78. sed potiùs intricatè ipsum notat *Auus meus ad Gramm. dec.* 103. *num.* 48.) *Innoc.* per illum *tex. in cap. quoad consultationem num.* 1. *in fine*, ibiq; *Abb. num.*15. *de sent. & re jud.* ajentes procedere, respectu appellationis interpositæ, non interponendæ, si decendium nondum lapsum fuerit, cujus veritas indaganda erit apud *Cevall.* copiosè extricantem *opin. com.*732. *pag.* 2. Dummodò sponte solverit, & non Judicis mandato, ex *text. in l. cum ex causa judicati ff. de appellat. Guid. Pap. singul.*813. & proindè *tex. ad in l. absolutionem*, locum non vendicare in solvente, vigore sententiæ S. C. quæ executionem habet paratam, advertit *Ursill. add. ad Affl. decis.* 78. *nu.* 8. adjungens *num.* 9. etiam in solvente vigore laudi de quo memor est *Auus meus ad Capyc.dec.* 68. *num.* 1. *& ad Gramm. decis. add.* 103. *num.* 48. *Avendan. de mot. lib.* 2. *cap.* 25. *à num.* 24. *Gallupp. in prax. S. C. par.* 3. *cap.*4. *num.* 13. cæteras ampliationes, & limitationes tradit *Gabr. commun. opin. lib.* 2. *conclus.* 3. *tit. de appell. nu.* 2. Evenit etiam in eo, cujus beneficii possessionem adeptus est alter, ipso sciente, nec contradicente; cui alioquin daretur tanquam possidenti de tempore motæ litis mandatum de manutenendo, juxta *§. retinenda inst. de inter* fit nihilominus denegandum ob talem consensum, *Rota in illa Civitatis Castelli bonorum* 8. *Novembris* 1589. coram *Pampilio*, *ac Narnien. Terrarum* 5. *Novembris* 1597. coram *Littu*; est etiam *dec.* 131. *num.* 1. *& decis.* 132. *etiam num.* 1. *par.* 1. *diver.*

18 Tandemque licet appellatus uti adversarii appellatione valeat *Borreil. in summ. decis. tit.* 33. *de appellatione num.*1200. *Trentacinq. var. resol. lib.*2. *resol.* 6. in eo tantum militare casu advertimus, quo ille simpliciter provocavit, secus si in parte, & partibus, & quatenus contra, quippè, quod sententia si plura contineret capita, quorum aliquod faveret appellanti, quia non diceretur ab eo provocasse utique respectu illius fecisset transitum, neque prædictus appellatus posset in eo audiri, intuitu appellationis interpositæ ab adversario, *Franc. Marc. dec.* 143. *nu.* 13. *part.*2. *Magon. dec. Florent.* 55. *sub. num.*8. *Surd. dec.*143. *num.*3.*Gratian. lib.*1. *discep. forens.cap.* 1. *Visconti in conclus.juris verbo appellatio ab uno* & opitulatur *Rota decis.* 365. alias 23. *de re judic.in novis*, in illis verbis, *nam ex quo per unam partem fuit appellatum à tota causa*, sed consule *Afflict. & Ursill. decis.*141. *decis.* 467. *num.* 2. *decis.* 658. *num* 1. *Gratian.dec.* 23. *Jo. de Amicis cons.* 92. *Reg. Valenz. cons.* 49. *num.* 19. *lib.* 1. Et quod in Gallia simpliciter appellans,invito appellato,renunciare valeat, testatur *Rebuff. ad constit. Gallia tom.* 3. *tit. de appellat. & judic. art.* 15. *Glos.*3. *num.* 17. cujus meminit *Prat. ad Muscatell. lib.*2.*p.* 2. *glos. rescribetur ver. sed non injucunda.*

Appellatio verò ab uno ex condemnatis facta omnibus eandem habentibus causam prodest, quamvis sententia plura, sed annexa, vel connexa contineret capitula, *Galluppus d.par.*3. *cap.* 4. *num.*10. *D. Consil. Rocc. tom.* 2. *respons.*17. *nu.* 13.Quod si unus ex condemnatis appellationi renunciaverit, an alter possit ea uti, *Ursill. ad Affl. dec.*89.*n.*3.aliique adducti per *Gallupp. cit. loc. n.* 12.Hæc pauca,& notabilia in ista materia,Lector, percurrere nè recuset.

RITUS SEPTIMUS.

Officiales non exeant ab hac Civitate absq; Proreg s licentia.

Item quod nullus Officialis debeat recedere à dicta Civitate Neapolis, & extra ipsam Civitatem se personaliter conferre, nec infra Regnum, nec extra Regnum sine expressa licentia Locumtenentis, seù Magistro Justitiario, si personalitèr eo tempore resideret in prædicta Civitate Neapolis. Item quod in dicta Curia nullus Officialis per substitutum suum possit servire, sed debeat personaliter suum officium exercere.

SUMMA RERUM.

1 *Quæ sit communis omnium utilitas, quæ Civium.*

vium concordia si Magistratus in Urbe adsit, ostenditur.
Damna, quæ ex illorum absentia Reipublicæ proveniant, demonstrantur.
Navi similis est Respublica.
Rex non debet indulgere somno, nisi habet fidum & vigilem Præfectum.
2 *Officiales Regii, & Baronales, tum jure communi, tum Regni recedere nequeunt à loco officii.*
Etiam jure hispanico id prohibetur.
Completo tempore debent expectare successorem.
3 *Excellentiss. de Pinnoranda Comes novis ordinibus discessum ex Urbe Magistratibus interdixit.*
4 *Principes multum delinquunt, si absint ab Urbibus, & exemplis comprobatur.*
5 *Summus Pontifex non potest deserendo Almam Urbem alio in loco cum Curia residere.*
Cardinales à Curia abesse non valent, absq; ipsius Papæ licentia.
Qui si sint Episcopi excusantur à residentia, & fructus beneficiorum percipiunt, etiam non residentes.
6 *Ignominiosum est militi in acie fugam capere, & quæ sit pœna.*
Quid si discedat non animo deserendi militiam, sed ad finem prospiciendi parentum valetudini, an deliquisse dicatur, si post aliquot menses revertatur.
7 *Vassallo, & servo probrosum est dominum suum in prælio periclitantem derelinquere.*
8 *Possit nè magistratus tempore pestis ex Urbe discedere, inquiritur.*
Excell. Comes de Castiglio Officiales, qui se in fugam hinc contulerunt anno 1656. aliqua pœna affecit extra Urbem diù retinendo.
Perpauci tamen eo tempore fuere è Magistratibus qui mortis metu alio fugerint, cæteri publicæ utilitati operam navarunt, à quibus nonnulli victimas se se immolarunt.
Magistratus nomen non est felicissimi, sed vigilantissimi, non desidiæ, non socordiæ, sed laboris diligentiæ, & curæ; & alia traduntur.
9 *Salarium debet consequi pro tempore absentiæ, si cum licentia discessit.*
Quid in lectore, inquiritur, utrum honorarium illi præstetur juxta determinatarum numerum disputationum, an verò annuo muneri respondeat.
10 *Quod si tempore statuto non redierint, integro salario privantur.*
A qua multa excusantur, si casu, & justè fuerint expediti.
Causa potens erit infirmitas.
Sanitas, si aliter recuperari non potest, an impunè possint abire, insalutato superiore?
11 *Si durante absentia alius subrogetur, salarium subrogato tantum debetur.*
12 *Beneficiatus non valens percipere fructus, si non residet, illos percipit, si fuerit absens ex causa publicæ utilitatis, vel Ecclesiæ vel ordine superioris vel ex causa studii.*
Sed an distributiones quotidianas, quæ ils, qui inserjunt tantum dantur.
Quid si consuetudo fuerat, & praxis Capit. Neap. remissivè recensetur.
Et si facto Capituli fuerit impeditus.
13 *Collegium Neapolitanum, quibus Senatoribus constet.*
14 *Pecuniaria munuscula illis debentur pro doctoratu, dummodo adsit in Collegio.*
15 *Officiales nostri, & aliquando alii, qui pro Regia, vel publica utilitate absunt, sunt exempti ab accessu ad Collegium, & ipsis absentibus dantur munuscula.*
16 *Eminentiss. Cardinalis Philamarinus Archiepiscopis Neapolitanus, unus ex quatuordecim senioribus jure peritis Collegii, pecunia munuscula, an consequi debeat, quamvis in Collegium non accedat.*
Casus decisus, & diploma Collateralis Consilii recensentur.
Nonnulla de sublimi Cardinalatus dignitate traduntur.
17 *Officialis servire non potest per substitutum.*
18 *Feudi devolutio contingat nè ex ingressu feudatarii tantummodò in Religione, àn ex professione in ea emissa.*
Quid in Novitia.

1 QUæ sit communis omnium utilitas, quæ Urbium faustitas, quæ civium concordia, si praito sint Judices si Magistratus adsit, nemo audet in contentionem, aut in controversiam vertere, adeò ut nihil eorum absentia perniciosus judicetur; Præficitur ad salutis tutamen, ad vitæ propugnaculum Judex, qui si longius, at diutius absit ab Urbe, quot vitia grassabuntur in populo, tot apertæ erunt fauces ad exorbendum Civitatis cruorem, salutemque evertendam; Volitant quasi vultures ad rapinàm, ad cædem scelesti homines, circumeunt furiosi in perniciem omnium inhiantes, quam assiduè, vel inferunt, vel minantur, quibus dum absunt Reipublicæ Ministri, si pateat aditus in Urbem, effreni statim licentia, triumphat impietas, intereum homines diripiuntur bona, seditiones insurgunt, Religio ipsa violatur; Navi similis est Respublica, qui si clavi gubernator desit, statim in syrtes, in scopulos incidet; ac certum naufragium; non semper excelsa murorum fastiga, turres, & propugnacula Urbem tuentur, hostemque propulsant etenim si absint ab illa juris ministri, continuò civili bello, ac seditionibus devastatur, Magistratus præsentia lites evellit; contentiones præcidit; improborum audaciam coercet; proborum saluti consulit, pacem servat, omnes denique in publicam tranquillitatem pullulantes vitiorum stirpes averruncat; Unde *Plato lib. 3. de legib.* scriptum reliquit, Magistratus in Urbibus noctu vigilantes hostibus terrori esse, & cum Philippus Rex Macedo in Castris existens obdormuisset in utramq; aurem, è somno experrectus; Tutò dormui, inquit, vigilavit enim Antipater (& addit *Plutarc.* hoc referens) subindicans non esse Regum indulgere somno præsertim in bello, nisi habeant fidum, & vigilem Præfectum.

Quæ cum ita sint, nè officialium absentia Urbus noceat, neu jaceat propterea veluti in tenebr

nebris Respublica (soli enim similes sunt Judices, qui lucem æquitatis omnibus ad virtutem præferre debent) merito Ritus conditores expresse prohibuere Officialibus Civitatis fines excedere, absque expressa venia à Locumtenente obtenta, quem recessum jus etiam commune interdixerat ad breve quoque tempus, *in l. illud* 15. *ff. de offic. Præsid. Illud, Martianus* inquit, *observandum est, nè qui provinciam regit, fines ejus excedat, nisi voti solvendi causa: dum tamen abnoctare ei non liceat, in l. si quis decurio la priama, C. de decurion. lib.*10. cujus vigore hanc statuit resolutionem licentiatus *de Pisa in sua Decur. Pisan. lib.* 3. *cap.* 2. Rexq; Robertus *in cap. Regni* 211, implicitè hoc prohibet cum pœnam statuit reddendi duplicata gagia si recedant absq; licentia. Cavetur insuper apud *Hispanos in l.* 10. *tit.* 16. *lib.*2. *ordin. Reg.* quod correctores, Provinciarumq; Præsides continuò resideant, salariumque pro tempore residentiæ dumtaxat percipiant, neque exeant extra fines suæ Provinciæ, nec per noctem unam, de quo meminit *Fragos. de regim. Reip. p.* 1. *lib.*4. *de stipend. Magistrat. debit. disp.* 9.*nu.*62.

Quæ nedum Principis officiales Neapoli com-
2 morantes, sed quoscunque alios sivè Baronales complectuntur, & usus, atq; observantia sic obtinuit teste *Carav.* hoc eodem *in ritu num.* 2. & confirmat *Avus meus ad Capyc. dec.*125. *num.* 1. *Gizzarell. dec.* 30. qui sermocinatur de Præside, à Provincia sibi commissa, absente absque licentia cujus *decis.* rigorem moderandum arbitratur *Reg. Tapia de præstant. Reg. Cancellar. tit. de potest. num.*68. *Reg. Rovit. super prag.*8. *num.* 2. *de offic. Judic.* & declarat *Angel Scialoya in prax. foriud. cap.*19. *à num.* 27. *Viv. dec.* 356. *lib.* 1. non levi pœna mulctandos Baronum officiales deserentes officia, & præsertim illorum privatione advertit & de Consiliariis Regiis loquitur *Boer. de auth. magn. Consil. num.*153. & in Auditoribus Provinciarum sanciunt *Reg. Pragmat.* 7. 8. *&* 17. *sub tit. de offic. Justit.* meminitque post *Carav. rit.*64. *num.* 3. *& Tap. loco adduct. Thor. ad Jo: Grand. de bello excl. ad specul.* 69. *pag. mihi* 51. *Capibl. prag.*5. *de Baron. num.* 105. *D. Cons. Rocc. lib.* 2. *resp.* 65. *à num.* 13. hunc ritum *& Carav.* adducens, & ordines Collateralis Consilii rescribi *Danza de pugna DD. t.* 1. *tit. de offic. Auditor cap.*1. *num.* 6. quodq; servari etiam in Advocato fiscali decisum indicat *Viv. decis.* 37. *num.* 14. *lib.* 1, Quin? nec annualis officialis completo officio queit inde discedere, nisi post successoris adventum, juxta *pragm.* 4. *de offic. Judic.* quæ insuper pœnam adjungit ipso jure incurrendam inhabilitatis ad exercenda similia officia, confirmatam postmodum *prag.*10.*eod.add.tit.* & nos diximus *in rit.*2. *sub n.*49. *&* 54.

In continuis hujus Regni Proregis determinatũ tradit *Præs. de Frau.dec.*455. fuisse unum ex illis ab officio amotũ ob ejus discesũ extra Civitatem absque venia, dum illis discessus exactim proibetur ex *prag. edita de mense Junii* 1589. quæ haud redacta reperitur *in vol. pragmat.* & concinit *text.* tempora distinguens, atque de assiduis loquens qui continui appellantur *in l.* 3. *Codic. de domestic. & protector. lib.* 12, cujus meminit *Amend. ad Franc. decis. mem.*455. *num.* 2. *Carav. in hoc ritu* allegans.

Propterea Excellentissimus Prorex Comes de
3 Pinnoranda novis ordinibus discessum ex Vrbe Magistratibus interdixit, quibus nec ad modicum tempus, & in vacationibus ejusmodi facultas, extra Vrbem, scilicet se se efferendi conceditur,

4 Principes quoque in hoc multum delinquunt, quod nimirum absint ab Vrbibus, Oppidis, vel Ditionis suæ pagis, cum maximo subditorum detrimento, quibus absentes, nec providendum in egestatibus curant, neque eorum crimina punienda, vel innocentiam defendendam suscipiunt ex quo fit, ut scelesti homines arrogantiores evadant, bonique magis opprimantur, ad quod advertens *Sanctissimus Gregorius* exclamat, periculosum esse proretam in tranquillitate deserere navem, & multò magis in fluctibus; Exemplo sit Hæbreorum populi, quos quadraginta annorum interstitio Moyses illorum ductor nunquam deservit, at cum per quadraginta dies accepturus à Deo legem in Monte Sinai, insigni vice sui Gubernatore relicto Aaron, à populo se absentasset, statim ille constans, & adorans vitulum aureum in Idolatriam lapsus est.

Christi proindè Vicario deserere Almam Vr-
5 bem, non licet, aut alibi cum Curia residere, *Epis. Isern. Marc. Anton. Genuens. in opusc. Navic. Petri c.* 13. à qua nec Cardinales abesse valent absq; ipsius Summi Pontificis venia, *Menoch. de arbitr. Judic. cas.* 185. *Viv. dec.* 365. *Afflict. decis.* 289. *Avus meus ad Capyc. dec.* 125. *num.* 1. etiam si hi sint Episcopi, excusantur enim à residentia *Hjeron. Gigan. de residens. Episc. cap.*17. *num.*3. *Augustin. Germon. de Card. §. tibi quoad vixeris nu.* 10. *& Oltrad. cons.* 48. & possunt beneficiorum fructus personalem assistentiam, & curam requirentium, percipere non residentes, *cap. cum dilectus de Cleric. non resident. Oldrad. cons.* 46. *Pavin. de visitat. q.* 10. *num.* 38. *Villad. de Cardin. q.*13. *num.*62. *Laudens. de Cardin. quæst.*68. *tract.* 20. *Manfred. q.* 42. *privil.* 6. *Brunell. de potest. legat. conclus.*6.

Sic Militi quamvis vulnerato ignominiosum
6 est, si contra disciplinam militarem, & sacramentum militiæ, ab acie profugiat, & commolitones suos, quando hostibus est residendum, in summo vitæ periculo deserat, & capitis pœna ille mulctatur, *l.* 3. *in fin. l. omne delictum* 6. *§. qui in acie ff. de re milit. l.* 1. *in princ. l.* 2. *ff. de his qui not. infam. l. cum per absentiam, Cod. quib. non obst. longa tempor. præscript. Ursill. ad Affl. decis. indic.* 289. *num.* 1. *Petr. Gregor. syntagm. par.*2. *lib.*10. *cap.* 10. *nu.* 16. quod si facinus patraverit pacis tempore, Judicis arbitrio plectitur, *Jo: de platea in l.*1. *C. de desertor. lib.*10. quodque explicat *Thor. in supplem. compen. verb. Miles aufugiens.*

Quid si discedat non animo deserendi militiam, sed ad finem prospiciendi parentum valetudini, an in pœnam incurrat, si post aliquot menses revertatur? Negativam aleam in gratiam militis, ex *tex. in l. qui cum eo, §. fin. ff. de re milit.* sustinent *Felin. in cap. cum quidam de jurejur. Roman. in l. si ve-*

ſi verò , §. de viro , ff. ſolut. matrim. P. Azor. inſtit. moral. part. 2. lib. 2. capit. 3. verſ. Quinto quæritur.

Affirmativè reſpondent *Joſeph de bell. Judaic. lib. 8. Claud. Cator. de jur. milit. lib. 3. c. 3.* & diſputato articulo *Tullius Criſpoltus in lib. caſuum militarium caſ.* 9. tradit ita ipſum judicaſſe , cujus *Criſpolti* determinationem nimis duram , & ab ea in decidendo recedendum indicat *Franc. Mar. Prat ad Paſchal. de patr. poteſt. par. 3. cap. 3. ad num. 19. verſ. Ego verò* . Qua tamèn pœna afficiatur Capitaneus licentiam præbens ſtipendiario commoranti , *Gloſ.* obſervat *in l. 1. C. de commea.*

Ad inſtar ſervi , & vaſſalli , cui quàm glorioſum domino ſuo , vel in ſummo , ac certo vitæ
7 diſcrimine adeſſe , & mortem pro eo nedum timere , ſed & fortiter , ſi res petat , oppetere ; quemadmodum ſe geſſiſſe Philocrates C. Gracchi Opimii Conſulis ſervus dicitur , qui comprehenſus una cum Domino ab hoſtibus , ita corpore ſuo illius corpus , veluti ſcuto texit , totumq; complexus eſt , ut nullum ad eum vulnus , niſi per corpus ſuum antè transfoſſum deſcendere potuerit : tàm probroſum , plenumq; ignominia eſt, dominum ſuum in prælio periclitantem derelinquere , *c. unic. in princip. quib. mod. feud. amitt. capit. unic. §. Item qui dominum , quæ fuit prim. cauſ. benef. amitt.* & illius honorem non tueri , *Rimin. jun. conſ. 174. num. 37. Caphal. conſ. 295. num. 21.* quod in ſervo reprehenſibile demonſtrant *tex. in l. 1. §. cum dominus 31. & §. ſuſtuliſſe autem 35. l. cum dominus occiditur 19. ff. ad S. C. Silan. & Claudian.*

Verùm poſſit nè Magiſtratus tempore peſtis
8 ex Urbe diſcedere abſque licentia , in controverſiam revocatur ; Et juſtam illam præbere cauſam excuſationis , indicant *Neviz. conſ. 51. num. 10. Ricc. in prax. reſol. 356. Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 2. caſu 153. num. 11. Ripa de peſte tit. de privil. contra ct. num. 143. Philibert. Marchin. de Bello Divino p. 1. c. 5. Henric. Boich. in c. quoniam frequenter , 5. ut lite non conteſt. Moneta de diſtrib. quotid. p. 2. q. 5 num. 76. Farinac. in prax. crim. q. 61. num. 85. Medices de caſib. fortuit. p. 2. q. 6. num. 49.* ut propterea illi , etſi abſenti , debeatur ſalarium , reſolverit Senatus Cathaluniæ die 24. Novembris 1654. apud *Jo: Paul. Xammar. rer. judicat. deſinit. 51. par. 1.*

At Excell. Comes de Caſtiglio Regni Prorex anno 1656. quo tempore funeſtiſſima lues in hac Urbe , & toto ferè Regno graſſabatur , de qua meminimus in *proœm. ſub num.* 33. Magiſtratus, qui ſe in fugam hinc contulerunt ſine pœna eſſe non voluit , etenim cùm ex toto peſtilentia jam deſiviſſet , diù extrà Urbem detinuit , quamvis, quæ erat tanti Principis clementia , plurimas eò tempore illis Provincias , magnaque obeunda in Regno munera demandavit. Perpauci tamen fuere è Magiſtratibus , qui peſtis metu , mortiſq; aliò fugerunt ; cæteri enim magno pietatis ſenſu, ſummoq; in patriam amore publicæ utilitati magna omnium admiratione operam navarunt, è quibus nonnulli etiam Civium ſaluti quaſi victimas ſeſe immolarunt.

Equidem inficiari minimè poſſum magiſtratus, eo quod publicæ fælicitati vacare debeant , omni libertatis motu , ſenſuq; privari, quamobrem non ſuis , ſed alienis commodis ſtudere ipſos oportere; propter populos magiſtratum eſſe fatendum eſt, ejuſque officium illud eſſe, ut omnium ſaluti proſpiciat , omnium malis medeatur . Magiſtratus nomen non eſſe ſœliciſſimi, ſed vigilantiſſimi, non deſidiæ, non ſocordiæ , non otii , non voluptatis, ſed laboris , diligentiæ , curæ , providentiæ , nec tàm honoris , quàm oneris munus eſſe ſibi ſuadeant.

Quod de Marco Aurelio mirabatur *Dion*. quod ſcilicet nihil ſcribere , aut facere negligenter ſoleret , ſed vel in minimis rebus diem ſæpè numero conſumeret , ut publicæ felicitati accuratiſſimè operam daret ; ſi quid prætermiſiſſet , vel in minimis rebus , non putabat ſe poſſe in cæteris effugere calumniam , hoc ipſum de Magiſtratibus affirmandum foret , ut communi bono perfectiſſimè conſulatur.

Salarium autem deberi officiali diſcedenti cum
9 licentia , etiam pro tempore abſentiæ deſumitur, ex *l. in ſacris , C. de proxim. ſacr. ſcrin. lib. 12.* & determinavit multis freta auctoritatibus *Rota Marchiæ* , teſte *Ant. de Amat. deciſ. 52* præſertim *ſub num. 7. Gratian. deciſ.* 200. concludit etiam *Franc. de Ponte in ſuo tract. de poteſt. Proreg. tit. 7. § 5. ſub num. 16.* & ex *Carav.* hoc *in ritu num. 2. & Tapia in cap. Regni 35. tit. de offic. conſtit.* tradit *Capiblanc. to. 1. de Baron. prag. 5. num. 91. Novar. de elect. fori q. 35. num. 13. Ann. conſ. 42. num. 25. Ricc. collect.* 2466. & de Doctore ad legendum conducto , loquitur *Roman. ſing.* 453. & inſequitur *Horat. Viſconti in concluſ. jur. verb. Abſens cum licentia , Thor. tom. 2. compend. deciſ. verbo Abſens.*

Hinc modica intermiſſio cujuſdam lectoris primarii in Florentiſſima Academia Neapolitana, qui ut coram daret , & acciperet ultimum vale dilectiſſimæ conjugis illicò ad ipſam peregrè profectus eſt , anſam hæſitandi præbuit , nùm ſcilicet Reverendiſſimus Academiæ Præfectus poſſit , & valeat teſtari de integra illius muneris impletione an potius debeat vacationis rationem habere, adeoùt in ipſa ratione habenda fructuum rata conſideretur , de qua quidem ratione , rationem nullam habendam exiſtimavi , & non immeritò, quandoquidem honorarium , quo honoratur lector, minimè præſtari arbitror juxta determinatarum numerum diſputationum , ſed annuo muneri reſpondere , ut ſic quid univerſum in ſingulos annos debeatur , non autem quid ſingularitèr ſingulis diſputationibus acquiratur , *arg. l. in ſingulos , ff. de annu. leg.* quod ex eo patet , nam in hujuſcemodi honoraria præſtatione cujuslibet anni ingreſſus conſideratur , quoad acquiſitionem pertinet honorarii annui in beneficium hæredum mortuo profeſſore , ad tradita *in l. 1. §. divus , ff. de var. & extraord. cognit. & in l. in diem , ff de offic. aſſeſſ.* & à nobis *in ritu ſeq.* ex quo fit , ut in ineunda anni computatione , tam modicæ intercapedinis nulla ratio habeatur , ut quotidie videmus in Magiſtratibus hujus Fideliſſimæ Civitatis qui annua ſtipendia mœrent, quæ indiminuta ſolvuntur , etſi pluribus diebus curialibus curiam minimè rexerint . Quod tantò magis militabit , ſi juſta cauſa concurrerit , quibus conferunt lepidè

exarata à Mario Giurba part. 1. integr. obser.
30.

Dummodò tamen tempore statuto redierit,
10 aliàs integro salario, tùm professor, tum Ma-
gistratus privabitur, l.hac lege, C.de proxim.sacr.
scrin. lib.12. Surd. cons.42. Jo.Ant. Novar.post Ca-
rav. in hoc ritu, in l. Judices C. de annon. & tri-
but.lib.10.num.8.in fin. à qua mulcta excusabitur
si casu, & justè fuerit impeditus, Borgn.decis.25.
par.2. Capyc.dec.125. Valenz. cons. 4. Capiblanc. de
Baron. t.1.singul.107. & causa potens erit infirmi-
tas, Luc.de Penn. in l.quicumq; vers. scias etiam,
C.de divers. offic. Cabed.1.par.dec.8.num.30. Thom.
Actius in tract.legal.de infirm.p.1. cap.24. num.9.
Mascard.de probat. conclus. 7. num. 11. adeò ut si
morbi vis urgeat, & aliter non possit sanitatem
recuperare, impunè valeat officialis, insalutato
superiore abire, si veta fantur, Azeved. in l. 6.
cum l.sequenti num.5. lib.3. recop. Rebuff.in prax.
lib.2. tit.dispensatio.de non residendo, Flor. Diez q.
8. num. 28. quos insequitur P. Fragos. de Regim.
Reipub. par.1. lib.5. disp 9. num. 61. & post Reg.
Tap. in cap.Regni Caroli 35. num.9. tradit Jo: Ant.
Novar. mem. loco post num. 8. quod nullo modo
admittit Danza de pugn. DD. tom. 2. tit. de offic.
Præsid.c.3.num.15.tradens non licere discedere ab
officio quavis causa, sine licentia Dom. Proregis,
sub pœna etiam privationis ab officio, quæ an in-
curratur absq; declaratoria, inquirit Avus meus
ad Gramm.dec.40.n.9.

Quod si durante absentia alius loco sui su-
11 brogetur, salarium subrogato tantùm deberi,
advertunt Surd. consil. 42. Capibl. cit. tract. sing.
137.

Hinc Beneficiatus non valens percipere fru-
12 ctus, si non residet in beneficio, ut in tot. tit.de
Cleric.non resid.in 6. illos percipit, si fuerit absens
ex causa publicæ utilitatis, vel Ecclesiæ, vel or-
dine Superioris, c.de cætero, c.ad Audientiam de
Cleric.non resid. Reg.de Ponte cons.92.lib.1. Reg.Va-
lenz. cons.4. num.154. Cald. cons.17. de præb. Mar-
ta vot. 233. Barbos. ad Concil. Trid. sess. 24. de re-
form.cap.12.num.103. etiam si absit ob utilitatem
Ecclesiæ privatæ, Paris. consil. 32. num.19. lib.4.
latè Marescott. lib.2. variar. resol.cap.32. Ricc.dec.
347. num.8.p.4. Mari ad Giurar. dec. 63. num. 9.
Caball.cas. 294. num. 118. centur. 3. vel ex causa
studii cum licentia, Ricc.dec.220.num. 12. par.1.
& dec.44.num.6.p.3. Mut.to.5.capit.Sicil.cap.337.
num.3. Danz.add.to.2.de pugn.DD.cap.1. de absen-
tia n.15. Bonac.disp.2.q.5. punct.4.§.9.n.2. Viv.dec.
311.

Non tamen distributiones quotidianas, quæ
iis tantùm, qui intersunt, dantur, ex Trid. sess.
24.cap.12. Seraph.dec.1131.num.2.decis.1140.Lu-
dovis. dec.Rot.154. num.4. Megal. var. resol. to. 2.
res.175. num. 7. Episcop. Campanil. in divers. jur.
canon.rub.7. cap.6. num. 15. Reg.de Marinis lib.1.
quotid. resol.c.41. Viv. dec. 88. num. 1. Novar. qq.
forens. centur.1. q.45. omnem improbans contra-
riam consuetudinem, quam potiùs corruptelam
esse annuit, quamvis contrarium ipsemet Novar.
fateatur, si ita sit consuetudo licitè præscripta in
tract. de gravam. vassall. in prælud.8.num.37.tom.
2. memor praxis, qua utitur Rever. Cap. Neapoli-
tanum, Santarel. var.resol. q.10. Cened.q.Canonic.
c.1. quas etiam deberi, si facto capituli fuerit re-
sidere impeditus, dictum fuit in Salamantina fru-
ctuum 2. Junii 1617.coràm R.P.D.Remboldo.Sunt
& alii casus, quibus absentes non amittunt quo-
tidianas distributiones, quos recensent Ricc.resol.
70. par.2. prax. Eccles. Monet. de distribut. quotid.
p. 2. q. 7. & 11. Reg. de Marin. addit. lib. 1. ca-
pit.40.

Et in præclarissimo Neapolitano Collegio, quod
13 sex, & viginti seniores Jureperiti constituunt,
sexdecim, videlicet, qui promovendi doctrinam,
cæterasque animi dotes pro Juris dignitate requi-
sitas cognoscunt, quatuor promotores, qui ma-
gisterii laurea donandos ex more Doctoribus ad-
scribant. Cæteri verò supra numerum, & testes
habentur, quibus omnibus pecuniaria quædam
14 munuscula distribuuntur, dummodò adsint, &
accedant, ut ex privilegio Reginæ Joannæ, satis
apertè constat, rescripto per Reg. Tap.de jur. Reg.
lib.2. tit.de offic. magn.Cancell. pag.407.cujus me-
minimus in proœm. num.9.Paris de Pateo de Syn-
dic. verbo Salarium, capit. 50. column.2. Marin.
Frecc. de subfeud. tit. de offic. magn. Cancell. nu-
mer.11.

Hæc tamen generalis dispositio restringitur in
15 Regiis Ministris, qui pro Tribunalibus sedent,
& publicæ utilitati vacant, sivè id officiales ex pri-
vilegio, & immunitate consequantur, ut arbitra-
tur Reg. Sanfel. in add. ad dec. 324. num. 21. sivè
ex gratia, ut fantur Cons. Theod. alleg.49.num.12.
Recch. in glos. priv. §.4.num.70. & 71. quinì sæpè
multorum beneficio, qui vel pro publica, vel Re-
gia utilitate absfuerunt indulgetur, iiq; ab ejus-
modi lege solvuntur, Consil. Theod. alleg.49. num.
50. Reg.Valenz. add. cons.4. Reg.de Ponte cons. 92.
num.21. vol.1. & alias de rigore justitiæ id ipsum
decisum fuit sub die 27. Septemb. 1588. in bene-
ficium Jo: Francisci Severini, qui impeditus ob
electatus officium, emolumenta consequutus fuit,
etsi ad Collegium non accederet, Recch. add. §.4.
num.69. Quinimò Jo. Franciscus de Ponte cum
Regentis munere, seù Magistratu, summa om-
nium admiratione, ac laude sese abdicasset, ut to-
tum se Deo inter Clericos Regulares, Theatinos
vulgo dictos, religiosam in servitutem consecra-
ret, istiusmodi munuscula pecuniæ recipiebat,
quamvis in Collegium minimè accederet, ipsomet
teste in tract. de pot.Proreg.tit.de Elect. official. §.8.
num.15.

Hinc factum est etiam, ut Eminentiss. D. Car-
dinalis Ascanius Philamarinus, pietate, doctri-
16 na, atque prudentia præclarissimus Civitatis no-
stræ Archiepiscopus, unus è quatuordecim senio-
ribus Jureperitis anno, sc. 1607. Doctoribus ad-
scriptus, prædicta pecuniæ munuscula sibi deberi
contenderit, quamvis in Collegium non accade-
ret, hocque ex Cardinalatus dignitate, quo nihil
in Ecclesia Dei sublimius est à Pontificatu, & præ-
fertur etiam omnibus Patriarchis Jacobatius de
Conciliis lib.1.num.172.Vuolf.apud Dominic.Aru-
mæum in discursu Academico de jure publico vol.
2. discursu 30. thes.50. lit.B. reprobato Pacian.de
probat. lib.2.cap.26.num.141. affirmante Cardina-
les præferri aliis Patriarchis, exceptis Constanti-
nopolitano, Alexandrino Antiocheno, & Hiero-
solymitano. Ideoq; communibus regulis, atque
statu-

statutis subiici minimè debet, *cap. quia periculosum de sent. excommun. in 6. Laudens. de Cardin. q. 62. Mandos. de infirmit reg. 19. q. 2. Alban. de Cardinal. q. 42. German. de sacr. immunit. lib. 3. cap. 6. num. 56. Zecch. de Repub. Eccles. tit. 3. de Cardin. num. 9 privil. 11. Cacc. lib. 2. Instit. Canonic. tit. 4. num. 77. Baldell. tom. 1. de legib. lib. 50. disp. 42. num. 4. Sebast. Cæsar. de Hierarchia Ecclesiastic. p. 1. disp. 1. §. 50. num. 12. Cardin. Tusch. lit. C. conclus. 100. num. 127.* Etenim si Regiis Senatoribus, eo quod publicis occupationibus detineantur, indulgetur, ut absint à Collegio, potiori quidem ratione Cardinali Archiepiscopo id ipsum concedendum erit, qui totum se muneri suo, eique quammaximo impendit, nemo enim ignorat, quàm ardenti studio, quantaq; animi vigilantia illud exerceat.

His ductus rationibus, aliisque quàm plurimis D. Julius Caponus inter Advocatos facilè primus, Vespertinæ prælectionis in hac juris Academia publicè Doctor pro Eminentissimo disertissimè advocationem suscepit. In contrarium verò Collegii Senatores præsupposuere nullum Cardinalis instantiæ locum esse, juxta exarata à *Cons. Theod. alleg. 49. & Montan. controv. 31.* ideoq; decretum fuit ab eodem Collegio non debere Eminentissimum emolumenta consequi, nisi quando accesserit.

A quo decreto Eminentiss. ad S. C. in prædicti Collegii provocationibus Judicem (teste de *Franch. decis. 234. num. 9.* quem laudat *Tass. de antefat. ver. 3. obser. 3. n. 255.*) appellavit, & Dom. Consiliario Aloysio Gamboa causa demandata fuit.

Pendente adhùcin S. C. articuli decisione Excell. Comes de Piñoranda Prorex, prævia ipsius S. C. consultatione sibi habita apud Collaterale Consilium, cum cognovisset in hoc casu militare easdem rationes, propter quas Regiis Ministris indulgetur, utpotè justitiam publicè administrantibus, propterea habita ratione sublimis Cardinalatus dignitatis, jussit Prorex istiusmodi pecuniaria munuscula, quamvis non accederet, distribui Eminentiss. uti, & reliquis Collegis, dum insigne magistralis laureæ Auditoribus confertur, & privilegio Reginæ Joannæ dispensavit, quod tamen reliquis exemplo non sit, addiditque Prorex de ejusmodi deliberatione ad Regem D.N. se scripturum, à quo approbari etiam posset, ut ex diplomate liquet condito sub die 25. mensis Aprelis 1659. registrato in part. 5. àt. penès Magnific. Januarium de Amico à Mandatis Scribam.

Qua quidem in re non minus admirandam existimaverim Principis pietatem, & erga Sacram Cardinalatus dignitatem reverentiam, quam ipsiusdem Cardinalis justam contentionem: neq; enim pecuniarum cupiditate, adductum eum ad ea sibi munuscula contendenda supplicari fas est, sed æquitatis potiùs caritatisque instinctu qui non in suam illa rem convertere valuerit sed Asceterio Capucinarum Reformatarum hujus Civitatis addixerit ubi, tres, & triginta Sacræ Virginis ex eleemosinis, & divinæ Providentiæ pœna, sub auspiciis S. Francisci convivunt, maxima apud omnes sanctitatis opinione, virtutumq; admirandis exemplis florentes.

17 Dum autem ritus, ibi, *Item quod in dicta Curia* denuò confirmat conclusionem, quod nullus officialis valeat per substitutum servire statutum *in ritu 2. & 309. necnon pragm. Reg. Ferdinandi I. sub tit. de administr. & Imper. Carol. V. 2. eodem mox add. tit. in pragmatic. 1. sub titul. de Aluar. demumque 4. sub rub. de offic. Judic.* quamque præter a nobis adductos *DD. in eodem ritu 2.* firmat *Capiblanc. de Baron. p. 2. c. 18. n. 1. Reg. Sanfelic. dec. 362. lib. 3.* & noster *Carav. in prag. 1. n. 19. ad S. C. Macedon.*

18 Prætermittere recuso quæstionem in supremis hujus Regni pretoriis alias examinatam, discussam, atque decisam; num feudatario religionem ingrediente, statim feudum immediatè successuro aperiatur, vel valeat ille servire per substitutum, & quamvis non defuere DD. asseverantes devolutionem contingere ex ingressu tantummodò in Religionem, quos laudat *Intrigliol. de feud. cent. 1. num. 135. Menoch. consil. 181. num. 60.* affirmatque *Regens de Ponte de potest. Proreg. tit. de assens. Reg. §. 4. num. 14.* Concors tamen Jurisprudentum sententia juri, & æquitati consona tradit Novitium anno probationis durante, professione minimè emissa feuda, & alia bona retinere, ut sunt *Ardizon. in sum. feud. quib. mod. feud. amit. sub rub. utr. Vassall. amit. feud. si Cleric. effic. c. 97. fol. 107. in parv. Alvar. in cap. 1. num. 5. de milit. vass. Cuman. cons. 107. num. 1. Felin. in cap. inter dilectos num. 4. de fid. instrum. Capyc. dic. 31. num. 13. Affl. in cap. qui Clericus, & Liparul. ad Isern. ibid. lit. B. si de feud. defunct. content. sit, Carol. de Graff. de effect. Cleric. effec. 4. num. 24. Camill. de la Ratha in theatro feudal par. 12. num. 139. de honorib. & oneribus util. domin. pro feud. dilucid. 73. num. 11. Sanch. in summa tom. 2. lib. 7. cap. 15. num. 34. Regent Tap. in auth. ingressi cap. 1. num. 48. C. de Sacros. Eccles. Octav. Bambac. in comm. ad tit. memor. si de feud. defunct. content. sit in cap. qui Clericus num. 12. quæst. 3. D. Regent de Marinis p. 1. quotid. resol. cap. 120. D. Præs. Ursin. de feud. p. 1. quæst. 9. art. 2. num. 16.* & decisum referente *Præside Jacobo Saltio* memorat *Montan. controv. 46. num. 12.* huicque opinioni suffragatur *D. Reg. Io. Franc. Marcian. disp. 62. num. 24. tom. 1.* Quin? in causa Ducis Salandriæ Hippolyti Reverterii cum Regio Fisco, instante pro solutione relevii ob mortem Ducis fratris primogeniti, qui cum ad Clericorum Regularium Religionem ingrederetur, prout fuit ingressus, præfato Hippolito ante professionem bona omnia feudalia refutaverat, adversus quam fisci prætensionem excipiebat modernus Dux ad solutionem non teneri, ex quo in dictis bonis non successerat per fratris mortem & renunciationem sibi factam priusquàm profiteretur, nec aliter ob simplicem ingressum fuisse jus aliquod fisco quæsitum, & per Regiam Cameram referente *Domino Præsid. D. Didaco de Ulloa* viro doctissimo, & integerrimo fuit absolutus Dux prædictus sub die 18. Mensis decembris 1658. penès Laurentium de Flore. Et ipse in causa Baronis Camilli Mezzara cum Regio Fisco in Regia Camera coram D. Præs. Jo: Baptista Ameudola penes eundem de Flore, affirmavi

vi prædicta indubia esse in novitia, dum illa admissa videtur ad serviendum per substitutum, ex quo fœmina habilis est facta ad servitia domino per alium præstanda, fretus *author. Capyc. dec.* 31. *num.* 3. *&* 4. *& Præsid. Ursini add. loco art.* 3. *num.* 4. At quæstionis hujus determinatio adhuc sub Judice pendet indecisa, quod si maturè faxit Deus ut decidatur, de ea responsum meum, cum aliis quamprimum in lucem (Deo aspirante) edendis, videbis.

RITUS OCTAUUS.

Duo Officia exerceri non possunt,

ITem, quòd nullus Officialis ipsius Curiæ possit in eadem Magna Curia exercere duo officia, sed uno tantùm debeat esse contentus.

SUMMA RERUM.

1 *Officia duo non debet quis eodem tempore exercere, & cur?*

2 *Restringitur regula si ambo administratione careant.*

Etiam si administrationem retinerent, dummodo ad unum concurrerent.

Vel si unùm esset cum administratione, aliud verò sine, sed cum dignitate tantùm.

3 *Hoc etiam permittitur ubi necessitas suaderet, & casus traditur.*

Et quando officia essent compatibilia.

4 *Regentes, & Consiliarii munus etiam primarum, & secundarum causarum Rev. Fabricæ, & in recognoscendis hujusce Urbis computationibus, retinent.*

5 *Judex M. C. V. an possit retinere officium Primarii, & an unum, alterumque officium sint compatibilia.*

Officium Tabularii, & Primarii in quo consistat.

Decisio S.C. adducitur.

6 *Text. in cap. de multa 28. de præbend. an vendicet locum in officiis.*

Beneficium, & officium, an vacent ipso jure per adeptionem secundi.

7 *Officialis duo gerens munera ob falsitatem in uno commissam ambobus privatur.*

8 *Duo exercens officia utriusque valet consequi salarium.*

Distributiones quotidianas in duplo consequitur, qui interest ex duplici jure Divinis officiis.

9 *Si duæ jam divisæ uniantur Provinciæ, & unus Rector, alio remoto, remaneat, salarii additamentum ille obtinebit.*

10 *Dietæ plures, si fuerint necessariæ pro subeundo munere officiali commisso, & propter laborem, & diligentiam fiant in paucioribus diebus, debetur salarium pro omnibus dietis necessariis.*

Judex si unico accessu eodem tempore plures differentias videre contingat, quarum una alteri impedimentum non præstat, sed Judicis labor augetur, duplex exigit salarium.

11 *Labor ubi decrescit debet etiam, & salarium diminui.*

Famulo tribus servire promittenti pro certo pretio, si unus ex illis tribus moriatur, debet salarium diminui.

Si multi accedant ad Cauponam ad comedendum, & cæna facta recedant, uno dumtaxàt remanente, iste non nisi pro ratâ solvere hospiti obstringitur.

12 *Provincia, quæ per unum regebatur Officialem, divisa inter duos, debet etiam inter eos salarium dividi.*

13 *Defuncto uno ex duobus legatis, salarium mortui, an vivo accrescat.*

14 *Salarium consuetum, de quo in Officialium diplomate, an intelligi debeat de salario ultimi anni, an verè aliorum præcedentium annorum, inquiritur.*

De consuetudine ubi loquimur, intelligitur de longa.

15 *Bartholomæus de Capua fuit longè ante Baldi tempora.*

Doctrina, dignitatibus, officiis, atque opibus cæteros præivit DD.

16 *In præscriptione sunt ultima spectanda tempora.*

Fama in probatione ad invicem pugnante, cui probationi sit standum.

17 *Judex exercens Judicis, & Gubernatoris officium, an utroque frui debeat salario.*

18 *Officiali infirmo an debeatur stipendium.*

Infirmitas est casus fortuitus.

Famulo infirmo debeatur ne salarium?

Famulo ægroto nùm dominus expensas erogare obstringatur.

19 *An verum sit dicterium illud integrum totius anni Judicis salarium transmitti ad hæredes, si ille infra annum decesserit, inquiritur.*

Quid in Advocato, Tutore, & Medico. D. Regens Donatus Antonius de Marinis laudatur, ejusque doctissimæ observationes ad Reg. Reverterii decisiones magno cum desiderio expectantur.

20 *Si alius loco Gubernatoris absentis jus ministret, an consequatur salarium.*

Di officiali amoto, vel suspenso, qui deinde absolutionem consequatur, & ad idem officium redeat remissivè.

21 *Miles duas tenens militias, duo non consequitur stipendia, etiam attentis ordinibus S.M.*

Ordines prædicti respiciunt tantùm militaria stipendia, non autem ea, quæ Magistratibus togatis deberi contingerit.

Salarium duplex debetur Præsidenti Regiæ Cameræ, qui Præses Provinciæ destinatur.

Itidèm si Præsidens, vel Consiliarius exerceat etiam officium Advocati fiscalis.

Ità quoque Regio Consiliario exercenti officium Proprasidentis S.C. & Præsidentibus Reg. Cam. quando exercent officium Locumtenentis per hebdomadas.

22 *Fungi vice duarum personarum quando quis possit.*

Procurator ad vendendum, an valeat sibi ipsi vendere.

Quid in tutore remissivè.

In Almo Collegio Neapolitano Promotor, an possit esse Vicecancellarius, & duas portiones exigere.

Alienum est mihi, inauditis partibus, sententiam hic de Magistratibus dicere, gloriolæ nè ambitione ducti, an alterius generis inordinata
8 animi cupiditate commoti plura velint munia exercere? non me Judicem in re tanta constituam, sed quod optimum est Reipublicæ aperiam; arduum mihi semper, atque usu difficile visum est, duas eodem tempore suscipere Provincias, cum multis plus nimio distentus animus nulli unquam par sit, quæque ipsum in varias distrahunt sententias facilè, vel negligat, vel omittat; neminem latet, quam gravi consilio, ac ponderatis rationibus opus sit ad causarum decisiones, verum glisente utriusque muneris negotiorum, veluti exercitu, pluribus oppressa mens, aut deficit omninò, aut si uni tantum insistit, alterius discrimini, etsi illud videat, accuratius providere non potest, quisnam, vel expertissimus navium gubernator ad duplicem unquam sedeat clavum, cum inter varios undarum motus vix eadem servetur mens, quæ firmum singulis navibus, ac diversum clavi regimen præbeat inter naufragium; Quid? horret Natura ipsa geminam hanc muneris administrationem, quæ diei solem dumtaxàt præsidere jussit, nocti lunam, & licet hæc lucem mutuetur ab illo, nunquam tamen ejusdem mutuò exerceret officium, sed suo quisque fungitur; Inspice quæso rerum omnium universitatem, ut suas quælibet vices habeat, nec cum reliquis partita unquam adimpleat. Decus enim suum, & ornatum duxit rerum parens Natura, si unum singulis munus exercendum, atque unicuique in suo officio laborandum foret; ita enim accuratiùs, diligentiùsque obiturum quamq; partes suas, ajente *Arist. lib. 2. & 4. politic.* quod singuli singula rectè conficere valeant, plurima verò minimè, etsi facere quis conetur in singulis deficiet, itaùt nullus egregius evadat.

Agesis verò herculeas vires habeant nonnulli, centimani sint, & Briarei humeris suis Reipublicæ machinam fulcire valeant, unusquisque pluribus officiis præsto esse, ac posse fateatur, Ægyptiis, & Spartanis peritiorem se jactet in jure, atque in administrando sagaciorem, quid ex eo? an non utilius ad Reipublicæ gubernationem, & populorum solamen commodius censeri debuerit, singula singulis partiri officia, ut sine animorum suspicione exerceantur; quæ facilè exoriretur in causis, quando unus dumtaxàt definiat, & dicat, cum cæteroqui plurium sententiis adhærere natura ipsa congaudeat.

Sed nihil hucusque sit, quæro, si Reipublicæ officia ministrare honoris, & dignitatis loco habeatur, quidni plures impertiantur, ut eorum virtus præmio affici videatur, nec diutiùs delitescat immeritò?

Quæ cum ita sint, si sapientiam in Urbibus efflorescere cupimus, si virtutem non opprimi, si rectè administrari Rempublicam exoptamus plures præsint officiis, ut plurimi habeantur ad communem salutem idonei, nec sit concessum cuique duobus magistratibus assidere, & duplicis Judicii curam peragere, tam nostro, quàm juribus communibus attentis in *l. quisquis*, *C. de cohort.* ubi *Bart. lib. 12. l. libertus, §. præscrip. ad mun. l. fin. C. de assessor. l. plures, ff. de pact. l. 1. §. non licet, ff. de Col-leg. illic. l. ille à quo, §. tempestivum, ff. ad trebell. l. omnes omninò, & l. divum virum, C. de decurion. lib. 10. l. 1. C. de muner. non contin. l. hac parte, C. de prox. sacr. scrin. lib. 12. l. quis quis, C. de postuland. Reg. Sanfel.* hivius *ritus* memor *dec. 328. num. 1. lib. 2.* proùt duas militias prohibet, *text. in l. his quidem, §. in posterum, C. qui mit. poss. lib. 12. de Benedict. in cap. Raynut. verbo Duas habens filias num 63.* confirmans dicto Joan. Sollevilli coram Carolo VI. se vix alteri officio satis esse posse, nec utrique inservire, proùt ratio, & æquitas expostulat, & juribus, ac auctoritatibus comprobant *Guil. Dur. de mod. general. Conc. Celeb. Rub. 21. à num. 3. Jacob. Simanc. de Cathol. Instit. tit. 41. de ministr. & cor. offic. sub num. 40. Fuscus sing. 44. lit. P.* adducens *Jo. Franc. Scaglion. super hoc Ritu, Viscont. in conclus. jur. verbo Officiales omnes Carav.* memor, *Petr. Antib. de muner. 3. par. princip. nu. 6. Alber. à Ros. de stat. q. 141. num. 10. Ricc. collect. 2007. & 2012. Mastrill.* latissimis habenis *de Magistr. lib. 2. cap. 11. ex num. 1.* & ex particulari Cathaluniæ dispositione deducit *Fontanell.* ejusdem *Senat. dec. 247. num. 14. lib. 1.* potissimum, quia duplici onere quis gravari non debet, *l. navis onusta, §. cum autem, ff. ad l. Rhod. de Jact. l. sticcho in fin. ff. de usufruct. leg. l. Titia cum testamento, §. qui in vita, ff. de legat. 2. Glos. in l. 1. C. de mulier. & in quo loco, Cravett, cons. 111. num. 8. Franch. dec. 87. num. 5 Pereg. de fideicomm. art. 1. num. 33. & art. 34. num. 72. Molin. de primog. lib. 1. cap. 4. num. 10, Farinac. decis. 672. num. 3. tom. 2. p. 1. Macerat. var. resol. lib. 1. resolut. 97. num. 4. & resolut. 111, numer. 40.*

Duo quoque, aut plura beneficia simul habere quis prohibetur *in cap. de multa, & in extravaganti execrabilis de præb. Ricc.* videndus *p. 1. collect. 2430. Genuens. pract. cap. 65. Reg. Sanfelic. dec. 269. sub num. 2. lib. 2.* id quod in Cardinali limitant *Hostiens. in cap. Ecclesia vestra de elect. Barbatia de Cardinal. q. 2. num. 6. Sebast. Cæsar. de Hierarch. Ecclesiast. p. 1. disp. 1. §. 50. n. 12. Martin. Laudens. de Cardin. q. 42. Manfred. de Cardin. num. 208.*

Insupèr Notarius, qui in contractu intervenit, si sit Judex ad contractus, simul, & semel utriusque officio in eodem instrumento fungi non valet, *Gravinens. de liquid. instrum. p. 1. decl. 4. n. 22. Reg. Revit. sup. prag. 2. n. 4. de contract. Gallup. in method. feud. p. 1. c. 3. n. 43.* An Notarius, & Doctor, *Bombin. cons. 5. n. 13.*

9 Exceptioni tamen hic locus datur, si ambo administratione careant, nam tunc quem posse exercere duo officia tutatur, *Rebuff. in l. major num. 2. C. de dignitat. lib. 12.* quinè etiam si administrationem retinerent, dummodo ad unum concurrerent; opitulantur insuper quæ idem *Rebuff.* scribit *in l. 1. C. quemadm. civil. lib. 10 add. ad Mathes. sing. 1.* vel si unum esset cum administratione, aliud verò sine, sed cum dignitate tantùm, *Carav.* post *Bal. in ritu 2.* quem laudat *Franc. Mar. Frat. lib. 1, discept. forens. cap. 46. n. 7.*

Hocque etiam permittitur, ubi necessitas aliter suaderet. Et proindè in parva terra licere alicui officio Judicis, & Actuarii simul fungi; *Carav.* authoritate suffultus, advertit *Auus meus ad Gramm. dec. 34. n. 30.* ad restrictionem *prag. 24. de Ba-*

de Baron. prohibentis unita concedi, *Gratin. discept. forens. cap.* 184. *num.* 45. *tom.* 1. *Laganar. Revis. ad prag.* 9. *lit. A. de Actuar. Pascal. de patr. test. par.* 4. *cap.* 10. *nu.* 11. *Novar. dec. s. Reg. Aud. Apulia* 37. *num.* 7. *& tom.* 2. *gravam.* 87. *Scialoya in prax. foriudicater. cap.* 12. *num.* 41. & collimant tradita ab *Ursillo ad Afflict. dec.* 3. *num.* 8. quibus contradicunt exarata à *Vivio dec.* 48. *nu.* 6. & Baro duas habens terras parvas continguas poterit unum deputare officialem, qui in utraque ditione per intervallum assideat, *de Franchis decis.* 166. *Capibl. tom.* 1. *de Baron. prag.* 3. *num.* 826.

Restringitur etiam principalis regula, quan-
3 do bina officia essent compatibilia, nec per administrationem unius impediretur exercitium alterius, ex *tex. in l. si consul. ff. de adop. in d. l. fin. in l. jubemus, §. sani, C. de sacros. Eccles.* firmat *Bar. in l.* 1. *num.* 18. *ff. de Colleg. illic. Franc. dec.* 445. *Lap. alleg.* 99. *Novar. ad l. quisquis, C. de cohorcal. lib.* 11. *Covarr. lib.* 3. *var. c.* 13. *num.* 6. *Mastrill. add. loco Franc. Mar. Prat. cit. num.* 8. tradens officium Advocationis pauperum cum affessoratu esse in illa thesi compatibile.

Idipsum nunc temporis in usum, & praxim
4 incidisse videmus, quandoquidem, & D. Regens Musettula Judicis quoqua munus primarum causarum Reverendæ Fabricæ exercet, & pro secundis diiudicare D. Staibano item Consiliario demandatum est.

Eodem ferè modo actum est cum nonnullis Dom. Consiliariis, & Reg. Cam. Præsidentibus,
5 illud adhuc retinentibus officium, quod prius in recognoscendis hujusce Urbis computationibus, vel subductis pecuniæ rationibus exercuerant.

Idcircò jure quidem D. Aloysius Maria Macedonius Judex adhuc M. C. V. integerrimus, in eo munere primariatus, quod die 13. Septembris 1656. ipsi concessum fuerat à Civitate retineri se summopere studebat,) est namque sciendum quod primarii officium tendit in revisionem appretii siquidem in hoc Regno quando Judicia in hujus Civitatis tribunalibus agitantur, ex *prag.* 2. *de magist. art.* bonorum fit per tabularium eligendum prævia bussula, qui est unus ex publicis extimatoribus, cujus appretii revisio fit à Primario, cui officium à Civitate confertur, tertia revisio fit à Judice ordinario Causæ *Consil. Carleval de judic. tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 3. *disp.* 1. *sub num.* 25. *Novar. collect.* 3. *num.* 1. *sup d. pragm.* 2. Verùm quando fit revisio à causæ Commissario, non fit electio Tabularii cùm bussula, sed poterit ille eligere, quem ex illis maluerit, & hujusmodi praxis extat fides omnium Tabulatiorum exhibita in processu Januarii Benincasa, fol. 291. in S. C. penès Actor Mag. Lavianum) Hujus inquam primariatus officii retentioni novi alterius regiminis, nempe Jodicatus M. C. susceptionem nihil obesse, jure optimo D. Macedonius supponebat.

Ex altera parte Dom. D. Thomas Guindatius à Civitate electus ob promotionem præfati Macedonii ad Judicatus munus, illum primo munere exuendum esse contendebat non modo ob mutuam officiorum repugnantiam, qua invicem sese expellunt, verum etiam quia Primarius particularem in S. C. locum obtinet, ut litigantes rationes suas rei proponere queant, quod nullo prorsus pacto illis contingeret, si Judicis personam in Rota M. C. gereret illius fori causas expediendo. In accessibus quoque cum ex Urbe Primario discendendum foret, Judicis munus nimis obstare asserebat, etenim sine Dom. Proregis facultate, quæ vel nunquam, vel difficillimè conceditur, aliò iter facere Judici non licet ex adductis *in antecęd. rit.* Addebat præterea, quod primarius cum ex M. C. vel Judicum inferiorum mandato revisionem appretii Tabulariorum facere debeat, minimè decere ipsum ei subiici Tribunali, in quo residet, & Collegis, atque inferioribus submitti.

Et delate causa in S. C. referente *D. Cons. Ascanio Raetano* viro perspicacissimo, & doctissimo de anno 1649 provisum extitit, quod manuteneatur in possessione præfatus Judex Aloysius Maria Macedonius, penès Licium Act. Magistrum.

Etenim sivè justitia ipsius Aloysius Mariæ esset clara, sivè obscura nullo modo esse privandum lite pendente dicebat possessione, & exerci-
6 tio dicti officii, non obstante quod in ipsi obiiceretur de extinctione ipso jure tituli ipsius Aloysii Mariæ de quo esset tractandum in petitorio, *Positus in tract. de manuten. observ.* 64. *Jo. Baptist. Ciarlin. cap.* 129. *tom.* 2. *per totum*, nihil refragante regula *text. in cap. de multa* 28. *de præbend.* quem exornat *Episcop. Marant. lib.* 3. *controvers. jur. resp.* 62. & cujus clypeo affirmarunt ob incompatibilitatem ipso jure absque declaratione, induci privationem primi beneficii, *Stephan de litteris Gratiæ* 2. *forma expectivarum n.* 44. *Probus ad Monachum in cap.* 1. *de consuetud.* 6. *Lambertin. de jure patronat.* 1. *par.* 2. *lib. q.* 7. *art.* 15. *Gregor. Lopez in l.* 3. *tit.* 16. *p.* 1. *otro en otra Iglesia*, *Uvamef.* post alios *cons.* 235. *Garsia de benefic. par.* 11. *tit. de vacat. per assecut. alter. num.* 182. *Tiraquell. in l. si unquam, verbo Revertatur num.* 65. *Reg. Valenz. consil.* 83. *num.* 65.

Siquidem præfati *text.* sanctio sermocinatur de duobus beneficiis curatis, ut cuicumque recepterit aliquod beneficium curam habens animarum annexam, si prius tale beneficium habebat, eo fit pro jure privatus, ut benè advertit *Augustin. Barbos.* post alios, *in eodem cap. de multa*, à quibus beneficiis necessarò, & regulariter arguero ad alia officia quamvis in quibusdam conveniant, non licet, *Tusch. in singul. vers. argumentum de beneficiis ad officia non datur sing.* 84. *pag. mihi* 25. appellantur enim officia aliquando beneficia, *§. quinque advocatiam de pace tenen. & ejus violat.* quia sub hoc genere beneficii prædicatur officium secundum, ea quæ tradit *Horat. Montan. de regal. offic. num.* 11. *circa med.* ac consequentia non militat: ergo una eademque natura est unius & alterius, nam, & si species prædicentur sub eodem genere, habent tamen suas differentes specificas quibus inter se differunt in pimèto *Montan. loco citat. num.* 11. *in fin. pag.* 177. Ob quod dicendum necesse est, dispositionem *tex. in d. cap. de multa*, loqui de benefitiis curatis tantum,

ſum; nec ejus diſpoſitionem eſſe extendendam
ad officia civilia, & ſecularia, in quibus adſunt
particulares legum diſpoſitiones *in l. fin. C. de
aſſeſſor.* cum alıs à nobis adductis ſub *num.* 1. quæ
Jura verbum nullum fecerunt circa ipſo jure
amiſſionem primi officii per adeptionem ſecundi,
prout diſponitur *in d. cap. de multa*, cujus capi-
tuli diſpoſitio, cum ſit pœnalis non defuere pro-
pterea, qui dixerint, quod ſi habenti beneficium
Curatum conferatur aliud ſimplex incompatibi-
le, ſcilicet quia requirat reſidentiam, quæ incom-
patibilis eſt in perſona proviſi in duobus locis eo-
dem tempore non propterea vacet beneficium
ipſo jure, ſed Prælatus ob non reſideotiam, vel
incompatibilitatem agere debeat ad privationem
*Abb. in cap. fin. in fin. de cleric. non reſident. Re-
buff. in pragm. ſanction. Gall. tit. de collat. Gloſ.
reſidentia lit. E. Oneda de incompatibilitate benef.
par.* 1. *cap.* 18. *num.* 30. *cap.* 17. *num.* 40. *Flores
Dies de Mena var. quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 13. *num.* 5.
Sayr. deciſ. 38. *tit. de præbend. & dignitat. fol.
mihi* 45.

An verò Officialis duo gerens munia ob falſi-
7 tatem in uno commiſsam ambobus privari poſſit
affirmative reſoluit *Cabed. deciſ.* 71. *ſub num.* 2.
par. 1. Et num debeat pro utroq; ſtare ad duos
Syndicatus, quod ſic, reſpondet *Angel. in* §.
illud, Auth. ut Judic. ſine quoque ſuffrag. coll.
2. cujus meminit *Auus meus ad Capyc. dec.* 125.
ſub num. 7.

8 Qui vero plura exercere valet officia utriuſq;
debet conſequi ſalarium *Bal. in l. binos, C. de Ad-
voc. diverſ. & in cap.* 1. *col. ult. ſi de feud. Guard.
Rebuff. in l.* 1. *ſub num.* 2. *C. de propoſ. agent. in
reb. lib.* 12. *& l. major. num.* 4. *&* 5. *C. de dignit.
lib.* 12. *& in l. comperimus ſub num.* 4. *C. de prox.
ſacroſ. ſcrin. lib.* 12. addimus *Grattan. in deciſ.
March.* 101. *num.* 17. *Gayll. obſerv.* 44. *num.* 8. *lib.*
1. & in ſimili *Tuſc. in ſuis concl. lib.* 6. *concl.* 512.
num. 5. *col.* 2. *Conſil. Carleval.* perbellè materiam
pertractans *tom.* 1. *de Judic. diſp.* 4. *per tot.* & præ-
ſertim *num.* 21. *Maſtrill. tract. de magiſtrat. lib.*
2. *cap.* 21. *ex nu.* 72. *Seſſe de inhib. cap.* 1. §. 8. *Fon-
tanell. dec. Cathal* 247. *num.* 8. *& dec. ſeq.* 248.
Avend. de exeq. mand. lib. 1. *cap.* 4. *num.* 45. *Eſ-
cob. de ratiocin. cap.* 27. *ſub num.* 12. Prout di-
ſtributiones quotidianas in duplo præſtari ei, qui
intereſt ex duplici jure divinis officiis obſervat
Bal. conſ. 470. *vol.* 4. Cumulatis enim laboribus,
& expenſis, augeri, & ſalarium, cum laboris,
& præmii, commodi, & oneris perpetua ſit, &
mutua proportio, advertit *Gloſ. in cap. Charitas*
12. *q.* 2. quam inſequitur *Specul. de Salar.* §. 1. &
probè concinit *text. in l. Sejo amico* ibi: *cum tam
labor quàm pecunia diviſionem recipiant, ff. de
ann. legat.* & nemo ſuis ſumptibus laborare, §. *ne
autem, Auth. de Judicib.* nec militare obſtringitur
28. *q. p. cap. jam nunc in fin. & de praſcript. cap.
cum ex officii*, & de ſuo non tenetur facere be-
neficium 10. *q.* 2. *cap. precariæ, & Franc. Marc.
q.* 449. *p.* 2. caſum exarans de augmento facto in
Delphinatu aucto labore, ibidemque additio lau-
dat *Boer. q.* 50. *num.* 20. & relego lectorem ad *Al-
bert. Brun.* latè pertractantem de *augum.* 8. *in fin.*
idemque *Albert. concl.* 12. *princ. num.* 4. *ex Caſtr.
in l. ſi eadem, C. de offic. aſſeſſ.* affirmat, quod ſi

9 duæ jam diviſæ uniantur Provinciæ, & unus Re-
ctor, alio remoto remaneat, ſalarii additamen-
tum ille obtinebit, ut quotidie uſus nos docet,
quod eidem in aliqua Civitate Gubernii, & Ju-
dicatus officium ſuſtinenti, utrumque debeatur
ſalarium, quod Gubernatori, & quod Judici ſol-
vebatur, cum diſtinctè duo deſtinabantur, & per
Collaterale Conſilium proviſum anno 1630. te-
ſtatur *Heliſeus Danza tom.* 2. *de pugn. DD. tit. de
ſalario cap.* 1. aliaſque ejuſdem ſupremi Senatus
proviſiones reſcribit *eodem tit. de Salar. t.* 1. *cap.*
2. *num.* 25. & alias addit *Reg. Sanfelic. deciſ.* 328.
num. 6. *lib.* 3. & in præclariſſimæ Civitatis Capuæ
regimine antiquitus Gubernator, & Judex divi-
ſim à Prorege eligebantur, & Regis Catholici
munificentia deindè indultum eſt ut unus ex
Conſiliariis Sanctæ Claræ per triennium ibi præ-
eſſet tanquam Gubernator, & Judex, omnibus
emolumentis duplicique ille potitur ſalario. No-
ſtro, tamen ævo Proreges ad eorum libitum nunc
Conſiliarium nunc Gubernatorem, & Judicem
ad præfatæ Capuanæ Civitatis officium exercen-
dum, deſignunt.

10 Hinc expleto negotio Judici commiſſo pau-
cioribus diebus ob ejus induſtriam: & magnum
laborem, quod pluribus erat peragendum debe-
ret ſalarium omnium dierum non tantum eorum
pro quibus vacavit, ex *Avil. & Alciat. Reg.
Rovit. in prag.* 6. *num.* 10. *de comm. non deſtin. &
Franc. Maria. Prat. lib.* 2. *diſcept. forenſ. cap.* 26.
per tot. præceteris adducens *Gloſ. in l. eos ff. de
falſ.* quam ante ipſum hoc idem firmans lauda-
vit *Auus meus ad Capyc. deciſ.* 27. *num.* 9. *in fin.*
cujus memor eſt *Danz. adduct. cap.* 2. *num.* 49.
& idem *Auus meus ad Capyc. dec.* 125. *ſub num.*
7. quem refert *Reg. Sanfelic. indic. dec.* 328. *num.*
18. *lib.* 3. & pluries obſervaſſe teſtatur *Capibl. de
Baron. prag.* 16. *num.* 53. *par.* 1. & inſinuat *P.
Fragoſ. de Regim. Reipub. par.* 1. *lib.* 4. *diſp.* 9. *num.*
57. *t.* 1.

Sicuti ſi unico acceſſu eodem tempore plures
differentias Judicem videre contingat, quarum
una alteri impedimentum non præſtat, ſed ejus
labor tantùm augetur, majorem adhibendo in-
duſtriam duplex jure exigit ſalarium, *Bovadill.
in politic. cap.* 243. *Prat. adduct. loco num.* 3. *D.
Praſ. Merlin. lib.* 1. *contr. forenſ. cap.* 70. occur-
rens *dec.* 70. *tom.* 1. *Jo. Franc. de Caſtillo*, & diſſi-
dentes opiniones concordat *Anichin. de prævent.
inſt. cap.* 4. *num.* 89. teſtamentum verò patris, &
ſubſtitutio pupillaris an duo reddant Notario ſa-
laria; inquit *de Bened. in cap. Rayn. verbo Si abſque
liberis num.* 56.

E converſo verò diminuto labore decreſcant
11 ſtipendia opus eſſe, notat *Alber. Brun. in tract.
de dimin. & deterior. concluſ.* 11. *num.* 57. Inde
manat quod ex *memor. text. in l. Sejo, DD.* quos
conclobat *Cepol. de ſervit. urban. præd. cap.* 50.
num. 15. aſtruunt in famulo tribus ſcolaribus ſer-
vitia præſtare pro certo pretio conveniente, illo-
rum altero defuncto, vel digreſſo, ſalarium mi-
nui debere, ea communiter expenſa regula,
quod illud recipit incrementum, atque decremen-
tum ex adaucta, vel decurtata familia, itidem-
que in famulo recenſet *Pontan. in tract. de ali-
ment. cap.* 16. *num.* 7. quamquis contrariam ſu-

ftineat aleam Menoch. de arbitr. caſ. 223.

Jiſdem oppidò ſuppetias fert notabile Pariſ. effatum (quod in dies accidit) de reintegr. feud. c. 90. num.17. nempe, ſi multi ſcolares in hoſpitio comedere, & cœna facta omnes receſſere uno dumtaxàt ex eis, quaſi pro pignore, relicto, juſtum, non niſi pro rata illi hoſpiti ſolvere obſtringitur, & confirmat Avus meus ad Capyc. deciſ. 125. num.2.

Et in terminis bipertitæ Provinciæ, quæ olim erat conjuncta, & unus ad illam regendam officialis deſtinabatur ſalarium imminui debere, & inter duos illarum gubernio addictos pro medietate reſecarì, tradidit Caſtrenſ. in l. ſi eadem, ff. de offic. aſſeſſor. quem laudat Albert. Brun. adduct. concluſ.12. num.4. licet à Caſtrenſ. reſtrictione diſcrepet, dum voluit hoc tantum procedere in officiali novo minimè verò in antiquo, quando in novo nulla cadere poteſt hæſitatio.

13 Prædictiſque quadrat adamuſſim, quæ ſcripto docuit Villadiego de legat. q.4. num.4. quod diem functo altero ex duobus oratoribus ſalarium non alteri ſuperviventi accreſcat, nàm ambo ad idem officium addicti erant, quod ſi diverſis, & diſtinctis præſint legationibus, & utrumque unus adimpleat officium etiam utrumque conſequatur ſalarium, & è contrà, duobus Electis ad illud quod per unum exercebatur, inter eos dividatur, ex Bar. Bald. ibid. relatis, quamvis eorum diplomata decantarent, cum ſalario conſueto ampliat Pariſ. de Syndic. verbo An ſi officialis num.1. ex Bar. placito, cum ex adiectione perſonarum illud dicatur diviſum. l. cui fundus in fin. de condit. & demonſt. ibique Pariſ. calamum arripuit ad enucleandum dubium; Utrum ſalarium conſuetum ultimo anno an verò annis præcedentibus conſequi valeat Officialis electus ad munus exercendum cum ſalario conſueto; & primo inſpiciendos non poſtremos, ſed præcedentes annos arguit, ubi. n. loquimur de conſuetudine de oblonga telligimus, cap. Cumana extr. de conſuet. Bar. in l. nemo eſt, qui neſciat. ff. de duob. Capyc. dec. 163. num. 3. Deindè verò ultimos annos attendit arg. l. mela §.1. de alim. & cib. legat. & Petr. Ravenn. de ſtatut. ſect.4. num.25. inquit illam quæſtionem formaſſe, Bal. in. d. l. binos, & poſt adductum tex. in d. c. Cumana hanc tutatus fuit ſententiam ex d. l. mela §. 1. ex quo tex. corrigi præfatum cap. Cumana ibidem ſubjungit Petr. de Ravenn. qui miratur de Bald. quod non fuerit memor d. l. mela, §. 1. in c. 1. de feud. cognit. & in d. c. Cumana, quibus in locis inquit illud, quod de conſuetudine dicitur intelligi debere de præſcripta, cum ante præſcriptionem non conſuetudo, ſed voluntas conſuetudinis inducendæ dicatur. Et ipſe miror, quòd Pariſ. de Puteo Bald. præfatam quæſtionem definientem non adducat, cum ejus ferè verba pro, & contra exemplaverit, ſed admiratio ceſſat, dum ex errore Typograhi evenire id potuiſſe mecum reputo, idque ſatis apparet, nam attingendo quæſtionem de eo qui duo munia gerit relato Innoc. ſubjungit ſed Bal. in d. l. binos, & poſteà ſubſequitur continuando ſenſum, nec quicquam alium addit de Baldo in l. binos, ubi Bald. quæſtionem extricavit cujus deciſionem ſingularem exclamat Rolond. à Valle de dote quaſt. 78. num.5. illamque modernos ſectari Vercell. advertit in d. l. diem functo num. 97. de offic. aſſeſſ. & inſequitur Barthol. Bellen. de Charit ſubſid. q. 82. num.12. cum verba illa cum conſueto, & ſolito ſalario, eam recipiant interpretationem, quod ſcilicet prædeceſſori fuerit ſolutum, arg. tex. In cap. ii qui §. 1. de ſepoltur. lib. 6. & l. ſi mulier in princ. ff. de Relig. & ſumpt. funer. Affl. in cap.1. num. 252. ex quib. cauſ. feud. amit. Jo: Guttier. hiſpan. de contract. jurat. cap. 64. num. 4. Aviles cap.1. prætor. in Gl. Salario num.3. pag. 49. & prius tradidit Bartol. de Capua ſingul. 129. hoc menti tenendum, & determinatum, ex text. in l. ſi mater, C. ne. deſtat. defunct. enuncians, & perpendit alia intra in l. excepto ff. locati, & in d. l. mela (verum inter ſolutum, & conſuetum magnum diſcrimen adeſſe, inſinuat Regens Rovitus ſuper pragm. 2. de adminiſt. univerſitatum num. 21. & tangit Avus meus ad Capyc. dec.163. num.2.)

Hujus igitur opinionis originalis Anteſignanus
15 non fuit Bal. ut memorati DD. ſibi perſuadent, ſed noſter Bartol. qui longè ante Bald. viguit, nam iſte floruit anno 1378. ut ipſemet dignus teſtis eſt in l. edita lectur. peruſina in fin. C. de edend. & refert Mant. de viris illuſtribus num.48. vel paulo antè ſcilicèt anno 1365. ut tradit Jo. Fich. de Vit. recent. Juriſconſ. & Barthol. de Capua (de quo admiranda res eſt præfatos Doctores non meminiſſe, cum longè Doctrina, dignitatibus officiis, atque opibus cœteros præjuſſet illum dumtaxat Avus meus adhoc adducit in annot. ad Capyc. dec. 27. num.9.) obiit anno 1318. & in Archiepiſcopatus hujus inclytæ Civitatis templo humatus fuit in cujus urna ſequens inciſum Cænotaphium legebatur relatum à Summonte in Neapol. hiſtor. pag. 380. ac noviſſimè à Cæſare Engen. in Neap. Sacra fol: 34.

Janua legum, vitaque Regum
Mors retrudit, terit omnia,
Sunt quasi somnia, cuncta recludit
Summus, & Athleta Regni jacet
Hic logotheta, Prothonotarius
Auxiliarius, utque propheta
Annis sub mille tercentis bis, & octo
Quem capiat Deus, obiit bene Bartholomæus.

Et *text. in memor. l. si mater*, ac cœtera jura à *Bartol.* congesta adduxit *Gloss. Canon. in cap. 3. in verb. ultimo extr. de caus. possess. & propr.* ad
16 probandum in præscriptione ultima tempora esse spectanda, & *Roman. cons.* 241. *sub num.* 1. ex eodem *text.* famæ in probatione ad invicem pugnante standum illi, quæ de posteriori concludit, præexarat; At *Bal.* qui ante *Ludov. Roman.* hoc accumulaverat *in d.l. si mater num.* 1. ab illo recedit placito, & illam astruit famam attendi quæ ab honestioribus originem trahit, & quæ melioribus, & credibilioribus indiciis est convallata, & ibi peroptima *Andr. Barb.* additio nonnulla de fama adiuvicem contraria probata subnectit, & salarium promissum operariis juxta solitum, si constet illa die in Civitate diversimodè illud fuisse solutum, minus attenditur, *Guid. Pap. dec.* 252.

Sed hucusque satis differuimus de duplo persolvendo salario officiali addicto à superiore ad duo subeunda munia, transgrediamur nunc (coronidis
17 vice) ad officialem duo exercentem officia ex accidenti, nempè ob absentiam, vel aliud repentinum accidens, quibus in casibus *pragm.* vulgo dicta *del.* 89. *capi* redacta sub *tit. de offic. Iudic.* 15. §. 15. sancitur quod Iudex, & gubernatoris, & Judicis substineat magisterium, an utroque salario frui deberet, in ancipiti diu laboratum est Et negativè primo intuitu respondi, dum ad utrique exercendum municipali lege cogatur, & ex primordio sui officii, debere illo unico esse contentum salario sibi statuto, sibiq; imputandum, quod officium tali conditioni subiectum, nedum acceptavit, sed affectavit, ut in simili *Regens de Ponte* sermonem habens de officialibus, parvi salarii prætextu munera recipientibus contra jura, tàm communia, quàm municipalia argumentatur, & utriusque salarii fruitionem individualiter in proposito themate denegat, *Bovadill. tom.* 1. *polit. cap.* 21. *n.* 246. ex quo officium Gubernatoris uti accidentale, haud est considerabile, illud verò Judicis est primarium, atque principale.

Sedulè, vel umbra dubitationis circa exarata remancat, quæ in praxi plurimum expedire credimus, certiora atque distincta constituimus capita.

Primò, quando ob Gubernatoris occasum à Judice illius quoq; officium exercetur, & eo casu plures è Collaterali Consilio emanatas perlegi provisiones sancientes utrumq; deberi salarium, quamvis .n. à primordio suæ promotionis Judex, hoc habebat annexum onus in Gubernatoris obitu utrumq; gerere officium, utrumque etiam sibi persolvendum forè salarium in ejus animo fuit, in officii namque erectione salarium haud constitutum, assuetum debetur, cum lucris gagiis, ac emolumentis solitis, *arg. tex. in l. exceptio, Cod. locati, & in l.* 1. *in verbo consueta salaria, C. de latin. libert. toll.* cum aliis adductis per *Affl. in d. const. Justitiarios num.* 7. indicatq; *Paris. memor. verbo An si officialis.* Et proindè principale illud officium sibi commissum, quod secum utrumque exercendi munus onus habebat annexum, habet quoque salarii duplicati conglutinatum lucrum.

18 Alter verò casus in adversa valetudine Gubernatore residente, ab illo propendet litigio, num officiali infirmo salarium debeatur; In quo resolvimus juxtà *Parid.* placitum *de Syndic. verbo salarium cap.* 3. *Rex concessit num.* 5. quod *Caravit.* sectatus fuit *ritu* 7. *num.* 2. & insequitur *Reg. Tap. de offic. consiit. cap. Regn.* 35. *num.* 9. illi incidenti invaletudinem, quæ ipsum perpetuò ab officio removeat, salarium non deberi ex juribus perpensis ab eodem *Tapia ibid. num.* 5. & ex similibus in juribus feudalibus respectu feudatariorum *cap.* 1. *an mutus, vel surdus*; quod si infirmitas foret diuturna, quæ per bimestre in Regno attenditur, ut observat *R. Constant. C. de re militar. lib.* 12. *num.* 24. & 25. librans *text. in cap.* 1. *de cleric. ægrot.* licet anni interstitio illam perdurare præsumatur, juxtà *Sebast. Medic.* dictum *de casib. fortuit. q.* 6. *num.* 8. & post bimestre, illud minimè est persolvendum, quamvis regula sit Judici ægro illud deberi cum inter casus fortuitos ægritudo meritò supputetur à *Bovadill. tom.* 1. *polit. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 243. *ex Covarr. lib.* 3. *variar. resol. cap.* 13. *num.* 18. quem adhoc trutinat *Sebast. Medic. indic. q.* 6. *num.* 1. ubi à quibus excusetur, & quomodo probetur; & tangit *Reg. Rovit. dec.* 66. *num.* 9. remittens se ad *Escobar. de ratiocin. cap.* 27. *num.* 9. & *Bovadill. addu. loco*, discrimen tradentes inter infirmitatem paucorum dierum, vel longiorum,

rum, quod comprobat *Franc. Mar. Prat. ad Muscatell.p.7. Gl. Conclusio in fin.* & proindè omni jure ægrotum Clericum fructus percipere, *cap.1.de cleric. ægrot.* sancivit, famuloque infirmo mercedem præstari, firmat *Glos. in d. l. arboribus, §. de illo, verbo ægrotante*, pluribus trutinatis juribus, illamque laudat *Medic.q.6. num. 16.* post *DD. in d.l.diem functo de offic. assessor.* cum eo quoque tempore ministrare videatur, & per ipsum non stet, quominus serviat, ut *in d.§. de illo, & peregrino tex.in l.cum hæres 4.§.sichus lo 2. verbo servire,ff.de stat.liber.l.1.§.divus de var. & extraord. cognit.& in l.qui operis, ff.locat.* At altera *Glos.in l.si uno, §. item cum quidam verb. personis 2. col,* ubi se remittit *ad d.§. de illo, ff. locat.* ibidemque de casibus fortuitis, tàm respectu conductoris, quàm locatoris sermocinans,ait, illud non deberi, cum casus fortuitus conductori prodesse, & locatori nocere non debeat,& occurrit juribus in contrarium adductis, specialeq; subnectit esse in Advocatis, & Judicibus, ut & ipsis infirmis illud persolvatur; His enim stipendium, quod præstatur, censendum non est, uti merces intervenit in locatione, & conductione, nec veteres crediderunt inter tales personas locationem, & conductionem esse. Sed magis operam beneficii loco præberi; & id quod datur ei, ad remunerandum dari, & inde honorarium appellari, *l.1.ff. si mens. fals. mod.dixer. dict. l. 1. §. Divus, l. diem functo add. Costa de portion. rata quæst. 64. Beni. de privil. Doctor. par.1. privil.22. Mendez de Ann.Civil. lib. 10. l. 1. notabil. 4.* Pro quorum majori dilucidatione lectorem relegamus ad exarata per *Afflict. in constit. hac edictali num. 6. & Ardix. cap. 69. pagin. 76.* & respectu famuli infirmi per *Bar. in l. opera testamento de usufruct.leg.Laur.Silvan.consf. 28. num.23. Caroc.in tract.de locat. & conduct.p.1. in tit.de famul.& Pedisseq; num.23. Alvar.in cap. Mutus Episcop. vel Abb. Viv. opin.275. Montan. in prag.1. de admin.univ. num.41. Ricc. dec.220.p.2. num.11. & Medic.* sæpiùs *memor.q.6.num.16.* advertit æquitati dumtaxàt consonum esse illud exigi, operis personalibus locatis minimè ob infirmitatem præstitis, ex *tex. in add.§.item, & in l.in rebus, ff.commod.* & novissimè ad partes quæstionem examinat *Francisc. Mar. Prat. pract. observat. lib. 1. observ. 74.* famulo verò ægroto an dominus expensas erogare obstringatur, extricat *Bar. in l.si cum dotem, §.sin autem, ff. solut. matrim.* & ampliat *Corset. in singul. verbo Infirmus, Peguera decis.* 149. quidq; in famulis potestatis occasione officii morbo affectis,declarat idem *Bar. in l.liberti, Cod.de oper.lib.*

Verùm respectu salarii officialis adhuc anceps
19 controversia est, & unicus ille nobis occurrit scopulus *DD.* placito innixus, integrum totius anni Judicis hæredibus salarium transmitti, si ille infrà annum decesserit, quod ex *text. in d.l.diem functo*, insequitur *R. Consf. adduct. loco* laudans, *Eman. de Castro de anno.civ. not.4. num.7.* extendentem ad Doct. ad legendum conductum, quique aliter in sua Academia servari, & ratam temporis atteudi advertit; & in Advocato loquitur perbellè *Franc. de Petr. festiv.lect.lib.3.c.7.* idemque *Emanuel.* declarat mercedem transmitti singulis annis Advocato promissam, secus verò pro unica tantùm causa, *Morla in emptor.p.1. tit.1.q. 28. & 29.Tusch. conclus.8. lit.S. Avil. cap.1. prætor. num.18. P. Fragos. add. disp.9. à num. 65.* & ad medicum extendit *Dom. Reg. de Marin. lib. 1. quot. resol. cap.313.* & ante ipsum *Cephal. consf.70. Marant. consf. 59. & Viv. comm. opin. lib. 1. opin. 201. num.4.* huicque finitima est quæstio, quam pertractat *Dambouderius in tract. de pupill.patroc. tit.de Tutor. & Curat. merc.cap.1.à num.26.* nùm Tutor, & Curator, quibus à Judice singulis annis fuit constituta merces, illam universam totius anni ad hæredes transmittat, si infrà annum extremum clauserint diem. Si igitur Gubernatoris defuncti hæredibus illius anni integrum persolvitur salarium, minimè illud Judex superstes consequitur.

Hujusmodi autem dogmatis veritas pullulat ex *dec. Reg. Revert.* 507. quæ ad pennam circumfertur (illum, inquam, Reverterium, in cujus decisionibus observationes elegantissimè conscripsit D. Donatus Antonius de Marinis literatissimus, & tantæ integritatis vir, ut ad quinque annos ex Advocati munere, quod omnium plausu, ac præclarissimè obivit, ex arbitrio Excell. Comes Castrilli eo tempore Prorex, qui in eligendis ministris parem habuit neminem, M. C. V. in Civilibus primùm, deindè in capitalibus Judicem jusserit, cumq; tanti viri peritia ad Regis nostri Invictissimi aures pervenisset, Cameræ Summariæ Præsidentem elegerit, & ut summum gloriæ fastigium ascenderet, ocyùs, atque altissimum doctrinæ apicem jampridèm attingeret, ab Excell. Pinnorandæ Comite, qua pietate, qua doctrina, prudentiaq; Prorege eximio, apud Regem in Regentem nominatus, ab eoque supremi pro Italia Consilii Regens creatus fuerit,ubi omnium plausu, qua pollet ingenii, consilii, atque eloquentiæ facultate, residet. Ejusmodi observationes in Reverterium, citiùs, quam opusculum hoc meum excudatur, in lucem edi, quammaximè cupio,ut enim elegantissimis forensium quotidianarum resolutionum doctrinis à tanto viro conscriptis lucubrationes hasce meas nunc exorno, facilius etiam prædictis observationibus, imò & illustrius, condecorarem) *Reg. Reverterius* enim *in memor. dec* 507. observantiam tradit in Regno, cuicumque officiali, tùm majori, tùm minori, salarium solvi pro rata temporis tantùm servitii præstiti,supremi Tribunalis scito comprobatam, & confirmat *Capiblanc. tom.2. de Baron. super prag. 4. cap. 22. à num.12.* & advertit *R. Tap. dec. S.C.45. n.6. Judex de Angel. in l.Jubemus, §. ut autem iis, C. de Advocat. diversf. Judic.* Idq;etiam in Regno Siciliæ, aliisq; locis servari, testatur *Mastrill. cir. tract. de magistr. lib.1. cap. 21. num.51.* & apud Lusitanos *Cabed. p.1.dec.8.* & meritò à *Caravit. in ritu 9.num.1.* commendatur usus, qui invaluit in M. C. V. ut ejus officialibus singulis mensibus distribuatur salarium, quem comprobat idem *Regens Tapia* ejusdem Senat. *decis. 60. num.8.*

Quod si, & tertium erit caput, Gubernator absens fuerit à loco residentiæ, persolvi debeat salarium illi absenti, vel Judici ejus vice jus mini-
20 strauti, resolvimus superiori *ritu 7.* Quid verò si fuerit amotus, vel suspensus deindè ablolutionem con-

consequatur, & ad idem officium redeat, inquiunt *Masull. ad Capyc. dec.125. num. 1. Reg. Constant. in l.1. C.de re milit. num. 22. lib. 12. Dom. Reg. de Marin. lib.1. quotid.resolut.cap.310. Franc. Marc. p.2. dec.676. n.5. P.Fragos. add. disp.9. n.67.* latèque *Francisc. Maria Prat. pract. observ. lib. 1. observ.66.*

21 An autem miles duas tenens militias duo consequi possit stipendia, negativè determinatum tradit *Reg. Reverter. dec.* 308. & geminatis S. M. ordinibus expressè est vetitum Proregibus, ne permittant ea exigi à militibus duplicata de quibus testantur *Regens Sanfelic. d.decis.328. lib.3. D. Reg. Capyc. Galeot. in dissert. unic. post primum responsum fiscale à num.71.* quique acerrimè tutatur Regia mandata tantùm militaria stipendia respicere, non autem ea, quæ magistratibus togatis deberi contingerit, quibus duplex exercentibus officium, duplex datur salarium juxtà à nobis supra exarata, quibus addimus *Thor. par. 1. compend. decis. verb. Salarium duplex, & in supplem. cod. verb. Salarium, D.Reg. de Marin. lib.1. resol. cap.312.*

Hinc Marchioni Casalicchi duplex salarium deberi, uti Præsidenti Reg. Cameræ, & Præsidi, & Gubernatori Provinciarum Capitanatæ, & Comitatus Molisii determinavit Regia Camera die 31. Januarii 1652. Et binum solvi Præsidenti, vel Consiliario, si exerceat etiam officium Advocati fiscalis consuluit Regia Camera, instante Domino Præsidente D. Carolo Calà Duce Diani, sub die 25. Septembris 1655. & observatum in ejus personam tradit *Reg. Tapia de jur. Regni lib.2. tit. de offic. Judicum sup. hoc ritu pag.*378. adductus à *Visconti in concl. jur. verbo Officiales omnes,* & decisum memorat *D.R.Capyc. Galeot. in 2. resp. fiscal. ult. collat. in fin.* cujus meminit *Thor. in supplem. compend. verbo Salarium debitum, R.Sanfel. mem. loco num.5.* proùt duplex persolvitur Regio Consiliario exercenti officium Propræsidentis S. C. & Præsidentibus Regiæ Cameræ, qui subeunt munus Locumtenentis per hebdomadas, teste *Camillo de Curte in 2. par. compend. feudal. cap.1. à num. 156. Tasson. de antefat. vers.14. observ.2. num.20.* meminit *Dom. Reg. de Marin. add. cap.312.* & distinguit *Dom. Reg. Rovit. in prag.15. num.20. de officiad.*

Cæterum, potest quivis aliquando fungi vice duarum personarum, *l.1. §. consules, ff. de offic. Consul. Surd. dec.291. num.5.* nimirùm, si jura duorum fuerint in eadem persona, illa remaneant distincta, neque confundantur, at considerentur, si duæ essent personæ, ut notat *Bal. in indic. l. 1.* & post alios *Surd. dec.153. num.16. Bellug. in specul. Princip. rub.45. §. quamvis num. 2.* & ibidem *Borrel. lit. A.* inquirens, nùm Baro comparens in Parlamento nomine suo, & alterius diversas voces dare possit. Et an procurator à domino constitutus ad vendendum possit à se ipso emere, *Reg. Reverter. dec. manuscrip.* 78. & de tutore est *text. in l. cum ipse, C. de contrah. empt.* quem exornant *Menoch. de præsumpt. lib.3. præsumpt.* 80. *num.* 9. *Guttier. de juram. confirm. p.2. cap.15. num.6. Cald. Pereir. in l. si curatorem, verbo contractum n. 31. C. de in integ. restit. min. & in tract. de emp. & vend. cap.17. n.13.*

Promotor in Almo Collegio Neapolitano an possit esse Vicecancellarius, & duas valeat etiam portiones consequi, unam uti Vicecancellarius, aliam uti Ordinarius, & Promotor, pertractat *Tasson. de antefat. vers.3. observ.3. à n.262.*

RITUS NONUS.

Salarium officialibus statuitur ex proventibus.

ITem quod Locumtenens, Judices, Magistri Actorum, & Ærarius, teneantur quolibet mense in fine ipsius mensis facere divisionem proventuum inter officiales dictæ Curiæ, & dare, sive dari mandare, & solvi unicuique ratam sibi contingentem, proùt antiquitus in ipsa Curia facere consuetum, & observatum extit,

SUMMA RERUM.

1 *Qui sint ad munia exercenda, eligendi.*
Judicibus stipendium persolvi debet.
Id quod fuit moris apud Romanos.
Fovetur virtus præmiis affecta, non corrumpitur.
2 *Proventuum rata, vigore ritus competens, fuerit nè persoluta in computum salarii. vel potius ultra salarium.*
3 *Coniectura valida refertur convincendi officialem de extorsionibus, & an præsumatur divès effectus de pecunia domini.*
Mustela dictum Vulpeculæ recensetur.
4 *Salarium unicuiq; solvendum pro dietis quale sit præscriptum in Regno.*
5 *Illud solvi ante, vel post administrationem, an debeat.*
6 *Quod verò officialibus à publico solvitur, quando debeatur.*
7 *Unicum persolvendum, si eodem decreto plures, ac si unus fuerit absolutus.*
8 *Regula, quod Artifici non fiat solutio, nisi perfecto opere, restringitur in ædificatoribus domorum.*
9 *Rata significatio quotuplex, & quæ sit: cum remissiva declaratione totius materiæ.*
10 *Proventuum nomine quid contineatur.*
Obventiones, quæ sint.
Redditus, qui dicantur.
Fructus etiam, qui, & quotuplices.
Omnes tamen ità dicuntur, deductis expensis.
11 *Si legetur quicquid pervenerit ex aliqua lite, expensæ deduci debent.*
12 *Emolumentorum appellatione, quæ veniant.*
13 *In locatione facta de omnibus fructibus Archidiaconatus, non intercluduntur fructus in adventu Archidiaconi præstari soliti.*
14 *Universitas quæ singulis annis, certo temporis interstitio, Baroni munus dedit, data demùm renitentia, an cogi possit ad in futurum continuandum.*
Determinationes S.C. afferuntur.
Dom. Jo: Franciscus Capiblancus ejusque filius D. Consiliar. Antonius laudantur.

Munus

Munus prædictum debeatur ne Baroni locatori, an conductori fructuum oppidi.

25 *Proventus dicantur nè fructus Jurisdictionis.*

An connumerentur inter oppidi fructus.

26 *Si illi fiant ab Officiali ante exactionem remoto, cujus sint.*

27 *Distributiones quotidianæ veniant nè appellatione proventuum Ecclesiasticorum, necnè.*

28 *Fraudantes proventus qua pœna puniantur, quavè subtrahentes pecuniam fiscalem, & nonnulla adduntur.*

Qua verò pœna Caxerii publicorum Bancorum, qui inscils Gubernatoribus in proprios usus pecuniam bancalem convertunt.

1 Etsi noverim eos inaugurandos esse Judices, quorum primum meritum sit magistratum non appetere, secundum non petere, & quos vinci pretio impossibile prece mirandum sit, ut *Eusebius Nerinberg. lib.2. Theopolitici* acutissimè scripsit, eosque etiam eligendos, qui nihil è munere obeundo, aut mercedis, aut lucri recipiant, cum satis quæstui sit ipsa dignitatis consecutio; Stipendium tamen à proventibus Curiæ illis persolvi, ut *Ritus* iste annuit, singulis mensibus, non abnuerim. Moris fuit apud Romanos, si *Bulengerio de Imperio Romano* credamus, salaria Magistratibus decernere, quod *Lambrid. in Alexandro* apertissimis verbis ostendit; *Judices cum promoveret exemplo veterum, ut & Cicero docet, & argento, & necessariis instruebat*. Fovetur potius, quam opprimatur virtus, si præmio affici videatur, magisq; ad laborem impellit spes honestæ mercedis, quæ, nè in deteriores cupiditates ruant animi, sæpiùs est in causa, licere sibi autumant Magistratus munera, & pecuniam ab alienis recipere, cum nihil ipsis subsidii conferat Curia ad vivendum. Militum alacritatem præmiis fovent in pugna Duces. Quidni stipendio etiam foveatur Judicum in obeundo munere diligentia?

Isthæc nè proventuum rata (de qua Ritus) de-
2 beatur in computum salarii, an potius ultra salarium quod fuerit consuetum persolvi, illorumque propterèa facienda sit divisio, non explicat ritus, & nos credimus in partem salarii eos fuisse persolutos, quia sportulas, & tricesimas vetuit *rit.14.* cum scilicet salarium præstatur, ut illic notabimus, ideò cum debentur, certè ratione salarii deberi constat. Hodie tamen indubium est ex publico cuicunque officiali subministrari salarium, quinè & in Regia generali Thesauraria ex ordinatione Joannæ, & Caroli Regum *in pragm. 2. §.9. de offic. Judic.* exceptis officialibus Provinciarum, quibus Perceptores hodie salarium solvunt, ex *prag. 61. de offic. Procur.* in posse quorum proventus perveniant, altera disponit *pragm.6. §.21. de offic. justit.* & in M. C. V. voluit *pragm. 30.§. perche, de offic. mag. justit.* juncta *pragm. 14. de offic. quæst.* de quibus tamen proventibus criminalibus stipendium Judicibus M. C. V. persolvi, insinuat *Afflict. in constit. cum circa num. 19. & in 7. notab.* qui si haud fiant de proprio assignari debet, *Franc. Claper. in suis dec. caus.11. q.1.* judicatum refert *Carrab. sing.216. & Carav.* memorato *in hoc rit. num.3.* post alios notat *Avus meus ad Capyc. dec. 27. num. 9.* ac novissimè consuluit *Dom. Reg. de Marinis lib. 2. resolut. capit. 124. num. 11.* vide *Capibl. in pragm. 19. num. 27. de Baron.*

Quo quippè stipendio debere omninò esse contentos officiales, probat *Bald. in c.cum in jurepetitus num.11. de elect.* per *text. in l. qui sine usuris, ff. de negot.gest.* ibi: *Abstinentem omni lucro, præstare fidem*, quem propterèà aureum esse ad-
3 dit; Quamobrem perspecto locupletatos eos esse plusquam permiserint stipendia, si fisci munus; rationesq; fiscales gesserint, licere Principi acquisita bona confiscare, jure præsumente à fiscalibus introitibus subtraxisse, vel turpi lucro acquisivisse, notarunt, *Jo. de Platea Luc.de Penna, Rebuff.* & alii *in l. defensionis facultas, C. de jure fisci lib.10.* idem *Bal.in l.cum oportet, Cod. de bonis quæ liber. Reg. Reverter. dec. 71. & 380. num. 4. Reg. de Ponte cons.146. num.70. lib. 2. Menoch. de præsumpt. lib.3. cap.52.* extricans articulum, & *Visconti in conclus. jur. verb. Officialis*, qui multa addit. Jure igitur existimavi semper validiorem modum convincendi officiales de extorsionibus non reperiri, quam minutatim percunctari, quæ bona antequam illud muneris consequeretur possiderent, quæ tempore Syndicatus, quæ perceperint interea stipendia, quas interdum potuerint solito considerato vivendi, more erogare expensas, sicque omnibus hinc inde perpensis dijudicare, utrum tanta rerum copia justis artibus locupletari potuerint; an contrà, per fas, ac nefas impinguatis, atque obesis, illud, quod Æsopicæ olim Vulpeculæ furtivo frumento saginatæ, dixit Mustela, iis quoquæ dicendum sit à Fisco.

Macra cavum repetas arctum, quem macra subisti.

Horat. lib.1. epist.7. Alienisque pennis, tanquam viles corniculæ decorati, non sine ignominia deplumandi videantur.

Salaria verò pro dietis solvenda, præscripsit *Pragm. 6. de Commis. & executor.* & personas, &
4 summas illis, & cuilibet earum debitas speciatim memorans, quin dubia perplura in ea re accidere, quæ possunt *Rov. Reg.* illic inquirit, & nos alia, tum de salario, tum de dietis investigamus *sup. rit.8. & 151.*

Illis debitum pro dietis prædictis persolvi de-
5 beat ante, vel post servitium præstitum necnè, explicat *Haviles* distinctione utens *in lib. pratorum cap.14. Glos. menestrales num.3.* à quo verò sit persolvendum declarat *Andr. in Constit. cum circa, verbo Sexagesimam, versic. quando verò petitur.*

Aliud autem, quod à publico debetur officiali-
6 bus in anni initio, vel saltem post inchoatam administrationem, seù cæptos labores persolvendum esse, per *tex. in l. 2. Cod. de Advoc. Judic.* inquit *Costa in tract. de portion. & rat.q.236. sub num. 12.* cum adductis per *Maximinum in sua luculenta distinctionum centur.1. distinct.90. num.5.* videas *Duen. reg.63.* assessori, *Novell. reg. 183.* salarium, necnon *Avum meum ad Capyc. decis.163. num.1. circ. med. Carav.* hoc *in ritu* memorem, & quæ nos notavimus *rit. anteced.*

Sed quod anticipatè fuerit persolutum repeti possit pro tempore, quo subsequenti impedimen-

to

to administrari officium impossibile fuit, *Reg. Rov.* alia adiungens *in prag.* 1. *num.* 6. *de offic. Judic.* suffultus doctrina *Angel. & Cornei. in l. similiter, C. de condic. ob causam.*

Quin? & illud notabile adnectimus (ab Actuariis tamen, Judicibusque parvipensum) unicum
7 persolvendum esse salarium, si plures unico decreto, ac si unus, absolutus fuisset, *Je. de Plat. in l. ut autem in princ. vers. ex hoc inferunt, C. de re mil. lib.* 12. est *tex. in §. sportularum, vers. si verò pro una, auth. de sanctiss. Episcop.* assentitur *Gomesf. var. resol. to.* 2. *cap.* 11. *num.* 16. *in fin.* necnon *Reg. Rov. in prag.* 36. *num.* 5. *de offic. Magistr. Justit.* qui quidem summoperè notandum advertit, & multoties vidisse contrarium, & malè observatum addit, *Dans. de pugn. DD. t.* 1. *de offic. Actuar. num.* 12. insequitur *Novar. t.* 2. *de gravam. vassall. gravamin.* 97. & peroptimè tangit *Amichin. de prævent. instr. c.* 4. *dub.* 6. *n* 85.

Cæterum regula, quod Artifici haud solutio
8 fiat, nisi perfecto opere, restrictionem admittit in ædificatoribus domorum, qui complementum operis minimè expectant ex *Bald.* observat *in l. adversus C. locati, Avus meus ad Capyc. cit. dec.* 163. *n.* 1.

Ratæ verò significatio quotuplex, & quæ sit,
9 explicat adamussim *Costa in tract. de portion.*, *& rata, Præmisso primo*; eam dici, & accipi pro portione alicui contingente, & quomodo, atque de illius varia acceptione subdit *præmis.* 2. quin? & plurifariam sumi, pluribusque modis in jure passim accipi, omnibusque prædicamentis responsuram adnectit *præmis.* 3. Itemque ejus effectus recenset *præmis.* 4. clausulam insuper (ad ratam, & pro rata) non una demonstratione declarare interpretes adjungit *præmis.* 5. demumque sit nè idem dicere (rata, vel pro rata; pars, vel pro parte) an verò aliquid intersit subdit *præmis.* 6. ex cujus dictis illud, & nos seligimus ad rem præsentem spectantem, ratam accipi pro proportione alicui ex hominis, legis, aut æquitatis dispositione competente, juxta subiacentem materiam per *l.* 4. *ff. si pars hæred. pet. l. sic pro rata, ff. de Relig. & sumpt. funer. capit. constitutus, vers. juxta ratam de Relig. domib. Tiraquel. de retract. lignag. §.* 11. *Gl.* 8. postquè alios, idem *Costa cit. præmis.* 2. *num.* 1.

Et tandem occasionem nacti ex proventuum
10 nomine *in Ritu* adiecto, duximus adnotandum esse, reperiri complura nomina in hac ipsa specie, aliqualem tamen adinvicem dissimilitudinem habentia; Proventus nempè, Obventiones, Redditus, atque fructus, teste *Balzarano in constit. Regn, cum juxta num.* 33. *sub rub. de salar. Bajul,* qui tamen non sine nota præteriit aliud Emolumentorum; Proventuum igitur nomen generale esse, dicunt *Rebuff. in concord. Franciæ rub. de collat. §. volumus, vers. Proventus*, atque; *Mandos. in Glos. facultatum propè fin. verb. Proventus*; quin? & magis generale esse fructuum, & redditium nomine adiungit memoratus *Rebuff.* At quoniam in antecedenti *versic.* dixerat reddituum nomen esse genus generalissimum, sequutus *Alberic. in l. frugem, ff. de verbor. signif.* nimirùm, si in calce ejusdem *vers. Proventus*, replicat, inquiens prædictum assumptum minimè prosternere istud alterum, scilicet nomen proventuum latius patere. Illi siquidem oppositioni respondet idem *Rebuff.* & quidem benè *in suis commentariis* ad eandem *l. frugem*; Quod verò sit magis generale, amplexetur, fructus; & redditus præportant optimus *tex. in l. annonam*, ibi: *Uberes proventus, ff. de extraordin. crim. & Luc. de Penn. in l. litibus, col.* 7. *vers. Hæc de redditibus, C. de agric. & censit. lib.* 11.conciuitque *tex. in cap. grandi, cum Glos. vers. redditus de supplend. neglig. Prælat.* ibi: *De redditibus, proventibus, omnibusque Regni, Juribus, sine diminutione aliqua plenariè respondendo.* Exorditur enim ab exilioribus, & augendo progreditur ad majora, nimirum, si *Glos.* prædicta, annuendo reddituum nomen esse generale addit exemplum, quia plus est in redditu, quàm in fructu, & nos credimus fructuum, sivè reddituum appellatione venire certos, atque ordinarios introitus, proventuum verò etiam incertos, eosque, qui ex mulctis, atque ex jurisdictione, aut alias undecunque obveniunt, ex notabili doctrina *Innoc. in cap. pastoralis de donat. & cap. unic. ut Eccles. benef. sine diminut. confer. Alex. Trentacinq. consf.* 2. *num.* 13. Utriusque insuper *tex.* verba convincunt citra dubium veritatem relatæ conclusionis; quin? & *tex. in cap. cum M. Ferrariensis in princ. de constit.* ob quæ non immeritò dixit *Balzaran. in dic. constit. sub num.* 8. Proventus appellationem esse generalissimam continentem omnem redditum: quod ipsum scripserat antea *Pellic. in constit. Aversa cap.* 8. *num.* 138. quippè quod refertur ad omnes fructus, naturales nempè, industriales, & artificiales, necnon *Bal. in eod. cap. cum M. Ferrariensis num.* 10. Obventionum verò vox itidem nimis lata apparet, *l.* 1. *in princ. C. de pignor. act.* illæque differunt à fructibus, quandoquidem fructus sunt, qui ex re ipsa immediatè leguntur, obventiones autem mediatè, scilicet propter rem, ut pensio, aut vectura, ex *Bal. in l. vinum, ff. si cert petat. & c. gravis sub num.* 10. *de restit. spoliat.* eodemque; *Balzaran. sub illomet num.* 8. At reddituum nomen est quoque genericum, altero tamen proventuum non majus; etenim quamvis *Bal.* generale quoque esse autumet ad omnes proventus *in cap. conquerente ante num.* 1. *de restitut. spoliat.* illis nihilominus majores esse non adiungit; Fructuum denique appellatione, licet quandoque venire actiones, constet ex *l. is qui puteum, §. si fundus*, & illic scriptis à *DD. ff. quod vi, aut clam, Bald.* memorato *cap. cum M. Ferrariensis num.* 7. attamen regulariter, & ex propria significatione intelligi eos duntaxàt, qui cœli clementia, vitalisque roris irrigatione, adiuncta hominum industria, & labore prodeunt; quod nos prudenter docuit ipsemet *Bal. in cap. in Genesi sub num.* 3. *de elect.* corroboratque mox relata differentia inter fructus, & obventiones; latiori verò sumpta significatione venire quicquid possessioni accedit, sivè ad perceptionem, & contactum pertineat, sivè ad solum animi affectum, ut electio, existimat ipse *Bal. eod. nu.* 3. præterea adiungens multiplices fructuum species, easque declarans in illomet *c. cum M. Ferrariensis num.* 2. de quibus latè *Menoch. de arbitr. cas.* 21. *Capibl. de Baron. prag.* 5. *n.* 8. *t.* 1. *Dom. Reg. de Marinis lib.* 1. *quotid. resol. cap.* 152.

Omnes

Omnes tamen ita dici, qui supersint deductis expensis, cunctisque oneribus docent tùm *Glos. indic.c. gravis.*, tùm altera *in c. pastoralis vers. obventiones de his qua fiunt à Pralat. Io. Grazia de expens. & meliorat. cap. 1. à num. 20. Mexia de taxa panis concl.2. num.* 88. *Viv. opin. commun. lib.3. opin.* 798. sivè ab homine sivè à lege nomen fructus proferatur, *Roman. singul.*336. ex *tex. in l. fundus* 52. *ff. fam. ercisc. & in l. si à patre, vel à domino* 35. *§. fin. ff. de petit. hared.* & an, ac quando illi debeantur deductis expensis extricant *Campeg. in tract. de exaq. dot. privil.*10. *Duen. in tract. reg. jur. reg.* 198. necnon *Viv. dec.* 4. quos *Avus meus* laudat *ad Capyc.dec.20.num.1. in nov.* & an si legetur quicquid pervenerit ex aliqua lite, expensæ deduci debeant, inquirit *Bal. Novell. de dot.p.8.priv.*13. aliasq;excitat quæstiones *Avus meus add. loco nu.1.& 2.*

Emolumentorum autem nomen cujus sit vir-
12 tutis; idem *Mandos.* latè explicat, atque *Boer. dec.* 224. *num.*6. subdens dubium, ad quam spectent Monachorum spolia Abbatem nè, vel fructuarium, ejusque meminit idem *Avus meus ad Gram. decis.* 46. *num.*2. & cum *tex. in clem.*constitutum sanciat venire, etiam quod provenit ex jurisdictione, & sigillo Curiæ atque ideò pœnæ, ac multæ, juxta *decis.*230. *num.4. t.1. p.*32. *Farinacci*, nimirùm si fortasse erroneum non erit dicere, proventus alio propriori nomine dici emolumenta, ob idquè nimirum si verba faciendo in eo loco *Mandos.* de proventibus, inter alios *text.* de illis loquentes recenseat prædictam *Clementinam.*

Illorum scilicet fructuum appellatione non comprehendi præstita ex voluntate, & gratia exclàmat *Iacob. in l. si proprietatis, ff. de jure dot.*
13 Ut propterea locatione facta de omnibus fructibus Archidiaconatus, non intercludi fructus in adventu Archidiaconi præstari solitos, meritò consuluerit *Oldran. cons.* 129. & autoritate posthabitis aliis, *D.R. de Marinis lib.1.quotid.res.c.*125. suffultus respondet *Novar.to.2. de gravam. Vassall. pralud.*3. *num.*13.

Huic concinit quæstio sæpè sæpiùs in subselliis
14 hujus Civitatis trutinata, possint nè Universitates à Baronibus cogi ad continuandum munus, per multos retrò annos ad certum tempus ipsis præstitum, & an illud debeatur Baroni locatori, vel conductori fructuum oppidi, & partes Universitatis contra Baronem tutatus fuit *Io. Franc. Capialanc. tom.* 1. *de Baron. prag.* 1. *num.* 339. & confirmat *singul.*53. *post num.* 100. cum actus ipsi voluntariæ liberalitatis existant. At ipsemet *Capiblanc.* contrariam aleam audacter sustinuit 2. *tom. de Baron. super pragm.1. cap.4.* & insequitur *D. Regens de Marin. add. lib. 1. cap. 78. num.* 11. maximè attentis, quod talia munera inter Baronales introitus describuntur in releviis, & in exitu introituum Universitatum quamq; amplexum fuit S. C. in causa Marchionis Murconi cum ejus Universitate, ipsa enim instante non posse deinceps obstringi ad solutionem annuorum ducatorum quinquaginta pro munere; cum restitutione exacti, sub die 27. Januarii 1645. referente *Domino Consiliario Aloysio Gamboa*, decreto S. C. fuit impartitus terminus super omnibus hinc inde prætensis, & interim quod præfata Universitas continuet Marchioni solutionem annuorum ducatorum quinquaginta pro munere, fol. 128. in proc. in Banca Lombardi, quodque decretum in gradu reclamationis extitit confirmatum sub die 24. Decembris 1655. fol.204. d. proc. & alias determinatum fuit me patrocinante in S.C. Relatore *Domino Consiliario Antonio Capiblanco*, sub die 9. Julii 1660. fol. 90. in Banca de Fusco, in causa Vespasiani de Baucio cum Ducæ Salzæ, & Universitatæ Terræ Pompiliani. (De quo Consiliario, homine omnium laudum numeris cumulato, illud à me pro omni elogio dictum sit; paternæ eum virtutis imaginem vivam, mœlius moribus suis, vita, doctrinaq; præseferre, quam verbis nostris, & eloquentia exprimi possit. Patrem enim habuit Joannem illum Franciscum Capiblancum, sæpiùs in hoc opere memoratum. Auditoris olim ac Judicis Vicariæ muneribus honestissime functum, cujus nominis memoriam (ne in cæteras ejus laudes digrediar) immortali veluti monumento, editis commentariis de *Baronum authoitate* consignatam, ullo unquam tempore, nec ignis, nec ferrum poterit nec edax abolere vetustas.) Videas *Novar. de gravam. vassall. tom. 1. gravam. 9. & tom. 2. gravam.* 110. *Thor. par. 2. compend. dec. verbo munera*, necnon *in supplem. dec.verb. munera, & vassalli.* Illud autem Baroni, minimè vero conductori competere resolvitur, ex adductis per *Rov. in prag.1. n.12.de salar.& eund.Capiblanc.add. tract. tom.1. prag.8. par.1.num.*156.

15 Verùm proventus dicantur nè fructus jurisdictionis, affirmativè indicant *Gramm. dec.* 46. *num.1. Regens Costant. in l.1. C. de pan. fiscal. num.* 70. *lib.* 10. *Cenc. de censib p. 1. cap. 3. q. 1. num.21. Regens Sa vrn. dec.52. num.21. Consiliar. Theod. alleg.* 47. *num.*5. at non propriè, sed impropriè explicat *Avus meus ibid. ad Gram. num.* 1. & quod illa collata, proventus comprehendat *Staib.sen.* tradit *cons*84. *num.*14. illos verò minimè connumerari inter oppidi fructus advertunt *Consil. Marcell. Marcian. consil.* 49. *num.* 15. *Capan. de jur. Relev. p.4. qu.2. num.*13. eosque non licere Baroni vendere simul cum officio Actuariatus, *Regens Constant. addit. loco num.* 17. monet, necnon *Capibl. indic. tract. tom. 2. cap.* 20. *num.*17.

16 Si illi fiant ab officiali remoto ante exactionem cujus sint, inquirunt *Masull. ad Capyc. dec.* 187. *num.7. Reg. Rovit. decis.*91. *num.*30. quos laudat *Danz. ad. cit. Gramm. dec. 46. num. 16. & 17.* & an primi, & secundi usufructuarii si condemnatio sit facta tempore primi executio verò tempore secundi tangit *Gulielm. de benedict. in repet. c. rainutius, vers.catera bona nu.*36. adductus ab *Avo meo ad Capyc. dec.185.n.2.*

Proventum Ecclesiasticorum appellatione ve-
17 niant nè distributiones quotidianæ, si quæratur recurrendum monemus ad *text. in cap. licet de preb.* sancientem vigore indultus concessi *in cap. super specula de Magistris*, ut absentes causa studii percipiant omnes proventus Ecclesiasticos, non tamen propterea potiuntur distributionibus quod fieri non adiicit, quia proventus non complectuntur distributiones, at potius insinuat id

con

contingere ex defectu voluntatis concedentis, quæ nō videatur in eo casu extendi ad distributiones dūtaxàt debitas servientibus,ex aliis, & quippè multis *textibus*, itaùt cæteris in casibus minimè loquentibus de assistentia chori affirmari citius possit includi distributiones sub nomine proventuum.

18 Qua tamen pœna mulctentur fraudantes proventus, recensent *Paris. de Syndic. in rubr. de mod. & form. Syndyc. §. syndicantur etiam officiales*, & *Campagn. ad cap. Regni scire volumus num.* 14.

Qua verò peculatores, hoc est publicam; seù fiscalem pecuniam expilantes; potissimùm in Regno *Balzar. in const. officiales num.* 10. *de official. Reipub. Petr. Gregor. syntagm. jur. lib.* 33. *cap.* 29. *num.* 4. *Rub. de lege Iul. pecul. Caball. resol. crim. cap.* 99. *num.* 2. *Dom. Reg. Moles dec.* 1. *tit. de pan. quib. ten. official. D. Reg. de Ponte dec.* 7. *Dom. R. Lanar. cons.* 93. *Dom. Reg. de Marin. lib.* 1. *resol. cap.* 244. & 291. ares constituentus casus pro dubii resolutione, *Dom. Reg. Sanfel. decis.* 166. & 289. *Dom. Reg. Capyc. Galeota respons. fiscal.* 22. Certà apud Romanos, & si à principio capitalis ea non fuisse dicitur, postea tamen capitalis facta est, *lege Iulia*; & aqua, & igni peculatoribus interdictum. Novissimè verò deportatione, atque omnium bonorum, ac pristinorum jurium amissione eos punitus asserit *Vulpian. in l. peculatus pœna, ad l. Iul. pecul.* Nulla tamen pœna tam atrox unquam reperiri potuit, quæ ad cohibendas à peculatu manus sufficerit. Quin multis publicarum pecudiarum expilatio honori, ac dignitati fuit; non pœnæ: ut optimè, ac verè *M. Cato* dixerit, *Plutarcho* teste; *Privatarum rerum fures in compedibus vitam agere; publicarum verò in aureo, & purpura conspicuos incedere, & magnates haberi*: Hac ratione Narcissus, & Pallas Claudii Cæsaris liberti, alter ab epistolis, alter ab rationibus, ad immensam illam divitiarum magnitudinem, quæstiorisque ac prætorias dignitates pervenere ut eos Crasso ditiores fuisse, scripserit *Plinius*: ipsisque Principi de fisci exiguitate querenti non absurdè dictum sit: *Abundaturum fiscum, à duobus libertis in consortium reciperetur* ut ait *Suetonin Claud.*

Videndum nunc est quibus pœnis afficiantur nostrorum Teloniorum, vulgò publicorum bancorum Nummullarii, & Caxerii, seù Mensarii, à nummorum dispensatione hoc nomine nuncupati qui in seus Gubernatoribus Banci pecuniam in usus proprios sibi vertunt.

Et sanè in controversiam ductum hoc fuit adversus Fulvium de falco Caxerium nummulariæ tabulæ, *Divæ Annunciatæ*. Is enim convictus quod ex arca nummaria maximam pecuniæ summam sibi usurpasset, à Juncta ut vitam remo publicæ triremis affixus perpetuò duceret damnatus fuit sub die 16. mensis Novembris 1652. referente *Domino Paulo Staibano*, & literis, & integritate præclarissimo viro, atque optimo Consiliario, penès Anellum Violam Act. Assump. cujus sciti memor est *Franc. Maria Prat. respons. crimin.* 20. *in fin.* qui ad defensam præfati Fulvii calamum arripuit, triaq; docta edidit *responsa criminalia*, *numè* 20. 21. & 22.

Amplexi fuere Regiæ Junctæ Judices decisionem in Vrbe Panormitana olim factam, atque à *Mastrillo* relatam *dec.* 238. quod licet Tapezita quidem seù Caxerius qui ex arca numeraria quin que millia aureorum suscepisset, à Magna Regia Cu ia capite damnatus fuisset, in gradu tamen revisionis à Judicibus delegatis lenior lata fuit sententia, & ad triremes perpetuò damnatus fuit.

Mitiorem hanc de Joanne Baptista Bracciolino sententiam ferre Junctæ Judicibus minimè visum fuit, qui ex banco S. Eligii, in quo paudectarii onus sustinebat, ingentem pecuniarum summam assumpsit, & in proprios usus convertit, qua de causa Telonium illud in perniciem tot creditorum defecit, & tanti de sceleris reus, Relatore *D. R. Antonio Miroballo*, morti addictus fuit. Ab ejusmodi determinatione ad Collateraie Consilium reclamavit, & dum causa peragenda erit coram Principe ingruente lue ante illius decisionem in carceribus M. C. V. diù detentus ibidem, ex hac vita decessit, (& in cruciatu mortuus, dum in carcere mortem obivit, *Bal. in l.* 2. *num.* 6. *C. de his qui ad libert. Gl. in clem.* 1. *verbo Tormentis de heretic. Prat. respons. crim.* 37. *num.* 12.) cujus causam, dùm terreni Judices ob pestis intercessionem absolvere nequiverant, supremus omnium Judex Deus cum eodem dijudicandam suscepit, eodem tempore divinæ Justitiæ legibus damnatus, quo humanis etiam morti addicendus erat ut causæ exemplaris gravitas postulabat, & sententia exemplo cæteris furet, atque terrori, ad *tex. in l. famosi in fin. ff. ad l. Iul. Majest. l.* 3. *in fin. C. de Episcop. Aud.* Discant ex hoc scelesti, quod ubi humana defecerint judicia, divina evitare minimè poterunt.

Et sanè ejusmodi criminum patratores, non nisi capite puniendi sunt, cum communi bono, quàm maximè noceant, & hujusce generis furtis Civium domos depauperent, juxta *pragm. Invict. Caroli V. primam de nummular.* confirmatam, ac ampliatam, *ex altera* 4. *eod. tit. Gizzarell. dec.* 80. *num.* 3. *Novar. t.* 3. *de gravam. vassall. grav.* 9. *nu.* 26. & *dec.* 33. *num.* 9. *Scialoya in prax. forind. c.* 10. *num.* 23. *Caball. resol. crim. cas.* 136. *D. Thom. del Bene de immun. Ecclesiast. cap.* 26. *dubit.* 11. *sect.* 6. *num.* 3. *Regens Tap. de Jure Regni rubr. de nummul. Tasson. de antefat. versic.* 12. *observ.* 2. *nu.* 57. *Danza de pugna Doctorum to.* 3. *cap.* 11.

RITUS X.

Mandat semel in hebdomada acta à Regente aliisque officialibus perquiri, ut illa quamcitius terminentur.

Item quod Locumtenens, Judices, Ærarii, & Magistri Actorum, Advocatus Fisci, & alii Fiscales, teneantur semèl ad minus in hebdomada, perquirere omnia acta Curiæ, & Processus, & acta fiscalia: & dare expeditionem litibus, & mandare fieri exequtiones secundum antiquum Ritum, & ubservantiam Curiæ præfatæ.

SUMMA RERUM.

1 *Memoratur Reipublicæ status, communisque omnium calamitas, dum fori omnes litibus ferveat.*
Judicium cujusdam Romani Philosophi, videatis tot causidicorum millia, prima luce ad forum properantia, recensetur.

2 *Gliscente in dies litigantium exercitu, æs, res, spes omnis consumitur, hominumque societas devastatur.*
Ad Jurisperitos spectat tam gravi Reipublicæ incommodo providere, urbiumq; columitatem servare.

3 *Tullius Servium Sulpitium commendavit, quod litium anfractus tollere semper maluerit.*

4 *Carolus Quiatus cum plurimæ de litibus deferentur quærelæ, nihil sibi gratias futurum declarabat, quam si quis citò lites definiendi modum invenirèt.*

5 *Factum enaratum Elzearii Comitis Sanctissimi, à Carolo Duce Regis Roberti filio, Pauperum Advocati munus adepti, qui mensam accumbiturus, oppressus à paupere, & reprehensus, relictis prandio, & sociis, misselli negotium confecit, obtinuit, & obtulit.*

6 *Ipsa lis quam grandia partiat incommoda, & detrimenta, tùm litigantibus, tùm Reip. Caravita & additionator ex multis Juribus, & Authoritatibus probant.*

7 *Ex causarum controversiis corporales oriuntur inimicitiæ, fit amissio expensarum.*
Labor animi exercetur, & multa inhonesta crimina proficiscuntur.

8 *Lites magnum damnum afferunt.*

9 *Sententia fortunæ est eventus.*

10 *Difficilis est litis exitus, sed difficilius obtinere exequutionem in qua stat vis, & totum victoriæ compendium.*

11 *Beata urbs illa, in qua nulla vigeat jurgia, falixq; vir, qui vivit sine eis.*
Ac Jacobus Sannazarius tranquilliorem, & beatiorem sine litibus duxisse vitam, nonnullis carminibus Regi Federico testatur.

12 *Omnium criminum omniumque malorum causa, lites sunt.*

13 *Tria sunt mala, quæ hominibus imprecari solent, uxor rixosa, lis perpetua, & extructio assidua.*
Processus seù lis hic purgatorii vim obtinet.

14 *Litium prolixitas, ut prorsus evellatur, publicæ est utilitatis.*

15 *Jura Regia complura extant super causis expediendis, & primum, ut illa alteram antecedat, in qua prius constat fuisse conclusum.*
Judcem tamen requirente parte, & non aliter, ac causis privilegiatis.

16 *Comes de Olivares causas primo conclusas omninò censuit esse antea expediendas, præterquam in die Sabbati, in quo privilegiatæ causæ terminentur, servata inter eas prioritate conclusionis.*
Et qua alia statuit Comes prædictus.

17 *Initium Pragmaticæ decimæ emanatæ à Duce Alcalà mandat, primis mensium diebus à quovis consiliario fieri schedulam singulorum processuum conclusorum, & in ultima hebdomada cujuslibet mensis notulam esse faciendam causarum decidendarum in mense sequenti affigendam in valuis S. C.*

18 *Duabus causis eodem tempore conclusis cæterisq; partibus, num valeat Judex pecuniam licitè accipere pro altera illarum expedienda.*
Cujus Ritus dispositio servatur in Magna Curia Vicar. in visitandis carceribus singulis diebus Saturni.

19 *Ad litium extirpationem, multa ab antiquis Jureconsultis constituta fuerant, usucapio nempè, tacita ratificatio, præscriptio, transactio, &c.*
Ipsaque transactio ad lites dirimendas inventa fuit, nec in ea locum habet remedium, l.2. C. de rescind. vendit.

20 *In transactione ob incertum, dubiumq; litis eventum, nulla deceptio, nullaq; læsio considerari potest cum declarationibus.*
Legatum factum ad finem evitandi litem calumniosam non tenet.

21 *Actor Reo cur ad edendam actionem cogitur, Reus verò Actori minime.*

1 LIceat nunc mihi antequam præsentis Ritus
explicem materiam, qui sit Reipublicæ sta-
tus, quæ communis omnium calamitas, dum
fori omnibus litibus fervent, dum innumeras al-
tercationes alias ex aliis feri, & ubertim progerminare videntur, paucis exponere; obstupuit qui-
dam Romanus Philosophus causidicorum tot
millia ad forum prima luce properantia, de qui-
bus hoc judicium ferri voluit. Cum videris fo-
rum multitudine refertum, hoc scito, istic tantun-
dem esse vitiorum, quantum hominum; gliscente
enim in dies litigantium exercitu, æs res, spes
2 omnis consumitur, hominumque societas devasta-
tur, utinam tot familiæ ad inetas redactæ inregras
domos lites devorasse non testarentur; eò deven-
tum est mutuis altercationibus, ut vix innocen-
res cognoscantur, dùm quisque aliena invadere,
suo jure tueri, suo judicio stare, atque evincere cu-
piat. Vestrum est jur. speriti, tam gravi Reipu-
blicæ incommodo providere, nè mutuis odiis, ac
eruentis cædibus dilanietur, ad vos spectat Ur-
bium incolumitatem servare, si lites protrudere,
ac protendere nolentes intestina bella privata odia
sicas inter latera versantes, compositis inter se par-
tibus, conquiescere faciatis, si tot in litibus non
quæratis diverticula, tot dilationes, tot provo-
cationes, ut in labyrinthum, & anfractus inexpli-
cabiles homines inducere non videamini, Tullii
encomium obtinebitis, qui Servium Sulpitium
3 commendavit, quod litium anfractus tollere sem-
per maluerit, nihil gratius nostro Principe fiet,
quam si lites componendi, sapiendiq; rationem
ineatis; habet enim hoc desiderii à majoribus sa-
tis ingenitum magnus Hispaniarum Rex, nam
Carolus V., cum plurimæ de litibus quærelæ de-
ferentur, nihil sibi gratius futurum declarabat,
4 quam si quis cito lites definiendi modum inveni-
ret, id etiam suo filio Philippo II. conmmendavit
quam ob causam is ad Senatum Mediolanensem
literas dedit quibus sibi gratissimum, & officium,

& ob-

& obſequium futurum exclamabat, ſi quis breviorem litis expediendi formam proponeret; propriis commodis parcendum eſt, & ſi quid laboris impendere oporteat, id etiam Deo gratiſſimum fiet. Elzearium Comitem ſanctiſſimum imitemur
5 qui à Carolo Duce Roberti Regis Neapolitani filio agere Advocatum Pauperum obtinuit(ut importuna eſt ægeſtas) fuit aliquando, qui comitem abluentem manus ac jam menſam accubiturum, opprimeret, & tu quidem inquit menſam, & delicias cogitas, & ubi interea libellus meus ſupplex? at Elzearius comitèr rectè mones reſpondit, amice, neque hic mihi abierit dies quin pollicitationi meæ fecerim ſatis, itaq; prandio, ac ſociis relictis feſtinus palatium adit, miſelli negotium conſieri petit, obtinet, offert, tradit, & tandem fragali cibo attenuatum corpus refecit numquam ſe dulcius epulatum eſſe pronuncians; tantum ille miſerorum cauſas protendere odio proſequebatur ut nobis etiam exemplo foret in expediendis litibus paratiſſimos eſſe debere, cum Reipublicæ ſaluti præfectos nos eſſe ſciamus, quæ quamdiù litibus altercatur, tandiù ærumnas omne periclitabitur.

6 Quam tamen grandia pariat lis ipſa, tùm litigantibus, tùm Reipublicæ incommoda, & detrimenta, atque ex ea òriuntur ſcandala *Caravita & additionator* ex juribus multis, & authoritatibus probant, atque *Budeus* litium miſerias recenſens *in adnotat. ad l. 2. ff. de legib. Bernard. de Buſtis in par. 1. Roſarii ſerm. 9.* & multa de forenſi calamitate aliiſque huc pertinentibus ſatis perbellè enucleant *Reg. Jo. Franch. de Ponte deciſ. 34. & Franc. de Petr. feſtiv. lect. lib. 2. cap. 9. per tot.* litem nimirum moleſtiam exiſtimat *Vulpian. in l. illud, verſ. quid tamen, ff. de tributor. action.* quinì & *in l. item ſi res, §. itemq; ff. de alienat. Jud. mut. cau. facta* non vituperandam ſententiam obteſtantis lites adjungit, his quippè verbis: *Non tamen ejus factum improbat Pretor, qui tantùm habuit recarere, nè propter eam ſepiùs litigaret, hac enim verecunda cogitatio ejus, qui litem execratur non eſt vituperanda*; ex quibus deducit, & quidem optimè *Gl.* immarginea, eum rectum feciſse, qui tantum habuerit non litigare, ut re ipſa careret, eſsentitur *Felin. in cap. illud., & cap. nihil de præſcript.* inquiens, complures adeò execrari lites, & jus ſuum dimittant, & *Nevis.* complura, tum utilia tum perjucunda ad hanc rem ſpectantia adnectit *in ſua ſylu nuptial. lib. 6. à n. 8.*

7 Illud præcæteris, quod ex controverſiis cauſarum, corporales oriuntur inimicitiæ, fit amiſſio expenſarum, labor animi exercetur, corpus quotidie fatigatur, multa, & inhoneſta crimina proficiſcuntur, bona, itemque utillima opera prætermittuntur, & qui ſæpè credunt obtinere, frequentiùs ſuccumbunt, & ſi quandoque obtinent, prælaboribus, & erogatis expenſis, nihil eis lucri ſupereſt; Nè quis igitur pronus ſit ad lites hortatur, *Florianus in l. fin. propè fin. ff. famil. erciſc.* etenim, ſivè juſtam, ſivè iujuſtam foveat cauſam ſine maximis ſumptibus proſequi non poterit, *l. fin. ff. de alim. pupill. praſt. cap. 1. verb. fatigantur extr. de accuſatron. l. petitor, ff. de liber. legat. & not. And. de Barbat. in cap. Caterum, num. 42. & 43. extr. de reſcript. Buginell. pract. qq. cap. 41. num. 10. Caballin. in add. ad Egidian. Conſtitut. lib. 2. cap. 21 ex num. 7. Cened. in collect. ad decretales collect. 60. num. 1. & Gravat. ad Veſtrium lib. 3. cap.*
8 *1. num. 13.* ex Sacra Scriptura advertit litis controverſias maximum nobis damnum afferre, magnaſque expenſas, labores, atque moleſtias litigantes ſequi, etiam ſi victores evaſerint; itaùt ſatis ſit ſemèl vinci, quàm ſæpiùs vincere, & diutius litigare, ac propterea bonos viros execrari lites, teſtantur *Jaſon. in l. filio pater propè num. 2. de legat. 1. Corn. conſ. 283. lib. 4. Montan. de tutel. cap. 33. regul. 9. num. 257.* Id quod maximè Advocati in cauſis propriis obſervare debent, Piſtoris ſimilitudine panem immittentis in clibanum, & nunquam ſe; peritorumque Medicorum reſpuentium medicamenta, ſi opus illis habeant, quæ aliis conſulunt; ut obſervat *Sola in præfat. nov. Subaud. conſtit. num. 25.* quod ſi ex neceſſitate præciſa litigandum eſset, tunc in propria cauſa Advocatum aliorum debere expetere parrociniū, conſulit noſter *Caravit.* in hoc *ritu num. 12.* & noviſſimè *Franc. Maria Prat. pract. obſerv. lib. 1. obſerv. 90.* lepidè tradit hoc *Caravit.* conſilium militare dumtaxàt, nè Advocatus, etiam ſi Orator, & facundia præditus, debeat in foro cauſam propriam dicere, ſuique deſiderium coram magiſtratibus exponere, minimè verò ſe abſtinere à conſiliis, ſeù reſponſis, vel (uti ajunt) allegationibus edendis in cauſa propria.

Dec. inſuper *in cap. ut debitus num. 6. de appell.* partibus ſuadendam concordiam defendere nititur, *Fragoſ. de regim. Reipub. p. 1 lib. 5. diſp. 12. de form. ac partib. judic. num. 45.* quin, & *Monteleon. in prompt. jur. ver. tunicam, atque Mannt. lib. proverb.* conſultò teſtatum reliquerunt conſilium illud, cum licet fugere, nè quære lites ob quatuor, quas idem *Monteleon.* recenſet rationes, atque *Paul. Juriſconſult. in l. in ſumma, ff. de condit. indebit.* non immeritò ſcripſit hoc ipſum, quod à lite diſceditur, cauſam, & bonum eſse videri, & *Salvator* noſter *cap. 5. Matth.* nonnà, ait, *ſi quis voluerit tunicam tuam tollere, & in judicio tecum contendere, dimitte ei pallium*, cujus verba referuntur *14. q. 1. in princ.* Idque præceteris fulcitur
9 ratione illa, quod ſententia eſt fortunæ eventus, ad *tex. in §. pen. auth. de æqual. dot.* ibi: *communicanda actio eſt, ut quicquid ex eventu fortunæ conſequutus fuerit, id omne dividatur*. Nec diſſentit *tex. in l. quicunq; C. de procur.* ibi: *Litis fortè. Cevallos tom. 3. quæſt. commun. contr. commun. 799. num. 6. Coler. de proc. execut. par. 1. cap. 1. n. 8.* habent enim ſua ſydera cauſæ, *Molfeſ. ad conſuetud. Neapol. par. 4. de ſucceſſ. ab inteſtat. quæſt. 45. num. 24. Jo: Petr. Fontanell. dec. Senàt. Cathalon. 45. num. 23. lib. 1. & text. in l. quod debetur, ff. de*
10 *peculio.* Probat difficilem eſse litis eventum, quinì & difficilius obtinere exequutionem, in qua vis ſtat, ac totum victoriæ compendium, *Alex. & Jaſ. in rubr. ff. de judic.* Judicis namque imprudentia nonnunquam cauſa, & juſta lis perditur, *l. ſi per imprudentiam, ff. de evict.*
11 Beata igitur Urbs illa, in qua nulla vigent jurgia, & felix vir, qui vivit ſine eis *Fontanell. dec. Cathalon. 105. num. 16. t. 1.* & feliciſſimam Taprobanem Inſulam, & Anichthonum Indiæ gentem, deſcripſit *lib. 6. cap. 22.* quòd illic neque fora, ne-

que lites ullæ sint, quod enarrat *Ann. Robert. rer. judicat. lib. cap. 16.* & refert *Jo: Jacob. Anich. de prevent. instrum. cap. 2. num. 96.*

Jacobus quoque noster *Sannazarius lib. 3. Epigrammaton*, tranquilliorem ac beatiorem sine litibus duxisse vitam, his carminibus Regi Frederico manifestum facit.

Litibus abstinui semper, mihi testis Apollo est,
Et Musa, & studiis ocia grata meis.
Nunc, me nescio quis per tristia jurgia versat
Scotius, & rauci cogit ad arma fori.
Et fateor magnus pulsis Rex inclyte Gallis.
Pelle etiam Scotos, & mihi major eris.

Ex ipsis enim rixa nascitur, *l. servus 20. §. Sed si aliqua, ff. de action. & oblig. Luc. de Penn. in l. unic. Cod. ut armorum usus lib. 11. num. 9. & in l. litibus, C. de agricol. & censit. lib. 11.* mala exempla oriuntur, & ad arma devenitur, quibus est occurrendum; *l. æquissimum, ff. de usufruct.* & confirmat *Rex Carolus II. in cap. 269. incip. frequens de except. excommunic.* ibidemque *Jo: Ant. de Nigr. num. 66.* paupertas, ac extrema egestas, & extra proprios lares distractio, *§. 1. Auth. ut differentes Judices, Jas. in l. quidam æstimaverunt, col. 3. ff. si cert. petat.* cui affine est celebre Chilonis Lacedemonii præceptum, quod fuisse literis aureis consecratum Delphico templo, tradit *Plin. lib. 7. cap. 32.* æris alieni, litisq; esse comitem miseriam, ut refert *Diogen. Laert. de vitis Philosoph. lib. 1. pag. 54.* & ex nostratibus *Henriq. de fi-*
12 *dejuss. cap. 1. num. 24.* & tandem, cæteris consultò prætermissis, omnium criminum, omniumque malorum causa illæ sunt, *§. si verò, Auth. de trient. & semiss. Marcell. Cala de mod. articul. Glos. 1. §. 1. num. 6. Rolà Valle lib. 2. cons. 38. num. 30. Belle. disquisit. Clerical. tit. de disciplina clericali, §. 21. num. 28.* & *Thor. Carav.* hoc in ritu *n. 5.* memorat *par. 3. comp. dec. verb. sequestrum,* ut proptereà tria mala sunt, quæ hominibus imprecari so-
13 leant, nempè uxor rixosa, lis perpetua, & exstructio assidua, processus namque, seu lis hic purgatorii cujusdam vim obtinet, purgat enim animam ab impatientia, corpus a corpore, & bursam à pecuniis, *Jodocus Damhouderius Brugensis Enchiridion Parium, aut similium juris; verbo uxor mala in fin.* & tandem recolat Actor *Seneca* monitum, cujus meminit *Bald. cons. 218. lib. 3.* quem *Rupinell.* laudat *pract. quæst. cap. 41, num. 10.* cum pari contendere anceps esse judicium, cum superiore furiosum, cum inferiore sordidum.

Isthæc perpendentes Jurisconsulti, quodq; li-
14 tium prolixitas, ut prorsus evellatur, publicæ est utilitatis, teste *Bar. in 1. consilii. C. Paride de Puteo in tract. de sindic. cap. 6. num. 1.* ad lites ipsas, earumque dilationes amputandas enixe incumbuerunt, cujus fidissimus nobis est testis *Andreas in prælud. constit.* ibidemque *Affl. q. 1 a. num. 18.* & præter jura *num. 1.* cumulata per *Carav.* & sancientia operam dandam esse expeditioni litium, alium *text.* addendum esse censemus *in l. fin. ff. de fid. instrum.* alterumq; *in l. fratris, ff. de transact.* Jura insuper Regia, complura quoque extant
15 super expediendis causis, illaque perplura sanxerunt, ut viam aperirent terminationi litium, earumque decisionibus, præcluderent verò confusionibus, & impedimentis expeditionem ipsam retardantibus. Primum, nempè, ut illa alteram antecedat, in qua prius conclusum fuisse constat juxta *prag. 10. §. 1. & 5. de offic. Sacri Regii Consilii, & prag. 15. 72. de ord. Judic.* & concinit jus commune *in l. penult. C. si pend. appel.* quod intelligit parte Judicem requirente, & non aliter; ex *Bovadill. lib. 3. cap. 14. num. 89. Reg. Rovit. sup. addu. prag. 10. num. 5.* Verùm quia memorata *prag. 10.* subiungebat restrictionem quandam ad ipsam, & jam traditam conclusionem constituens illam procedere, exceptis causis privilegiatis, idquè maximum, quia afferebat incommodum decisioni
16 causarum, ideò *Comes de Olivares in sua pragm.* superius memorata 72. ejusmodi impedimento mederi intendens censuit causas primo conclusas omninò expediendas anteà esse, & absque distinctione aliqua, præterquam in die Sabbati, in quo privilegiatæ ipsæ terminentur servata inter eas prioritate conclusionis. Item quod causæ inceptæ non procrastinentur in votando, juxta *prag. 13. §. 2. 4. & 11.* demumq; quod quolibet mane diei Sabbati in Consilio ordinentur causæ votandæ in sequenti hebdomada, & de illis fiat gradatim notula, considerata qualitate causarum, adhibita forma statuta *in prag. 10. §. 6.* cujus *Pragm.* initium,
17 quod emanavit a Duce de Alcalà, mandat primis mensium diebus conclusorum processuum singulorum schedulam fieri à quovis Consiliario. Unde quæ illo in mense causæ expediendæ sint, elici possit, *in §.* verò 7. jubet qualibet ultima hebdomada, cujuslibet mensis faciendam esse notulam causarum omnium decidendarum in sequenti mense, & affigendam in valuis Sacri Consilii, hoc ipsum, paucis tamen immutatis observari sanxit *Comes de Olivares in cit. prag. 72. §. ultimo.*

Hujus autem Ritus dispositionem in M. C. V.
18 servari hoc modo, nam singulis diebus Saturni quando fit visita in cognoscendis custodiis, recensendisq; iis, qui in vinculis detinentur, legitur liber, in quo sunt descripta ipsorum nomina, & fit provisio circa id, quod pro expeditione causarum censetur opportunum, quæ provisiones in actuariorum libris adnotantur, ut in sequenti visitatione, de eo, quod actum fuerit, rationem reddant, testantur *Reg. Tapia sup. hoc ritu de jur. Regn. lib. 2. tit. de offic. Magist. Justit.* nonnulla advertens, de visitæ forma alloquuntur *Surg. de Neap. illustr. cap. fin. Reg. Rovit. prag. 6. de offic. magistr. Justit. & prag. 3. de visitat. captiv.* & nos alibi.

Ad harum litium extirpationem multa ab an-
19 tiquis jureperitis constituta fuere, nempè, usucapio, tacita ratificatio, præscriptio, transactio, res judicata, exceptio litis finitæ, actionum cumulatio, & alia, ut præclare observat *Sola in cit. præfat. à num. 15. ad 20.* hanc ob rem, cum ipsa transactio ad lites dirimendas inventa fuerit, *l. cum te, & l. quamvis, C. de transact. de Franch. decis. 158. num. 6. Consil. Arias de Mesa var. resol. lib. 3. cap. 19. sub num. 8.* in ea non habere locum remedium, *l. 2. C. de rescind. vendit.* respondit *Glossator* hujus sententiæ antesignanus *in capit. cum causa, verbo restituerent de empt. & vendit.* addu-

adducens *text. in l. Lutius*, *§. fin.* ubi eadem *Gl. ff. ad Trebell.* & sequuntur *ibid. Innoc. Jo: Andr. Petr. de Anchar.* & cæteri, *Specul. tit. de empt. & vendit. §. nunc dicendum*, *vers. quid de transact. Bald. in l. ordo*, *C. de except. rei judic. Alex. in l. si quis cum aliter*, *ff. de verbor. oblig.* hanc opinionem communem dicens, *& in cons. 42. sub num. 11. lib. 1.* tradens *Gl.* opinionem esse magis communem, & ab ea in judicando, & consulendo non recedendum, quam approbasse S. C. testis est
20 *Affl. decis. 220. sub num. 3.* & sequitur *Cephal. consil. 210. sub num. 70.* ob enim incertum, dubiumque litis eventum nulla deceptio, nullaque læsio considerari potest; imò, & maxima utilitas ex litis terminatione, ut perpendit *Abb. in capit. in 1. & 3. de transact.* allegans *tex. in d. l. Lutius*, *§. fin.* Imò speciale est in transactione, ut sit litium finis, quod locus non detur pœnitentiæ, quamvis inominatus sit contractus, *Cyn. Alex.* & cæteri *in l. quamvis de transact. Cuccialup. de transact. q. 5. in princip. Joseph. Ludov. dec. 18. num. 40.* Contrariæ tamen opinionis est *Bartol. in d. l. si quis cum aliter*, *vers. quaro quid si in contractu transactionis*, *& in d. l. 2. col. 3. vers. quaro utrum*, quem sequuntur *DD.* conglomerati ab *Alex. adduct. loc. Dec. cons. 203. num. 11. Aymon. cons. 151. incip. neminem col. penul. vers. transactio vol. 1.* quem laudat *Pras. de Franch. decis. 159. num. 7.* in hanc inclinans sententiam, *Molin. lib. 2. de primogen. cap. 3. num. 66. Mari ad Gramm. decis. 76. num. 17. Fachin. lib. 2. controv. cap. 26. Thesaur. dec. 165. Avus meus ad Cupyc. dec. 159. lit. A & E. Ann. & add. singul. 53. Reg. Sanfel. decis. 88. t. 1. num. 11. Novar. qq. forens. q. 45. num. 9.* cum putent dubium litis eventum posse æstimari, secundum *Vulasc. consul. 18. num. 7. t. 1.* & modum probandi hujusmodi litis eventum dubium, affert *Aymon cit. loco*, ex doct. *Abb. in cons. 63. lib. 1.* ut refert *Ursill. ad indicatum Affl. decis. 220. sub num. 1.* Ipse autem in hac eleganti quæstione, magis inter nostrates contentionibus agitata, *Bartoli*, & sequacium placitum admitterem, si magno in excessu quis fuerit deceptus, *Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. glos. 9. par. 5. ex num. 199. Beltr. cons. 51. & consil. 79. Fachin. lib. 2. controv. jur. cap. 26. Fab. de error. pragm. decad. 8. error. 10. Tusc. lit. T. conclus. 245. Marc. Sal. de pace consil. 19. Adrian. Negusan. in sua sylva respon. q. 48. sub num. 15.* potissimùm, si illa facta reperiatur ad evitandas lites, vexationesque iniustas: *Oldran. consil. 280. num. 1. Roman. cons. 517. num. 17. Cravet. cons. 152. num. 9. Cupyc. dec. 195. num. 1.* & propterea legatum factum alicui ad effugiendam litem (quam esse calumniosam postea appareat) non subsistere, determinavit S. C. junctis Aulis sub die 29. Octobr. 1621. referente *Consiliario Alonso Vargas Duce Cagnani*, in causa sororis Beatricis de Aprano Monialis in Monasterio S. Crucis de Lucca, cum Camillo Aprano, in Banca tunc de Izzo. De qua meminit *Carol. Ant. Moccia in sylv. cas. forens. cap. 51.*

Sed an valeat legatum, ea conditione, non movendi litigium, ita quod legatarius quoquomodo illam intentans; cadat à legati commodo; affirmativè resolvit *Reg. Sanfelic. dec. 167.* insequitur *Thor. in supplem. compend. verbo legatum factũ.*

Hinc etiam factum putat *Campanorum Archiepiscopus lib. 1. var. ambiguit. cap. 22.* Actorem reo
21 ad edendam actionem cogi posse, reum verò Actori minimè *ad tex. in l. non est novum*, *& l. qui accusare*, *C. de eden.* & proindè illos ad imparia judicari, contra *tex. in l. ult. C. de fruct. & lit. expens.* ut scilicet finis litibus imponatur, cujus rei eandem causam rationemq; reddit *Alphan. in l. 1. num. 6. C. de edend.* itaut uter suam propriam, ac peculiarem esse contendat, ut fas sit dicere cum *Soccin. Juniore*, vel habuerunt eundem spiritum, vel alter ab altero furatus est, quod haud credendum putat *Jo. Domin. Martucc. var. explanat. lib. 1. cap. 26. num. 5.* subnectens sæpè viros doctrina præstantes in eandem sententiam convenire, altero alterius, opinionis pœnitus ignaro, ac inscio, ipseque *Martuc. num. 11.* aliam de controversa difficultate solutionem indicat.

RITUS XI.

Officiales advocationis, & procurationis munus, durante officio exercere non valent.

ITem, quòd nullus officialis dictæ Curiæ audeat causas, quæ vertuntur in dicta Curia, procurare, seu procurationes, aut advocationes suscipere in dicta Curia, in quantumcunque civili, vel criminali causa, quæ in ipsa Curia agitatur: exceptis dumtaxat, Advocatis fisci, & pauperum, qui possunt secundum formam inferius expressam.

SUMMA RERUM.

1 *Antiquitus munia plus odii, quam amoris sapientibus viris ingenerabant.*
Octavius Augustus togam dejecit.
Similis præfecturu se libentissimè abdicavit.
Verba insculpta in ejus sepulchro recensentur.
Demosthenes, & Themistocles potius eligere voluerunt viam ad mortem, quamquæ ad dignitatem, & honorem, & alia truduntur.

2 *Meritò Ritus Conditores Officialibus M.C. Advocati, & Judicis officio fungi vetant.*
Id quod generatim prohibent pragmatica sanctiones.
Etiam tutores, & Bajulos esse.
Et arbitri, seu Arbitratoris exercere munus, nisi Princeps annuat.

3 *Quo casu, nullum consequitur officialis lucrum, sivè ut vulgò dicitur, trigesimam.*
Laudum ab ejusmodi Officiali in arbitrum cum licentia. electo habeat nè executionem paratam.

4 *Administrationem bonorum alicujus Principis habere non potest.*

5 *Judex, & Actuarius possit nè quis esse, maximè in eadem causa.*

6 *Completo officio, liceat nè olim Judici, Advocati munus in eadem causa exercere.*
Contraria opinio tuetur, & Author sanxit consilium in hac thesi tradit.

7 Ad-

7 *Advocatus nequit in eadem causa jus dicere.*
Etiam in foro poli.
Etiam si causa non sit eadem, in qua fuit Advocatus, sed eidem connexa, & ab ea dependens.
8 *Arbiter qui fuit in causa, non potest esse Judex.*
9 *Simplex Consultor Judex quidem esse potest, dummodò votum suum non propalaverit.*
In consultante minutas contractus, de cujus validitate insurgit quæstio recensentur determinationes S.C.in famigeratis causis.
10 *Pragmaticus, vulgò causa sollicitator Judex esse nequit, etiamsi fuerit absque salario constitutus.*
11 *Advocatus, qui susceperit patrocinium, sed non fuit instructus de causa, an possit in eadem causa judicare.*
Quid si in Collegio expressè sententiam suam non declaravit, sed ex coniecturis ejus opinio elici possit?
Vel subscripsit in causa.
12 *Advocatus in causa, ut in eadem fit Judex, effici nequit, etiam ex partium voluntate, & quandocunque opponi potest, nullo currente termino à Pragmatica præfixo.*

SIiis temporibus nobis, vivere contigisset, quibus Magistratus, ac Præfecturæ nihili à viris optimè sensatis fiebant; plus sibi publica hæc munia odii, atque invidiæ, quam dignitatis, ac benevolentiæ parere intelligentibus (inter quos Octavius Augustus Dictaturam summo Populi Romani favore oblatam, genu nixus, dejecta ob humeris toga, nudo pectore deprecabatur; Similis, cui similes paucos sua ætas vidit vir ille apud *Dionem Cassium lib.* 69. celeberrimus septuaginta sex annos natus (quorum plerosque sub Adriano Cæsare invitus inter dignitates, ac Petrorianorum Præfecturas exegerat)non se vixisse putabat, nisi septem annos,quos abdicataPræfectura,juri supremos consecerat.Unde,& Cœnotaphio suo moriens inscribi jussit.

Hic jacet Similis, cujus ætas multorum annorum fuit. Ipse septem dumtaxat annos vixit.

Demosthenes, & Themistocles, (Æliano, & Plutarcho testibus) qui duabus propositis viis, altera ad dignitatem, ac tribunal, altera ad mortem dotius se, quæ ad mortem quam quæ ad Magistratus duceret sequuturos, non inepte affirmabant. Adeò summi isti Reipub. moderatores, experientia didicerant, planam esse curarum, laborum, molestiarum aculeis eorum vitam, qui in honore,atque imperio versantur;Si iis, inquam temporibus vivere contigisset nihil mihi impresentiarum ad Judicum cautionem dicendum esse putarem.

Quoniam verò officiorum ambitus multos inflammat, & lucri spes ad ea consequenda stimulos addit, meritò cavendum est, si justè, ac sanctè obire velint, nè plures sibi causas assumant. Jus sibi retinere,fas aliis tribuere debent; quid verò, si jus omne sibi tantùm arrogent causarum, & literatos viros, atque idoneos causarum actores posthabeant? profectò privata isthæc judicum utilitas, & nimia quæstus cupiditas sapientibus viris rempublicam expoliabit, Oratores, ac forensia nostra silebunt; quisnam legum studiis sese unquã addicat, & peritissimum sese profiteri velit in jure si nulla spes lucri ad studium incendat. Imò, neque ob scientiæ ostentationem, ad agendas causas impellentur cum Judices sibi omnes arrogent partes,ex quo quanta sit omnibus emanatura pernicies, nemo est qui non videat. Curius cum evictis ab eo Sabiius ex Senatu C. ampliaretur ei modus agri,quem consummati milites accipiebant gregalium portione contentus fuit, malum civem dicens cui non esset id, quod cæteris satis malum Judicem dicent populi, qui quod aliis debetur, sibi lucri causa transcribit, proprio minimè contentos E quo igitur jure agant Judices,nec cupiditati suæ tantùm indulgeant,ut alienis commodis noceant.

Hæc perpendentes Ritus conditores omnibus
2 officialibus M. C. Advocati, & Judicis officio fungi vetant, non itaque prohibent, quin extra M. C. aliquod officium exercens valeat patroni, vel procuratoris munus exercere. Imò ut Advcatus, & procurator fisci queat in eadem Magna Curia in causis tamen fiscum minimè tangentibus concedit *rit.*18. At *prag.* 2. §.10. *de offic. Judic.* communi utilitati plenius consulens generatim loquens illud omnibus; & cujuscumque Curiæ, ac Tribunalis Regii expressè interdixit; quodque ex *Vivio dec.* 144. *num.* 125. observat *Borrel. in Summ. dec. lib.*1. *tit.*65. *num.*29. *Reg. Tapia decis. S. C.* 40. *num.* 1. *Marc. decis.* 609. *Jud. de Angel. in l. nemo* 13. *C. de assessor.* itaùt, neque possit in Camera consulere, extendi *Aend.* quem insequitur *Reg. Tap. lib.*2. *Jur. Regn. tit.de offic. Jud.prag.* 3. *eod. cit. tit.* vetat etiam eos esse bajulos, & tutores *Marcell. Convers. de tutel. tit. de Attil. tutor.* §.4. & *prag.*2. §. 13. *de Commiss. & execut.* alteraque *nona* §. 3. *ejusdem rubr. de offic. Judic.* interdicunt arbitri, seù Arbitratoris, aut amicabilis compositoris exercere munus *Regens Rovitus in pragm.*1.*de arbitr. num.*30. *Ann. singul.*114. *Fusc. sing.*9. *lit.O.* memor *Jo. Francisc. Scaglion. sup.rit.* 8. *num.* 4. quæ tamen potuerit esse decidendi ratio videatur *Aviles in l.prætorum cap.*9. *Glos. compromissos*. Sed circa dubium quibus, ubicumque Rex, aut Prorex assentiatur, *de Franc. decis.*554. & proindè anno 1589. S.C. referente *Consil.de Haro* decrevit, procedendum fore coram arbitris, minimè allegatis obstantibus, illos ascitos fuisse ad Consiliarii munus, stante Proregis dispensationis diplomate, in causa hæredum Horatii Coppulæ cum ejus creditoribus, penès Actor. Magistr. Borrell.

3 Tunc verò quod nullum possit consequi lucrum aut aliud quodpiam sivè trigesimæ nomine, sivè alterius cujusq; causæ, & sub quovis quæsito colore subditus in eodem adducto §.3. & concinit jus commmune *in l. ita demum*, *ff. de arbitr.* §.*differt autem in princip. Aviles prætor cap.* 7. *num.*1. *P. Fragos.*

Fragoſ. de regim. Reipub. tom.1. par. 1. lib.4. diſp. 11. §.5. num.97. Laudum autem ab ejuſmodi officiali in arbitrium dicta cum licentia electo habeat executionem patratam, necnè extricat Regens Rovit. in d. pragm.1. num.31. de arbitr. Quin? neque adminiſtrationem bonorum alicujus Principis exercere poſſet, ut teſtatur Regens Tapia in annot. ad Rub. de offic. Judic. num. 1. quem inſequitur Thorn. in compend. decíſ. verbo Officialis Regius par. 1.

5 Sed Judex, & Actuarius poſſitnè una ſimul quis eſſe maximè in eadem cauſa, diſcutit D. Proſp. Carav. ſup. ritu.2. num.33. abſolute verò negant Cavalc. decíſ. Fivix 41. num.11. & 38. par. 1. Guid. Papa dec.564. Mattefil. ſingul.1. Innoc. in cap.cum à nobis de teſtib. deduciturque ni fallimur, ex cap. quoniam contra de probat &, expreſsè prag. 24. ſub tit. de Baronib. unita illa concedi prohibet, quod in parva terra reſtringit Aùus meus ad Gram. dec. 30. nu.30. & nos diximus ritu.8. ſub nu.2. verſ. Hoc etiam permittitur.

6 Completo autem officio licere Judici Advocati munus in eademmet cauſa exercere Carav. hoc in ritu num. 4. advertit de quo valdè miratur Flav. Amend. ad Franc. decíſ.222. num.8. quem confuſe inſequitur Danza ad Gramm. decíſ.80. num.19. At Caravitæ opinio defendi poteſt, ex exaratis per Speculat. tit. de offic. legat. §. ſupereſt, verſ. quid è converſo, & Cappell. Tholoſ. dec.27. Gratian. lib. 1. diſcept. forenſ. cap.4. num.7. Jo. Petr. de Ala de Advocat. Chriſt. par.2. quæſt.46. in fin. Sanch. conſ. moral. lib.3. cap. unic. dub.26. num.6. Petr. Paul. Guazzin. in tract. ad defenſam animarum Advocatorum, Judicum, & Reorum lib.1. defenſ.4. lib. 2. num.5. & lib. 2. defenſ.2. cap. 21. num.6. necnon Dom. Regens de Martinis lib.1. quot. reſol. cap. 5. admittentes in cauſa appellationis patrocinium illius qui Judex extitit in prima inſtantia. Hoc autem ipſe ultrò concedo, ſi illud ſuſcipiatur adverſus illum, qui in Judicio ſuccumbuit, nam licito jure valeat Judex ab ſe cauſam per ſententiam cognitam tueri, atque defendere, quod ſi Judicium adhuc non obiit, nullius cauſam agere ſalubre conſilium erit, Alvaren. Pelagius de Planctu Eccleſiæ lib. 2. cap. 25. quem inſequitur Borrell. in ſumm. decíſ. par.1. tit. 65. de Advocat. offic. num.96.

Quod verò idem Caravit. eod. addit. num. 5. aſſeverat non licere ei in cauſis, in quibus patrocinium ademptus eſt, eo dimiſſo, judicare, & com-
7 munis DD. cœtus amplectitur ex cap. poſtremo de app. Gloſ. in cap. cauſam quæ de offic. de leg. Avend. in cap. prætor. 2. num. 23. & 24. num.84. tract. de except. Marant. in ſpecul. par.6. num.42. Giurba decíſ.54. num.5. & decíſ.99. num.7. Larrea alleg. fiſcal. 118. num.7. Fontanel. decíſ.9. num. 21. Bertaz. conſ. crim. 550. vol. 2. P. Diau. reſol. moral. par. 3. tract. 5. miſcell. reſol. 56. Donadio qui poſt alios de Carav. meminit de renunc c. 32. num. 88. & 89. etiam in foro poli extendit Regens Tap. lib.8. jur. Regn. de ſuſpicion. official. prag.24. num. 10. in fin. Danz. ad Gramm. dec.80. num.19. Dom. Regens de Marinis addit. cap. 5. & in cauſa connexa, & dependente ab ea ampliant, & declarant Petr. Paul. Guazzin. cit. defenſ. 5. cap. 2. num. 2, Capyc. decíſ. 146. num. 2. ibidemque Aùus meus num.1. Viſconti in concluſ. juris, verbo Advocatus Regens Tap. addit. tit. pragm.5. num.21. Gratian. diſcept. forenſ. lib.1. cap.100. num. 20. idem Reg. Tap. decíſ. S. C. 40 Epiſcop. Barboſ. in collect. ad text. in l. quiſquis, C. de poſtul. num. 12. Gratian. diſcept. forens cap.106. num.26., & perbellè Præſ. Merlin. lib.2. controverſ. forens cap.37. etiam ſi fuit
9 Arbitrer, ut determinavit Sacr. Conſ. in cauſa Conſtantiæ Pappacoda Marchioniſſæ Lavelli, cum Duciſsa Guardiæ, quod viſo laudo, non interveniat Conſiliarius Marcellus Marcianus referente Conſ. Joſepho Brandolino, ſub die 27. Januarii 1629. penès Secretar. S.C. Sivè procurator, Maſtrill. 151. num. 98. vel tantùm, ſi fuit ſimplex conſul-
9 tol, Aufrer de recuſat. cap. 19. Capyc. d. decíſ. 146. num. 3. de Franch. decíſ.87. Farinac. 3. part. fragm. verbo Judex num. 849. lateque explanat Præſ. D. Gregor. de Ganaverr. decíſ. 11. dummodò ſuum votum pro una parte propalaverit, Marant. advertit in ſpec. p.6. ver. & quandoq; appellatur. num.53. judicare namque pro tuitione ſui conſilii de quo lato, tenetur ut ratiocinatur Aùus meus in annot. ad adduct. Capyc. 146. dec. num. 2. cujus nomine ſuppreſſo exarata tranſcribit. Regens Sanfelic. dec.78. num.2. lib.1. & proindè fuit remotus Præſ. S. C. etiam in delegando, quia conſuluit contractum de quo lis pendebat, ut teſtatur idem Regens Sanfelic. in prax. Judic. ſect. 40. num. 17. & de conſultante minutas contractus, de quo inſurgit quæſtio, quod non poſſit eſſe Judex, loquitur poſt alios Franc. Maria Prat. lib. 3. diſcep. forenſ. cap. 47. num. 26. & in famigerata cauſa ſucceſſionis Michaelis Peretti Principis Venafri in qua calamum arripuere celebres Juris coriphei, inter quos Dominus Regens Marcianus lib. 1. diſput. 8. & Dominus Regens de Marinis quotid. reſolut. cap. 189. lib. 2. Dux Bracciani ſuſpectum reddidit Conſiliarium Camillum de Petio qui conſoluit renunciationem à Duciſſa Areiciæ filia Principis in tabulis dotalibus emanatam de cujus viribus agebatur, fuitque ipſe Camillus ab ipſa conſtitutus procurator pro impetrando aſſenſu ab invictiſſimo noſtro Monarcha pro renunciationis convalidatione. Addidit aliud caput ſuſpicionis, fuiſſe Gubernatorem Civitatis Venafri Franciſcum Alexandrum de Petio conſanguinem præfati Conſiliarii conſtitutum ab ipſa Duciſſa, qui proindè habebat intereſſe in exitu articuli poſſeſſorii, ad hoc in exercitio Gubernii manuteneretur ejus conſanguineus, & ſubſcriptis capitibus à D. D. Carolo Brancacio, Petro Caravita, & Cæſare Brancati Advocatis Ducis junctis claſſibus S. C. referente Conſil. Gregorio de Angulo, ſub die 18. Junii 1531. fuit decretum, quod non interveniat, penès Secr. S. C. Et noviſſimè inſtante D. Laudonia de Summa ultimogenita Nicolai Mariæ de Summa ſenioris Principis Collis, ipſam tanquam relictam Virginem in capillis tempore obitus patris declarari illius hæredem in feudalibus, non obſtante ultimo elogio in quo prædictus Nicolaus præteritis dicta Laudonia, & duabus aliis filiabus ac nepote maſculo ex filia, & poſthabito D. Fabritio de Summa Marchione Circelli Fratres ſecundogenito, Franciſcum de Summa fratrem tertioge-

tiogenitum extraneum, hoc ex à lege feudi non proximè successurum, hèredem in feudalibus instituit absque domini assensu fuit allegata suspicio in personam Dom. Consil. Pauli Staibani (qui in locum Consiliiarii Antonii Miroballo ad Regentis munus asciti, in aliam Aulam uti Decanus transitum fecit) ex quo Priuceps cum ejus, & aliorum consilio testatus fuit, ut ipsemet testis est *in resol. 127. num. 116. centur. 2.* & referente *Domino Consiliario Hortensio Fepi meo socero*, sub die 2. Octobris 1659. fuit decretum, quod non interveniat.

10 An autem pragmaticus vulgò causæ sollicitator Judex esse queat, negativè, etiam si fuerit absque salario constitutus ex *Auferer. de recus. num. 14. caus. 17.* resoluit *Gabriel commu. conclus. tit. de testib. conclus. 12. vers. amplia hanc partem num. 5.* prout testem esse prohibet *Cassan. cons. 37. num. 2.* etiam si ille absque mercede serviat, *Bertran. cons. 209. num. 3. vol. 2. Marian. Jun. cons. 88. num. 2. vol. 2.* quod ultimum dictum, haud amplectuntur *Add. ad Cappell. Tholos. dec. 204. Roman. cons. 420. Dec. cons. 94. Auns mens ad Gramm. dec. 103. nu. 21.* & alii quos coacervat ad eundem *Gram. dec. 73. num. 16.*

Quod si causæ Advocatus constitutus fuerit, &
11 & instructus minimè sit de ejus meritis intervenire in illa queat ex *Vinc. de Anna sing. 8.* tuetur *Anne mens ad Capyc. decis. num. 146.* quibus concors non est *Anna filius in addit. ad addu&. sing. 8.* cui me scribo, quin? adhuc si quis uti Advocatus in Collegio intervenerit, & votum suum non ita apertè declaraverit, sed ex conjecturis ejus opinio elici possit, Judex minimè esse potest, *Rimin. jun. cons. 100. Mastrill. decis. 151. num. 53. Decian. respons. 16. num. 9. lib. 1.* & quod nequeat esse Judex qui subscripsit in causa monet *Fontanell. dec. 10. n. 21.* & insequitur *Larrea alleg. fiscal. 118. nu. 7. vers. secundo facit tom. 2.* quos laudat *Franc. Maria Prat. lib. 3. disc. forens. add. c. 48. n. 54.* Advocatus verò, an possit esse arbiter in causa in qua patrocinatus est inquirit peritus vir *D. Carolus Rota in Florig. conclus. 38.*

Et adeò isthæc causa præstiti patrocinii est zelo-
12 typa, ut illa termino non coarctetur ad proponendum nec de partium consensu Judex intervenire queat, ex *pragm. 15. de suspic. officicial.* ibidemque *Regens Rovit. num. 20. Thor.* decisum tradens *in supplem. decis. verbo suspicio quando esset notoria*, *Præs. Merlin. contr. forens. cap. 39. num. 6. Franc. Maria Prat. ad Muscat. Gios. sententia la 1. pag. 308. col. 1. & add. cap. 47. à num. 38. Regens Sanfelic. decis. 80. num. 12.* & firmant *Merea par. 2. collat. 6. cap. de professor. Jurisperit. & Medic. vers. item nota quod qui fuit*, *Xamar. de offic. Judic. & Advoc. par. 2. q. 4. nu. 64.* quicquid in contrarium firment de jure communi *Jo. Faber. in l. quisquis, C. de postuland. Aymon cons. 199.* ea freti regula, quod Judex approbatus ab approbante recusari non possit, *can. fin. §. offeratur 3. q. 4. can. borrendus 32. q. 5. Covarr. pract. quæst. 26. num. 1. Giurb. decis. 99.* Verum nostram memoratam municipalem sanctionem explanat *Præs. de Ganaver. add. decis. 11.*

RITUS XII.

Judices M. C. V. congregentur hora decimanona.

ITem, quod de pulsatione Campanæ fienda in decimaoctava hora in S. Laurentio, & quod Judices, & alii Officiales ipsius Curiæ sint simul congregati in hora decimanona.

SUMMA RERUM.

1 *Campanarum usus apud Gentiles, & Christicolas affatim refertur, aliaque multa de campanis illic recensentur.*

2 *Arma deferre post duas nobis horas, pulsata campana absque lumine nemo potest, cum declarationibus.*

3 *Ad sonitum Campanæ pro persequutione Bannitorum omnes concurrere debent, cum limitationibus.*

4 *Eas erigere absque privilegio, aut Præsulis licentia nemo quit.*

5 *Illarum strepitus impediat nè Ecclesiam propè alteram edificari.*

6 *Trinus ille campanæ sonitus in die cur, & à quo fuerit adinuentus, inquiritur.*

7 *Ritus observantia traditur.*

QUibus in rebus Ehtnici campanas adhibere consueverint, quibusq; Christiani, tàm sæculares quam Ecclesiastici non inutiliter subiicemus. Gentiles enim tinnitu campanarum uti
1 nonunquam solebant pro Thermarum usu, Populum in Thermas ipsas advocando, vel ex illis dimittendo ex *Martiali* dicente.

Redde pilam, sonat æs Thermarum, ludere pergit?
Virgine vis sola, lotus abire domum.

Græci insuper pro mercatu indicando pulsabant campanam ut *Guido Pancirolus*, & alii volunt quin ex *Plutarcho in lib. sympasiacum 4.* scripsit, *Hieronym. Mercurial. in lib. variar. lection.* Tintinabulum à piscium venditoribus usurpatum ut emptores à longè invitarentur, *Joannes* etiam *Zonoras in secundo Annalium tomo*, memorat campanam currui triumphantis appensam fuisse, itidemque ab eis qui extremo supplicio afficiebantur gestari consuevisse; similiter cum quis à vita decedebat, æra, campanævè pulsabantur, ut *Guido Pancirolos tom. 2.* & alii ex *Theocrati Scoliaste* referunt. Ehtnicorum namque antiquitas campanarum sono spectura, & dæmonum ludibria credebant averti; id quod Tibullus non obscurè indicat, & *Crispetinr in summa verbo Campana.*

Quin? in sacris, in excumbiis, & in privatis Romanorum ædibus adhibitas fuisse ex antiquis deducit auctoribus *Frater Angelus Rocca in suo de Campanis perutili, & perjucundo commentario c. 3. §. Apollodorus* Illas etiam pro distinguendis horibus adhibitas fuisse, ut meritò de horologiorum ratione, & usu, atque inventione loquatur *Vitruvius lib. 9. c. 9. Panciról. to. 2. tit. 10. Magius c. 6. de tintinab. & Lucian. to. 2. Hipp.*

Verùm

Verùm, tùm campanæ inventor, tùm sonantis horologii nescitur primus auctor; *si Polidor. Virgil.* vera fatur *in lib. de inventor rer. cap.* 18. Unde autem illa dicatur, extricant *Abb. in c. fin. de offic. custod. Frecc. de subfeud. lib. 1. tit. de provinc. & Civit. Regn. pagin. mihi* 78. *verbo Nuceria. Campagn. in cap. Regn. item Boves num.* 9. *Fusc. de Visitat. cap.* 14. *num.* 1. *Megal. in promptuar. verb. Campana num.* 1. *Santorell. in ejus prax. medic. cap.* 32.

2 Et Neapoli in Campanili Sancti Laurentii extat præ ceteris campana pergrandis, ad cujus signum a prima ad secundam usque noctis horam tintinnatim pulsata monentur Cives eousque, ipsis arma ferre licere, de inceps prohiberi, idque, & omnibus patet, & *M. A. Surgent* recolit *de Neap. illustrat. cap.* 11. *num.* 28. necnon *Reg. Rovit. in prag.* 1. *num.* 4. *de armis*, illa itaque fracta, quod sæpè contingit, utrum aliquam mereatur pœnam, qui post secundam horam arma deferre inventus erit; Vide *Bar. Bal.* & alios, quos citat *additio prima* ad *Abb. in cap.* 1. *adduct. tit. de offic. custod.* & conferunt, quæ *Ripa* scripsit *in tract. de noct. temp. cap.* 7. *num.* 15. Quin? & illis diebus hebdomadæ sanctæ, in quibus campanarum tintinnitus cessat, neque pœna mulctaretur, etiam si media nocte cum armis fuerit appræhensus, non obstante statuto constituente certam pœnam adversus deferentem arma post certum campanæ sonitum, idque sequutus *Clarum*, & *Albericum* fatetur, *Azzor. lib.* 1. *institut. moral. cap.* 26. *in princip.* eademque superius memorata *additio*; vide in pulchro casu *Gratian. discep. forens. cap.* 21. *Franc. Mar. Prat. pract. observ. lib.* 1. *observ.* 40. *num.* 38. Sed an sanctio memorata rescripta in *pragm.* 1. *de armis*; Ecclesiasticos liget. Vide *Peguer. decis. Cathal.* 56. *D. R. Rovit. super prag. prædicta*, & an fœminas, *Catal. de indul. c.* 2. *num.* 47. si quis verò inveniatur stare, vel sedere, absque lumine, an incidat in pœnam *prag.* affirmativè resolvit *Mařing. dec.* 31.

Verùm multiplex campanarum usus in sancta, & universali Dei Ecclesia receptus duobus versibus majori ex parte complexus est, illis nempè, quos post *Gl. in extravag. unica de offic. Custod.* rescribunt *Episcop. Carol. Marant. controv. jur. centur.* 2. *respons.* 22. *num.* 18. *Reg. Rovit. in prag.* 1. *de proseq. malefact. num.* 28. *Danz to.* 1. *de pugn. DD. cap. unico de Campan. n.* 7.

Laudo Deum verum, Plebem voco, congrego Clerum,
Defunctos ploro, Nimbum fugo, festaque honoro.

At *Butrius in eod. cap.* 1. *sub num.* 10. *de offic. custod.* præter recensitos alios plures enarrat usus campanarum, quos universalis admisit Ecclesia, gentiumq; mos, insequiturque eodem in *tex. Abb. sub num.* 2. Ac præsertim signum exeundi ad bellum præseferre, dicunt iidem *Butr. & Abb.* vel congregandi populum, sivè concilium, *Fusc.* admonet *de visit. cap.* 14. *Rip. in tract. de noctur. temp. cap.* 5. *num.* 4. *Nig. in cap. Regni item boves num.* 8. *Marant. in specul. p.* 6. *titul. de citat. num.* 111. *cum seq. Danza de pugn. DD. ad d. tit. de campan. cap. unico num.* 7. *tom.* 1. ut proindè gravamen inferri subditis a Baronibus, si impediretur in Parlamentis, quin illarum tintinnitus præcedat, observat *Novar. de gravam. vassal. libr.* 3. *gravam.* 10.

3 Nec non aliud ad Bannitorum persequutionem, ad quarum sonitum omnes cives concurrere teneri, inquit *Dec. in cap. patentibus num.* 2. *de privil.* & disponit in Regno *prag.* 1. *de prosequend. malefact.* quo casu illos uti posse armis prohibitis admittit, *Danz. t.* 2. *de pugn. DD. tit. de armat. per campanam cap.* 8. *num.* 10. quem insequitur *Angel. Scialoya in prax. forjudicat. cap.* 19. *à num.* 3. Excipiuntur dumtaxat a tali concursu decem, & octo annis minores, ac majores sexaginta, ac laurea doctorali insigniti à *Prosp. Carav. in pragm.* 1. *num.* 70. *de exulib. & Reg. Rovit. in mox memorata prag.* 1. *num.* 5. quod declarat *Jo. Franc. Capibl. de Baron. pragm.* 19. *num.* 57. *De Angelis ad Foller. in pract. crimin. rub. notatus capiat de persona nu.* 45. *Danz. loco proximo adduct. num.* 14. *vers. verum, Novar. quæst. forens. quæst.* 112. etiam fœminæ, ut ad earum defensam novissimè observat doctus vir *Carolus Rota de privileg. mulier. cap.* 1. *num.* 251. ob idque nullam incurrere in pœnam Sindicos pulsantes campanam pro populo ad insequendum, capiendumque facinorosos, monet *Novar. de grav. vassall. t.* 1. *grav.* 330. nec contrahere irregularitatem Episcopum; aut alium quempiam Ecclesiasticum annuentem illam pulsari, scripsit *Genuens. in prax. Archiep. cap.* 42. *sub num.* 14. ad quem verò spectet licentia, impertiri pulsandi campanam: *Danza* tangit *tom.* 2. *de pugn. DD. tit. de armat. per campan. cap.* 8.

Cur autem illa pulsetur tempore tempestatis, indicant *Bertran. cons.* 53. *num.* 6. *vol.* 1. *Prosp. Rendell. in ejus tract. de Vinea vindem. & vino cap.* 7. *vers. nec omittendum pag. mihi* 4. *col.* 1. vel ad fugandos dæmones, *Martin. del Rio tract. disquis. magicar. lib.* 6. *cap.* 2. *sect.* 3. *quæst.* 3. *lit. C. pag.* 526. notabile tradens exemplum, & quod Sabatho Sancto prius in Ecclesia Cathedrali, vel matrice illarum detur tintinnitus, tradunt *Navar. in sum. Bullar. t.* 1. *tit. de Campan. Gratian. discep. forens. lib.* 3. *cap.* 578. *num.* 18. *Thor. de privil. piæ causæ priv.* 69. *Novar. in summ. Bullar. tit. de Campan. fol. mihi* 603. Inter mobilia, an verò inter immobilia illa dinumeretur, in difficultatem revocatur, quam extricat *Episcop. Marant. respons.* 11. *tom.* 2.

Illam verò in altum publicè erigere absque pri-
4 vilegio, aut Episcopi licentia nemo valet, ex adducto *c. patentibus de privil.* quin? mendicantes nonnisi unicam queunt habere campanam, *citat extravag.* 1. *de offic. custod.* Et quorum expensis sint illæ reficiendæ, declarat *Genuens. pract. Eccles. q.* 249. *num.* 6. & an illarum strepitus impediat Ecclesiam propè alteram ædificari, idem *Episcop.* de-
5 monstrat *q.* 507. *num.* 5. multaque de novi operis nunciatione, & quando ad emulationem ædificare quispiam videatur, compluraque de illarum usu, & effectu, non iniucundè disceptant alter *Episcop. Marant. t.* 2. *resp.* 22. & 23. *Novar. q. forens.* 1. *p.* 2. qui arripuere calamum pro Patribus domus professorum Societatis Jesus, adversus quos insurrexerant Moniales Venerabilis Monasterii Sancti Sebastiani ad prosecutionem præpediendam ædificationis turris Campanariæ, & in fine *resp.* 23. *n.* 24. de-

24. decisum ad Patrum favorem, testatur idem *Maranta*.

6 At quia in vespere, sivè sero, in mane, atque in meridie pulsari consuevit, ideò quisnam trinum campanæ sonitum, aut quibusnam de causis dictum ritum instituerit, variæ sunt opiniones. Tu perlege *Rocchum adduct. comment. cap.17. & 18.* & nos silentio involuere noluerimus *Psalm. 54.* verba illa; *Vespere, & mane, & meridie narrabo, & annunciabo, & exaudiet vocem meam.* Quæ profectò tria tempora *Div. Augustinus, & Hieronym. in eo Psalm.* Mysteria Passionis, & mortis Domini N. Jesu Christi, ejusdemque Resurrectionis, & Ascensionis in cœlum nobis insinuant. Ter itaque ad trinum campanæ sonitum in tribus illis temporibus Angelica salutatio ad tria hæc misteria repræsentanda recitatur; *Arnoldus* autem *lib. 5. emblem. 3. cap.20. par.2.* jam dictum ritum institutum fuisse, ait ob tria misteria, quibus Beata Virgo, ac Dei mater a Christi fidelibus honoratur. Primo scilicet ob misterium gaudiorum, quæ in Christi Incarnatione cœperunt, & hæc indicat pulsus Campanæ Vespertinus: Secundo ob mysterium dolorum, qui summi fuerunt in Dominica passione, & hos memorat pulsus meridianus. Tertiò denique ob mysterium gloriosum, quæ in Christi resurrectione initium sumpserunt, & hæc pulsus excitat matutinus. Non tamen desunt, qui pulsum campanæ vespertinum, & matutinum ad tempus illud, in quo Beata Maria ab Angelo fuit salutata, & in ejusdem Virginis utero Christus conceptus referendum esse dicant; quoniam vero quota hora Angelus Virgini apparuerit, certo non constat, ut *Azor.* probat *par.2. lib.1. cap.17. q.4.* ob idtrinum campanæ pulsum pro salutatione Angelica recitanda in Sancta Dei Ecclesia fuisse institutum suadetur. Multa de campanis exarant *Guliel. Duran. cap.4. de campan. pag.19. Boer. dec.230. P. Megala in suo promptuario verbo campana, Episc. Ricc. in prax. Eccles. resol. 422. ver. campanarum spretores.*

Hactenus de campanis? mox ad ritum deflectentes *Caravis.* in illius sensu titubasse, & aliqua verborum suppletione illum indigere fatetur. Ejus tamen observantia hodiernis temporibus recessit, sed mos inolevit, ut tam S. C. quam alia Tribunalia Reg. Cameræ Summariæ, & M.C.V. anno 1540. iterum, & postremò ad Castrum Capuanum translata, ut diximus in *Rit.2. num.27.* singulis diebus non feriatis, de mane ad signum campanæ, circumspectione Cardinalis Zapatæ Regni clavum sustinentis ordinatum sub die primo Maii 1622. pro exequutione hujusce ritus, ut observat *Tasson. de antefat. ver.3. observat.3. num. 74. & in prætermiss. pag.1. àt.* conveniant, & audito Sanctissimo Sacrificio Missæ, trium horarum curriculo causarum expeditioni vacent; vesperi autem Judices criminales redeant illum vigore *prag. 4. de offic. Magistr. Justitiar.* præterquam die Mercurii, & aliis diebus, quos *Reg. Tapia* notat hujusmodi observantiæ memor *de jur. Regn. libr. 1. de offic. Magistr. Justitia. sap add. pragm. 4.* verum campana in ingressu tribunalis S. C. tantùm pulsatur.

RITUS XIII.

Actorum Magistri sint in loco proprio, postquam Judices sederint.

ITem, quod nullus ex subactuariis fisci surgat de loco suo, postquam judices sederint, & similiter de aliis notariis, qui scribunt in aliis locis Curiæ præfatæ.

SUMMA RERUM.

1 *Natura humana se nulli subiectam esse vult, & divina tantùm voluntatis nutu regi, gubernariq; permittit, & cur.*
Dei vices habent superiores, & Judices, & proinde prosequendi sunt observantia à subditis.
2 *Subactuarii Fiscales, qui anteà dicebantur hodie qui sint.*
3 *Actuarii criminales usque hodie omnia exequuntur, sed Civiles,*
4 *Dicti Actuarii criminales quot sint.*
5 *Quot Scribæ criminales.*
6 *Actuarii, & Scribæ quando sedeant in Magna Curia.*
7 *Ritus hujus dispositio servit de vento.*
8 *De dictione, De, remissivè.*

1 EA est humanæ naturæ celsitas, & magnitudo, si verum fateri non p geat, ut, cum supremi rerum omnium conditoris Dei manibus affabrè factum sese jactet opus, & a divina liberalitate, tanquam è fonte corrivatas, atque haustas divitias ostentet suas, meritò se nulli subiectam, ac vectigalem velit, & divinæ tantùm voluntatis nutu regi, gubernariq; permittat. Etenim, cum pares inter se agnoscat homines, dedignatur uuius ditioni se subdere, quem excellentiorem non videat. Hinc factum est, ut in eam sententiam venerint DD. potestatem scilicet jurisdictionis jus alteri conferendi, ut politico, ac civili superiori eliciendo nullum naturæ creatæ rationalis individuum, ejusdemque communitatem decere, camque facultatem uni Deo apprimè competere, & si quando hominis jussa capessat, ut Dei ministrum agnoscit; Fateor, ita se res habet; Sed si Dei vices habeunt superiores, & Judices, quis non videat, quanto afficiendi sint à subditis obsequio, quanta prosequendi observantia? si despiciant, an non Deum parvi fecisse accusabuntur? Quinetiam, si parentes, eo quod nos in jucundissimam lucem vocaverint colere assiduè tenemur, cur non Patriæ patres, qui communem nostri felicitatem servare, aut reparare student, venerationibus prosequamur? Laudabiliter igitur factum est, ut cum Judices sederint, nullus è subselliis exurgat subactuarius, nè justitiæ majestatem, quæ in Judicum frontibus emicat, quodammodo violasse videatur, & ut presto sint in obtemperandis illorum ordinibus.

Quos autem nunc scribas appellamus, ritus
2 tempore subactuarios fisci dictos fuisse ex *ritu 91. & 242.* deducit *Carav. illis in ritibus, & sap. rita 35. num. 1.* ac speciatim subactuarios fisci esse Scribas criminalium causarum autumat *sup. hoc ritu*

*ritu num.*1. Verum scribas fiscales eos esse, quos, & actuarios fiscales nunc dicimus, (quorum scribas dici scribas criminales, quos potius crumenales ab emuncta rerum crumena, dicit *de Petr. fest. lect. lib. 2. cap. 9. sub num.*14. *ver. maxime verò*) existimamus, inhærentes verbis *pragm.*29. *§.2.de offic. magist. justit.* hac utentis distinctione. Cum itaq; tùnc non dum esset facta distinctio judicum, sivè actuariorum civilium, & criminalium causarum, quod apertè insinuat *pragm.* 14. *§. penult. eod. tit. de offic. M. Justit.* Ideò cum eo tempore tantùm extarent Magistri Actorum causarum civilium, qui præterea criminalium causarum curam gererent, ipsique detinerent aliquos, qui peculiare onus sub bant scribendi capitales causas; hi nimirum sub-actuarii fiscales appellabantur. Postmodùm verò facta divisione causarum, & aucto numero delinquentium fuerunt instituti etiam actuarii criminales, qui præterea, & scribas complures fiscales det nent, quamvis, & his temporibus nequeant ejusmodi Actuarii criminales omnia exequi, & exercere, cum civilium causarum Notarii illas expleant. Sententias siquidèm, & decreta omnia subscribendo, præter decreta interloquutoria, quin è,& fidejussiones capiunt iidem civiles.

Officium autem scribarum, quos vulgo judiciorum secretarios, & notarios quoque vocant, stat in scribendis, & dirigendis his, quæ in judicio proponuntur, hoc est actis judicialibus universis, quæ in jud cio, vel ordinario, vel extraordinario occurrunt, ut scilicet omnia, & singula illa competenti ordine conscribant, loca, tempora, & personas designando, atque eorum omnium, quæ conscripserunt originalia in judicii scrinio, seù Archivio conservent. Adversus autem actuarios, & scribas plura, Deo favente, adnotab mus *rit.*311. & multa, quæ officio eorum incumbunt scr psere *Gregor. syntagm. jur. univers. lib.*47.*cap.*41. *Bovad. lib.* 3.*cap.*14. *num.*35. *cum seq.*

4 Numerus verò Actuariorum criminalium ostenar us tantum est, juxta *prag.* 1. *de actuar.* quæ tametsi simplic ter verba faciat, nihilominus loqui de criminalibus constat ex *altera & 7. ejusdem tit. Prag.* Scribarum autem criminalium numerus

5 denarius olim erat per *prag.* 2. *add. tit.* postea verò auctus *ad* 24. cum unumquemlibet ex dictis octo Actuariis posse habere tres scribas concesserit adducta *prag.* 7. & majorem numerum deindè permiserit usus, ut insinuavimus supra *ritu* 2. *num.*23.

Et veris existentibus mox enarrati,constat non eos consuevisse tunc sedere loco, ac tempore, quo Curia regebatur, qui nunc Scribæ dicuntur,cum

6 nec his nostris sedeant temporibus, sed qui tunc subactuarii fiscales, nunc Actuarii criminales appellantur, quando quidem eo in loco, tùm civilium, tùm criminalium causarum actuarii etiam nunc sedent. Nec prætermittimus sessionem, de qua hic ritus fatur, intelligi de ea, quando Curia regitur in tr bus illis diebus hebdomadæ, ut *Carav.* ex stimat *num.*1. Verum de illa, quæ quocunque die, tùm in mane, tùm in vesperi fit, quoties Judices adeunt Magnam Curiam pro expediendis causis fatur antecedens ritus in quo in-

super casu loquitur *prag.* 15. *de offic. Magist. Justitiar.* hoc ipsum sanciens.

7 Ejusmodi autem ritum servire de vento, post *Carav.* indicat *Reg. Tapia de jure Regn. lib.* 2. *sup. hoc ritu tit.de Actuar. M.C.V.*

8 De dictione *De*, quam *Caravit.* hoc loco *num.* 1. explicat, loquuntur *DD. in rubr. Cod. de edend. Alber., & Bertach. in diction. verb. D. Peregr. de fideicomm. artic.* 26. *num.* 27. *Fusc. singul* 27. *lit.D.*

RITUS XIV.

Prohibentur Judices pro subscriptionibus aliquid accipere,excepto pro examinatione testium.

ITem, quod Judices ipsarum Curiarum, & cujuslibet ipsarum non audeant recipere, & extorquere pro subscriptione, & manus impositione in processibus fiendis; nec pro decisione quarumcumque causarum, & pro sententiis per ipsam Curiam ferendis seù aliter modo quocunque,excepto pro examinatione testium, de tricesimis causarum commissarum eisdem, tunc enim recipiant quantum eis de jure permittitur; & secundum laudabilem, & antiquum ritum Curiæ præfatæ, & non ultra, nec alio modo. Et si contra fecerint inc dant in pœnam quinquaginta ducatorum auri fisci commodis applicandam.

SUMMA RERUM.

1 *Nihil à divinis humanisque legibus tàm commendatum, quàm mun rum tat, atque abstinentia à muneribus.*

Munerum, corruptela humani generis, frequentissimum vitium.

Est Curia pestis, & contagio, Justitia lues, & legum pernicies aliaque traduntur.

2 *Quam ob causam iste Ritus prohibeat tricesimas, ostenditur.*

3 *Tricesima Jure Civili, aut Canonico,an debeantur & cui Judici.*

In causis summariis, & miserabilium non exiguntur.

4 *Episcopo deberi aliquid pro impressione sigilli,traditur.*

5 *Ubicumque tricesima debetur, quando de publico stipendium Officiali solvitur illa est curia.*

Defenditur propterà quod aliqui agunt Barones solventes actuariis salarium,expensasque, emolumenta verò sibi ascribunt.

6 *In exactione tricesimæ standum est pandectæ, illaque non extante admittenda est, quæ locis convicinis viget in quibus si difformis sit attendenda est,quæ,& M.C.V. utitur.*

7 *Judex si renuat sportulas recipere, eo quod relaxavit victori, possint ne à parte victa repeti.*

Suspectus reddatur ni Judex, qui sportulam debitam parti ex adverso remisit.

8 *Inter dotes, & virtutum gemmas, quæ in Magi-*

 stra-

ſtratibus exquirunt ſplendet avaritiæ odium, & exempla afferuntur.

9 *Verum an ſit Alciati effatum illud, Judicem non eſſe illum creandum, qui fuit Advocatus.*

10 *Judex qui per ſordes, vel gratia, & dolo contra juſtitiam egit diverſis mulctatur pœnis.*

Memoratur factum Regis perſonarum adverſus Judicem Seſamnem.

11 *Etiam de jure Regni Officiales non valent munera recipere.*

An Prælatus.

Judex valet inquirere ex teſtamento.

12 *Eſculenta, & poculenta exigere, utrum poſſint Judices habentes ſalarium, & quæ talia dicantur.*

Sed an Judex poſſit recipere pecuniam pro ipſis, juxta eorum concurrentem quantitatem, non inſulè quæritur.

13 *Medici de publico ſtipendiati recipere poſſunt, quæ ſani offerunt.*

Cur diverſum ſit jus inter alios, & Judices à publico ſalariatos, qui tantum propriis ſtipendiis contenti eſſe debent.

Quid in Advocato.

Etſi de promiſſis lite, vel morbo durantibus, nulla ratio habeatur, tamen in oblatis ſecus eſt.

Vellejani beneficii favor ceſſat, ſi facto mulieres ſolverint.

Dare, & promittere in delictis idem eſſe notatur.

14 *Verbum exterquere quid denotet.*

Crimen concuſſionis à quibus perpatretur.

Judex, an queat gratis mutuum recipere à ſubditis licitè, & ſine nota criminis reputandarum.

15 *Inclyti Sereniſs. Alfonſi Senioris Regis Aragonum ſanctio laudanda, quæ aboletis prorſus ſportulis, officialibus ſalarium Regio de ærario conſtituit.*

16 *Stipendium Conſiliariorum de S.Clara, quod prius erat annuorum ducatorum ſexcentum, eſt auctum ad ducatos mille.*

Quorum, ducati quatuorcentum ſolvuntur ex decretibus ſententiarum, qui debentur etiam parte concordata.

Salarii augumentum evenit ex noſtrorum temporum vivendi luxu.

17 *Incomparabili noſtri Regis liberalitas ſolet elargiri officialium defunctorum uxoribus partem penſionis, quæ viris in vita præſtabatur.*

18 *Deteſtatur officiorum venditio.*

Non Prætores, ſed Mercatores, non Officiorum, ſed officinarum Miniſtri publica officia pecunia numerata ementes dicendi ſunt.

Ementes in globo vendunt ad minutum.

19 *Magiſtratus omnes ex nobilibus, & locupletibus conſtituendos eſſe oſtenditur.*

Nihil a Divinis humaniſque legibus earumdem legum adminiſtris tàm commendatum, quàm mutuum puritas, atque abſtinentia. Munerum ſcilicet corruptela, humani generis frequentiſſi-
1 mum vitium: hæc Curiæ peſtis, & contagio: hæc Juſtitiæ lues; hæc Legum pernicies. Dei Opt. Max. præceptum extat ad Moyſen: *Non accipies munera, quæ etiam excecant prudentes, & ſubvertunt verba juſtorum.* Nihil eſt tam rectum, aut æquale, quod Auri, Argentique pondere non fiat curvum, aut iniquum. Hinc in jure merito *Plutarcho* referente, apud Thebanos Judicum imaginem ſine manibus proponebantur; quòd ab accipiendis muneribus alieni prorſus eſſe deberent. Prudentiſſimè Alcamenes Teleeri filius apud eundem *Plutarchum* a Meſſeniis oblata munera recuſans, dixit: Si munera accepiſſem, cum legibus pacem habere non potuiſſem. Jure igitur Ritus iſte huic malo occurrens Judicibus aliquid accipere pro ſubſcriptionibus interdicit, unica pro examine teſtium mercede excepta.

2 Quam tamen ob cauſam Ritus, iſte prohibeat
triceſimas ſcripſimus in Ritu 9. illud contingere,
quia a publico recipiunt ſalarium, illoque contenti eſſe debent *Iſern. in conſtit. conſtitutionum, & conſt. cum circa Campagn. ſup. cap. 122. Avil. in cap. 9. prætor. in princip. Gaill. obſervat. 151. nu. 6. Avend. de exequend. mandat. cap 2. num. 5. P. denique Fragoſ. de Regim. Reipub. lib. 4. par. 1. diſput. 10. to. 1.* Alioquin recipere ſportulas, & tri-
3 ceſimas poſſent in præmium laborum, & pro ſalario, *§. illud, authen. de mandat. Princip. & §. ne autem labor., auth. de judic. & adductis in conſtitut.* concludit *Iſern. & Affl.* etiam de jure canonico teſte *Corſeto ſing. verbo ſportulæ, Cavalcan. de brach. reg. cap. 6. num. 507.* Cum verò perſolvendæ eſſent, nilhominus in cauſis miſerabilium perſonarum haud deberentur, *Jaſ. de actione, §. omnes ver. tripli num. 55. Roland. conſ. 87. vol. 2. num. 83. Rebuffus de privil. ſcholar. privil. 9.* Nec in cauſis ſummariis, & in quibus pars confeſſa eſt, eò quod Judices modicum laborant *Roland. add.*
4 *conſ. 87. nu. 22. vol. 2.* quoque advertit, quin etiam dicto caſu; quo præſtari oporteret, ſi pars differret nequiret Judex proceſſum interea detinere, teſte *Borr. dec. 15.* Epiſcopo autem pro impreſſione ſigilli debere aliquid perſolui, firmat *Petr. de Ancharan. conſ. 218.* Quin ubicumque triceſima de-
5 beretur in caſu, quo a publico ſolveretur ſalarium officiali illa eſſet Curiæ *Iſern. in adduct. conſtit. cum circa*, & alii, quorum authoritate defendimus quod aliqui aguut Barones ſolventes Actuariis ſalarium, expenſaſque, emolumenta verò ſibi aſcribunt.

6 De triceſimis verò cauſarum, ſ. quantitatis, vel æſtimationis rei petitæ, juxta adductam *R. conſt. conſtitutionum* fatur *Ritus*, eaſque ſportulas alio nomine appellatas de jure canonico vetitas eſſe, jure autem civili permiſſas, probat *Campag. ſuper Clem. de vita, & honeſt. cleric.* per ipſum poſita poſt capitula Regni, idque tractat in verbo *privilegio*, ac præſertim *num. 55.* tutatur relatam juris canonici concluſionem *num. vero 84.* alteram juris civilis, cum multis declarationibus reſpectu ordinariorum Judicum, & delegatorum. Quod ſi conſuetudo ſuppeteret jure etiam canonico deberentur, ex plurium conſenſu quorum ſententiam magis communem teſtatur *Viv. lib. 2. comm. opin. verſ. ſportulæ opin. 741.* quin, & conſuetudine ita obtentum eſſe dicit ex ſententia *Speculat. Petrus Ancar. conſ. 201. ſub num. 2. Molin. de juſtit. tom. 1. diſput. 84. pag. 515.* adverſus quem

morem

morem Gl. sequuti *in clemen. statutum de electio. verbo ex jurisdictione*, invehunt *Abb. in cap. cum ab omni de vit. & honest. Cleric. Ludov. Roman. singul.* 183. in quarum exactione standum est pan-
6 dectæ, illaque non extante, admittenda, est quæ locis convicinis viget; in quibus si differmis sit, utendum est, qua, & Magna Cura Vicariæ utitur tùm in prima, tùm in secunda instantia, prout fuisse judicatum cum Marchione Lauri testatur *Capibl. de Baron. prag.* 19. *num.* 33. quem laudando insequitur *Mastrill. de Magist. lib.* 1. *cap.* 22. *num.* 6. *& Thor. in compend. decis. verb. Sportula par.* 1. Illud autem quod de confinantis loci pandecta scripsimus, altera simili comprobatur in materia consuetudinis assertione à nobis constituta *Rit.* 2. Alia vero multa in re pandectaria cumulabimus *Rit.* 306. *& Rit.* 311.

Reliquum est, ut de exequutionis sportula regulam saltem referamus, s. decimam deberi à Reo executori pro more Regionis quam copiosè extruit *Palandor. lib.* 2. *rer. quotid. cap. fin.* 6. *par. §. unico*, quem videas, nam proderunt cognitioni solutionis faciendæ pro liquidatione instrumentorum, vel Commissario pro dietis, & similibus, quibus addimus, quæ *Gutier.* cogerit *pract. qq. lib.* 1. *q.* 33. Verum si judex renuit sportulas reci-
7 pere, eo quod relaxavit Victori, aut ille peculiari privilegio fuerit immunis ab illarum præstatione possit à parte victa, scripsit *Alois. Ricc. collect.* 2018. *par.* 5. & decisum attestatur *de Angel. in prat. lib.* 1. *in Auth. sed hodie num.* 3. *C. de Episcop. & Cleric.* & idem de expensis à Notario non scripturis confectis remissis in gratiam Advocati fatur, *Jacob. de Arena in tract. de expens.* 1. *vol. tractatuum num.* 21. *&* 22. & collimant tradita apud *Boer. dec.* 110. *num.* 5. *Petr. Paul. Guazzin. in tract. ad defensam animarum Advocatorum Judicum, & Reorum lib.* 1. *defens.* 4. *c.* 3. Sed an suspectus reddatur Judex qui ob accessum ad locorum sportulam debitam parti remisit, videtur, quod sic, quasi major quam Judicis ordinaria affectione trahatur *Decis. Gen.* 3. *nu.* 16.

Quibus tamen in casibus, ex vetustissima consuetudine, & observantia Judices in Regno sportulas exigere queant; enarrat *Laganar. ad Rovit. super. pragm.* 1. *versic. Hac tamen conclusio de muner. offic.* quod autem illas exigant Regii Officiales, & Capitanei terrarum demanialium, cum dirictus, & gagia loco salarii habeantur, monet *Capibl. de Baron. tom.* 2. *cap.* 20. *num.* 4. qui *cap.* 97. *num.* 3. *prag.* 19. advertit, maximè procedere in Baronalibus officialibus nullo modo comprehensis sub *add. pragm.* 1. dispositione quibus licito jure sportulas soluuntur, & aliquid pro visura processus juxtà taxam seù pandectam, quàm vocant teste *Regente Tap. in Constit. constitutionum lib.* 2. *jur. Regn. rubr.* 42. Insuper arbitri, qui salarium non habent causarum compromissarum tricesimam exigunt *Luc. de Penn. in l. in sacris nu.* 18. *in fin. C. de proxim. sacr. scrin. lib.* 12. quem laudat *Regens Tap. in mepior. Constitut. Const tutionum lit. T.*, præter si sint officiales, ut adnotavimus *ritu* 11.

8 Cæterum, inter dotes, & virtutum gemmas, quæ in magistratibus exquiruntur, splendet, & elucet non secus, atque hesperus, & lucifer in Cælo avaritiæ odium, nè muneribus corrupti se patiantur Judices, aut lucri etiam futuri spe à recti tramitte deflectant, hujusce virtutis egregia nobis exempla proposita sunt in Mose, qui in causa seditiosos illos Coræ, Dathan, & Abiron protestatur, quod ne asellum quidem unum ab eis acceperit, nec afflixerit quemquam ex eis *num.* 16. *vers. Is*, & aliis, quos congerit *Eberharti Speckan. qq. & decision. jur. centur.* 3. *class.* 3. *vers. Avaritia odium nu.* 6. & in Curio, ad quem cum Samnitium legati, ut refert *Valer. Max. lib.* 4. *cap.* 3. ingens auri pondus, publicè in usum attulissent, benignis verbis imitatus, ut eo uti vellet; vultum risu soluit; pontinusque, supervacuæ, inquit, nè dicam ineptæ legationis ministri narrate Samnitibus; Curium malle locupletibus imperare, quam ipsum fieri locupletem, atq; stud, ut pretiosum, & ita malo hominum excogitatum munus refertote, mementote me nec acie vinci, nec pecunia corrumpi posse. Phocion Athemensis, Alexandri legatos rogans, cur cum plurimi Athenienses essent, sibi soli sui Regis nomine duo talenta offerrentsecum ex iis audisent unum se illum virum bonum, & honestum jud casse: Ergo Sinite, inquit, me talem haberi, & esse, & rejecit donum; & magna hujus roboris exempla in Romanis recenset *Jo. Baptista Cfaius de Urbis, ac Roman. olim Imper. splendo e c.* 26. *de priscorum Romanorum virtutibus, §. ultim.*

Hinc Palladas *Poeta, & Epigrammatarius Graecus lib.* 1. *Epigram. pag.* 93. eos Judices non esse constituendos monet, etiamsi Isocratem eloquen-
9 tia superarent, quòd semel accipiendæ mercedi assuefacti, temerè non sint ab assueto vitio temperaturi; quod *Alciat.* alioquin doctissimus insequitur *lib.* 12. *parergon. cap. ult.* meritò objurgatus à perspicacissimo *Gratian. lib.* 1. *discept. forens. cap.* 4. *num.* 9. illiusque assertionem erroneam exclamat *Pras. Merl. cent.* 2. *qq forens. c.* 37. *nu.* 8. & ante ipsum *Mastrill.* scripsit *lib.* 2. *de mag strat. c.* 12. *num.* 6.

10 Tenetur itaque parti Judex, qui per sordes, vel gratia, & contra justitiam jerit, non solum ad æstimationem totius litis, & expensarum, sed amisso dignitatis cinculo infamiæ quoque notam subit, mulctaturque in triplum ejus, quod accepit, & in duplum, quod promissum est *Bossi. tit. de official. corrupt. pecun. post num.* 10. *Jul. Clar. §. fin. q.* 73. *à num.* 2. *Cassan. sup. consuet. Burg. in tit. des confiscationis §.* 1. *in princip. num.* 21. Et aliquando bonis confiscatis in exilium, & peregrinationem, uti Julius Cæsar repetandarum convictos ordine movit; sicuti quando Marius Priscus accusatus fuit ab Afris eadem *l. Jul. repet.* quibus pro consule præfuerat, placuit Senatui 700000. quæ acceperat Marius Ærario inferenda, Mario autem Urbe, & Italia interdictum; veluti ita refert *Jesuita Cuntzius lib.* 7. *Polit. cap.* 22. §. 8. Themistocles autem à Spartanis dona capiens ducatu privatus est, teste *Petr. Bizar. hist Pers. par.* 54. *num.* 12. At bursales punitiones haud Principes permittat, sed ut verè Judices puniantur jubeat exclamant *Feder. de Sen. cons.* 185. *in fin. Tusc. conclus.* 679. *num.* 9. *lit. P.* Regis Persarum Campyses exemplo, cujus inventum non adeò barbarum extitit, quin æquè utilissimum foret,

ret, qui cum Judicem Silannem infcelere deprehendiffet, quod pecunia juftitiam corruperat, detrahi mox illi cutem juffit, ac pro tribunali omnibus coram oftendi, quo, & ejus filius Otantes, quem eaudem patris fedem occupare præcepit, & cæteri in pofterum Judices addifcerent, æqua jus lance cunctis adminiftrare, referente *Herodoto lib. 5. in Terpfichore, & Val. Maxim. lib. 6. memorab. cap. 4.* fciebat enim prudentiffimus Princeps nihil avaro Judice perniciofius reipublicæ futurum, qui veluti ad auream meffem ad Tribunal accedat ut juftitiæ ferro in alienis jacturis fibi quæftus faciat, & lucra, quod diu folitum à domicla, & ftratocle inveni.

Quin è nedum jure communi prohibetur Judex aliquid ultra præfinitum falarium recipere *in l. fin. verf. & ob hoc C. ad l. Juliam repet.* fed & municipali fanctione *in pragm. 1. & feq. de muner. official. & pragm. 5. de annar.* quarum memores
11 funt *Scaglion. & Carav.* hoc *in ritu.* quos *Thor.* laudat *ad Jo. Grand. de bello exul. ad prædicamentum habitus verf. quæftio tertia*, quod ad officiales Provinciarum extendunt *pragmat. 4. §. 1. & pragmat. 5. de offic. juft.* necnon *pragmat. 3. eodem tit. adduct. de muneri b. Official.* ad fifci patronos altera *10. §. 6. de official.* quod declarat *Maur. Jun. allegat. 76.* ad portulanos magiftros falis, eorumque famulares ex earundem *pragmat.* mente ampliat *Campag. in rubr. de portulan. num. 7.* An autem Secretarium Regni intercludant idem *Maur.* difceptat *allegat. 77. Dominus Regens de Marinis refolut. jur. lib. 2. cap. 242. num. 2.* tradens non comprehendi Dom. Proregum Secretarios.

Prælatus autem, nec zenia, ac munufcula quærere, nec oblata refpuere debeat, *Cagnol.* monet *in l. nemo inuitus, §. quodcunque num. 4. ff. de regul. jur.* Valet quoque Judex acquirere legatum in teftamento relictum, qui recipere ex contractu prohibetur, *Tiraq. ad ll. connubial. Gl. 5. n. 93. Franch. dec. 493.* quem declarando infequitur *Reg. Rovit. in memor. prag. 1. num. 4. Reg. Tap. lib. 2. jur. Regn. rub. 41. ne official. muner. recip. in Conftit. apud Juftitiarios num. 10. Bobad. in fua polit. lib. 2. cap. 12. num. 45.* conferuntque, quæ exarat *Affl. in conft. communiter num. 4.* quid in donatione remuneratoria *Fachin. contr. jur. lib. 2. cap. 8. Gratian. difcept. forenf. cap. 208. num. 4. Revert. dec. 12.* Hujufce autem prohibitorum munerum materiam exornant nofter *Carav. in prag. 1. §. 1. de S.C. Maced. Boer. dec. 153. num. 26. Boff. tit. de official. corrupt. pecun. num. 3. Affl.* & ad eum *Batius in conftit. Capitaneum rub. 41. lib. 1. Foller. in conftit. ad hoc volentes pagin. mihi 177. Mufcatell. in prax. crim. rub. de Judic. corrupt. num. 3. Zappull. in pragm. 5. §. 10. num. 21. & §. 18. de adminift. Univerfitatum, Rovit. add. loco*, & cæteri paffim.

Sed efculentum, & poculentum exigere utrum poffint Judices falarium habentes tractat, tùm attenta difpofitione juris communis, tùm Capitulorum Regni, *Affl. in d. conftit. Capitaneum, verf. decimoquinto fub num. 27.* & indiftinctè negat *Rovit.* fæpiùs *adduct. loco num. 3.* quod *Lagamar.* addens *ibid. lit. A.* haud admittit, fed jure tantùm municipali, quo attento, nec minimum quid à litigantibus coram ipfis, quamvis fponte dantibus, recipere valent, nec in principio, nec in medio, nec in fine litis, à cæteris verò haud litem habentibus, nec de proximo, aliquid parvi momenti maxima cum moderatione, juxtà declarationem contentam *in pragm. 5. cap. 3. de muner. official.* Quæ autem dicantur efculenta, modico tempore duratura judicis arbitrio, refert *Menoch. de arbitr. Judic. lib. 2. cap. 342. num. 38. Tiraq. in tract. de Jud. in reb. exig. verf. octuagefimo, Affl. in add. conftit.*

Si autem Judex recipere queat, quæ cofumuntur intra paucos dies, ad *tex. in l. plebifcito, ff. de offic. Præfid.* non iofulsè quæritur, nùm poffit recipere pecuoiam pro ipfis, juxta eorum concurrentem quantitatem, cum enim hæc pecunia loco rei fuccedat, fcilicet, efculenti, & poculenti, pro quibus datur, eodem jure illa erit, ficut effent, & ifta, quæ recipere potuiffet, *arg. l. fi rem. & pretium in fin. ff. de petit. hæred. l. Imperator cum l. feq. ff. de legat. 3.* Contrarium tamen refpondit *Andr.* adverfus magnum officialem ratione publicæ honeftatis, *in Conft. litigator de pæn. illor. qui Jud. corrump.* An eleemofyna honerior fit in fpecie, puta in frumento, quam in pecunia; extricat *Navar. t. 2. com. 3. n. 19. pag. 62.*

13 Medicos tamen de publico ftipendiatos recipere poffe; quæ fani offerunt, jus patitur in *l. archiatri, C. de profeffor. & Medic. lib. 10. Affl. dec 123.* cur diverfum fit jus inter illos, & Judices à publico falariatos, qui fanè tantùm propriis ftipendiis contenti effe debent, in controverfiam deducitur. At diverfitatis ratio in promptu eft, fi quidem in Judice zelotiffimæ leges timent, ne, dùm collitigatores muneribus certant, ipfe majoribus placeat, quod etiam, controverfia finita, militat, habita confideratione ad fpem, quæ non modicà valet. At fecus eft in medico, qui cum voluntariam (ut ita dixerim) jurifdictionem in ægrotum exerceat, magis, atq; magis ad fanitatem ei reftituendam totis viribus allicitur, oulio adverfario contradicente. Hinc quoties timor eft, nè medici infirmos fpolient, vel infirmi ipfi periclitantes immenfa promittant, lex præfto eft, dictando, medicos durante ægritudine non poffe cum infirmis pacifci, & talia promiffa irrita effe decernit, *d. l. Archiatri*, ibidemque *Luc. de Penn. & Jo. de Platea.*

Hæc omnia, quæ de Medico infinuavimus, in Advocato militant, non quod nobiliffimum Advocationis officium Medicorum arti, qui paulò majores fuut obftetricibus, *Specul. de Salario, §. poftremò*, comparem, fed quia eadem ratio, fic fuadet *Platea, & Luc. de Penn. adduct. loc.* hic cadit materia pacti de quota litis, & fimilium, de quo apud *Speculat. ibid. §. penul. Petr. Paul. Guazzin. in tract. de defenf. anim. Advoc. Judic. & Riorum lib. 1. defenf. 2. cap. 5.* & nos alibi.

Unum non omittam, quod etfi de promiffis lite, vel morbo durantibus, nulla ratio habeatur; tamen in oblatis fecus eft, inter quæ longa diftat ratio; illa enim, cum à datione, ficut verba à factis interfint, feparentur, facilè immenfa à periclitantibus elargiuntur, ifta verò tanquam præfentis temporis oon facilè dantem decipiunt, quam differentiam infignis J.C. *Rebuff. in d. l. Archiatri*

nota-

notare visus est. Hac, non alia ratione omnis Vellejani favor cessat, si facto mulieres solverint quæ illo juvantur, si promission bus, quas facilè immensas faciunt, obstringantur *l.* 1. *in fin. C. ad Vellejan. l.* 8. *§. mulier, ff. eod. Sichard. in rub. C. eod. num.* 8. *Surd. consf.* 367. *lib.* 3. *num.* 3. *de Franch. dec.* 479. Dare tamen, & promittere in delictis, maximè in assassinio, idem esse notat *Rovit. in pragm.* 1. *de assass. num.* 16. & consecrunt, quæ *Bovad.* scripsit *lib.* 2. *polit. cap.* 11. *num.* 41. Et quod Medicus stipendiatus recipiens, peccet mortaliter, adnotat *Seb. Medic. summ. peccat. tit.* 8. *q.* 39. *vers. dispensatio.*

14 Extorquere autem verbum, de quo Ritus iste meminit, aliud non denotat, nisi intimorare, & dicitur concussionis crimen, teste *Gl.* 1. *in verbo Ablatum, & vers. & nota, ff. de concuss.* & observat post alios *Farinac. vol.* 3. *q.* 111. *num.* 43. quod crimen, tùm à Judice, Præside, & inferiore ab eis, tùm à persona privata officium non exercente perpatratur, *Farinac. add. loco num.* 54. de quo latè *Gubr. cons.* 171. *vol.* 2. *& Visconti in conclus. jur. verbo concussio, Carav.* hoc *rit. num.* 4. *&* 5. memoratur quippè extorsionis verbum, an semper malum supponat, inquirimus *ritu* 137.

Huic non incongruit sollemnis, & curiosa disputatio, quam agit doctissimus, atque integerrimus *Consil. Carleval. in* fructuoso *tract. de Judic. lib.* 1. *tit.* 1. *disput.* 3. An scilicet Judex queat gratis mutuum recipere à subditis licitè, & sine nota criminis repetundarum; In qua discusso ad partes articulo, subtiliter ex more concludit ipsi licere gratuitò, & sine usuris ad suas necessitates sublevandas, absque crimine repetundarum, id tamen restringendum fore admonet duobus in casibus; Primò, quod haud valeat accipere à litigantibus, vel de proximo coram ipso; & altero ut neque valeat à mercatoribus, & negotiatoribus, qui pecuniam in suis quæstuosis artibus occupant, ut *n.* 18. quam quæstionem extricat *R. Sanf. decis.* 105. *&* 170. *lib.* 1. *& dec.* 404. *lib.* 3. Subnectit item eodem *lib.* 1. *tit.* 1. *disput.* 5. *&* 6. *Carleval.* duas alias disceptationes acutissimo ejus ingenio dignas, an Judex delegatus, cui per commissionem designatur certum salarium exigendum à pluribus reis contra quos simul procedit executivè, vel criminaliter possit ab unoquoque, cæteris existentibus non solvendo, salarium insolidum exigere, & an Judex possit, haud obstante appellatione ad superiorem interposita, executivè exigere sua, & suorum ministrorum gagia, quæ cum facilè possint contingere ob commissiones, quæ in dies expediuntur pro capiendis informationibus, placuit eas adnotare, sed nos fusius alibi

15 Laudanda denique Inclyti Serenissimi Alphonsi Senioris Aragonum Regis sanctio, qua abolitis prorsus, sportulis, & tricesimis à Judicibus omnibus in Regno exigi solitis, Officialibus ipsis stipendium, seu salarium Regio de Ærario constituit, quod deindè à Carolo V. Cæsare anno 1536. *in pragm.* 3. *&* 4. *de tricesf.* fuit confirmatum, teste *Nicolao Topio de Orig. S. C. p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 3. *per tot.* & ab eius successoribus Invictissimis Austriacis Regibus, quos Deus Opt. Maximus incolumes, atque longævos vivere annos in perpetuo dominatu sinat, omnibus Judicibus cujuscunque Tribunalis stipendia fuerunt persoluta, & persolvuntur; ad enim justitiæ administrationem, conservationemque Reges, maximopere obstringuntur, propriis, non subditorum sumptibus, hanc enim ob causam ab illis tributa, aliaq; obsequia præstantur, quòd reditus, quos habent sunt ad hoc quasi stipendia constituta; *Isern. in const. Super incisionibus, Angelici Doctor. Aquinatis* authoritate 2. 2. *q.* 72. *art.* 7. cujus verba refert *Afft. in eod. const.* & satis amplè *Luc. de Penn. de erog. milit. ann. Lannonas à nu.* 2. & quantitatem emolumentorum enarrat *Topius de Orig. Tribunal. par.* 1. *lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 13.

Stipendium verò Dominis de Sanctæ Claræ 16 Consilio erat ducatorum sexcentum, anno verò 1626. auctum fuit ad ducatos mille, quorum ducatos sexcentum habent de Regis Ærario, & alios ducatos quatuorcentum ex derict bus sententiarum, & liberationum pecuniæ, quæ litigantibus fieri contingunt ad rationem carolenorum quindecim pro centenario. Cujus quidem salarii augumentum evenisse fertur ex nostrorum temporum vivendi luxu multas, & longè majores expensas exquirente; retro enim temporibus legi, apud eruditum virum in tomo manuscripto, quòd Consiliarii, & ali Officiales non nisi, vel pedestres, vel equo, & mulo deambulabant, cum parva domo, atque paucissimis servis, & ancillis; hodie verò experientia compertum est, ducatos sexcentum vix sat esse pro domo, quam incolunt, & unius currus expensis, teste *Mastrillo de magistrat. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 14. (Atque utinam in sol s equis: aut curribus luxus excrevisset! quæ hodie in vestimentis, in stragulis, in stratis, in lectis, in viridariis, in ædificiis ambitio? Privatorum domus, Regum palatia: palatia ipsa urbes emulantur. Tarentinos, ac Massilienses corporum cultu superavimus. Asiaticas delicias in prandiis cæoisque devicimus. Timendum est, ne (ut *Pythagoras* ajebat) post delicias, ac saturitatem violentia, post violentiam, exitium in civitates ingrediatur.) Sed ad rem nostram redeamus. Salarii igitur præfati augmento luxus molescens, c[...]m iniustè non iniustam dedit. Et quamvis in [...]ptationem fuerit revocatum illud solvendum non fore ex litigantium pecunia, tamen re plenius cognita in Collaterali Consilio in eam itum fuit sententiam, & ab eo tempore exiguntur memorati derictus, quicquid *Tasson. observat.* 3. *vers.* 3. *num.* 105. *de antefat.* provisum dicat illud exigi super datio, seu gabella unius ducati pro quolibet dolio vini, qui quidem directus debentur, etiam si partes se post sententiam concordaverint, ex *Glos. in cap. statutum* 11. *§. assissorem in glos. ultima, verbo communiter de rescript. in* 6. quam laudat *Franc. Maria Prat. pract. observ. lib.* 1. *observ.* 74. *num.* 12. *ad tex. in l. debitorum, C. de pactis*. Imò incomparabilis nostri Regis liberalitas solet elargiri uxoribus magistratuum defunctorum partem pensionis quæ viris in vita præstabatur, quæ pract ca à jure communi ortum ducit, *l.* 1. *C. de fil. official. lib.* 12. Vidi quandoq; postulatum an uxor officialis prædefuncti valeat, post multos annos pensionem petere pro annis præteritis, quasi iniuria affecta fuerit non consequendo, quod aliis conceditur, *arg. l.* 1. *§. permittitur, ff. de aqu. quotid. estiv.* At uxoris

uxoris petitio insulsa prorsus visa fuit, quando pars stipendii donatur in solatium amissi viri *Joan. de Platea in add. l.* 1. & per consequens non competat actio, quæ præteritis prospiciat, *Ann.cons.* 93. *num.*16.

38 Et ultimò memoranda sunt præcepta Justiniani Imperatoris *in auth. ut Judic. sine quoque suffragio*, in quibus Theodoræ coniugis consilium secutus est, cujus verba uti fructuosa, & aurea rescribunt *de Ponte de potest. Prorreg. tit.* 3. *de elect. offic. num.*14. *Franc. Salern. cons.* 18. §. 2. *lib.* 1. quibus sanctissimus Princeps improbavit omninò, irritasq; pœnitus reddidit magistratuum venditiones, generatimque vetuit suffragii nomine,quidquam pro cingulorum perceptione, vel suffragatoribus dari, vel publicis rationibus inferri, & venali suffragio titulos magistratus, cæterasque dignitates aucupantes inter vilissimos, & abiectissimos censeri, & servili conditione hominibus comparari sanxit: *Petr. Ferdinand. Navarrete in politica discursu* 48. ex *Arist.* qui magistratus emerint, hos quæstibus assuescere probabile esse, asserit,& *S. Thom. in opusc.*21. ab omnibus adductus, & præsertim à *P. Joan. Marquez de Christ. Gubernat. lib.* 1. *cap.* 21. *ad fin.* inquit, quod cum officium venale disponitur, nil, nisi ad recuperandum, & ribursandum pretium attenditur, ut prætereà Ducissæ Brabantiæ consuluit, nè sæculares magistratus, & officia publica venderet, ejusque verba rescribit *Guilid. de Roville de justit. & injust. cap.* 4. *num.* 11. & inserit *Foller. de contract. censual. verb. Nicol. à num.*220. *Benedict.* fusè *in cap. Raynutius, verbo duas habens filias num.* 54. Quærebatur sanè Romanæ eloquentiæ parens, quod Senatus C. Verri Siciliæ curam demandans, non Prætorem, sed Mercatorem in Provinciam misisset. Hoc nomine censendi sunt, qui publica officia, numerata pecunia sibi propria efficiunt. Hos non officiorum, sed officinarum ministros jurè appelles. Lucri, non justitiæ amor, invaleat necesse erit, ubi velut in fœnore pecuniæ sunt constitutæ. Nemo quippè gratis emit, neque ut æquale, sed ut [illegible]ius acquirat. Tribunalia venalia, non secus, ac nundinæ habentur, in quibus semper cariori pretio merces, quàm sint emptæ, iterum ementibus exponuntur.

Quin? Romanus Pontifex *in cap. quibusdam* 1. *q.* 1. quem refert *Alphons. Narbon. ad l.Regi lib.* 1. *tit.* 7. *l.* 31. *Gl.* 16. *num.* 15. subdit paratiorem esse aliis vendere, quod quis emit. Hinc *Salustius in Jugurtino* profert, quod ejusmodi officia ementes communiter vendunt in minuto, quod in globo emerunt. Alexander Severus Imperator, ut tradit *Lamprid. in ejus vita*, & post ipsum *P.Jo.à S. Maria in politic. q.* 10. *& Alphons. Covarr. in emblem.*23.*lib.*2. quos refert *Regens Sanfelic.decis.* 339. *num.* 9. *lib.* 3. & nos meminimus *in princip. Rit.*9. omnibus magistratibus pinguia salaria constituebat, nè ullo modo vilescerent, & nullum publicum officium vendi permisit, inquiens, necessarium fore, ut qui emunt, & etiam vendant in subditorum vexationem, & Trajanus Imperator solitus dicere erat, eum, qui arborem emit, gratis non daturum ipsius fructus.

Complures Reges, qui hujusmodi officiorum venditiones severissimè extirparunt, & alia ad materiam recensent *Bened. add. loco nu.* 56. *Bovadill. in polit. t.*1. *lib.*1. *cap* 14. *num.*16, *Symanc. lib.* 6. *de republ. cap.*16. *Jo.Filesacus lib.*1.*selectorum cap.* 15. *Michael Vlchur. tract. de regim. mund. p.*4.*q.*1. *princip. Reg. Rovit. in pragm.*2. *de official.Mastrill. add. tract. cap.*20. & latissimis habenis omnia dispungit *Franc. Salernus Siculus cons.*26.27. *&* 28. pluribus in capitibus, ac noviter *Reg. Sanfel. cit. dec.*339. *per tot. Reg. de Marin.lib.*1.*quotid.resolut. cap* 283.

Et pro coronide,Principibus insequendum propono *Solonis* exemplum, apud *Arist. lib.* 4. *polit. cap.*10. qui suis legibus magistratus omnes ex nobilibus, ac locupletibus constituit. Ille fortassis Indos, & Carthaginenses magistros habuit, apud quos, ut referunt *Plin. lib.* 6. *capit.* 19. *& Arist.* idem *lib.* 3. *pol. cap.* 9. ditissimi quique rempublicam temperabant; judicia reddebant, & judicibus assidebant. Timebant scilicet sapientissimi viri,nè dùm judicum inopia sublevaretur, judicia ipsa corruerent;& opulenti magistratus in justitiæ perniciem nundinationi ansam præberent. Neq;enim ideò pauperes subselliis excludebant, quòd pauperiem vitio darent, sed quòd avaritiam detestarentur. Hinc meritò ab eodem *Arist. libr.* 3. *Pol. cap.*34. culpati Lacædemones, quod ad magistratum quendam pauperes admitterent, quasi hoc idem esset, ac latrones ad prædam advocare. Sed ubi ego Romanæ Reipublicæ Rerumpublicarum omnium Principis exempla prætermitto? Scipio Æmiliani cum rogaretur in Senatu uter adversus Viriatum in Hispaniam mittendus esset, Galba, an Aurelius, respondit, neutrum mihi mitti placet, alter nihil habet, alteri nihil sat est; memorat *Val. Maxim. lib.*6. *capit.* 4. ut propterea *Cicero* laudatus a *Luc.de Penn. in l.lenones, C.de spect.lib.* 11. scripserit, duas esse res, quæ possunt homines ad turpe compendium commovere, inopiam, & avaritiam.

RITUS XV.

Unus ex Magna Curia Judicibus apud Locumtenentem, seù Regentem ipsius assistat, nec inde absque venia discedat.

Item, quòd unus ad minus judicum, & omnes, si voluerint debeant continuo personaliter interesse in dicta Curia, & se coram dicto Locumtenente sentare de mane, post prandium de sero, hora congrua, & ab inde non recedere licentia, à dicto Locumtenente non petita.

SUMMA RERUM.

1 *Memoratur notabile dictum Themistoclis bellatoris primarii.*

2 *Magistratus inutilibus negotiis detineri, & consuetis horis à foro abesse, dissonum est rationi. Miltiadis trophæa de somno Themistoclem excitabant.*

3 *Judices omnes M. C. Vicariæ, vel saltem unum in ipsa Curia, continuo personaliter interesse debere,*

bere, hoc ritu Regina cavit.

Dictio hac (continuo) an obliget semper, & ad semper. Dictionum, continuo, perpetuo, statim, illico, & in continenti refertur vis.

4 *Famulus, qui servire anno continuo se obstrinxit, satisfacit, si interpellatim serviat.*

Et quid de Monacho, è Religione exeunte modico temporis interstitio, vel de Novitio, mundum, dimisso habitu, divagante, illumque reassumente, remissivè.

5 *Testis depositio de possessione alicujus continuò, vel quotidiè haud vitiatur, si aliquo temporis intervallo non possederit.*

Et quomodo probetur continuata possessio, remissivè.

Et alia ad materiam indicantur.

Exornatur text. in l. quicunque, C. de apoc. public. lib. 10.

6 *Dictio (semper) continuationem, seù perpetuitatem temporis insinuat.*

7 *Clerici talares vestes, quin, & clericales, quando excusentur, si non deferant.*

Privilegio, an potiantur, si eas non continuo deferant.

8 *Beneficium si detinent, illo gaudent, tametsi, ut laici semper incesserint.*

9 *Pensionem detinentes gaudent, ac si beneficiati.*

10 *Constitutio Sisti V. contra non deferentes habitum requirit declaratoriam.*

Dom. Consil. M. Ant. Ciossi laudatur.

11 *In tenebris minimè exercenda sunt judicia, quãvis contrarium observatum fuerit in Senatu Atheniensi Areopagico.*

12 *Arbitri, & delegati, si illo die, ipsorum esset expiratura jurisdictio, nocturno quoq; tempore sententiam, & laudum ferre, & promulgare valent, tribus luminibus accensis.*

13 *Dies simpliciter prolatus quomodo accipi debeat, & quando incipiat in Urbe, & Regno Neapolis remissivè.*

14 *Hodierna observantia hujus ritus indicatur.*

1 PRimarios inter Atheniensis Reipublicæ viros op'pare convivabatur olim in Aula primarius Bellator Themistocles, cum à prandio, ut moris erat, citharam singuli Proceres convivæ ad majorem hilaritatem pulsare cœperunt, ut ad Themistoclem deventum est, citharistam esse parumper militem jubent; gnarus ipse artis tàm otiosæ quique in neruum iverat sagittarius diù, non citharedus, lyram tangere constanter negavit; animadvertunt in Ducem contumelia penè affecti convivæ, & quid inquiunt, nosti, si citharam pulsare nescis? quibus tunc, ut par erat, Themistocles hæc protulit: Rempublicam ex parva magnam facere. Utinam Judices quibus communis salus innititur, non modo eam commodis augere
2 sed vel perditam instaurare conarentur. At quàm rationi dissonum est magistratus, qui Reip. naufragia gubernare debent, ut se facere affirmavit Demades Athenis, inutilibus negotiis, nè dicam citharæ sonitu detineri, & consuetis horis à foro abesse ut aliena pertractent, quibus una Curiæ ars inotescere debet. Quod si trophæa Miltiadis de somno Themistoclem excitabant, diù noctuq; pervigil, quòd hostium Victoriæ meminisset; qui fieri poterit, vel fori causas acturi, in quibus crimina hoc est nefariorum trophæa diiudicanda sunt, inanibus curis occupati, nec statuto tempore pro tribunali esse velint, & communis fœlicitatis hostes scelestos dixerim, & alieni æris detentores, triumphare longius quodammodo fiuant cum eorum actis recensendis tempus non sit eò, quod absint dictis horis Judices.

Tàm gravi Urbis, Regnique discrimini consulens Regina hoc ritu cavit omnes Judices M. C. V. vel saltem unum in ipsa Cura continuò personaliter interesse debere, & se coram Regen-
3 te sentare de mane, post prandium de sero hora congrua, quod ad Actuarios quoque extendit alter. *Ritus* 27. ibique *Carav.* notat. Verum hæc dictio continuò non obligat semper, & ad semper, cum intelligatur morali modo, ut scripsimus super *d. Rit.* 27. Et quod ejusmodi dictiones continenti passim pro subjecta materia intelligantur docent post *Glos. Rebuff. in l. namque sine liberis ff. de verborum signif. Dec. consil.* 521. *num.* 12. *Paul. Grill. de haeretic. quaest.* 5. *num.* 16. & 17. *Gratian. discept. forens. cap.* 601. *num.* 37. *lib.* 4. *Danz. de pugn. DD. tom.* 2. *tit. de diction vers. Dictio semper.*

Hinc famulus, qui servire anno continuo se
4 obstrinxit, satisfacit, si interpellatim serviat; indixit *tex. in l. Paulus respondit*, §. *Cajus Sejus ff. de liber. caus.* consertque alter *in l. interdum*, §. *quoties*, *ff. de public.* quod libertatis favori tribuit *Fontanell. de pact. nuptial. lib.* 1. *Glos.* 18. *par.* 4. *num.* 47. & piæ causæ inter privilegia enumerat *Andr. de Bellet in l. habeat num.* 223. *Cod. de Sacros. Ecclesia* insequitur *Ant. Bart. de tempor. util. & contin. cap.* 3. *num.* 9. & collimant que exarat *Cassan. in consuet. Burg. rub.* 1. *pag.* 19. Curiosam autem quæstionem de Monacho Religionem exeunte modici temporis interstitio, excitat *Lapus alleg.* 46. & de Novitio, habitu dimisso, mundum divagante, deindè illum reassumente sermocinantur *Pat. Azor. in instit. moral. par.* 1. *lib.* 12. *cap.* 2. *de Novit. probat. q.* 8. *Rodriq. in sum. cas.*
5 *conscient. tom.* 2. *cap.* 8. *conclus.* 3. *num.* 4. Et testis depositio de possessione alicujus continuo, vel quotidiè haud vitiatur si aliquo temporis intervallo ille non possederit, ut *Jas.* substinet quem laudat *Anton. Capyc. dec.* 37. qui nonulla pro concordia adnotat, & copiosa serie adducit *Roman. cons.* 490. Modum autem probandi continuatam possessionem docent *Prat. Papiens. in for. respons. rei*, *vers. praescriptionis à num.* 16. *Marcell. Calà in tract. de mod. articul.* §. 2. *Glos. unic. nu.* 929. & declarat *Ludov. Gomez. in reg. de annali possessor. quaest.* 77. & statuto sanciente mulctari in mille florenis retinentem bannitum duobus diebus, non comprehendi, qui priùs uno die, & postea alio die illum retinuit, non tamen continuo sed interpellato, notabiliter advertit *Angel. in* §. *hac autem tria in proem. ff. quem laudando, insequitur Jas. in l. si idem n.* 7. *de jurisd. omn. Jud.*

Excommunicatus persistens per certum tempus sub pœna prohibitum, ita demum illam incurrit, si illius temporis interstitio continuo non interpellato in excommunicationem permanserit, admonent *Greg. Lop. in l.* 2. *tit.* 28. *par.* 7. *Glos. Pri-*

miera vers. an verò sufficiat, Anton. Gomes. var. tom.4. cap.1. de delict. num.3. Jo; Guttier. canon. quæst. lib.1. cap.12. num.24. & ad intellectum l. quicunque, C. de apoc. public. lib. 10. solutionem trium annorum ut præsumatur in præteritum facta, debere esse continuam; non interpellatam; Menoch. advertit, Vincentiis de Franch. dec.137. reprobata, lib.3. præsump. 138. num. 5. pro cujus dec. tuitione alibi exarabimus, & tandem duo dies à statuto præfizi, quibus si cessatum fuerit à prætatione alimentorum creditorem debitori pauperi facienda relaxatura carceribus debitor debeant esse continui, & non sufficiant interpellati firmat Fontanell. adduct. loco num.52. explosa Cathal. Senatus determinatione contraria.

6 Insuper dictio illa consimilis, semper continuationem, seù perpetuitatem temporis insinuat, teste Bartol. in l. 1. num. 21. ff. solut. matrimon. probatque text. in l. cognitione, ff. ad Senat.cons. Syllan. l. semper, ff. quod vi aut clam, scribitque Aynotom. sup. instit. rubr. de usucap. sub num.60. & nihilominus ex Concil.Trid. in cap. 18. sess. 23. de reform. quamvis sanciatur, ut Clerici habitu
7 crelicali semper utantur, si privilegio gaudere voluerint, attameo civili, & morali modo intelligi debere, certum est per doctrinam Abb. in proam. Greg. verbo rex pacificus post nu.3. Ursill. ad Affl. decis.24. num.8. quare excusantur, cum è domo egrediuntur, si commodè deferrè non possunt talares vestes, ut tempore peregrinationis, & itineris ex Bertaz. cons.crim. 78. sub num. 9. vol. 1. & in casibus relatis per Angel. de Alex. inter cons. crim. divers. cons.30. à num.22. vol.2. Gram.dec. 81. num.16. Claud. Bertaz. in sua annot.4. ad Genitoris cons. 78. Episcop. Campanil. in divers. Jur. canon. rub.4. num.14. circ.fin. Ursill. ad Affl. dec. 24. num. 7. Regens Valenz. in defens. moniterii à num. 68. Mar. Anton. var. resol. in cerat. lib. 3. resol. 48. sub num.7. Episcop. Ricc. decis.606. atque in prax.resolut. variar resol. 530 ut propterea Regens Sanfelic. decis.13. num.9. lib.1. ex Decian. & Regens Tapia dixerit Clericum in minoribus dimisso habitu per annum, fori privilegio haud potiri, juxtà adducta per Ferd. de Castr. in summ. moral. par. 2. tract. 12. disp. unic. punct. 2. num. 1180. quem laudat idem Sanfelic. decis.247. à nu. 2. lib.2. Et quod uti Clericus judicari debeat tempore capturæ in habitu repertus, quamvis pluries, absque habitu sit probatum incessisse, tradit Angel. Scialoya in prax. foriudic.cap.11. num.15. attestaturque alias ex prædictis Magnæ Curiæ Vicariæ foriudicationis sententiam morasse, insequiturque Regens Sanfelic. decis. 352. n.6.lib.3.

Si verò Clericus beneficium habeat quamvis
8 habitum exuerit, atque ut laicus, etiam armatus, ut milles incesserit, non utique privilegio spoliaretur, Clar. §.fin. q. 36. sub num.16. Guttier. pract. qq. lib.1. q.7. de Ponte cons.24. vol.1. de Graff. de effect. Cler.c. effect.1. num. 1195. Ricc. in prax. Archiepiscopal. decis. 607. num. 2. dum tamen sit in possessione beneficii, addit Clar. sub nu. 18. Mascard. de probat. concl. 302. num. 16. Mastrill. decis. 113. num. 5. par. 2. idem Ricc. resol. var. resol. 251. num.1. & indic. prax.Episcop.decis. 888. aliquibus mutatis repetita in prax. fori Ecclesiastici res. 327. à qua sententia recodendo assentitur satis esse titulum beneficii in dec. 189. à num. 3. par.2. ad finem fruendi privilegio; tametsi non ut fiat subditus Episcopi, ad finem insigniendi de ordinibus ab illo addit; læthaliter tamē peccare nō incedentem in habitu advertit Episcop.Sperell.dec. 66. num.12. lib.1.

Pensionem Ecclesiasticam insuper retinentem
9 fori privilegio potiri, complures affirmant, quos recolit Epis. Campan.in add. divers. c.6.sub n.2.& rub.9.c.8.sub.n.17.necnon Marius Alterius tract.de censur. disput. 16. lib.1. cap.1. vers. postulabis, & disput. 20. lib. 5. cap. 2. vers. secundo dubitari potest ac decisum fuisse meminit de Ponte consil. 19. num.29. vol.2. Martha tract. de jurisdict. cap. 32. num.46. p.2. & Thor. par.1. compend. decis. verb. Clericus pensionem. Etiam si pensionem ex Regis nominatione obtinuerit de Ponte cons.24 num.31. vol.1. addit, ad Quarantam in verbo Græcorum ritus, Horat. Visconti ad decis. de Franch. 189. idemque Thor. verbo Clericus qui à Rege eadem par. 1.

10 Verùm vigente Constit. Sanctiss. Sisti V. quæ incip. Cum Sacrosanctam, contra non deferentes habitum, eosque omni beneficio, & pensione privante, ac sine ulla alia monitione, citatione, Judicis decreto, aut ministerio ipso facto privatos declarante, videtur contrarium dicendum quamvis regula sit declaratoriam requiri adhuc in pœnis ipso jure contractis; exemplum io hæresi, ad text. in cap. cum secundum de haretic. in.6. etenim quia Sistus, & pœnam indixit ipso jure, & facto & ultrò deindè progressus est prænarrata adiic endo verba non solum ex illis deducitur casus longè dissimilis; at illa reiiciendo monitionem, citationem, Judicis decretum, aut ministerium, scilicet actum, & factum Judicis, arg.l. quod metu jun.Gl.ff.de acquir. poss. expressè videtur declaratoriam quoque refutasse Sed Gennens in prax.archiep. cap.7. sub num. 7. tutatur non obstantibus verbis illius Constit. requiri declaratoriam, ac propterea nisi illa subsecuta fuerit reputandum Clericum, Regens de Curte in divers. jur. feud. cap.2. num.91. pag. 59. de Graff. de effect. cleric. effect.1. num. 1195. Barbos. in collect. DD. ad Concil. Trident. sess. 23. cap. 6. num. 13. de reformat. Nicol. Garz. de benefic. par.7. cap.1. num.24. conferunt tradita per Gailium lib. 2. observ.51. relatum à Ricc. collect. 303. & satis pulchre per Grammat. decis. 15. num. 8. tradentem omnia mundi jura sancientia ipso jure pœnā imponi pro aliquo crimine vendicare locum dummodò subsequuta fuerit sententia declaratoria, fuisse tale scelus perpatratum, & intrepidè concludit Gratian. discept. for. cap. 440. & juxta hanc sententiam emanavit decisio è R. C. Senatus qua fuit remissus Clericus beneficiatus Ascanius de Angelis ad Judicem Ecclesiasticum conventus uti fidejussor certi arrendamenti, non obstante quod opponebatur præfatum Ascanium, etsi Clericum beneficiatum nunquam incessisse in habitu, & tonsura, Imò uti laicum contraxisse in causa prædicti Ascanii cum Regio Fisco, & Lelio Tagliavia, referente Reg. Scipione Rovito tunc Præsidente, sub die 15. mensis Aprilis 1630. penès Actuar. Stinca; (de quo scito memor est Reg. de Ma-

Marinis lib. 1. quotid. resol. cap. 56. num 9.) Pro dicto Ascanio patrocinante Domino Marco Antonio Cioffi Patritio Salernitano, Oliveti Marchione, singulari Domino, & Magistro meo, tunc temporis Advocato Principe, magni maris Admirati Judice admirabili mox Regis Domini nostri motu proprio, pro meritorum magnitudine in Consiliarium Castri Capuani, ubi hodie Rotæ Decanus est delecto. Cujus viri singularis virtus, ac vitæ integerrimæ ratio, cum generis splendore, atque incredibili morum facilitate conjuncta, sic in omnium oculis versatur, ut nec præcone indigere videatur, nec indice; Liberi quoque, quos ex Dom. D. Hieronyma Rogeria conjunge (fœmina præstantissima, Joannis Thomæ filia, Ioannis verò Laurentii Rogerii nepte, quorum virorum virtute seculum nostrum mirè lumen recepit) suscepit, Iuvenes ingenio, ac moribus patre digni D. D. D. Dominicus, & D. Thomas jam sic enitent, ut maximo olim commodo, atque ornamento Reipublicæ, ac Patriæ futuri bonis omnibus sperentur. Sed hujus quæstionis veritatem perquirunt *Regens Capyc. Latr. decis. 73. lib. 1.* necnon *Regens Sanfelic. decis.* 220. *lib.* 2. quomodo autem in familiaribus continuis ad obtinenda beneficia vacantia prædicta vendicent locum explicat *Aug. Berous quæst.* 35. *num.* 3.

11 Item hora congrua, de qua fatur Ritus, ut tempore quoque Iustiniani erat in matutino meridie, & demum vespere ante tamen noctem, est §. *sedebunt auth. de Judic.* cum namque in tenebris exercenda minimè sint judicia, *cap. consuluit de offic. deleg. l. 2. §. deinde eum esset, ff. de orig. jur.* noctis tempore conquiescere quidem debent sub pœna nullitatis ipso jure promulgandæ sententiæ, *Sichard. ad l. si ut proponis 5. num. 13. C. quomod. & quando Judex, Annich. de praevent. instrum. cap. 3. q. 6. dub. unic. num.* 15. Contrarium tamen in Senatu Atheniensi Areopatico observatum fuit qui noctu, & in tenebris judicabant ut non tam ad dicentes quam ipsorum dicta respicerent, teste *Luciano Hermotimo*. At idem *Sichard.* per ipsum adducta restringit dumtaxà ad ordinarios Iddices, nam arbitri, & delegati, si illo die ipsorum esset ex iratura jurisdictio, nocturno quoque tempore sententiam proferre, & laudum

12 promulgare queunt tribus luminaribus in illorum promulgatione accensis, nè opacitas loci doli fabricandi materiam facilè alicui præbeat, *arg. l. 1. §. 10. vers. tria lumina, ff. de vetr. inspic.* quodque in ultimis quoque tabulis noctu confectis, exquirunt *Jas. cons. 50. vol. 3. Dec. cons. 65. vol. 2. Eberhart Speckan q. & dec. jur. cent. 3. class. 3. q. 5. nu. 8. vers. Hinc igitur.*

Quin? cur hodie potius matutina, quam vespertina hora in judiciis proferendis fuerit electa, inquirit *Afflict. in const. ut universis num.* 56. & insequitur *Regens Rovit. in pragm. 6. nu. 3. de offic. S. R. C.*

13 Quomodo dies simpliciter prolatus accipi debeat, & quando incipiat, & terminetur in Vrbe, & Regno Neapolis miro ordine exquirit *Anichin. add. dub. unico per tot.* & de partibus temporis legalis loquitur *Jc. Carolus Antonell. Veliternus*, qui integrum *tract.* novissimè edidit *de tempore legali lib. 1. c. 30.*

Hujusce autem ritus observantia hodiernis temporibus est quod unus ex Iudicibus M. C. V. in criminalibus diù, noctuque in Palatio ejusdem M. C. inhabitet cum ejus familia, ut quæ occurrant consulere præstò valeat. Tùm Iudices verò criminales, quàm civiles de mane trium horarum intestitio expeditioni causarum in eadem M. C. vacant, & isti domi post prandium audiunt informationes Advocatorum, ac Procuratorum, *Muscatell. in prax. S. C. lib. 1. par. 1. Glos. petitur, num.* 41.

RITUS XVI.

Judices M. C. V. sibi ipsis causas minime committant.

ITem, quod Iudices prædicti non audeant, neque possint causas civiles, etiam infrà libram auri sibi ipsis committere, Sed eas committere debeant in casu quo essent committendæ, aliis literatis idoneis liberè, & absque sorde.

SUMMA RERUM.

1 *Fabulosum narratur dictum de Canibus cum Lupis, istorumque fatibur cum ovibus, & Judicibus, qui sibi ipsis causas committunt, applicatur.*

Vix rectum videtur posse esse judicium, quod propria cognitioni affixum, & non aliena disquisitionis regula supponitur.

Et cur Simiæ postquam pepererint intentis oculis in catulos, tanquam sacras imagines intueantur.

2 *Commissio causarum aliis est facienda instante tamen parte vigore hujus ritus.*

3 *Præses Sacri Consilii, Locumtenens Regiæ Cameræ ac Regens M. C. V. non valent causas sibi ipsis committere, semelq; datam commissionem nequeunt revocare.*

Judex dari non debet, quem pars petiit.

4 *Quis se ipsum eligere, seu electioni, de se facta consentire, an possit, ejusque vox nùm computetur in numero.*

5 *Electio si pluribus sit commissa, potest unus eligi ex ipsis Secus si uni tantum potestas eligendi esset impertita.*

Executor datus ad eligendum pauperes, an valeat se ipsum, vel domum suam eligere, quamvis paupertate opprimantur.

6 *Literatis idoneis esse causas injungendas, Ritus advertit.*

Literatus Hispanorum more dicitur, qui ad doctoratus lauream evectus est.

7 *Doctores habendi non sunt Nebulones, qui auro, aut aura, & censu magis, quàm sensus meritis ad honoris infulas promoventur.*

Summus Pontifex eo ipso, quod Pontifex enunciatur U. J. D. efficitur auctoritate, non scientia.

Jurisprudentia solo laboris, ac sudoris charactere imprimitur.

8 *Causa literatis idoneis non sine actione deleganda sunt, & Doctoribus re ipsa doctis.*

9 *Judex nisi legali scientia fulgeat, justitiam administrare rectè non potest.*

Lathaliter peccant, ad Magistratum evecti absq; sufficienti scientia.

Judices ignari non patres sed prædones vocantur.

10 *Si recta quis intentione calleret careret verò scientia, non ideò Judex esse posset.*

11 *Judices etsi eligendi sint tàm magno rerum usu, & experientia pollentes, quam ingenii acumine, & doctrina legum instructi utramque tamen utilior, magisque necessaria est Theorica.*

Et qua nam scientia in Judice exquiratur, remissivè.

12 *Textus in l. certi juris C. de Jud. & l. expertes, C. de decur. lib. 10. dilucidantur.*

Literarum rudis jurisque ac legum Imperitus, Judex an esse possit.

13 *Officiales temporales non admittuntur ad exercitium, ni prius examini subiiciantur virtute Regia Pragmatica.*

Quæ non comprehendit viros perspicuè idoneos, literatura, librisque editis insignes, ac advocatos, jam claros sed juniores tantummodo

Advocati ex defensione, & peroratione causarum videntur quotidiè examini se subjecisse.

Approbati à Collaterali Consilio non sunt subiiciendi examini.

Civitatis propterea advocatus sivè Consultor qui à Principe approbatur, examinari non debet.

1 NOtissimùm est illud ex fabulis: Ad tollenda inter oves, luposque dissidia, datos canes obsides lupis, luporum fœtus ovibus; illos à lupis necatos fuisse, hos ovium stragem sævissimam fecisse. Hoc videlicet esse puto, Judices sibi ipsis causas committere. Nisi veriù malis esse Pamphylam illam Atticam Virginem Terentiano Eunucho Chereæ commendare. Atenim integerrimus est Judex, & æquitatis cum primis amicus. Ut hoc concedam; deerit fortasse juris, legumque peritia; deerunt, & alia in cognoscendis causis necessaria: Et nihilominus quamvis universa reperirentur, suspiciosa esset hujusmodi causarum commissio. Vix enim rectum videtur, esse posse judicum illud, quod propriæ tantùm cognitioni affixum, alienæ etiam disquisitionis regulæ non supponitur: fallit nimirum unumque amor sui, & existimatio; & ut corporis, ita intellectus proprii conceptus quilibet pulcherrimos putat: *Ptolemaidis Præsul. Synæsius vir Græcus epist.* 1. præclarè in rem nostram. Simiæ (inquit) postquam pepererunt, intentis oculis in catulos, tanquam sacras imagines intuentur, admirantes ob pulchritudinem. Usqueadeò natura liberos amat: fœtus autem aliæ aliarum simiarum quales sunt cernunt. Aliis igitur mandare, & permittere oportet de liberis judicium. Nam affectus possunt corrumpere calculos. Idcircò Lysippus ad suas picturas Apellem introducebat, & Lysippum Apelles. Hæc ille.

2 Hinc optimè Ritus commissionem causarum aliis faciendam jubet, cui repugnare videntur *rit.* 124. & 138. qui de hac commissione fantur, & potestati Curiæ relinquunt; horum autem contrariam observantiam, ex eo prodire certum est, quod ritus iste intelligitur, cum pars instat, illi verò, cum nemo petit, sed ubicunque commissa fuit tenentur Judices Commissarii referre causam, adhibita forma præscripta in *ritu* 126. Sed ad omne dubium, veteremque abusum remorandum emanata peculiaris Sanctio fuit, quod Præses S.
3 C. Locumtenens Regiæ Cam. Regens M.C.V. non queant sibimet ipsis causas committere, sed illas inter Consiliarios, Præsidentes, & Judices respectivè distribuant in *pragm.* 9. *sub tit. de offic. jud. c.* cujus præter *Carav.* hoc *in rit.* memores sunt *Pres. de Franch. dec.* 86. *in fin. Marant. in specul. par.* 6. 2. *act. de appellat. num.* 7. *in fin. Reg. Tapia* hujus *rit.* observantiam subuectens *de jur. Reg. lib.* 2. *tit. de pedan. Judic. rub.* 16. *sup.* hoc *ritu*. Nè autem Judex is detur, quem altera pars nominatim petit, observandum esse sanxit *tex. in l. observandum* 57. *ff. de Judic. Carleval. de Jud. t.* 1. *lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 2. *q.* 7. *sect.* 1. *num.* 787. & *q.* 8. *sect.* 4. *num.* 1157. & in Præside *Ann.* advertit *sing.* 280. subdens meritò provisum, quod hebdomatarius Regiæ Cameræ haud mandet sibi causas, illasque in omnibus Tribunalibus iniungendas fore successoribus, juxta sancita *in prag.* 2. §. 4. *de causis decid.* & semèl datam commissionem nequeunt revocare ex *prag.* 8. §. 3. *de offic. mag. justis. Carleval add. sect.* 4. *num.* 1155. subdit, & vigore novarum instructionum super reformatione Tribunalis M. C. V. datarum de anno 1644. per Catholicam Majestatem, post visitationem generalem Regni factam per *D. Franciscum Antonium de Alarcon cap.* 39. satis lepidè, concinnaque methodo firmat *Francisc. Maria Prat. respons. criminal.* 41. *num.* 7.

4 Aliquando scio hæsitatum, nùm quis possit se ipsum eligere, seù consentire electioni de se factæ, & an talis vox computetur in numero, & planè ubi duæ partes decurionum adfuerint, is quoque quem decernunt, numerari potest, *l. planè, ff. quòd cujusque Universitatis nom.* ibiq; *Glos.* Quæstionem autem excitatam ex *DD.* mente sic definiri posse arbitror, ut quis minimè se valeat eligere, sed benè possit electioni de se factæ consentire, & in tali casu consentientis vox computetur in numero; distinguendum est proindè inter electionem, quæ fit scrutinio manifesto, & illam, quæ fit scrutinio secreto, in manifesto poterit quis consentire se eligentibus, in secreto nequaquam, qui cum aliis suffragari debeat, nequit sibi ipsi suffragium præstare, nè alias duplex suffragium habere videatur; sic distinguunt *DD.* quos laudat *Ludov. Mirand. in manual. Prælat. conc.* 2. *vers. sed est difficultas, Lambert. de jur. patron. lib.* 2. *par.* 1. *q.* 8. *art.* 1. *num.* 11. *Velasc. consul.* 193. *num.* 8. ex *tex. in cap. cum in jure peritus* 33. *de elect. Azev. in add. ad Curiam Pisanam lib.* 2. *capit.* 11. Hinc congregatis quatuor plateis juxta solitum in electione D. Thomæ Guindatii ad officium primariatus, fuit præfatæ electionis allegata nullitas, ex quo ipse D. Thomas repræsentans Plateam Nidi, in illa votum protulerit, de qua nullitate nulla fuit habita ratio, sed aliis ex causis succumbuit in lite cum Judice M. C. Aloysio

Maria

Maria Macedonio, cujus meminimus *Rit. 8. sub num. 5.*

Et aliàs usus inolevit, nàm in electione primariatus in personam Francisci Serra anno 1632. ipsemet subscripsit ejus privilegium. In illa deputatorum anni 1641. pro agendis diligentiis circa bellica tormenta, electi fuerunt Julius Cæsar Moccia, & frater Horatius Carmignanus, ipsimetque in electione intervenerunt. In alia officii Portulani in personam tunc electi popularis Judicis Jacinti Cangiani ipse interfuit. In delectu mensarii Banci S. Salvatoris in personam Aloysii Cavaniglia pariter ipse votum præstitit. Et tandem in altera officii Justitiarii anno 1656. in personam D. Thomæ Guindatii sic fuit servatum, & hæc exempla edita fuerunt penès acta processus inter præfatos Aloysium Mariam Macedonium, & Thomam Guindatium, in Banca Licti.

5 Ex quibus liquidò conicitur regula electione pluribus commissa, posse unum ex ipsis eligi, quam firmant *Glos. Bar.* cæterique *in add. l. planè*. Quod si uni tantùm esset eligendi potestas impartita, minimè se ipsum eligere quibit, *Peralta in l. unum ex familia, §. rogo num. 10. ff. de legat. 2. Gregor. Lopez. in l. 2. tit. 15. par. 2. Molin. de Hispan. primog. lib. 2. cap. 4. num. 62.* & proindè indubitati est executori dato ad eligendum pauperes haud licere se ipsum, ejusque domum, deligere etiam si paupertate opprimeretur; *Roman. consil. 228.* atq; *Tusc. concl. 530. verbo exequutor*, ex pe-regrino *tex. in l. si tibi mandavero, §. si tibi centum, ff. mandati*, cujus *text.* virtute *ibid. num. 1. Bal.* omnem abstulit facultatem se ipsum eligendi, concessa quoque potestate dandi, cui vellet, confirmat *Durand. p. 2. dec. Rot. 445. num. 3.* & post alios advertit *Anton. de Ripoll. variar. resol. capit. 13. de testament. numer. 401.* & novissimè observat *Dom. Consil. Rocc. tom. 1. resp. notab. 53. num. 147.*

6 Literatis idoneis igitur iniungendas causas Ritus advertit, verum si literatus est, qui literas scit, incassum addidit idoneis, nisi altero ex duobus modis respondeamus, quorum primus experientia comprobatur; ut multi sint perdocti viri, qui tamen Judicis officio fungi nequeant, sintque prorsus inhabiles, alter verò usu Hispanico probatur, quo literatus accipitur pro Doctore, teste *Danza de pugn. DD. lib. 1. tit. de facult. Doct. cap. 2. num. 32.* & quia infinitus est numerus eorum, qui doctoratus laurea serta susceperunt, pergrandi tamen inscitia pollent, ut non satis sit Doctorem, at proptereà idoneum esse oporteat, simulquè Doctorem, ac doctum. Unde Doctores non

7 habendos nebulones, qui auro, aut aura, & census magis, quam sensus meritis ad honoris infulas promoventur, *Bar.* monet *in l. Athleta, ff. de excusat. tutor. Rebuff.* insequitur *in trac. de nominaq. 9. 5.* quos laudat *Franc. de Petr. festiv. lect. lib. 1. cap. 7. num. 28.* & abrogandos, ac reprobandos Doctores, aut rectius temerè doctoratos, ubi inutiles, & inhabiles comperti fuerint, indicant *tex. in l. sed & reprobari, ff. de excus. tut. & in l. 2.* ubi *Bar. Cod. de professor. & Medic. lib. 10.* quod olim sapientissimo Roberto Rege factum legimus, apud *de Petr. add. loco num. 29.* ut præterea privilegiis *DD.* haud potiri Doctorellos scripsit *Ripa resp. 20. num. 9.* & firmat *Jud. de Angel. in prat. lib. 2. Cod. l. jancimus 6. de Advoc. divers. Judic.* Non enim ambitione, sed labore, honoris augumentum ad unumquemque convenit, devenire, indixit *tex. in l. fin. C. de Tyron. lib. 12.* so, laque scientia Doctorem efficit *Menoch.* exclamat *de arbitr. Judic. lib. 2. cent. 5. cas. 425. num. 39.* adeò quod nec Cæsaris verbo ille fieret, *Bal.* scripsit *in cap. 1. de confess.* scilicet doctus, & peritus, quod pulchro quidem scommate *Augustinus* ille *Suessanus* affirmavit, coram Carolo V. solitus aliquando sedere, mòx astantibus magnatibus, cum sedisset ipse solus, objurgatus à Cæsare, quod sedere ausus esset, cum videret tot Proceres astantes, ait, vel solo Imperatoris verbo Principem fieri, Philosophum non fieri, cum tamen benè poterit, quoad solum, nudumque titulum, quemadmodum dicit *Bal.* de Summo Pontifice, qui hoc ipso, quo Pontifex enunciatur efficitur U. J. D. auctoritate, non scientia, ut tradit *Jas. in l. in præscriptione, Codic. si contr. jus, vel util. public.*

Atqui jurisprudentia, nullo, nisi laboris, ac sudoris charactere imprimitur; Non infunditur in Doctore scientia, sed acquiritur. Sunt, qui Justinianæis Institutionibus tantùm à limine salutatis, divinæ nescio quem sapientiæ radium sibi affluxisse putent, ac laurea protinus se dignos censeant, atque inter alios homines, se tanquam semideos; digni potiùs (ut *Synasius epist. 44.* ajebat) qui se inter semiasinos jactent. Sed quemadmodum pronunciarunt sapientes; Multos salis modios antequam amicitia firmetur, absumendos esse: ita ad firmandam scientiam, ac prudentiam multos olei cados absumendos esse certo scias. Illum ego Jurisperitum verum pronunciaverim, qui diù apud nos, noctù verò apud Antipodas (quod est in Proverbio) multis annis vitam transegerit. Certè Servius Sulpicius jam grandis natu, cum à Q. Mutio ob Juris civilis inscitiam reprehenderetur, adeò molestè hoc tulit, ut omninò sese à tali nota liberare statuerit. Totum sese legalis facultatis studiis addixit, nec pepercit laboribus, vigiliis, inediæ, voluptatibus, ac blanditiis bellum indixit: brevi tempore, sed prolixo studio, tantùm profecit, tantùsq; in hac scientia evasit, ut libros centum, atq; octoginta, ingenii, & laboris sui monumenta reliquerit. *Digest. lib. 1. de orig. Juris.* Nota item est vox Juliani Jureconsulti clarissimi, qui dicere solebat: Quamvis alterum pedem in sepulcro habeam, discendi tamen percupidus sum. Isti discendo Doctores fiebant. Nostro verò hoc tempore non rarò absque ullo disciplinæ labores, Doctores nascuntur. Quorum tamen nullam hic rationem habeadam esse puto.

8 Ideò causas delegandas literatis idoneis, non sine ratione mandavit Ritus iste, & consecutivè Doctoribus re ipsa doctis, quod utinam prævaleret hodie in Orbe, quia multi non incederent togati, neque alii plures caudam deferrent, & utilius quippè Reipublicæ esset, totq; viri eximii, qui toto vitæ tempore studiis incumbuerunt, non ità demissè viverent, sed ad ea dignitatum culmina, meritò evecti essent, ad quæ earum virtutum fama extollit; tametsi pacato animo ipsi viventes deri-

derideant mundi stultitiam, ejusdemq; dignitates parvipendant, easque non assequi, sed mereri procurent, & non secus, ac *Gernandes* apud *Tassum cantu 5. Rithmo 14.* persæpè respondent.

I gradi primi
Più meritar, che conseguir desio

Hanc quidem nedum ob causam oportet Judi-
9 cem esse doctum, quia si legali scientia non fulgeat, justitiam administrare rectè non quibit, teste *Justiniano Imperatore in §. illi autem, auth. de Judic.* quin? & *Div. Gregor.* nimirum ait, neminem posse benè judicia proferre, si legem ignoret *in lib.27. dialog.* ità quòd non doctus, Judex esse non debet, ex *Glos.2. in cap. fin. de re Judic. in 6.* & altera *in capit.1. de consang. & affinit. Card. in Clement. cum sit de Magist.* & latè *Episcop. Campan. in divers. jur. canon. rubr. 11. capit. 14. per tot.*

Qui autem absque sufficienti scientia ad Magistratuum insignia evehuntur, usque ad mortem noverint peccare, atque ad omne damnum, quod indè exortum fuerit, teneri, *cap. cum sit ars,* ubi *Inn. de ætat. & qual. Navar. in capit. inter verba 11. q.3. concl.18. S. Anton. 2. par. tit.3. cap.6. Sair. in Clau. Reg. lib.12. cap.13. num.2. Bonac. tom.2. disput.10. punct. 3. propos.1. num.1.* subnectens illum minimè à confessario posse absolutionem cõsequi, nisi prævia muneris renunciatione, vel firmo proposito illud dimittendi, & *S. Augustin. tract. 10. ser.35. num. 299.* Judices ignaros vocat, non patres, sed prædones, quia ubique per eos pauperes apprimuntur, & non est illis, nisi scientia mundi, quæ est congregare thesauros, decipere proximum, & justitiam vendere per avaritiam, & per respectus humanos pervertere. Hæc Sanctus ille, quod vel etiam ad Principem indignos temerè promoventem, extendit *S. Thom. apud Jo. Rain. de nobil. q.4. Jo. de Platea in l.1. C. de dignit. & Tiroquell. de nobil. cap.6. num.25.* Idque adeò,
10 quod si recta intentione calleret, scientia autem careret, non ideò Judex esse posset, nam tali non obstante intentione in errorem prolabi posset, remq; alicui debitam alteri tradere, teste *Bovadill. in polit. lib.1. cap.6. num.2. part.1.* adnectente majorem operari maculam in Judice ignorantiam, quam in milite pariat timiditas, ac pusillanimitas.
11 Quamvis autem eligendi sint Judices, tam magno rerum usu, & experientia pollentes, quàm ingenii acumine, & doctrina legum instructi, studioque Reipublicæ indefessi, juxta *l.1. §. sed cum Cod. de just. Cod. confirm.* utraque tamen utilior, magisque necessaria est theorica, ut idem probat *Bovadil citatomet cap.6. num.29.* Quæ autem scientia in eo exquiratur, explicat *Abb. Petr. Paul. Guazzin. in tract. ad defensam Advocat. & Judic. lib.2. defin.2. cap. 15. per tot.* Reliquas qualitates in Judice requisitas recenseat idem *Bovadill. cap. 12. à num. 16. & lib. 2. cap. 2.* copiosè de judice ipso, ordineque judiciali loquens, *F. Francisc. Ortiz Lucius in suo compend. summ. cap.7. Mastrill. de magist. lib.2. cap.3. Reg. Rovit. prag.1. num.15. sub tit. de official.*
12 At exarato dogmati repugnare videntur, *tex. in l. certi juris C. de judic. l. expertes, C. de decurion. lib.10.* quibus literarum rudem, juris, legumque imperitum Judicem esse posse conceditur, & quippè controversi juris quæstio est, adeò quod in utramque aleam jura adducantur, & tamen non incomodè fœdere distinctionis conciliari possunt, si distinguamus inter majores magistratus, seu Judices, & minores, itaut illos juris, legumque peritos esse oporteat, cum de corpore juris studiosorum plerumque sumantur, hos verò etiam juris, legumq; ignaros, Judicis officio meritò fungi posse, dummodò Assessores peritos, sibi associent, & consiliorum participes faciant, quæ quidèm distinctio apertè probatur in *l. properandum 13. C. de judic. Franc. Hotom. illustr. q.26. Joann. Rober. lib.3. recep. sent. cap. 3. Schrader. de feud. par. 10. sect. 14. num. 52. Petr. Gregor. Tholos. in syntagm. jur. univers. lib. 47. cap. 10. num. 9.* & proindè Capitanei, & alii Administratores Provinciæ illiterati esse quibunt, dummodò assessorem habeant, advertunt *Mastrill. cit. cap.3. num. 49. Borrell. de magistr. edict. lib. 1. cap. 8. Capibl. t.2. sup. prag.3. de Baron. cap.17.* subnectens, non posse eligi penitus legendi, & scribendi ignaros, sed juris non peritos dumtaxat, decisumq; *num. 12.* attestatur insequitur *Novar. de gravam. Vassall. lib.1. grav.189.* & confirmat *Thor. in supplement. compend. decis. verb. Officialis sivè fuerit, & altero, officialis electus, & verbo præsentia.* Quod si officialis indoctum elegerit consultorem, quamvis ob consilium excusetur à pœna, non quidem ab interesse partis, *Paris. de Syndic. verbo potestas an excusetur propè finem,* & declarat *Guazzin. cap. 15. num.7.* & sequitur *Thor. par. 1. compend. dec. verbo Officialis eligens,* & multa de assessorum munere adnotabimus *tit.39*

Hic verò, minimè mihi omittendam puto Regni hujus *pragm.23.* situatam in *Cod. pragmat. sub tit. de official. & quæ iis prohib.* & meminit *Tasson. de antefat. vers. 3. observ. 3. sub num. 290. & in prætermiss. vers. & meritò;* qua omnes ad officia
13 tam Regia, quam Baronalia promovendi, etiam ad Judicatus M. C. V. & ii quoq; qui Judices in hac Civitate à Baronibus eliguntur, districto examini apud Judices ab Excellentissimo Prorege Deputatos subiici, jubentur. Quod quidem examinatorium munus in præsentiarum ab integerrimis, doctissimisque triumuiris Reg. D. Felice Ulloa; Consiliario Decano S. C. Jo: Baptista Jovino; & Consiliario, & Præsidente Decano R.C. Jo: Baptista Amendola exercetur. Coràm his Judicibus, ad officium aliquod promovendus, duas causas proponit, ac refert, alteram in genere criminali, alteram verò civili, utramque ex processibus ab eodem D. Regente, Junctæ antesignano, pridiano die acceptis.

Non tamen negamus hujusmodi examen ex dispensatione Exc. Proregis, ipsiusque Collateralis Consilii, jubentis Ministrum, licet non examinatum, per aliquod tempus, officii iniuncti partes obire; omitti, nonnunquam solitum esse.

Quin? hujusmodi *Pragm. sanctionem*, non viros perspicuè idoneos, non litteratura, librisque editis insignes, non Advocatos, jam claros comprehendere; sed juniores tantummodò, nec à theorica satis, nec à praxi eruditos, atque instructos contendit, ac docet *Franc. Maria Prat. respons.*

prof. crim. 30. qui cùm ab Excell. Comite de Castriglio ad Judicatum Vicariæ criminalem, unà cum tribus aliis Advocatis, Donato Antonio de Marinis nunc Regente in Curia meritissimo, Erasmo de Ponte, & Francisco Rocco hodie Consiliariis ad Judicatus civiles, cumque obiiceretur; Non esse eos approbatos; supplici ipse legali libello demonstravit; id non requiri; orans prætereà Principem, ut suam, sociorum, totiusque Advocatorum cætus existimationem foveret, ac tueretur: cùm non quærendum videretur; utrum ij essent idonei ad illud munus præstandum, qui, tales judicio Excellentiæ Suæ, non temerè, sed prævia de eorum idoneitate cognitione concepto, judicati fuissent, ac proprio motu delecti: quod judicium, pro omni approbatione esset censendum. Quamobrem justam Oratoris petitionem intelligens Exc. Prorex suo libello per scriptorium, sub die 9. Maii 1654. ad Ill. Ducem Canzani Regium Consiliarium, ac Secretarium Regni; jussit dari eis expeditiones, non obstante, quod approbati non fuissent ab Juncta.

Qua in re, videlicet; quod Advocatus examini obnoxius neutiquam sit; quid scrupuli esse possit equidem non video. Quod enim majus, aut districtius examen de eo fieri posset semel ab Juncta, qeàm quod ipse de semet facit quotidie in publico foro, causas difficillimas, apud Judices, ac Ministros plurimos, sapientissimos, integerrimosq; perorando; jura scriptis intexendo, atque explicando; Juris ipsius medullas, & articulos penitissimos, maximèque obstrusos in medium afferendo, enucleando; cum adversarii minimè ignaris contendendo, ad eorum obiecta, ac Judicum interrogationes, impigrè, atque ex tempore respondendo? Quid est, esse approbatum, quid sui experimentum dedisse, si hoc non est? An non quoties Advocatus causam laudabiliter orat, non toties publicè examinari, publicoque suffragio approbari videtur? An de idoneitate ejus inquiri apud paucos Judices opus sit, quem idoneum tota Civitas judicavit? Maximè verò si quid in publicam lucem scriptis suis evulgasse constet, ab hujusmodi examine eximendus videtur J. C. Cur enim, qui libris editis, in manu, ac judiciis omnium jam versatur comprobaturque, privato judicio subiiciendus sit, deque ea re quærendum à paucis, quæ toti mundo, sole clarius elucet? Quidquod? Pragmatica ipsa eos excipiente, qui à Collaterali Consilio probati sunt, jure merito dici potest ille approbatus qui libros edidit, dum in hoc Consilio, ubi omnes omnium libri edendi expenduntur, ipsius libri subiere censuram?

Cujus ego *pragm.* exceptione fretus, cùm à primario Regni hujus Principe, Judex secundarum causarum in hac Civitate electus fuissem in re criminali maximi momenti, nec. Junctæ examen subiissem, supplices Exc. Proregi libellos dedi, in quibus exponebatur; Me ab anno 1645. sub die 17. Novemb. Advocatum, & consultorem ab Urbe Neap. electum fuisse, annos tunc sextumdecimum agentem; & (quoniam Consultores nonnihil jurisdictionis exercent, de officialium Syndicatibus cognoscunt, & ab eorum decretis ad S.C. appellatur (ubi in Relatione facienda Consultor stat, capite tamen operto *Marc. Ant. Surg. de Neapol. illust. cap. fin. num. 43. pag. 312. Tasson. add. tract. de antef. vers. 3. observ. 3. num. 230.*) necesse est, ut eadem electio ab Collaterali probetur (electionem meam approbatam fuisse, Admirante Castellæ Rempublicam pro Rege tunc temporis moderante; Ideòq; nulla alia me Junctæ, aut Judicum inferiorum approbatione indigere, quandoquidem ab Exc. Prorege, & Collaterali electio mea confirmata fuisset, imò in Consultorem Civitatis me elegissent.

Atque hac ego de re cum DD. Regentes Collaterales docuissem, placuit eis ita constituere, ut in dicta causa judicare possem.

RITUS XVII.

ITem, quòd procurator fiscalis sine advocato fisci, vel econtra, nihil facere possit.

SUMMA RERUM.

1 *Connexio demonstratur inter hac duo munera, fisci nimirùm Advocati, & Procuratoris.*
Fisci comoditas, & forensium pax exoritur, si conveniant, & unanimes sint officiales.
2 *Procurator fisci est à latere Advocati, ad instar Aeuæ, extractus.*
Patroni dicitur oculus.
3 *Quod Procurator fisci agit absque Advocati consilio, an semper nullitati subjaceat.*
Quæ ille valeat facere.
An possit concedere dilationem quiquennalem fisci debitori decocto.
Et absente Advocato subscribere cartellas, aliasq; scripturas.
4 *Propriis gagiis debent esse contenti.*
Illos comprehendi sub pragmaticis vetantibus officialibus recipere munera, ostenditur.
Non tamen intelliguntur prohibiti recipere ex causa legatorum, & relictorum.
5 *Fisci procurator possit ut uti suspectus removeri.*
6 *Procurator usurpans Advocati munus peccatum mortiferum haud evitabit, cum declarationibus.*
7 *Advocati, & Procuratoris fiscalis officia, in quibus versentur.*
Procuratores Principis tres esse idem fere significantes asseritur. Patrimonialium, nempe, fiscalium, & Casaris.
Multis fruitur prærogativis fisci procurator.
8 *Officium procuratoris fisci, an sit venale.*
Advocati præstantiores assumuntur ad munus Advocati fiscalis.
Patrocinium fisci omni jure Advocatis debetur, & extra illorum consessum non bene splendescit.
9 *Archiepiscopi Episcopi, & Barones, an habeant fiscum, & procuratorem fiscalem.*

1 Tam

1 TAnta est inter hæc duò munera, fisci nimirùm Procuratoris, & Advocati connexio, ut nulla indigeat hujus Ritus veritas probatione. Procuret enim alter quantum pro Rege libuerit, inanis erit conatus, si Advocati authoritas non faveat, invalidum quoque est, quod unus statuat, altero non approbante, quandoquidèm utriusq; consensus requiritur, & mutua inter se indigent conventione; quod si quando fisci res non benè procedant, nec illius bona augeri videamus, procuratori, vel Advocato tribuendum est, qui vel secum discordant, vel alter alteri adversatur: Quæ foret Principis felicitas, & commodum, si unus esset his Magistratibus sensus, una voluntas? contraria sibi, & penè dixerim infestissima elementa mira quadam inter se conveniunt concordia, & communem nobis pariunt felicitatem, elementis assimilare audeo Magistratus, quemadmodùm enim sine illis non vivimus, ita sine eorum administratione Respublica non servatur, quod si conveniant, & unanimes sint, & alter alteri subiiciatur, hinc fisci commoditas, & forensium pax exoritur.

Hujus autem Ritus obsrrvantiam, & ordinationem continent alter Ritus 22. nec non *pragm.*
36. in fin. sub tit. de off. S. R. C. in quibus eadem verba repetuntur. Est namque fisci Procurator à latere Advocati, ad instar Ævæ, extractus, & de illius officio est particeps, quod apertè voluit *pragm. Caroli V.* quæ describens omnia ad Regis collationem spectantia officia, consultò omisit illud procuratoris fisci, veluti sub Advocati officio inrerclusum, ut observat *Dom. Reg. Galeota*, *Carav.* hoc *in ritu* memor *lib. 2. controv. 11. num. 27. & 28.* qui calamum arripuit ad tuendam fisci procuratoris necessitatem, & illius præcedentiam Rationalibus Regiæ Cameræ, ut propterea dicitur Patroni oculus, & sicuti Archidiaconus oculus Episcopi, similisque illi diudicetur à *Cassan. in cathal. glor. mund. p. 7. consider. 34. & ad consuet. Burgund. tit. des confiscation. §. 8.* (ex cujus mente *Carav.* hic *num. 10.* hujusmodi procuratoris definitionem recenset) quod de simplici etiam procuratore fatur, *Jul. Cas. Imbrian. in tract. de 1. & 2. benef. consid. 5. num. 13.* qui larga significatione etiam Advocatus denominatur, *Bald. in l. 1. ff. de procur. de Petr. festiv. lect. lib. 1. cap. 9. num. 6.* in salariisque potissimum recipiendis æquiparantur, *Guill. de Rovill. in tractat. de justit. & injustit. libr. 3. Specul. in tit. de Sal. proc. §. 1. num. 3.*

3 Hinc quod procurator fisci agit absq; Advocati consilio nullitati subiaceat, *Carav. in hoc ritu* scribit *Reg. Sanfel. dec. 85. num. 3. lib. 1.* Verum simpliciter ritum haud servari indicat *Avus meus ad Gramm. dec. 60. num. 33.* sequutus *Carav.* affirmantem non licere fisci procuratori, absque Advocato instantias facere, sed dumtaxàt percunctari processus, & concernentibus ordinem Judicii incumbere, sequitur *Mansm. de caus. exec. ampliat. 8. num. 5.* & refert *Danza de pugn. DD. tom. 1. tit. de offic. procur. fiscal. cap. 1. num. 14.* necnon advertit *Tapia lib. 2. Jur. Regn. rub. 14. de offic. Advoc. & proc. fiscal.* proùt venditio bonorum ad procuratorem spectat, *l. si procurator, ff. de jur. fisci* cum aliis multis congestis à *Peregr. de jur. fisci lib. 6. tit. 4. num. 9.* Valeat nè procurator fisci concedere dilationem quinquennalem debitori fisci decocto, affirmativè resolvit *Apicell. in tutam pauper. tit. 1. de dilat. quinquenn. num. 112.* amplians etiam passivè, ut jure possit cogi ad illam concedendam debitori, & concurrendum cum creditoribus majoris summæ, sicque inoluisse usum fatur in M.C.V.

An autem absente Advocato fiscali possunt subscribi cartellæ, aliæque scripturæ à procuratore, *Novarr.* affirmativè resolvit *in pragm. 10. de offic. Judic. §. 8.* sed latius dubium extricant citatus *Danza à num. 43.* necnon *Jo: Baptist. Thor. p. 3. compend. decis. sect. 2. verbo procurator fisci an ob absentiam.* Et ambo valeant nè in aliis causis, quam fiscum tangentibus patrocinari in gratiam privatorum scripsimus *Rit. 11.*

In quibus verò tanquam fisci intercedunt pro-
4 priis gagiis debent esse contenti, nec aliquid à partibus exigere, sic sanciente *Rit. 19.* Quin? & generatim sub *pragm. 2. & 4. de munr. official.* interdicentibus officialibus omnibus in Regno aliquid quodcumque recipere comprehendi, & fiscos ipsos declaravit *pragm. 10. §. 5. de official.* cujus verba simpliciter cum loquantur de fiscalibus, non ad Advocatos tantùm restringenda erant, ut illic *Glos.* imarginea opinatur, sed generatim intelligenda, atque ideò ex vi verbi procuratores etiam fiscales complectantur, & cum officiales non dicantor vetiti repipere ex causa legatorum, & relictorum, *ut rit. 14. sub num. 11.* ex *DD.* jure defendimus, & addimus *Mastrill. de magistr. lib. 1. cap. 21. num. 12. & par. 2. lib. 6. cap. 10. num. 146. Ricc. dec. 265. num. 5. par. 2.* tandemque *Capibl. de Baron. pragm. 4. num. 26.* ita, & fiscales: quin? & multo magis ipsi fiscales, quos si priores *pragmat.* de officialibus verba facientes amplexarentur ex vi rationis, tamen ex vi verborum non carebat dubio; proùt asseritur *in dic. §. 5.*

An fisci procurator possit ut suspectus remove-
5 ri, negative scribit *Reg. Rovit. in pragm. 1. num. 4. de suspic. official.* nisi dumtaxat ex causa inimicitiæ. Contrarium, verò quavis legitima causa vigente resoluit *Danz. add. loc. num. 27. ex Bajard. ad. Clar. q. 43. sub num. 7.* & nos extricamus *ritu seq.*

6 Procurator verò usurpans Advocati munus mortiferum peccatum haud vitabit, atque ad restitutionem obstringitur, juxta qualitatem damni, quod ipse ex hoc, tàm uni, quam alteri, affert *Tolet. in summ. cap. 62. in fin. Reginald. lib. 25. cap. 36. num. 690.* illos procuratores damnans, qui advocatorum responsa edunt, illaque subscribi faciunt tanquam ab ipsis Advocatis edita *Filliuc.* verò *tom. 2. tract. 41. cap. 10. num. 297.* necnon *Banacin. decalog. præcep. disp. 10. q. 3. punct. 4. nu. 5.* hoc restringunt in procuratore docto, habilique, & insequitur *Petr. Paul. Guazz. in tract. ad defensam Advocat. & Jud. lib. 1. defens. 4. cap. 6. num. 2. & 3.*

Ad genericam tamen cognitionem eorum, quæ
7 tùm patronus, tùm procurator fisci ex eorum munere exercere habeant, & utriusque officium circa quæ versetur, percurrenda sunt, quæ notant *Petr. Gregor. Tholos. syntagm. jur. univers. lib.*

lib.49. Veſtr. in prax. Roman. lib 2. cap. 8. Cevall. comm. contr. comm. q. 539. Giurb. conſ.56. num. 26. & illa tria nomina per Caravit. recenſita ſub num.5. de quo meminit Tapia lib.2. jur. Regn.in rubr. de offic. proc. Cæſar. num. 10. nempè procurator patrimonialis, procurator fiſci, & procurator Cæſaris idem fere ſignificat. At inter eos differentias demonſtrat Dana. memor. loco de offic. fiſci num. 1. & longo ſermone de procuratore fiſci, & Cæſaris loquitur conſil. Fab. de Ann. 56.

Sed ille fiſci omnibus privatorum antecellat Advocatis dicit Gravat. ad Veſtr. cap. 8. num. 5. inſequitur Taſſon. de antefat. verſ.3. obſerv.3. num. 173. multiſque aliis, & honoris, & utilitatis præeminentiis fruitur eumque ſivè per Tribunalia incidentem, ſivè per Regnum, ſi qua fuerit neceſſitas euntem comitatur lictor, ſeù appparitor vulgò Portiero, qui viam illi aperit inter turbas proclamando, guarda, guarda, ad inſtar officialium togatorum, Surg. de Neap. illuſtrat. lib. 1. & in Cappellæ Tribunalis obtinet locum, Galeot. add. controv.11, num. 36. priùt in cæteris functionibus Dana. memor. loco num. 43. illique tandem uti patri reverentiam deberi notat Muta tom. 4. cap. Sicil. cap. 7. nu.2. & perpetuus eſt Capiblanc. de Baronib. pragm.5.num. 84. proùt in Gallia teſte Caſſan. in catal. glor. mund. par. 7. conſider. 33. in fin.

8 Et quamvis olim indiſtinctè, ac indifferenter venale illius officium in R. C. exponeretur plus offerenti candela extincta, tamen literis deindè S. M. fuit expreſsè vetitum, ad illudque aſſumi virum idoneum tanto onere dignum mandavit, ſicuti enim Advocati fiſcalis munus venali ſuffragio non obtinetur, ſed ex Advocatorum cætu ſelecti præſtantiores illius conſequuntur honores, ſervato more eligendi apud Juſtin. in §. 1. verſ. vetus igitur, Auth. de judicib. teſte Prat. pract. obſerv. 50. num. 18. ita procurator fiſcalis erit eligendus. indè verò audivi (proh dolor) fuiſſe ordinem S. M. ſuſpenſum, verùm in ſpecie mandatum illud conferri in perſonam valdè meritam, & ſcias fiſci patroni ſedem omni jure Advocatis debitam, & extra illorum conſeſſum non benè ſplendeſcere antiquitus enim ex advocatione cujuſque ſedis, quæ certo numero definita erat, fiſci patroni eligebantur, Briſſon. ſelect. antiq. lib.3. cap.21. hinc advocatio præfecturæ prætorianæ Orientis centumquinquaginta togatorum numero concludebatur, ex quibus fiſci patroni aſſumebantur l. eum advocatio, l. nemini, C. de Advoc. diverſ. judicior. quod obſervatum fuit in Illyricana quoque præfectura, l. iiſdem C. eod. utrobique autem ſexaginta quatuor Advocati primates ex centum quinquaginta ſtatutis patronorum fiſci beneficiis & privilegiis honorabantur, l. poſt duos, C. eod. tit. in foro Alexandrino quinquaginta ſtatuti erant Advocati ex quibus, & fiſci patronus creabatur, l. petitionem, C. eod. in foro Comitis Orientis quadraginta, ex quibus, & fiſci patronus aſſumebatur, l. 3. Cod. eod. tit. in foro præſidali Syriæ triginta, ex quibus, & fiſci patronus eligebatur, l. petitiones, C. de Advocat. diverſ. Judicum. Fiſci igitur patrocinium Advocatis debitum videtur, & apertè ex conſtitutionibus colligitur, ut per temporum, ſcilicet vices advocati fiſco patrocinarentur in l. petitionem, C. de Advoc. diverſ. judicio l. 2. C. de Advoc. diverſ. Judic.

9 Quod autem Carav. hoc ritu num. 13. in fin. tradit Archiepiſcopos Epiſcopos, & Barones non habere fiſcum, confirmat Marcell. Vulp. in prax. Eccleſiaſt. cap. 23. ad fin. Mut. tom. 4. cap. Sicil. c. 6. num. 8. Viſconti in concluſ. jur. verbo Baro, Ann. ſingul. 220. Avus meus ad Gramm. add. deciſ. 14. num. 9. Carav. memor Regens Sanfelic. deciſ. 348. num. 51. tom. 3. Franc. Rumm. ad Aſſ. de jur. prothomiſ. ad ult. notab. num. 7. Novar. tom. 2. de gravam. vaſſ. cap. 161. necnon Capiblanc. de Baron. prag. 8. par. 1. num. 234. hoc admittens niſi haberet Baro ſpecialem prerogativam in inveſtitura, ut Princeps Biſiniani. Vide Jacobum Calicium in Margarita fiſci in 2. dubio num. 4. ſubnectentem etiam inferiores dominos habere procuratorem fiſcalem, & fiſcum de conſuetudine, & obſervantia generali; quique allegat Bal. in cap. 1. §. ad hoc quoque de pace juram firm. & text. in cap. 1. §. poſt natale cum §. ſeq. de pace ten. qui tex. haud hoc annuunt. Siculi quoque etiam communiter, & abſolutè tribuunt Baronibus fiſcum, & procuratorem fiſcalem, ut ex Ant. de Ballis in prælud. prag. Regni Siciliæ num. 8. refert Burg. de modo proced. ex abrupto quæſt. 19. num. 33. quibus in locis benè ſuſtinent diſpoſita in fiſcalibus Regiis procedere quoque in Baronalibus, militante eadem ratione cum eadem ſit juriſdictio profluens à Rege ut propterea ſicuti Regius in Regno à decretis liberatoriis appellare nequit per ritu M. C. V. 258. & 261. quos refert Reg. Rovit. deciſ. 14. nu. 4. tantumque de nullitate dicere valet, Capibl. indic. loco num. 237. & 238. vel recurſum habere in caſu gravaminis, de Franch. dec. 148. & latius nos ſer plimus rit. ſeq. ita, & Baronalis fiſcus audiri debet. In Regno noſtro vendicare locum Carav. aſſumptum certum eſt, verum Epiſcopi loco procuratoris fiſcalis habent Curiæ promotorem, de cujus facultatibus loquitur Foller. in prat. Canon. cap. 5. num. 13. & Barones Curiæ coauditorem, qui loco fiſci reorum jura obtinet ejuſque meminit Petr. Fontanel. dec. 123. num. 18. necnon Jul. Clar. in §. fin. q. 10. num. 3. ac Giurba conſ. crim. 57. num. 20.

RITUS XVIII.

Advocato fiſci licet poſtulare in gratiam privatorum.

Item, quod Advocatus fiſci poſſit, & valeat advocare in cauſis privatorum, quæ vertuntur in ipſis Curiis, tamen non tangentibus fiſcum: nec cauſas habentibus cum Curia.

SUMMA RERUM.

1 *Fiſci Advocatus qualis debeat eſſe.*
Dom. Hieronimus de Philippo, & Dominus Antonius de Gaeta laudantur.
Vitia non ſunt rerum, ſed noſtra.

2 *Hodierni fiſcales ex dignitate, quam à fiſco ſibi mutuant, plura conſequuntur privilegia.*

3 *Possit ne allegari suspecti, & quando,*
Expenditur pragm.4. de suspic.offic,
4 *Exceptiones eadem opponi possunt contra Judicem inquirentem, quæ contra accusatorem.*
5 *Fisci patronus si Judex deindè fiat uti suspectus removeri potest, & an in aliis causis.*
Et ipse tàm inquisitum, quàm illius consanguineos officiales recusare poterit,
6 *Interesse fiscalibus causis debet*
Quin; & criminalibus, & in relationibus faciendis, eum ampliationibus.
7 *In causa appellationis, prioris instantia fiscus audiendus est.*
8 *Examini testium interesse utrum possit,*
Concedere an valeat saluum conductum.
9 *Officialis an dicatur, & sub illius nomine veniat,*
Illius officium magna est authoritatis.
10 *Appellare jure communi potest.*
Non jure Regni à decretis absolutoriis, nisi per viã recursus, cum declarationibus.
11 *Hujus ritus dispositio corrigitur ex prag.*
12 *Advocatus fisci propriam, filiorum e parentumq; vel pupilli causam tueri potest, etiam contra fiscum.*
Et obtenta à Superiore licentia, etiã aliarum causarum patrocinium suscipere.

ADvocatum hic volumus, Non Carnificem,
1 At enim fisci partes tueri debeat. Non negamus: sed Justitiæ, veritatique adversari non debet. Aliud est severum esse, & exactum, aliud iniquum. Sit Cato, non Sylla, qui fisco patrocinatur. Fisci propterea patronus vir paruum placidus, omnibus invisus parum, aut nihil æquitatis in se habens, ex *Cassaneo ad consu. Burg. de confisc. rub.2. in princ.* appellatur à *Prosp. Carav. in prac. rit.n.10.* quem laudat *Thor.p.3.sect.2.compend. dec. verbo Procurator fisci an ob absentiam. Amend. ad Franch. decis: 192. num. 3. Danz. de pugna DD. tit. de offic. procurat. fiscal. cap. 1. num.2.* Quibus profectò Elogiis, si hodie Caravita viveret, & apud nos esset fiscales, quos habemus, nequaquam dignos existimaret; homines nimirum morum suavitate placidissimos, nulli invisos, plerisque etiã gratiosos multa æquitatis laude præstantes. Cui enim non perspecta, & aperta vitæ ac morum innocentia, humanitas, Doctrina D. Hieronimi de Philippo Summariæ Cameræ pro Regio Patrimonio Advocati Fiscalis, quem ex privatorum Patrono eximio ad illud munus, meritorum ejus magnitudine Rex noster adductus promovit, in eoque perdurare jubet, non minoris eum operæpretii Regio Ærario, quam Regno ipsi futurum sciens, quippè qui non minori cura, ac diligentia regias rationes augere quam æquitate, ac moderatione contendat? Aut quem latet D. Antonii de Gaeta hominis apprimè docti probatissimæ vitæ genus ac virtus quem inter primarios causarum criminalium Actores florentem, idem Rex noster, motu suo atque instinctu, Advocatum fiscalem M. C. V. criminale esse jussit; summaque laude invisum illud alioquin munus præstare videmus? si hos Caravita quoque vidisset intellexisset, opinor, quod ait in quadam epistola Seneca: Vitia non esse rerum sed nostra: ac posse ab hominibus minimè inhumanis atque omni virtute ornatis, fiscalis Advocati munus, & haberi, & administrari, etsi non rarò, vitio hominum contingat, ut qui hæc munera obtinent, parum placidi sint omnibus invisi, parum, aut nihil æquitatis habentes.

2 Quin? hujuscemodi definitionem flocci pendunt hodierni fiscales cum ex dignitate quam à fisco sibi mutuant plura privilegia consequantur, de quibus scripsere *Alphan. de jur. fisc. Glos.16. & Glos. 34. Jo: Garf. de nobilit. Glos. in princip. & Glos. 34. num.41. Peregrin. de jure fisc. lib.7. tit. 2. Duen. reg.374. Everard. in Topic. jur. loco à fisco ad Ecclesiam,*

Et hæc privilegia incrementum susceperunt circa suspiciones adversus illos militantes, dum literis Catholicæ Majestatis ad Illustrem Comi-
3 tem Beneventi Regni clauum tunc sustinentem est data certa forma proponendi suspiciones in personam fisci patroni scilicet in causis tantum criminalibus, & aliis arbitrariis ex causa, cum tamen alias per Regni *pragm. sanctiones*, suspiciones adversus illos militantes pari passu pertractentur cum rem reliquis contra Judicem admissis, ut in *pragm. 4. de suspic. offic.* Verum licet sanctio illa loquatur in utroque fisci patrono, ratio tamen quæ à jure manat, persuadet tantũ in fisci patrono, qui est questor parricidii, cujus respectu dicimus easdem exceptiones opponi posse contra Judicem inquirentem, quæ contra accusatorem,
4 & pro indè inquisitor est Advocatus fisci, qui accusat, ut quilibet de populo, undè, & inquisitor dicitur accusator. prout hæc omnia eruditissimus ex nostratibus *Regens Rovit. in pragm.1. num.57. de suspic. official.* observat, de quo meminit *Mastrill. dec. 214. num. 12.* adducens *Carav. in hoc ritu in fin.* & de Advocato fiscali in criminalibus non dubitatur *Joan. Bott. consil. 1. in civilibus* verò durum est adversarium allegare suspectum: Sed hujus rei veritas elucet apud eundem *Rovit. in pragm.5. num.4. eod. add. tit. & Jo. Petr. Fon-*
5 *tanel. decis. Senat. Cathal. 30. tom.1.* Possit autèm recusari tanquam suspectus, si deindè fiat Judex, quin? & ipse recusare tam inquisitum, quàm illius consanguineos officiales, defendit *Rov. indic. pragmat. 1. num. 20.* insequiturque *Amend. ad Franch. decis.282. num.11. Mastrill. dec.151. num. 50. Larrea alleg. fiscal. 118.* & decisum memorat *Franc. Mar. Prat. lib.3. discept. forens. c.48. Dan. ad Gramm. decis. 33. num. 27. & 28.* Sed àn ab inquisito, contra quem in causa capitali patrocinatus fuit in aliis ejus causis cum illa non connexis removeri possit, negativè determinavit S. C. in personam Consiliarii Scipionis Salituri in causa Jo: Laurentii Raim Civitatis Capuæ sub die 2. Octobris 1641. referente *Dom. Consil. Andrea Provenzali*, penès Secret. de Mercati.

Causis fiscalibus interesse Advocatus fisci de-
6 beat, alioquin sententia in fiscum lata corruat, apetit *tex. in l. si fiscus ff. de jur. fisc. l. 2. C. si advers. Fisc. & l. fin. C. de Advocat. fisci*, affatim *Peregr. cit.cap.2. num. 2. Ferrer. in observ. cathal. p.3. cap. 24. num. 4. Jo. Monach. in defensor. juris tit. 15. num. 21, Balbus decis. 267. Borrel. par. 1.*

summ.

ſumm. deciſ.tit.30. de ſentent.diffinitiv.num.315.
Larrea alleg.71. num.4. lib.2. Prat. lib.2. diſcept.
forenſ. cap.50. num.53. Harum tamen legum ſan-
ctionem vendicare ſibi locum arbitramur in cau-
ſis tangentibus jura fiſci; In criminalibus verò
contra delinquentes id ſancitum fuiſſe nullo jure
conſtare videtur, maximè ad omnes actus, cum ad
ſententiam, tùm alicubi conſuetudo annuat, pro-
ut Mediolani atteſtatur *Clar.§.31. ſub num.23.* at-
que in Regno debeat in omnibus intervenire cer-
tum eſt, ut propterea in agitatis coram quovis
Judice atque Tribunali nimirum, ſi etiam in Cu-
ria Admiratæ, Artis ſericæ; & lanæ, teſte *de
Franch. deciſ. 722. num. 2. & 17. & deciſ. 679.*
necnon *Taſſon. de antefat. verſ.3. obſerv. 3. num.
305.* quin? & non tantum in cauſis expediendis,
verum inſuper in relationibus faciendis, tùm in
S.C. in revocatione decretorum ſuper inſtrumen-
torum liquidatione aut in Collaterali in gratiam
petentis indultum, juxta *pragm.5. & 8. de relat.*
tùm in omnibus compoſitionibus, & proviſitio-
nibus intereſſe fiſci tangentibus, ex *pragm. 6. §.
23. de offic. Juſtit.* quam laudat *Caravit. ad pragm.
ad Mazedon. §. 1. num. 15.* necnon *Danza de pu-
gna DD. tom.1. tit. de offic. num. 101.* quod ſi ſe-
cus nullitate callebunt ex *pragm. 36. de offic.
S. C. Rovit. in prag.3. num. 1. de offic. Magiſt. Ju-
ſtit. Viv. deciſ. 37.* ſi contra ipſum fiſcum, non ſi
pro eo prolata fuerint *Gloſ. in l. non intelligitur.§.
diuus.ff. jur. fiſci, Borrel. add.tit.32. ſub num.315.
verſ. declara tamen.*
In cauſa verò appellationis audiendum eſſe fi-
7 ſcum prioris inſtantiæ cenſet *Carav. in ritu 260.
num. 15. & Clar. quaeſt. 94. ſub num. 9.* Jure ve-
rò communi nullus videtur requirendus ex *Salyc.
in l. fin. num.7. Cod. ſi reus, vel accuſat mortuus
fuerit.*
8 Verùm examini teſtium intereſſe, utrum poſſit
controverſum eſt negatque *Affl. in conſtit. qua-
ſtionem rub. 62. ſub num.5. Benintendend. dec.Bo-
nonien. 60.* & inſequitur *Diana* loquens in ratifi-
catione teſtium *par.4. reſol.moral. tract.8. de offic.
inquiſitor. reſol.17.* Utrum verò examini princi-
palis, atque torturæ, aut votis proferendis, idem
Affl. illic *num. 6.* negativè reſoluit. Sed tu vide
Cavalc. de Brach.Reg. par.3. num.166. necnon *Sca-
glionum* ad hunc ritum in omnibus dictis caſibus
loquentem *num. 10. Danz. memor. cap.1. de ſſic.
fiſci num. 174. Salern. Sicul. conſ.6.* ſed quod va-
leat in tortura intervenire uſus inolevit, teſte
*Danz. addu&t. tract. tit. de offic. Procur. fiſcal. nu.
26.* Verùm nè ab ipſo examinētur teſtes poſſit ta-
men intereſſe illorum examini, ſi velit deciditur
in prag. 6. §.3. de offic. magit. Juſtit. id tamen po-
ſteà vetitum, & demandatum, ut interveniat tan-
tum in examinandis teſtibus in cauſis appellatio-
num, ut *in §.5.* ejuſdem *prag.6.*
Sed poſſitnè concedere ſaluum conductum, ne-
gat *Affl. deciſ.4.* inſequ tur *Taſſon.de antefat verſ.
3. obſerv.3. num.215. verſ. debent fiſci.* Vide *for-
tunium Garziam in l. conventionum ff. de pact.
Remig. de Gonni in tract. de immun. Eccleſ. fal-
lentia 26. Campagn. in cap. Regni multorum num.
8. Apicell. in tutam. paupertat. tit.1. de dilat.quin-
quen. num. 112.* dicit tamen *Anna ſingular. 9.*
quod latrunculatores conſueverunt temporalem
indulgere.
At ſub nomine officialis veniat necnè Advoca-
tus fiſcalis, atque officialis poſſit dici controver-
titur, & quidem affirmanti favent aperta verba
9 *Ritus 2.* ac *Prag. 10. §. 5. de official.* potiſſimum
quod illa, *ſub rub. de official.* legitur tandemque
verba *Peregr.add. lib.7.tit.3. num.9.* contradicunt
verò quæ *Marcell. de Mauro* recenſuit *alleg. 77.*
potiſſimum *num. 9. Peregrin.* cumulatius ſubſcri-
bens *eod.lib.8. tit.2. num.14.* Quæ tametſi titulis
multis decorandum eſſe atque prærogativis inſi-
nuent, nullum tamen memorant Doctorem, qui
inter officiales cooptari crediderit; opitulatur *Ca-
rav. ritu. 11. num. 6.* cujus rationi proficiſcendi
ab exceptione illius Ritus quatenus aſſentiremur
illa quippè *in ritu 2.* qui numerum officialium
reducendum ſancientis, deindèque perſcribens, fi-
ſcales duos conſtituit; illos itaque officiales eſſe
citra dubium oſtendit, quin? & illius officium
magnæ authoritatis, dignitatiſque eſſe, adeò quod
illud exercens, ut Comes appellari queat, ex *l. 1.
Cod. de Advoc. diverſ. Judic.* deducit *Gravat. ad
Veſtrium lib.2. cap.8. num. 4.* & titulo ſpectabilis
condecoretur *l. in ſacris §. modum*, ibi: *Nec pro
tempore virum ſpectabilem fiſci patronum, Cod. de
ſacr. ſcrin. lib.12. & in auth.de Judic. §. vetus in
fin.* ibi; *Appiano viro ſpectabili, & fiſci Advoca-
to*, & Regius Conſiliarius meritò nuncupetur,
ex §.vetus Auth. de Judic. deducunt *Larrea alleg.
1. num.19. D. Franciſcus Amaya in l. fin. cap. 3.
num. 34. C. de decurion. lib. 10.* & pars corporis
Principis, *l. quiſquis, Cod. ad l. Juliam Majeſt.*
ut propterea illum offendentes crimen Læſæ Ma-
jeſtatis perpatrant. *Aiſar. de offic. fiſc. Gloſ. 31.
num.12. Amaya indic. loco nu. 6.* atque ex his elu-
cet ten. diſpoſitio *in l. proximè, ff. de his quæ in
teſtam. delent.* ibi *Calfurnius longinus Advocatus
fiſci dixit non poteſt illud teſtamentum valere quod
hæredem non habet.* Ibi namque uti Principis con-
ſiliarius votum conſultivè præſtitit cum alias ei
vetitum foret judicium proferre, *l. ſi quis C. de
poſtul. Avil. in cap 3. prætor in verbo Abogados n.
1. & 3. pag. 85.*
10 Jure communi non vetatur fiſci appellare, *Imol.
conſ.142. verſ. preterea prohibet, Gramm. deciſ.14.
& de Franch. deciſ.148. num. 8. & deciſ.170. nu.
9. Paris de Puteo de Syndic. verbo condemnatio,
Eman. Themudo in præfat. ad p. 1. dec. Portugall.
num. 53.* Jure verò Regni citrà dubium prohibe-
tur à decretis abſolutoriis multis quippè in ritibus
quos recenſet *Campagn. in cap. Regni exord ente
plerumque*, & obſervantiæ demandatum fuiſſe vi-
dit *de Bottis in add. ad rit. 225. verſ. Et ita pri-
die de præſenti anno, Reg. Rovit. dec.14. nu.4. Reg.
de Marin. lib.1. quotid. reſ. cap.150. Regens Capyc.
Latro dec.173. num.2. lib.2. Reg.Sanfel. deciſ.351.
num.19. lib.2. Borrell. in ſumm. deciſ. tit.33. nu.
748. & 749.* & in tota Italia teſtatur *Joſeph Ludo-
vic. deciſ. Lucenſ.1. num.41.* Adire verò ſuperio-
rem per viam recurſus, ſi tamen appareat noto-
rie gravatus, non impeditur teſte *de Franch. ad-
ducta deciſ.158.* maximè *num.7. deciſ. 487. num.
11. & deciſ.470. num.10. de Ponte tract.de poteſt.
Proreg. tit. 3. de elect. official.§.1. nu.51. Maſtrill.*

dec.158. num.2. Imbrian. de repulſ. par. 1. conſid. 2. num.9. Maſull. ad Capit. deciſ. 144. in princip. necnon *Carav. ritu.258. nu.15.* & in praxi *Dan. adduct. cap. de offic. fiſci à num. 28.* ac idem *Reg. Capyc. Latro deciſ. 161. lib. 2. num. 3. & 5.* conferuntque, quæ ſcripſit *Avus meus ad Gramm. deciſ.35.*

Quin? & ab aliis decretis in criminalibus, & non abſolutoriis ſcilicet remittendos eſſe, aut debere gaudere indultu, & aliis, quia in illis actibus non vetatur, ſtante diſpoſitione prædicta juris communis, necnon ſanctione legum Regni priorum *in eadem cap. plerumque*, appellationem ſimpliciter concedente fiſco, non abrogato per ſubſequentes memoratos ritus ſequentes à decreto liberatorio utique licet appellare, quod optimè declarat *ead. dec. de Franch. 470. num. 11.* quem laudat *Avus meus ad Gramm. cit.deciſ. 41. num. 8.* & latius idem *Reg. Capyc. Latr. deciſ. 165. ferè per tot. & 187. num. 7.* ac *Reg. Sanfel. deciſ. 4. nu.7. vol.1.*

Imò, & ab omni decreto etiam condemnante dicantur fiſcus adhæſiſſe ipſo Jure appellationi interpoſitæ a parte declaravit *pragm. 7. de appellat. Reg. Capyc. Latr. dec. 183. num. 24. lib. 2.* quam propterea ceſſare ſi parte exiſtente, & non appellante ſcripſit *de Franch.* & præter neceſſitatem, ni fallimur in poſtremis verbis *mem. deciſ. 467.* & inſequitur *Reg. Capyc. Latr. dec. 78. num. 9. lib. 1.* Quod ſi appellaret à minoritate pœnæ, neque ejus admitteretur provocatio, prout deciſum refert *Gram. in rit. 37. Item ſervat ipſa Curia nullum denunciatum fol. 158. at.*

11 Hujus autem Ritus diſpoſitio corrigitur, ex *pragm.* emanata tempore Regis Ferdinandi anno 1481. ſituata *ſub tit. de offic. Judic. ſub num.7. §. item quoniam*, confirmata per invictiſſimum Philippum Secundum *§. 39. tambien. ordenamos de offic. magiſt. Juſtit.* quæ collimat cum jure communi *in l. cum te 1. C. de Advoc. diverſ. Judic. Vív. dec. 144. num. 5. Maſtrill. de Magiſt. lib. 5. cap. 8. num. 76. Peregr. add. lib. 7. tit. de Advoc. fiſcal. nu. 8. Reg. Tap. ſupe* hoc *rit. de jur. Regn. rub. 14. de offic. Advoc. & procurat. fiſcal.* quas quidem *prag.*

12 reſtringendas quotidiè Advocatus fiſci propriam filiorum, parentumque vel pupilli, cujus eſt tutor, cauſam tueretur, etiam contra fiſcum ex *tex. in l. penul. & fin. ff. de poſtul.* putat *Reg. Tap. mox adduct. loco, & Carav.* hoc in *ritu* inſequendo confirmat *Judex de Angelis in repet. cit. l. cum te in prato ſuper 2. lib. Cod. Alfar. de offic. fiſc. Gloſ. 17. num. 6. & 7. Reg. Sanfelic. deciſ. 342. num. 5. lib. 2.* ſubnectens nonnulla de excuſatione ratione ſanguinis, & conjunctionis. Et lectorem relego ad *Maur. Jun. alleg. 77. nu. 10. & Caſſan. in Catal. Glor. mund. par. 7. conſid. 33. ver. etiam eſt,* materiam hujuſce *rit.* tangentes necnon *Gayll. lib. 1. obſervat. pract. obſerv. 88. num. 8.* reſtringentem, quoties à ſuperiori licentiam Advocatus fiſci obtinuiſſet, vel ab eo compulſus fuiſſet, quique *nu. 6.* de conſimili Advocato Civitatis ab ea ſtipendiato idem concludit.

RITUS XIX.

Advocatus, procuratorque fiſci, ac pauperum nihil recipiant pro tuitione cauſarum.

ITem, quod procurator, & Avocatus fiſci, nec non procurator, & advocatus pauperum nihil recipiant pro defenſione cauſarum fiſci, pupillorum viduarum, & miſerabilium perſonarum, ipſoque fiſcum, pupillos viduas, & miſerabiles perſonas tangentes, ſed pro cauſis hujuſmodi gratis, debeant procurare, & advocare, ac patrocinari, & proindè ſint contenti gagiis ſuis.

SUMMA RERUM.

1 *Apud Hebreos judicia in Civitatum portis olim exercebantur, & quare.*

Tebani, Senatores ſuos. hoc eſt clariſſimos Sanct pro Tribunali depictos habebant, inter quos Supremus authoritate Judex oculis oblevatis, ac truncis manibus, videbatur.

2 *Judicum fiſci pauperum Advocati, & Procuratoris conditio ea eſſe, debet ut in pauperes faciliores ſint, & in adjuvando procliviores.*

Commendatur Juo ille è foro noſtro eximia vitæ ſanctimonia praditus, qui à juvando nomen divinitus ſibi mutuatus eſt.

3 *Ex ritus verbis nedùm pauperum patroni ſed Advocati, Procuratoreſq; fiſcales pupillorum, viduarum, ac miſerabilium perſonarum cauſas gratis fovere tenentur.*

4 *Iſthac verba ritus (miſerabiles perſonas tangentes) excludere ni videantur pupillos, ac viduas à numero perſonarum miſerabilium.*

Et num eo ipſo quod viduæ ſint, & pupilli, miſerabiles dicantur perſonæ.

5 *Ut viduæ gaudeant, & pupilli legum prærogativis, an ſufficiant, tales eſſe, niſi, & miſerabiles ſint nempè pauperes, quinvè in termini hujuſce Ritus.*

Si opponatur contra viduam aliquid, vel quod ſit inhoneſta, vel quod vidua minimè ſit, terminus eſt omninò impertiendus.

Probandi onus incumbit excipienti de aliquo privilegio, aut de perſonæ qualitate.

6 *Et valeantne Judæi, eorumque deſcendentes, publica ſubire officia.*

7 *Miſerabilium perſonarum, ac pauperum privilegia remiſſivè.*

Paupertas peccatorum confert cognitionem, virtutum conſervationem, cordis quietem, & multa alia.

8 *Pauperes, ac perſonæ miſerabiles Advocatum habent gratis, ac procuratorem, nedùm hujus ritus, & alterius 23. Sanctione ſed etiam jure communi attento.*

Pluribus fruuntur prærogativis, quarum nonnulla recenſentur.

Potiſſimum non obſtringuntur facere depoſitum pro pœna nullitatum adverſus decreta, & Senatus Tribunalium, nec pro pœna ſuſpicionum Judicum, cum declarationibus, praxiſque indigatur.

9 Quam-

9 *Quamvis à decreto admittente, vel reiiciente ſuſpicionem nulla competat reclamatio, benè tamen competit à ſanciente non recepi ſuſpicionem, abſque depoſito ob paupertatem non probatam.*
10 *Æquitati, & charitati maximè conſentaneum eſt pauperibus præcipuo ſtudio patrocinari.*
Et commendatur pietas Petri Philippi Cornei, & & Thomæ Mori Angli.

UTinam removeatur à Reipublicæ Rectoribus Typus ille perſicus, mos ille ſuperbiæ aboleatur, quo, ſi non, ut olim, lege prohibetur, certè multorum conſuetudine dicam, an abuſu? ſervatur, nè licitum ſit indutum ſacco aulam Regis (nunc dixerim magiſtratus) intrare. Sed ſuæ benignitatis fores recludant pauperibus, ut ſe præ viris nobilibus, aut divitibus deſpectui haberi ju-
1 re conqueri non poſſint. Hanc ſanè ob cauſam olim apud Hæbreos judicia in Civitatum portis exercebantur, ut ex multis ſcripturæ locis cognoſci poteſt, nimirùm, ſi *Div. Hieronymo* credimus, ut publicis tenuiorum præſertim hominum commodos ſerviretur. Verùm, cum ſolvendo non ſint pauperes pro cauſis, nec earundem expenſis quodammodò ſufficiant, eò deventum eſt, ut nec orphanum lites diſceptentur, nec pupillorum negotia peragantur, & nemo ſit, qui viduis aditum in aulas, vel in forum recludat, aut faciles earundem neceſſitatibus aures accomodet; ò tempora, ò mores Tebani!, ut teſtatur *Plutarchus*, Senatores ſuos, hoc eſt, clariſſimos Senes pro tribunali depictos habebant, inter quos ſupremus authoritate Judex oculis obvelatis, ac truncis manibus videbatur, nimirùm, ut oſtenderent, quod nulla ſpe lucri judicia ferebantur, cum ad pecuniæ receptionem manibus careret Judex, & oculis. Quod erat jus Reipub. ſpecimen, quod Civium ſolamen, quæ pauperum ſecuritas, qui incorruptum Judicem adibant, nec oculos habentem, quo tutiores erant ſe iniuriam intuitu contemptus nunquam futuros. Ea enim eſſe debet Judicum, Fiſci, pauperumque Advocati, & pro-
2 curatoris conditio, ut in hujuſce generis homines faciliores ſint, & adiuvando procliviores, (*Bal. conſ. 487. vol. 5.* quem refert *Novar. de priv. miſerab. perſonar. privil. 104. num. 2.*) nam ſi optimi, maximique Judicis Dei vices gerunt in jure, qui orphanorum pater, & viduarum Judex in ſacris literis appellatur, quidnì eorum cauſis liberalitatem exerceant, ut Deum imitentur, cujus providentia corvorum pullis, utpotè parentibus deſtitutis cæleſtem rorem impertitur, & nutrit. Sancitum fuit in jure, quod ſi orphanorum tutor malè rem ageret, vel eorundem cauſas negligeret, ad Judicem ipſum perficere pertinebat, ipſi onus imponebatur, & cura, nec ulla quæſtus cupiditas impellebat; legite quæſo quinquaginta Sanctorum Juriſperitorum elogia contra populare commentum, de ſolo Ivone publicata Leodii anno 1632. quorum meminit *Henricus Engelgrave Societatis Jeſu emblem. 46. in Dominica 18. poſt Pentecoſtem*, ſupra verba *Ecce quidam de Scribis Matt. 9.* in quibus pietatem in pauperes, liberalitatem in pupillis, ſummamque in viduas miſerationem excipietis, ut imitemini Ivonem illum è foro noſtro eximia vitæ ſanctimonia præditum, qui à jure, hoc eſt à juvando nomen divinitùs dixerim, mutuatus eſt ante oculos propono, ex quo amorem in pauperes tanquam ex fonte hauriamus, ut ejus exemplo ipſorum cauſas nullo pecuniæ incitamento peragamus, & Elzearii ſanctiſſimi æmulatores citiſſimè lites expdiamus.

Ex hujus autem ritus verbis, nedùm pauperum
3 patronos, ſed fiſcum, Advocatos, procuratoreſque fiſcales, pupillorum, viduarum, ac miſerabilium perſonarum teneri gratis fovere cauſas colligitur. Quæ verò ſint perſonæ miſerabiles edißertant *Menoch. de arbitr. caſ. 166. Affl. in conſtit. ſtatuimus à verſ. ſeptimo noto ſub nu. 13. Theſaur. deciſ. 176. Viv. dec. 65. Novar. in prax. elect. fori ſect. 1. q. 53. Conſil. Carleval. de Jud. to. 1 lib. 1. tit. 1. diſp. 2. q. 6. ſect. 7. n. 529.*
4 Iſthæc verba in ritu adiecta (*miſerabiles perſonas tangentes*) excludere videntur pupillos, ac viduas à numero miſerabilium perſonarum, cum antea ſpeciatim illarum meminerit Ritus iſte, poſteaque ſubnectat præfata verba, *& miſerabiles perſonas*, quin? & antea ſimilia protulerat, *pupillorum*, ſcilicet, *viduarum, & miſerabilium perſonarum*; Attamen quia *text.* his etiam utitur verbis in *l. 1. C. quand. Imperat. int. pupill. vel vid. vel miſerab.* dicere poterimus id eſſe, quia eo ipſo quod ſunt viduæ, & pupilli ſunt miſerabiles perſonæ, etiam ſi Regina, *de Franch. dec. 100. Theſau. dec. 177.* & in pupillo divite loquitur *Menoch. add. caſ. 66. num. 17.* atque ita ſat ſfactum etiam apparet argumentationi quorundam ex adductis
5 verbis illius legis ob dictionem, & requirentium ad effectum, ut viduæ gaudeant, & pupilli, non ſufficere viduas, & pupillos eſſe, niſi & miſerabiles ſint, nempè pauperes, ſecus ſi divites, cum re vera ſatis ſit ex antedictis viduas, ſivè pupillos eſſe, idque etiam probabo *ſup. rit. 130.* ad finem tamen fruendi *add. leg.* prærogarivis, non hujuſce Ritus privilegio, quoad patrocinium gratis præſtandum, nam omninò paupertas concurrere debet, intuitu cujus illud eſt introductum, *de Franch. memor. dec. 100. num. 20.* inſequitur *Paſchal. de virib. patr. poteſt. p. 2. cap. 2. num. 98.* & peroptimè diſtinguit *Faller. in conſtit. lege præſenti num. 20.* & hoc ſenſu loquuntur *Carav. hoc in ritu num. 11:* cæterique quos laudat *Conſil. Carleval. memor. dec. num 548.* ut ipſemet *Conſil. num. 549.* advertit, *& de Carav.* memor quoque ſunt *Thor. par. 1. compend. dec. verbo reſtitutio pag. 447.* nec non *Camill. Borrell. in ſumm. dec. p. 1. tit. 56. nu. 10.* id quod privilegium, etiam ad viduas luxurioſè viventes, authoritate *de Franch. dec. 233.* extendit *Avus meus*, exploſa aliquorum ſententia, in *annot. ad Capyc. dec. 160. num. 2.* confirmat *Paſchal. add. loco num. 99.* & diſputato articulo poſt *Avum meum*, cæteroſque, tuetur *Conſ. Carlev. judic. loc. num. 550. cum ſeq.* Quando autem opponitur contra viduam aliquid, vel quod eſſet inhoneſta, vel quod vidua minimè exiſteret, impertiri omninò debeat terminus, in facto obtinuiſſe jactat, *Nunt. Tartagl. in prax. civil. cap. 3. ſub num. 10.* etenim onus probandi incumbit excipienti de aliquo privilegio, vel de perſonæ qualitate ad evitandas fraudes, *Urſill. ad Affl. dec. 24.* & in allegata perhorreſcentia ita deciſum refert *Cappell. Toloſ. dec. 236.* & concludit *de Franch. deciſ. 257.*

257. *num. 6.* & in personis privilegiatis ità asserentibus, d xit *Muscatell. in prax. S.C.lib.1.par.2. Glos. competentes num.79.* de quo *Thor. p. 1. compend. dec.ver. probatio.*

Quòd verò deducendum sit in articulis, & qualiter probandum, ut privari possit vidua legato relicto sub conditione, si castè, & honestè vixerit, *Marcel. Calà* advertit *in tract. de mod. artic. §.2. Gl. unic.num.573.* Viduæ appellatione an veniat virgo dispungunt *Covarr. pract. quæst. cap.7. num.2. Gayll. pract. observ. lib. 1. observ. 1. num. 41. Reg. de Marin. lib.1. quotid. resol. cap.338.nu. 10. & lib. 2. cap. 243.* & num patre orbata inter miserabiles numeretur, & fori electionem habeat, affirmativè respondent *de Franch. dec.100. & decis. 499. Viv. dec.65. num.3. & 521. num. 1. lib. 4. Giurb.* latè *decis.82. Paschal. mem.loco num.94. Castill. dec.48.num.11.* Sed perdifficilis habita fuit controversia in virgine patrem habente, quam extricant *Regens de Marinis add.c.338.& 243. Fran. Maria Prat. lib. 1. discep. forens. cap. 13.* qui pro virgine veriorem sustinuit opinionem, quæ juxtà per ipsum exarata semel, ac iterùm determinationem recepit, sed nos alibi. (Deo Dante)

Carav. hunc *ritum* restringit in miserabilibus
6 Judæis, sed ad materiam videas *Fragos. de regim. Reipub. p.1. lib.1. disp.2. §. 8.* lato calamo pertractantem, an possint Judæi, eorumque descendentes publica subire officia, necnon *Anichin.de prævent. instrum. cap. 6. dub. unic.* quæstionem excitantem, si valeant prævenire adversus instrumentaj, ibidemque plura adnotat.

Multa autem miserabilium personarum, ac pau-
7 perum privilegia enarrant Doctores, inter quos, integros edidere tractatus *Jo. Maria Novar. & Anton. Leoncill.* pluries in hoc rit. à nobis adductis multaque paupertatis commoda, ac incommoda recensent *Luc. de Penn. in lege C. de his qui num. lib. lib.11. Cotta memor. paupertas, Tiraq.de nob. cap.29. Ricc. collect. dec.226. par.1. Medic.in tract. mors omnia solv. p.1.num.103.* referens *Div.Thom.* verba *cap.48. supra Isaiam*, ut paupertas conferat peccatorum recognitionem, virtutum conservationem, cordis quietem, desiderii completionem, spiritualium bonorum dulcedinem, meritorum exaltationem, & cœlestem hæreditatem, quæ rescribit *Avus meus ad Grammatic. decis. 85. num.12.*

8 Hinc habent Advocatum, procuratoremque gratia, nedùm hujus *ritus*, & alterius 23. sanctione, sed jure communi attento, *Gl. in l. 1. §. ait prætor. vers. non habebunt, ff. de postul. Paschal. add. loco num.88. Joseph. Ludov. dec. perusin.111. num. 10.* invehens contra extorquentes salarium ab ejusmodi personis, *And. Gaill. pract. observ. in 43. obser. num.10.* quin & acta gratis sunt facienda, *l. nulli, C. de Episcop. & Cleric.Capiblanc. to.1. de Baron. prag.19. post num.29.& Carav.* clypeo hoc *in ritu in 4. notab.* fretus, firmat in carceratis pauperibus *Angel. Scialoya in prax. forjudicat. c.25. num.12.* & ad restrictionem *prag.2.de expens.* miserabiles personas admitti ad prosequendam appellationem, minimè refectis expensis primæ instantiæ, ex *Carav. sub num.18.vers.Sextum*, determinatum recenset *Novar. de priv. miserabil. personar. privil. 14. num. 4.* quique ex *eod. Carav. vers. decimumquartum, in privil.58.num.9.* post alios firmat Judicem debere impertiri officium suum, etiam non requisitum in causa talium personarum; & fusiùs nos *memor. rit.23.*

Pauper expendens, vel tondens monetam mitiùs mulctatur, & non pœna ordinaria, *Decian. lib.7. cap.27. num.5. tom.2. Marsil. consil.71.num. 27.* quos laudat *Dana de pugn. Dd. in tit. de fals. monet. t.1. num.51. Novar. add. tract. privil. 57. post Carav.* prout excusatur à lenocinio, *Feller. in cap. quod fuit leno uxoris*, & falsi pœna proscripta in *prag.1. de fals. Novar. in d.pragm. in fin. & privil.15. n.4. add.tract.*

Valent, omisso medio, eligere Judicem supremum, dummodò competentem, latè *Muscatell.in prax. civil. lib.2. par.1. Gl. in forma num.71. Thesaur. dec.177. num. 10. Visconti ad Franch. decis. 192. Caravit. num. 20.* memor, & convenire eorum debitores ubique *Jodoc. in prax. civil. c. 53. num.18. Marcell. Calà de mod. artic. §.1.gl.1.n.85.* legata ipsis relicta ad piam causam censentur *Tiraq. in præfat. tract. de privil. pia causa*. Clerici & Religiosi valent pro illis postulare, *Jodoc. in prax. civil. cap.96. num.10. Sayr. clau. Reg. lib.12. cap.22. num.5. Leo dec. Valent.107. lib. 2. Novar. priv.88. nu. 10.* etiam contra propriam Ecclesiam *Anton. Leoncill. de privil. paupir.p.2. privil.6. nu. 3. & privil. 7.* pro quibus, & vassallo contra dominum patrocinari licet *Ricc.collect.dec.2227.vers. & maximè, Mari ad Grammat. decis.80. num.3.* idem *Novar. privileg.158.n.9.*

Non obstringuntur facere depositum pro pœna
9 nullitatum adversus decreta, & sententias Tribunalium collegiatorum, juxta *prag.5. §.3. de off.S. C. & 4. §. 16. de dilat.* nec pro pœna suspicionum Judicum contenta in *pragm. sub tit. de susp. official.* & hoc, si impertito termino summario, fuerit probata paupertas, prævio Proregis, ejusque Collateralis Consilii rescripto, remisso Tribunali, in quo vertitur lis, quod constito de paupertate servatis servandis justitiam faciant, ut in dies usus invaluit, illaque non probata providetur, quod fiat depositum pro pœna, quoque non facto, quod reiiciantur nullitates, & aliquando terminus ad illam probandum impertitus prorogari solet, haud obstante illius lapsu, ut servavit S.C. in causa suspicionis propositæ à Damiano Ferrigni in personam D. Consil. D. Francisci Savii, referente *Dom. Reg. tunc Consil. Francisco Antonio Muscettola*, sub die 1. Junii 1635. & aliàs referente *Dom. Consil. Marcello Marciano*, sub die 12. Junii 1636. super suspicione deducta ab Antonio Pontecorvo, in personam præfati D. Francisci Antonii Muscettula, penès de Mercati Sec. & pertractant *Giuar. dec.84. Dana. de pugn. DD. tit. de contumac. c.3. n.3. Novar. qu forens. q.59. p.2. & add. tract. de privil. miserab. priv. 133. Thor. in suppl. comp. decis. verb. pauper. allegans, & p. 3. sect.2. eod. verb. pauper, Franc. Mar. Prat. pract. observ. centur.1. observ. 56. à num.4.* dicens non esse impertiendum terminum memoratum, quando ex inventario in actis edito, liquet Judici paupertate non laborare nullitates proponentem, & ita resolutum indicat; sic existente illo notoriè divite, non aliter terminus conceditur, sed decretum interponitur, quod, ex quo notoriè est dives, suspicio

non

non admittatur abſque depoſito, ut deciſum fuit in S. C. in cauſa Clerici Franciſci Cimini ſuſpectum allegantis D. Conſil. Didacum Valera, ſub die 10. Maii 1635. relatore *D. Conſil. Thoma de Franchis*, prout ſtante notoria paupertate, abſque termino, fuit proviſum per Collaterale ſuſpicionum capita, abſque depoſito recipi, deducta à D. Lucretia Carrafa in perſonam D. Conſil. Andreæ de Januario ſub die 17. Novembris 1632. penès Tagliavia, & referente *Dom. Conſil. Carleval.* confirmatum à S. C. ſub die 24. ejuſdem menſis Novembris, penès eundem Secret. S.C.

Verùm in ſuſpicione allegata per Jaymen Segarra, y Prato, in perſonam D. Præſidis S.C. D. Bernardi Zufiæ tunc Conſiliarii, cum fuiſſet proviſum fieri depoſitum, haud obſtante inopia allegata, & non probata, obtulit ipſe Segarra omnia ejus bona S.C.& illius decreto ſub die 13. Februarii 1629. fuit proviſum, quod ſtante retroſcripta oblatione ſequeſtrentur bona, etiam quoad prætenſiones ipſius Jaymi ſuper hæreditate quondam Jaymi Prati, pro ſatisfacienda pœna in *Reg. Prag.* contenta, & procedatur ad ea, quæ incumbunt circa ſuſpicionem propoſitam, referente *Dom. Conſil. Scipione Theodoro*, ſub die 13. Februarii 1629. penès Magnificum Secretarium. Et quamvis à decreto admittente, vel reiiciente ſuſpicionem non competat reclamatio, aliudque remedium vigore *pragm.* tamen à ſanciente, non recipi ſuſpicionem, abſque depoſito ob paupertatem non probatam reclamatio conceditur, prout fuit admiſſa à *Præſide Urſino*, ſub die 29. Januarii 1629. ut ex dictis actis ſuſpicionis, & in cauſa ſuſpicionis allegatæ à Clerico Antonio Manſo in perſonam Conſil. D. Franciſci Salgado, qui fuit excluſus pro paupertate ad proponendum abſq; depoſito, obtinuit verbum fieri loco reclamationis, & ſub die 29. Jan. 1630. referente *Dom. Bernardo Zufia*, fuit declaratum per S.C. benè fuiſſe proviſum, & in cauſa ſuſpicionis propoſitæ in perſonam Franciſci Antonii Muſettula pro parte filiorum, & hæredum Stephani Cacacii pupillorum fuit obtentum fieri verbum ad finem videndi, & per Sac. Conſ. ſub die 6. menſis Maii 1638. fuit proviſum non eſſe deferendum, penès Secretarium de Mercati.

10 Maximè verò æquitati, nedùm charitati conſentaneum eſt, paupertatis rationem habere in jure dicendo, ac pauperibus ipſis præcipuo ſtudio patrocinari: fecerunt hoc plures, iique ſanctiſſimi, ac ſapientiſſimi viri; ut ſuperius à nobis exemplis demonſtratum eſt, quibus addi poteſt Petrus Philippus Corneus Peruſinus, qui non modo doctrina, ſed pecunia miſerorum cauſas adverſus potentiores tuebatur, & Thomas Morus Anglus, qui teſte *Eraſmo* in ejus vita, pecuniam ſibi ex juris præſcripto debitam, pauperibus potiſſimum remittebat. Utinam horum exempla noſtræ ætatis Jurisperiti ſectarentur: vel ſaltem Raphaelis Fulgoſii præcipui Jureconſulti factum non dedignarentur imitari, qui, cum juvenis eſſet, partem litis evictæ ſalarii nomine acceperat; cæterum ætate maturior, cum in *l. ſumptus, ff. de pactis.* incidiſſet; quo loco diſertè pacta iſta prohibentur, quæcunq; acceperat, cum fœnore pauperibus reſtituit.

R I T U S XX.

ITem, quòd procurator Curiæ poſſit cauſam uſurarum proſequi, & ad proſecutionem publicationis bonorum, ſecundum formam conſtit. nullo alio crimine in judicio præcedente.

S U M M A R E R U M.

1 *Uſurariorum fraus, ac improbitas pernicioſiſſimum, & ſummum malum eſt Reipub.*
Veneno ſimilis, aut peſti eſt uſura.
Nulla eſt Reipub. firmitas, ubi populus uſuris opprimitur.
2 *Principes Ærario non conſulunt, qui fœneratores ſpoliis enutriri ſinunt.*
Agis Dux Athenienſis omnes uſurariorum tabulas combuſſit, Galliaq; olim Judæos uſuram exercentes à Regni finibus exterminavit.
Cato quoque omnes à Sardinia expulit uſurarios.
3 *Inter raptores, & fures uſurarij connumerantur, ac ſcorpioni, & aſpidis morſui æquiparantur.*
4 *Uſura omni jure prohibetur.*
5 *Jure Canonico octo pœna contra uſurarios ſunt indicta, totidemque de Jure Civili.*
Et quæ nam præceteris in Regno.
Ex Platone uſurarii ſunt multandi, ut ſortem ſimul, & uſuras amittant.
6 *Pendente uſurarum cauſa licito Jure proceditur ad ſequeſtrum, & bonorum mobilium annotationem.*
Et quid in Neapolitanis, & Neapolitana extero nupta.
7 *Deſiſtentibus accuſatoribus in hoc uſurarum crimine, poteſt fiſcus captam inquiſitionem proſequi, ſivè ante, ſivè poſt litem conteſtatam, deſiſtant.*
De jure Civili in delictis, in quibus imponenda venit pœna publicationis bonorum, tranſactio permiſſa eſt, nec Judex amplius poterit procedere, ſi pars receſſerit.
Et an de Jure Regni, mortuo accuſatore, liceat fiſco Judicium proſequi, accuſatoque defuncto duret contra hæredes, quoad perſequutionem bonorum.
9 *In uſurario crimine, quamvis publico, procurator admittitur, ſi ſpeciale habet mandatum.*
10 *Uſura an dicatur, ſi pendente dilatione data in mutuo, de intereſſe fiat fœdus.*
Illudque certum, & uniforme à principio ſit ſtatutum.
Intereſſe ex duplici cauſa evenit, ex danno ſcilicet emergenti, & lucro ceſſante.
Navigantes, ſi eorum culpa damnum præbent in retibus piſcatorum tenſis, ad ipſius refectionem tenentur, non tamen ad piſcium æſtimationem.
Lucrum certitudinariè eſt probandum, & actu proximum, non per poſſibile, & communiter accidentia.
Noſtris calamitoſis temporibus incertum eſt lucrum, & nil tutum.
Ex lucro annuorum introituum onus deduci debet, quod eſt amiſſio capitalis, & pactum de redimendo ad libitum venditoris.
Et num dicta facultas redimendi ſit æſtimanda
ad

ad rationem duorum pro centenario.
In magnis Civitatibus inter negotiatores taxatur interesse tantum ad rationem sex pro centenario.
Contractus, licet à principio non sit feneratitius, si tamen ex mora excessivum interesse conveniatur, fanore polluitur.
11 *Contractus fæneratitiam continens pravitatem, an in totum corruat, vel sublato pacto ad æquitatem reducatur?*
12 *Redditus superflui percepti, an sortem extinguant principalem, latè inquiritur.*
Bonatenentia soluta à venditore annui introitus, an extinguat capitale.
Et num validum sit pactum, quod benatenentia à venditore annuorum introituum solvatur.
13 *Contractus venditionis annuorum introituum, puta centum pro capitali pretio ducatorum mille, an jure subsistat, si in illorum vicem fuerit assignata, seù locata res emptori, ex qua fructus percipiuntur, summam prædictam ducatorum centum trascendentes.*
Locatio justa mercede facta, si tamen ex causa mutui exorta sit, feneratitia nuncupatur.
Incertitudo, & dubius eventus omnem usuram excludit, contractumque admittit.
14 *Census num constitui possit ex sola debitoris confessione, capitale scilicet pretium priùs fuisse à creditore mutuatum, vel alia justa causa debitum?*
Contractus censualis perfici non potest, nisi præsenti, & numerata pecunia.
In contractu censuali sufficit, si loco pecunia numerata detur cedula bancaria.
15 *Contractus censualis, num constitui possit ex pretio bonorum mobilium?*
16 *Frumentum vetus si mutuetur, ut novum reddatur, an sit usura.*
Et an census constitui possit in frumento, sicut in pecunia.
17 *Vendito censu annualis pensionis in frumento, si post contractum, frumenti valor nimis augeatur, an pretium census debeat ad aquitatem redigi.*
18 *Nonnulla in usura detestationem adducuntur.*

1 Perniciosissimum sanè malum, ac Reipublicæ summum est usurariorum fraus, atque improbitas, quæ liberrimè sub nomine lucri cessantis, damni emergentis, & colly bistices pallio grassatur; Veneno similem, vel pesti dixerim usuram, quæ cum in Civitates illabitur, quis est, qui excisionem, inflammationem, eversionem, depopulationem, evastitatem testis omnibus, atque agris inferri dubitet? quæ enim est Reipublicæ firmitas, ubi Populus usuris opprimitur? quæ sunt urbium divitiæ, ubi fœneratores dolo, fraudeque cives exhauriunt? quæ publica utilitas, ubi fures aluntur, qui inhonesta hac negotiatione subditis fortunas extorquent; non consulunt ærario Principes, qui rapaces hos, veluti vultu-
2 res, civium spoliis enutriri sinunt; verissimum namque est, quod monet *Gregor. Tholosanus*, ita divitum immisericordiam sævire, fænus fænori, & lucrum lucro iniici, ut si ex arbitrio fœneratorum res ageretur brevi futurum sit, ut omnes facultates, patrimonia, atque ipsæ personæ in ditionem ipsorum deveniant. Quæ fœnerationis incommoda cum novissent prudentes viri, quàm maximè in usurarios animadvertunt. Tabulas eorum omnes combussit Agis Dux Atheniensis. Severior fuit Gallia, quæ olim Judæos illicitam hanc negotiationem exercentes Regni finibus exterminavit, & fœneratorum immanium furaces dexteram detruncavit. Cato omnes usurarios Sardinia expulit. Eorum enim conditio non melior esse debet, quam furis manifesti; eadem est injuria, nisi quod hæc speciem juris induit; & Romani eos gravius, quam fures, puniebant; nam hunc in duplum, illum in quadruplum con-
3 demnabant. Inter raptores, & fures illos connumerat noster *Afflin const. Regni usurariorum*, latrones legales prædicentes quid intendunt rapere, præconizat, *Salic. in auth. adhac Cod. de usur. Muscatel. in prax. crim. de privil. & pen. usur. nu.* 4. Scorpioni, & aspidis morsuri æquiparat, *Bal. cons.* 449. laudatus à *Jodocho Dambouder. Enchiridion parium, a ut similium, verbo usurarius*, uique perutilia in foro quoque poli adnectit. Propterea fraudulenta hæc congereudæ pecuniæ cu-
4 piditas facris in paginis, civilibus, & naturalibus legibus prohibetur, quas cumulant *P. Salas in tract. de usur. dub.* 3. *Peguer. decis. crim.* 30. *num.* 7. *Ambros. de Vign. tract. de usur. num.* 28. *Affl. dec.* 22. *num.* 4. *Claud. Tut. alleg.* 49 *nu.* 2. *Gayll. pract. observ. lib.* 2. *obser.* 5. *num.* 5. *Carol. Molinaus tract. commerc. & usurar.* latè quid sit usura definit, eandem dividit, & naturam ipsius per comparationes ad belvam argentiparam, ad morsum aspidis, ad ignem, & ad latronem legalem explicat, quomodo jure, tùm humano, tùm divino sit prohibita ostendit, quantumque dispendium in Rempublicam afferat miro ordine, multisque documentis demonstrat, necnon advertit *Henorat. Leotard. de usur. quæst.* 98. *nu.* 19. & admonet *Adam. Contzen. à Societate Jesu lib.* 8. *politic. cap.* 17.
5 Octo autem pœnas contra usurarios indictas de Jure Canonico, aliasque itidem octo de jure civili enarrat idem *Leotard. quæst.* 100 *ex num.* 29. *Monac. ad Minad. dec.* 39. *num.* 5. *Avus meus ad Capyc. dec.* 49. *num.* 1.

Et præceteris in Regno est pœna publicationis omnium bonorum indicta ex *const. usurariorum sub tit. de usurar. puniend.* quæ concinit huic ritui; & confirmatur *pragm.* 1. 2. & 3. *sub tit. de usur.* & optima quidem ratione, nam fœneratores magis, magisque terrentur bonorum periclitatione, quàm pœnis criminalibus, quæ ob multa requisita, ac raras quærelas difficulter, irrogantur. Unde *Carav.* hoc *in ritu nu.* 2. advertit nulla alia meliori pœna coerceri potuisse, & ipso laudato rescribit *Monac. ad Minad. add. dec.* 39. *sub num.* 5. necnon *Muscatel. in prax. crim. mem. tit. de privil. & pæn. usur. num.* 30. & ante ipsos *Marant.* 1. *p. verb. Inquisitio num.* 116. cujus meminit *Avus meus ad Capyc. cit. dec.* 49. *nu.* 1., & noviter *Franc. Maria Prato respons. crim.* 8. *num.* 16. & *Plato* ille divinus *Philosophus in lib.* 5. *de legibus*, censet illos ita esse multandos, ut sortem, usuras amittant, quod pariter olim Romæ consultum erat per *legem Gabiniam*, quando quis ultra permissum, fœnerasset, teste *Rosin. antiquit. Roman. lib. c.* 20. quod

quod ſi hoc apud Ethnicos, quanto juſtius apud Chriſtianos eſt ſervandum, qui Evangelica luce eorum nequitiam clarius proſpiciunt, prout pluribus in locis providi Principes peculiaribus conſtitutionibus decrevere, & Theodorici ſimilii edicto meminit *Caſſiodor.* Henrici IV. Gallorum Regis, Pari.Conſtit. refert *Filibert. de legib. abrog.lib.6.quæſt.*60. & tale inter milites Hieroſolymitanos viget, inſtitutum, regiſtratum *in lib.inſtit.tit.*16.*cap*.4.

6 Hinc pendente uſurarum cauſa, licito jure procedere Curiam ad ſequeſtrum, & annotationem bonorum mobilium, nè fiſco fraus fiat, multorum authoritate fretus infert *Carav.num.*3. & inſequitur *Monac.ad Minad.dec.mem.*39.*num*.5.*in fin.* & *Muſcatell num.*32.prævio inventario, de quo *Clar. lib.*5.*§.fin.qu.*44.*ſub n.*2.& *Carrab.in tract. praem. M.C.V.ſub num.*106.*in annot.* quod *Carav.*effatum reſtringit *Pratus* mox *add.loco*, in Neapolitanis, quorum bona haud publicantur, ex peculiari privilegio, niſi dumtaxat in crimine Læſæ Majeſtatis, tùm divinæ, tùm humanæ, quodque eſſe viridi obſervantia autumat, ex *Affl.in conſtit.Regni adulterinam* 2.*notab. de Franch. deciſ.*102. *in princ.* & magis in terminis *dec.* 213. extendento etiam ad Neapolitanam extero nuptam.

7 Quod autem deſiſtentibus accuſatoribus, qui ad agendum ordinariè fuiſſent admiſſi, ſuam,ſuorumque injuriam proſequentes, valeat fiſcus, potiſſimùm in hoc crimine uſurarum,cæptam inquiſitionem proſequi, ſivè ante, ſivè poſt litis conteſtationem, omnium conſenſu, & authoritate S. C.definivit apud *Minad.dec.*39. quem laudat *Reg. Rovit.in pragm.*1.*de uſur.nu.*28.*Borrell. conſil.* 12. *num.*5.necnon *de Franchis dec.* 552. *Muſcatel.in indic.rub.de priv.*& *pen.uſur.num.*6. *Peguera dec.* 35.*Thor.p.*1.*compend.deciſ.verbo fiſco inſtante*, *Carav.*adducens reſcribentem *nu.*12. decretum S.C. penès Antonellum Falangouum tunc Secretarium; cujus determinationis memores ſunt *Lud. Foller.in prag.fin.de compoſit. nu.*103. *in fin. Petr. Foller.in fragm.prax.crim.tit.de uſur. num.*55. *in fin.Muſcatel.*& *Borrell.adduct.loc.* necnon *Epiſcop. Ricc.collect.*1813.*p.*5.*Thor.indic.p.*1. *compend. verbo fiſcus an poſſit*, necnon *verbo fiſcus an accuſatores*; Et quidem niſi ritus ita ſtatuiſſet, illiuſque intuitu millies dece ſum fuiſſet, certè non utique licuiſſet ob regulam illam juris civilis, in deli-

8 ctis,in quibus venit imponenda pœna publicationis bonorum (ſicuti in Regno pro uſura) quia permiſſa eſt tranſactio; Judex nequit amplius procedere, ſi pars receſſerit, ad *tex.in l.tranſigere*, *C. de tranſact.* ubi notant etiam *Doctores*, tametſi Juris Canonici ſanctione perfecta id paſſim fiſco liceret, ex *cap.*2.*de Colluſ.detegen.* niſi ex charitate, non præmio illorum fuerit concordia comparata, dicitur *cap.* 1. illiuſmet *Rub.* Imò, & ipſo accuſatore mortuo de Jure Regni fiſco proſequi licebit, ipſoque accuſato defuncto, judicium durabit quoad perſecutionem bonorum contra hæredes, advertit *Muſcatel.add.loco num.*11. quique *Afflictum* tuetur ab impugnatione *Carav.*hoc *ritu num.*11.& 12.

9 In hoc uſurario crimine, etſi publico, admitti procuratorem, dummodò ille ſpeciale habeat mandatum, *Carav.*aſſeverat *num.*8.& 9.quem inſequitur *Muſcatel. cit. num.*12. eò nixi principio, quod quando ex delicto pœna venit imponenda pecuniaria, procurator admittatur, quod amplectuntur *Guazzin. ad defenſam reorum defenſ.* 12. *cap.*1.*poſt nu.*51.*Clar. pract.crim.§.fin. qu.*32. *verſ. cæterum*, *de Angel.ad Foller. rub. audiantur excuſatores num.*1.*verſ.duodecima declaratio*, etiam ſi pœna privationis omnium bonorum inſtigatur,& præter illam, infamiæ quoque minetur, advertit *Boſſ.pract.crim.tit.an in criminalibus Judic. num.* 4.& collimant exarata per *Theſaur.dec.*265. *num.* 8.inſequiturque in terminis uſurariæ pravitatis, ex *Carav.Angel.Scialoya in prax.forjudic. cap.*8.*n.* 41.lateq;*Franc.Mar.Prat.pract.obſerv.cent.*1. *obſer.* 30. nos autem hoc plenius extricamus *rit.* 196.

10 Pulchra fuit indagatio in materia fœnoris, an dicatur uſura, quando pendente dilatione data in mutuo, de intereſſe paciſcitur; Et certum, uniformeque interuſurium à principio ſtatutum in contractu mutui cohoneſtari, ac ſuſtineri ſub nomine intereſſe falsò exiſtimant nonnulli nihil enim tàm repugnat ipſius intereſſe naturæ, quàm reſignatio certæ,ac continuæ præſtationis, nam ſi definitur,quod eſt acceſſio ſortis ratione ejus,quod amiſimus,vel lucrari non potuimus adverſarii culpa,quomodo id certè ſtatui poteſt, ſi incertus eſt exitus? pendet iſtud ex circumſtantiis rerum, temporum, ac perſonarum, quæ variæ ſunt, itaut modò plus, modò minus, modo nihil interſit. Quarè concluditur id, quod intereſt certis finibus concludi, ac definiri non poſſe, ſed pro varietate factorum variè exiſtimandum, ad *tex. in l.*1. *C.de ſent. quæ pro eo, quod intereſt*, ut proptereà probatio omninò requiratur, per quam reddatur certum, quod interſit, & quantum interſit. Hoc namque intereſſe ex duplici cauſa evenit ex damno, ſcilicet emergenti, & lucro ceſſante.Etſi ex primo capite oriatur indubitati eſt, quin omninò damnum ſpecificè ſit aperiendum, ut illius refectio conſequatur, teſte *Menoch.* aliis laudatis *de arbitr.lib.*2. *caſ.*119. *num.*16. Si verò ex ſecundo capite provenit, tunc lucrum proventurum ſpecificè, & certitudinariè eſt probandum actu proximum, non per poſſibile, vel ſolitum, ut advertit *Paul.de Caſtro in l.*3.*§.fin. nu.*3. *ff.de eo quod cert. loc.* quem pluries ſequuta fuit Rota Romana apud *Put. dec.* 214. *lib.* 1. *Seraphin. dec.* 88. *num.* 3. & *dec.* 1246. *in fin. Moedan. dec.* 207. amplectuntur *Lupus in l. curabit num.* 116.*Cod. de action. empt. Pegner. dec.* 33.*num.* 11. *Chriſtoph. Mart. dec.* 14. *num.* 12. *Præſid. Merlin. controver.forenſ.lib.*1.*cap.*75. *num.* 17. id quod deducitur ex peregrino *textu in l. quemadmodum* 29. *§. labeo*, *ff.ad l.Aquiliam.* ubi ſi navigantes eorum culpa damnum præbent in teſis retibus piſcatorum, tenentur ad ipſius damni refectionem, non tamen ad præſtandam extimationem piſcium, qui nondum capti erant, & ſub incerto manebat, an capiendi forent, & tamen adeò proximum eſt ex communiter accidentibus, ut ex jactu retis piſces capiantur, ut jactus extimationem recipiat ad *tex.in l.ſi jactum.ff.de action. emp.* Tantùm igitur abeſt, ut quis teneatur ad refectionem ipſius lucri, quod anceps eſt, an pervenire poſſit, tametſi potentia proximum ſit, & juxta hæc S.C. judicavit penès *Affl.dec.*20. in in-

teresse pretii non soluti tempore convento, & licet ibi per venditorem fuerit deductum solitum ex pecunia lucrum consequi, tamen supremus ille Regni Areopagus minimè debitorem multavit ad commune interesse respectu pretii, sed solum ad interesse respectu fructuum rei venditæ, & tutatur *Anell. de Amat. cons.58.num.25.& cons.65.num.7.* quodque explanat *R.Merlin.lib.2. controv.forens.cap.50.*

Hocque quippè eò fortiùs procedere in foro poli, in quo partium assertio nullius est roboris lucrum remotum exigere est usura, sed certum, individuale, proximum, & paratum exquiritur ex *Div.Thom. 2. 2. qu.78. ar.2.versic.ad primum,* autumant *Navar. de restit.lib.3.cap.21. num.301. Bagnes qu.78. vol. 7. vers. 7. conclusio, Lexins de justit.& jure lib.2.cap.20. dubit.11.num.82.*

Si igitur lucrum certitudinariè est probandum & actu proximum, non per possibile, & communiter accidentia sequitur, quod definitè de eo statuere a principio esset futura divinare, & id taxare juxtà rationem quantitatis mutuatæ, seclusa probatione, nihil differret ab usura, nisi nomine, ut propterea irrefragabile reddatur *DD.* placitum mutui contractum, in quo de certo continuoque interesse sit pactum, esse feneratitium, haudobstante emptionum frequentia, quæ in magnis civitatibus quotidie partæ esse solent ut firmat eruditissimus *Theologus,* & J.C. insignis *Consil.D.Thomas Carleval.2.tom.de Judic. lib.1.tit.3. disp.8 sect.6.num.79.* quinquaginta novem legum coryphæos subnectens, quibus, & nos adnectimus *Crass. dec.1. de usur. Camill. de Medic. cons. 27.num.29.& 30. Giovang. consil. 46. nu.8. Ciarlin.cap.29.num.30.lib.1. controv.& lib.2.cap.157. Cyriac.lib.3. controv.& cap.549. num. 37. & 38. Mart. vot.163.num.1. Gratian. lib.1. discept. cap.67. num. 24.* sermocinantes, etiam data frequentia emptionum, hocque strictiùs habere locum debet hisce nostris calamitosis temporibus, in quibus nil tamtum, & incertum est lucrum, quoniam si paratæ emptiones sumantur pro mercatura mercium, quæ continuò venduntur, & emuntur, & in illis nullum assignari potest lucrum solitum, quia nedum pervariè illud fit, sed aliquando etiam amittitur capitale in totum, vel in partem, potissimum, quod hæc in hujusmodi industriæ professoribus dumtaxàt considerari possunt, non communiter. Si verò emptiones capiantur pro annuis introitibus, qui emuntur, & ex istis, ut experientia docet ad summum percipitur aliquid minimum, nam si dictæ emptiones sunt cum Regia Curia, vel cum Civitate super arrendamentis post abdicationem alagiorum proventus non adscendit ad duos pro centenario, addito periculo retentionis alicujus partis, ut sæpissime evenit, & fiscalia omninò sunt inexigibilia. Si cum Bancis, & hæc non sunt adeò promptæ, ut paratæ dicantur, nam non est possibile assequi, nisi aliquo studio, vel gratiositate, & non destinantur magis, quàm quatuor pro centenario. Si verò illæ fiant cum particularibus, ut plurimum sunt litibus involutæ, & in dies accidunt decoctiones illorum, qui ditiores ex communi opinione existimabantur, & sæpiùs non excedunt sex pro centenario, & quamvis Pontificis diplomatis vigore admittantur emptiones usque ad decem, tamen nunquàm ad hanc rationem pervenire inveniuntur, nisi ab his, qui cum decoctis pertractando, de sorte etiam sortiri intendunt.

Addimus non ideò, quod essent parati annui introitus ad septem, vel octo pro centenario, admissa laxiori existimatione, tot idem in mutuo ratione interesse percipi posse, cum ex prædicto lucro annuorum introituum onus deduci debeat, quod est amissio capitalis, & pactum de redimendo ad libitum venditoris, illudque adeò est æstimabile, ut conventio reducens necessitatem census ad libitum creditoris redimendi, fœneratitium contractum reddat, ut multis *DD.* & Rotæ decisionibus fretus insinuat *P. Duard. tract.de censibus par.1.in extravag. Pii V. quæst.3. num.53. & dec.143.num.2. tom.2. & Card. Mantica de tacit. lib.4.tit.31.num.69.* adeò ut dicta facultas sit extimanda ad rationem duorum pro centenario, monet idem *Carleval.add.sect.6. num.104.* Atque ex his deflectimus, ut Doctorum contrariam aleã sustinentium ex frequentia emptionum, potissimum in Regno, qui sunt *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit.4.§.5.num.77. Cons.Theod. alleg. 40. nu.30. Consil. Marcell.Marcian.cons.50. num.4. lib.1. R.Merlin.add.cap.50.cent.2. controv.forens. num.27. Gait.de credit.cap.2. tit.7. num.1756.* admittamus, quatenus interesse conventum intra ejus quantitatis confinia consistat, quæ verisimiliter mutuanti interesse poterit, si pecuniam ille retineret, vel in solito negotiari, *Menoch.lib.2.de arbitr.cas.119.num.3.* secus si solitum, & frequens lucrum excedat, nam tunc non data alia probatione, usuram continere affirmamus. Hinc legimus in magnis Civitatibus inter negotiatores taxari interesse tantùm ad sex pro centenario, ita in Patavio *Peregr.* testatur *dec.83.num.12.in Taurin.Fab.lib.4.C.tit.de usur.defin.2.* Romæ, *Stephan. Gratian.discept.forens. lib.2. cap. 387.* & in terris Imperii tradit *Canisius de usur. cap.9.observat.constit.Imperat. Rodulfi II.* cum qualitatibus relatis à *Leotard. de usur. quæst.3. num.28.*

Quod si mutui contractus à principio non sit fœneratitius, cum nihil ultrà sortem fuerit stipulatum, si posteà ex mora excessivum interesse conveniatur, vel exigatur, fenore polluitur, ut *DD.*relatis indicat *Leotard.qu.4.num.16.& qu.8. num.4.* itaque habendum est, ac si à principio in ipso contractu de usuris fuisset initum fœdus, cum actus, qui pendet à voluntate libera, dicatur quotidie esse in fieri, non solùm in illo instanti temporis, quo ordinatur, sed etiam, & postea, quia, sicut causa, quæ est in primo fieri antequam obsolvatur in scriptis dependet à partibus, ita, & posteà, ut in simili arguit *Bal.in l. petens 27. nu.49.in fin.C.de pact.* & contractus, etsi à principio perfectus, ex post facto novam recipit formam ex novi pacti adhærentia, *Salgad.in laberynt. credit.par.1.cap.36. num. 43.* Pactum an subsistat, quod super liquidatione fructuum, damni, & interesse partis juramento stetur, explanant *Ant. Gabriel.commun.opin.lib.3.tit.de testib.concl.1.nu.31. Viv.lib.1.commun.opin.423.opin. limit.3. Covarr.lib.2.var.cap.13. num.1. Hermosil.in add. ad ll.Hispan. Glos.4.l.10.tit.1.p.5. tom.1.à num. 425. pag.143.* integerrimus, ac peritissimus *Dom. Con-*

sil.

ſil.Hediern.in repetit.l.hac edictali q.32. Cod. de ſecund.nupt.

An autem contractus fænerariam pravitatem
1 continens in totum corruat, vel ſublato pacto ad æquitatem reducatur, inquirunt noſtrates, & diſtinctionis fœdere hanc *DD.* antimoniam conciliant, nam in venditione annuorum introituum, qui eſt contractus de per ſe à jure permiſſus, pactum excedens ſummam à Bulla taxatum; vel ratione majori quantitatis annui interuſurii, ſivè anticipatæ ſolutionis, vel ratione injuncti oneris venditori, quod ad emptorem ſpectaret, tantum vitiatur, firmo in reliquo remanente contractu, tradunt *de Graſſis except.28.num.62.tract.de except.* aliiſque quos laudat, & inſequitur *Reg.Capyc. Latro dec.116. num.22.lib.1.controv.cap.96. num.19. Avus meus ad Capyc. deciſ.49. num.3. in nov.ex tex.in l.placuit 29.in l. pecunia, & l.uſuras 20.ff.de uſur.& in l.ſi ut allegas, C. eod. & in l. ſi pro mutua, C.ſi cert. petatur*, & me patrocinante deciſum fuit per S. C. in cauſa creditorum Ill. Martii de Ugno Marchionis Turricellæ, ſub die 4.Martii 1653. in Banca Litti, referente *D.Thoma de Aquino tunc Regio Conſiliario, deindè Emeritiſſimo Regente*. Idque potius ex ſumma æquitate, quam juris rigore admittit *Reg.Conſtant. in l.1.& 2. num.37. C. de fiſcal. uſur. lib.10. & P. Duard. de cenſib.§.2.qu.21.num.54.& q.26.num.15.* quidquid prorſus huic ſententiæ contradicant *Felic.de cenſib.cap.10.num.28. Seraphin.dec.1006. num.1. Salas de contract. tit. de cenſib. dubit.12. num. 7. Philip.de Paterno de cenſib. lib.1.cap.9.num.14. & lib.2.cap.1.num.28. Jacob.Gall.conſ.83. num.2. & 3. Leotard. de uſur. qu.59. num. 11. Guid. Papa conſil.180.* cæterique, quos laudat *Reg.Capyc. Latro memor.dec.116.num.31.* & ſub ipſius tutela in primis annis advocationis deciſum in S.C. memoret *Præſ.S.C. ac Reg.Camill.de Curt. in 1.par.diverſ.feudal. cap.8. num.7.* & eum memores ſunt *Conſil. de Georgio in repet. feud. cap 42. num.9.Amend.ad Franch. deciſ. 139. num.4. Thor. par.1. compend. dec. verbo contractus nullus, pag. mihi* 133. qui innituntur *text.in l.non dubium, C. de legib.& in l.generaliter 26. ff. de verbor. obligat.* Si verò agitur de contractu mutui, in quo uſuræ ſpecialiter damnantur, & tunc proculdubio aſſirmare non vereor, contractum eſſe in totum ipſo jure nullum, cum *Peguer. dec.33. num.12.* determinationem Senatus Luſitani ſubnectente, *Jo: Crot.conſ.250.num.41.lib.2.Alciat.in l.1. §. ſed ſi mihi ff.de verbor.obligat.* necnon *Maſtrill.* poſt alios *dec.245.num.41.* ea quippè ratione, etenim, cum mutui contractus ex uſurarum conventione circa formam recipiat contradictionem, nam ejus eſſentia deſcribitur à *Cervino in lib.3. inſtit. tit. quib.mod.re contrahit, obligatio quaſit.1.* eſſe contractum ſtricti juris, quo quantitas ea lege alicui datur, ut eadem nobis in ſuo genere reddatur, ſi uſuræ adduntur, non eadem redditur quantitas, dum ex tempore augetur. Unde alterum ex duobus naturaliter implicantibus evenit, vel percipi emolumentum ex re in alienum dominium tranſlata, vel recipi pretium ex ente non æſtimabile, ſic explicante *Soto de juſtit.& jure lib. 6. quaſt.1.art.1.col.9.*

Quarè ſi ex uſuris contractus forma alteratur, conſequens eſt, illum in totum corruere, cum ab ea juxta philoſophorum effatum recipiat eſſe, & abſolutum in jure inveniatur, ut non ſervata actus forma, ille haud ſubſiſtat, ad *tex.in l. 1. Cod. de præd. curial.* & confirmat *Gallerat. de renunc. cent. 1.c.20.nu.1.& 7.*

Atque ex hjs elucet reſponſum ad jura, *in l. placuit, & l.pecunia*, cum aliis adductis, nam cum civili jure permiſſæ eſſent uſuræ uſque ad certam quantitatem, prohibitio erat tantùm in exceſſu ſtatutæ quantitatis, itaque ſi tunc temporis ipſius contractus forma per conventionem uſurarum non alterabatur, neque per illorum augumentum alterari poterat, cum ex philoſophi dicto magis, & minus non mutet ſpeciem. Ac cum hodie juris canonici ſanctioni uſuræ omninò prohibeantur, ac earum detegatur injuſtitia, nam radicitùs ab eſſentia abdicatur, & per illas inducitur nova forma, ut deduximus, & aſſentitur *Peguera dec.33.indic.num.13.* Solum igitur poſſunt adaptari præfata jura primæ diſtinctionis parti in contractibus, ſcilicet annuorum introituum, quorum naturæ convenit interuſurium, ſolumque improbatur exceſſus, ut deciſum tradit quoque *Thor. p.3.compend. deciſ. verb. contractus, & ſect.2.verbo pactum in contractu.* Quod ſi objiciatur, intereſſe adhuc in contractu mutui omni jure eſſe permiſſum, ſed id, quod intereſſe antecellit, interdici, dicimus intereſſe in exceſſu non dari, quoniam quando conventum ſuperat id, quod effectivè intereſt, id quod excedit, minimè intereſſe vocari poteſt, & cum mutet cauſam, in aliam ſpeciem tranſit, ſcilicet in uſuram conventam, ex qua contractus forma deſtruitur, & hæc cum ſit individua, locum non habet regula utile per inutile non vitiari, teſte ſubtili viro *Alciat. in l.1. § ſed ſi mihi*, ubi *Duaren.ff.de verb.oblig.* Quod ſi jura ſancierunt nullitate callere contractum iniquitatem manifeſtam continentem. *l.ſi non fuerint 29.§.Ariſto*, ubi *DD. ff.pro ſocio*, nullus proculdubiò erit contractus uſuras complectens, dum *Gregor. Niſſen. in Eccleſ. homil.4.* inquit, uſuram illum partum eſſe, quem parturit quidem avaritia, parit autem iniquitas, & obſtetricatur inhumanitas. Sub ſilentio tamen non involo, quod primo etiam caſu, firmitatis contractus, rejecto tantum pacto, ſi creditor in totum exegerit plurium annorum curruculo, & inſtrumento utatur ſimpliciter, non adempto illicite exacto, contractus nullitate ſcatebit, ut advertit *Graſſ.add.loco*, & amplexantur *Grat.conſ. 85.num.1. Cavalcan.dec.Fivizzan.13.num.38. lib. 2.Eſcob.de utroque foro art.2. de defect. ſolemnit. num.192.tom.1.Intrigl.dec.7.num.7.& 8. Viv.deciſ.369.in fin.* inſinuans ex declaratione per creditorem facta, quod intendit uti omnibus pactis in contractu adjectis, illum evaſiſſe individuum, & proindè utile per inutile vitiari.

Imò redditus illi ſuperfluè percepti, ſortem principalem extinguunt, *Menoch. conſil. 445. de Ponte conſ.70 nu.25. Maſtrill. ad Petr. Gregor. de cenſib.qu.10.nu.17.Gait.de credit. cap.2. tit.7.nu. 1580.Marott.de collect.cap.19. num.23. Reg.Rovit. in pragm.1.de cenſibus nu.31. in fin. Eſcob. de ratiocin.comput.14. Milanenſ.dec.2. num.163. lib.2. Caſtill.dec.61.num.21.Reg.Capyc.Latro dec.25. nu.*

42.Duard.de censib.in comment.extravag.Pii V. §. 3 quæst.21. nu.2. Nec huic sententiæ contradicere simpliciter videtur *Roderic. de ann. reddit. lib.1. quæst.9.nu.22.* qui negavit imputationem, sed explicavit de excessu modico intelligere, sed expressius dixit excessum rationem unius excedentem in decem totum redditum facere improbum, & in sortem imputandum, *lib.1. qu.7. num.9.& q.9.nu.22.* etsi aliquantulum dubitaverint *Anton. de Amat. resol.44.num.21. D. Alphons. Olea de cession.jur.tit.6.qu.10.nu.38.* quique hanc volit temperare conclusionem distinctione illa, qua dixit imputationem procedere, si contractus censualis nullus esset: contractu tamen valido, satis esse, si creditor restituat excessum exactum. Et non prævidit, quod ex eadem distinctione formari poterat argumentum contra suum dicterium, quia si veritate callet, quod imputatio sit à jure provisa ad usurarum cursum vitandum, *l.si non sortem, & l.102.ff. de solution.* & in creditoris multam vetitum excessum exigentis, *l. eos, §.si quis autem, C. de usur.* Necessariò si conceditur in contractu nullo, quo casu, nec usuræ, nec census debentur, etiam ratione interesse, nisi de pacto expresso constaret, & interesse probaretur, ac sors versa in utilitatem debitoris appareret, ut firmat *Leotard.de usur.qu.80.nu.20.* fortius concedenda venit in contractu valido, & censum gignente, quia tunc necessitas urget vitandi usuras, tunc succurendi debitori occasio, tunc casus puniendi creditorem fœnerantem.

Et primam Consultorum sententiam placuit omnibus ferè orbis Senatibus amplecti, *Federic. Campisan.in comment.Bull.Nicol.V. ad Petr.Greg. de censib.fol.168.nu.6.* pluries decisum a Suprema Cancellaria Vallisoleti, testatur *Olea nu.38.* in Supremo Justitiæ Castellæ Senatu confitetur *Larr. alleg.24.nu22.* multoties in Supremis Siciliæ subselliis reportant *Milanens.dec.2.num.64.lib.2. Mastrill. add. num.17.* in Curia Suprema Parisiensi refert *Papon.lib.12.tit.7.de contract. usur.arrest.2. & arrest.16.* in Concistorio Cathaluniæ *Fontanell.dec.209. num.17.* Sic Rotam Romanam decrevisse, fatur *Merlin.de pignor.lib.5. tit.1. qu.51. nu.80.* & tandem nostrum S.C. testatur *Camill.de Curte add.loco num.7.Thor.add. compend. dec.to.3. sect.1.verbo contractus pag.mihi 226.* quibus innixum S.C. referente tunc *Consiliario*, deindè *Regente Antonio Miroballo*, decrevit, bonatenentiam extinguere capitale quolibet anno à die instrumenti, in quo fuit inhibita venditio ann. introituum ab universitate ad rationem ducatorum septem pro centenario, juxta *pragm. 5. de censib.* cum pacto immunitatis collectæ, vel bonatenentiæ, cujus solutio ad emptorem spectabat, haud obstante immunitate promissa, quod firmant *Lanar.cons.31.nu.1.Reg.Capyc. Latr. cit.dec. 116.num.17.Reg.Sanfelic.dec.121.nu.7. Petr.Rizzarius in add.ad Petr. Greg. de censibus pag. 206. num.1.Mauson.de caus.execut.ampl.29. num.148.* quodq; S. C. scitum in terminis *memor. pragm.* non admittit *Mich.Angel. Gipt.in observat. ad indic.116.dec.Reg.Capyc.Latro nu.20.vers. cum agetur lib.1.*

Hinc videndum puto, nùm ejusmodi pactum, quod emptor annuorum introituum sit immunis ab onere collectarum, & bonatenentiæ validum sit, vel repugnet substantiæ contractus, idcircòque venditor, dum ea persolvit onera, videtur excessum in decima contra formam Bullæ in venditione annuorum introituum ad rationem decem pro centenario.

Et validum pactum tradit *Cenc.de censib. qu.58. p.1.* aliàs *par.2. cap.1. quæst.3. artic. 6.* determinatum subnectens in *dec. 93. post tract. de censib. quin? Nattam cons.198.nu.13.lib.1.& Rolandum cons.49.nu.35.lib.2.* contrarium affirmantes loqui in venditione rei immobilis cum pacto, quod onera pertineant ad venditorem, ex *Bal.cons.311. nu.10.lib.5.* astruit quibus non modicum suffragatur consuetudo Regni, quam generalem, & notoriam prædicit *D. Præs. Merlin. lib.2. quæst. forens. cap.96. nu. 21.* à quo non discedit *Reg.Capyc.Latro memor.dec.116. num.1.* Et adeò alii pactum de non solvendo collectas, & bonatenentiam licitum, & justum esse putarunt, ut absque ulla hæsitatione admiserint ejusmodi onerum solutionem ad venditionem annui census, non ad emptorem spectare, ex *tex.in l.hactenus, & l.si pendentes, §.si quid cloacarum, & l.quero, ff.de usur.& in l.fructus. C.de actio. empti.* quibus cavetur dominos prædiorum fructus percipere, & quidem jure proprio, undè onera ad illos pertinent, *l.1.§.annonas C.de annon. & tribut.lib.10.* ex quo *text.ibidem num.49.* colligit *Amaya* onus collectarum ad dominum rei spectare, *Bocer. de jur. collect.cap.10. vers. cæterum*, explicans *text.in l. debet, vers.quid ergò, ff.de edil t.edict.*, ut procedet in emptore corporis, nempè fundi, non juris, ut est annuus census, qui dicitur consignativus, quo quis retento rei suæ dominio, super eadem constituit annuam pensionem, quam alteri se soluturum, recepto pretio promittit *Duard. de censib. qu.11.Menoch.consil.983.num.12. & de præsumpt. lib.3.præsump.107.nu.2. Leotard. cons.162. Sot.de just.quæst.5.Reg. de Pont. dec.32. nu. 2. Lopez in l. 28.Glos.3.tit.8. par.5. Foller. ad prag. de censibus versic.& hujusmodi census nu.5. Milan. dec.7. nu. 54.lib.2.Padill.in l.3.num.12.C.de servit.& aqu.P. Molina de contract.disput.372.lit.B.Avendan.cons. 12.Felician.lib.1.de censib.cap.4. num.2. tom.1.& cap.1.nu 5. tom.2. Franc. de Amicis in rub.feud. fol.49.Bilocta in alleg. inserta post tract. de absol.à juram.Cæsar Carena resol.174.nu.3.* invehens contra *add.dec.116.Reg.Capyc.Latr.*

Unde in jurgio inter Ducem Ardoris, & U. J. D. Octavium Parisium Baronem Paniscoculi, astruente dicto Duce debitore, non teneri ad solutionem annualitatum vigore contractus usurariæ labe maculati ob excessivam censuum, ad decem pro centenario exactionem, & bonatenentiam solutam à venditore è Sacro Consilio, sub die 24.Januarii 1661. relatore Advocato celeberrimo, & viro undique clarissimo, & nunquam satis laudato *Dom. Cons. Josepho de Rosa* manavit scitum, quod infra quatuor dies audiantur partes, non impedita interim solutione tertiarum, penès Act.Mag.de Martino.

Verùm, quod tale onus ad emptorem spectet, & pacta in contrarium omninò sint improbata, ac damnata, tradunt *Camill.de Curte loco add.n. 7.Merotta* decisum memorans *de collec.cap.20.nu.*

nu.

1. cujus meminit *Thor. in supplem. compend. decis. verb. Creditor*, *seù Emptor*, & aliàs referente *D. Ferdinando Brancia*, admonet idem *Thor. in comp. dec. p. 3. verbo contractus, pag. 226. Sanfel. decis. 121. num. 7.* & plures decisiones adducit *Giss.* ad sæpiùs *indic. decis. 116. Reg. Capyc. Latro*, quin ? advertimus, adeò indubitatam fuisse, & esse consuetudinem, ità judicandi in Regno super hoc articulo, quod D. Flaminius Carrafa, qui obtinuerat à M. C. V. sub prætextu quod erat Neapolitanus, quod conventi solverent tertias, haud refragante objecto solutionis bonatenentiæ, teste *Gissio loco add. num. 12.* introducta causa in S. C. appellationis remedio, timens contrariam sententiam, elegit relaxare duas partes sui crediti, ut ex instrumento transactionis liquet exhibito pœnes acta memorati processus Baronis Paoiscoculi, *fol. 52.* & anno 1629. fuit per Regiam Cameram in generali ordinatione injunctum in vim legis servandæ, omnibus Regni numeratoribus, ut emptores census describereotur in extimo universitatis pro solutione bonatenentiæ, ut patet ex partita instructionum producta in eodem processu *fol. 104.* Et hoc jure utimur, superseso tamen, quoad Neapolitanos *Capyc. Latro add. dec. 116. nu. 51. Reg. Rovit. in prag. 4. de immun. Neapol. num. 2.*

Hinc in causa liquidationis instrumenti D. Joseph de Rinaldo, contra Ill. Comitem Conversani, constito de exactione ad rationem decem pro centenario, & solutione bonatenentiæ ab ipso debitore facta fuit, junctis aulis M. C. V. denegata via executiva, & provisum quod agatur ordinariè sub die 14. Junii 1655. pœnes Gagliard. Actuar.

13 Famigerata itidem sese offert indagatio, an contractus venditionis annuorum introituum, puta centum pro capitali pretio ducatorum mille, servata forma diplomatis Nicolai Pontificis Maximi, & *prag. 1. de censib.* in quorum vicem fuit assignata, seù locata res emptori, ex qua percipiuntur fructus trascendentes summam annuorum ducatorum centum venditorum, jure subsistat. Usitarium contractum esse, si intuitu mutui facta sit locatio minori pretio, quam fieri debuisset absque mutuo, substinent *Ubald. de de duob. fratrib. p. 4. n. 8.* & ex nostratibus *Cæsar Ursill. ad Affl. dec. 20. nu. 10.* cujus meminit *Avus meus ad Capyc. decis. 175. nu. 1. Episcop. Ricc. collect. dec. 372.* determinatum subnectens apud *Capyc. dec. 49. Vilhelmus Radelant. dec. posthum. Cur. prov. traiect. 76.* Imò in fortiori casu sermocinatus fuit *Rodriq. de ann. reddit. lib. 2. q. 11. nu. 24.* locationem justa mercede factam, ratione tamen mutui extortam, fœneratitiam nuncupari, & confirmat *q. 3. nu. 48. & 52.* necnoo *Menoch. cons. 343. nu. 42. lib. 4.* quodque egregiè differunt *Cons. Mastrill. dec. Sicil. 106. nu. 40. & Honor. Leotard. de usur. qu. 7. num. 34. & qu. 8. nu. 21.* At in themate nobis superioribus annis proposito respondi, contractum fœnoris labe non scatere, dum fructus prædii non omninò eraot certi, sed incerta eorum quantitas, nam poterant non nasci ob sterilitatem, vel esse majoris; & minoris quantitatis; Hæc quippè incertitudo, & dubius eventus omnem usuram excludit contractumque admittit, ut ex *tex. in l. in Civitate 6. & in cap. naviganti ultimo*, *§. ille quoque extr. de usur.* probat *Consil. Carleval. tom. 2. de judic. disput. 8. sect. 5. num.* 51. eoocinnitq; aptè sanctio, *in l. si ea pactione 14. & l. oleo 23. C. de usur.* & potissimum *l. si ea lege 17. Cod. eod.* quam haud correctam esse de jure canonico indicat *Cacher. dec. 143. nu. 2.* & ante eum *Tiraq. de retract. convent. ad fiaem tituli nu. 135.* aliique laudati ab *Augustino Barbos. in collect. ad memorat. l. si ea lege*; quem quidem contractum, nè dum à jure non improbari, sed justitiorem cæteris aliis dici ob incertitudinem lucri, & damni advertit *Covar. var. resolut. lib. 3. cap. 7. num. 3.* necnon *Capyc. dec. 159. nu. 16.* quique contractus Antigresis appellatur à *Francisco Baldovino de pignor. cap. 16. & Mynsinger.* post alios *observ. 71. cent. 6.* hocque in mutui causa amplexa fuit Rota Romana coram R. P. D. Verospio in causa locationis, & mutui, unico contractu contentis, inter Illustrem Principem Plumbini, & D. de Renuccinis Venæ Ferrariæ io Iusula Ilvæ per decennium, pretio scutorum triginta quatuor mille auri pro singulis centum ponderibus ferri, cum obligatione de mutuando dicto Principi centum septuaginta quinque millia [illegible] sub interesse cambiorum scutorum septem pro centenario, quæ quamvis iudicasset hujusmodi contractum non sustineri, quia pecuniarum traditio fuit verum mutuum, cujus intuitu, deindè fuit inita locatio, quæ diminuta fuit de vero pretii valore ascendentis respectivè in diversis temporibus usque ad summam scutorum aureorum quinquagintaquinque, sivè quædam prætii anticipata solutio rei locatæ fuerit, tamen sub die 2. Maii 1659. recessit à decisis, contractumque validum censuit; pendetque ab hujusmodi decisionis reclamatio pro parte Ill. Principis, pro quo calamũ arripuit D. Hironymus Pepi in hujus Civitatis subselliis causarum patronus, Domini Consiliarii Hortensii Pepi mei Socerì patruelis, vir doctrina, morum candore, & vitæ probitate conspicuus, qui adeò doctum, lepidum, ac elaboratum edit responsum, ut quam mox à peritissimis Rotæ Senatoribus primum scitum confirmandum fore, secundo prorsus aboleto, in spē ducimur, stantibus multis pactis in gratiam de Renuccinis adjectis valdè Principi onerosis, quæ contractum omninò fœneratitium reddunt.

14 Practicabilis quoque emergit dubitatio, nùm census constitui possit ex sola debitoris confessione capitale pretium sibi prius fuisse à creditore mutuatum, vel alia justa causa debitum. Et non sufficere solam dumtaxàt venditoris confessionem, cum pecuniam numeratam Pontificiæ sanctiones exquirant, voluerunt *Navar. de usur. nu. 88. Molin. de just. & jur. disp. 390. nu. 2. Ugolin. de usur. c. 51. nu. 1. Lopes de contract. lib. 1. cap. 59. Mastrill. ad Gregor. de censib. nu. 5. num. 224.* alii conglomerati tùm à *Reg. Capyc. Latro lib. 1. consul. 70. à nu. 34. & lib. 2. consult. 130. in princ.* tùm à *Leotard. de usur. quæst. 59. à nu. 32. Reg. Rovit. in prag. 1. de censib. nu. 14. & 15. Consil. Staiban. resol. forens. 64. à nu. 6. lib. 1.* non quidem ex eo, quod confessio de recepto suspecta sit, & census sit contractus, in quo venditor necessitate pressus facilè ad iniquas confessiones, & pactiones adstringatur, ut censent *Felician. de censib. lib. 1. cap. 8. nu. 15. & c. 9. nu. 9. Roderiq. de ann. redd. lib. 1. qu. 13. nu. 4.* nam id non sufficeret ad improbandum contractum deducitur, ex *l. contractus, C. de non numer. pecun. l. pecunia, C. de solut.*

f.Int.l fin.ff.de instit.act. Sed quia decretum est, nè contractus censualis perfici possit, nisi præsenti, & numerata pecunia, advertunt post alios *Avend. de censib.cap.43.num.12.Mastrill.dec.94. nu.* 8 *& add.q.5.num.*218. *Conversan.ad Intrigl.q.44. Cenc. de censib.q.51.num.17.Gomez. eod.tract. de censib. c.3.num.12.de Leo in thesaur.foro Ecclesiast.par.2. cap.15.num.17.* necnon *Duard. in tit. extravag. Pii V.§.2.q.16. num.14.* exclusa quavis renunciatione exceptioni non numeratæ pecuniæ, tametsi juramenti vinculis vallata, addunt *Virgil.de Boccat.de censib.p.1.num.1.et 46.Ugolin.add. cap.51. §.2.num.2.Duard.indic.qu.16.num.32. &* 35. Verùm sat esse, si loco pecuniæ numeratæ fuerit tradita cedula bancaria, subnectunt *Scacc. de commerc.§.1.num.233.eo §.3.Gl.5.num.63. et 64.Cenc. p.2.cap.2.qu.1. art.7. nu.13.* sic decisum attestans *dec.103.post tract.Mart. cons.177. num. 32. Præs. Bellon.cons.92.num.13. Mangil.de evict. q.84. nu. 14.Farinac.decis.10.num.17. Thor. vot.99. à num. 30.Reg.Capyc.Latro tom.2. consult. 150. à num.7. Episcop.Carol.Marant. resp.ons.95. tom.5.* & in terminis dotis solutæ cum partita banci, ut nihil opponi queat, loquitur *Fontanell. de pact. nupt. claus.14.par.1.glos.unic. num.16. tom.2.* quo casu sat non est sola campsoris acceptatio, & ut in depositum sonet, sed necesse est, ut illius apocæ virtute vera, & actualis pretii numeratio sequatur, probat post alios *Leotard.sæpè sæpius cit.tract.qu. 59.num.40.* quique aliis laudatis *qu.60. à num.4.* protendit, neque ex debito antecedenti posse censum constitui, potissimum Pii V. bulla attenta, id, quod affirmant quoque *Card. de Lugo de justit.et jur.tom.2.tit.de censib.disp.27.sect.5.nu.8. Carena variar.resol.201.à num.1.* & post cæteros insequitur *Andreol.tom.3. controv.integr.cap.226. et Consil.Staib.add.resol.64.num.11.* cuique restrictioni usus non assentitur, nam constito verè, & realiter de antecedenti debito, omni prorsùs remota fraude, validè annui census contractus constituitur, ex dictis per *Castill.decis.140. lib.2. Rodriq. de ann. reddit. lib.1. qu.13. num.4. et lib.3. qu.5.num.49.*

Quod verò contractus censualis constitui ne-
15 queat ex pretio bonorum mobilium, sanxit *prag. 1.de contract.* illumque nullitati subjacere, firmant *Viv.dec.365. Mastrill.ad Gregor. q. 5. num. 224. Duard. add.§.2.qu.2.sub num.43.* etsi cum hujusmodi pretio fuisset commixta aliqua pecuniæ quantitas, extendit *Reg.Capyc.Latr. add. consult. 70.à num.45. tom.1.* de frumento in herba, loquitur *Angel.in summ. verbo usura num.* 45. de animalibus datis ad lucrum, sermocinatur *Laurent. Rodulph.in tract.de usur.p.2.qu.23.de cambiis*, & de datis ad pedaticum, meminit *Reg.Rov. in prag. 1.num.38. de usur.*

16 An usura patretur, si mutuetur frumentum vetus, ut novum restituatur, *Navarr.* explicat *in manual.cap.17.num.220.* quem laudat *Avus meus ad Capyc.decis.175.num.1.* & census an constitui possit in frumento, sicuti in pecunia, inquirunt *Cancer.var.resolut.p.3. cap.1. num. 153. Gait. de credit.cap.2.tit.5. nu.2204. cum seq.* Et vendito
17 censu annualis pensionis in frumento solvendæ, si post contractum, illius valor nimis augeatur, aut prætereà pretium census tempore contractus justum attento supervenienti tempore iniquum fiat, debeat ad æquitatem ille redigi, pertractant *Barbos. in votis decisionis post tract.de pension.vot. 10. Thesaur.dec.154. & 226. Jo.Paul.Zannar.p.1. rer.judic. integr.defin.26.* Et an valeat quis pecuniam mutuò dare alicui, ut ipsius sibi ex obligatione mancipet amicitiam, negativè resolvit post *Valent.Salon.Azor.Salas*, cæterosque *Bonac.de contract. disp.3.q.3.punc.2. propos.2. num.7. ver. sed*
18 *contrarium*, Cæterum in detestationem usuræ nonnulla scripsit *Plutarc.in commentariol. de vitand.are alieno*, quod est redactum in ejus *thesauro pag.407.*

Hancque pestem è Reipublicæ visceribus ejiciendam curent Principes, præcor atque obtestor, etenim si impedire obstringuntur latrocinia, rapinas, furta calumnias, ac Tribunalium injurias, quanto magis, & usurarum fraudes, evellere.

RITUS XXI.

ITem, quod in hujusmodi causa usurarum procurator fisci debeat designare, quæ designare debet accusator ex tenore legis libellorum, ff.de accusa. & infra de usuris alium.

SUMMA RERUM,

1 *Usuræ crimen non unum tantum est, sed multiplex, & ferè omnia complectens.*
Et quomodo Habreorum, & Chaldeorum lingua dicatur usura.
2 *Fisco instante procedi posse in causa usuraria, ostenditur.*
3 *L. libellorum formam nùm recipiat hodiernus usus.*
4 *Pertinaciter, asseverans licitam esse usuram hæreticus est.*
Omni jure probibita est usura.
5 *Summus Pontifex contractum usurarium confirmare nequit.*
6 *In cambiis cur exactio lucri permittatur, & substantialia cambii recensentur.*

ETsi ex iis, quæ ad superiorem Ritum præfati sumus adversus usurarios, satis colligi queat, quàm è Repub. sit, ut hujusmodi farinæ homines omni Jure Divino, Humano, Civili, Canonico, apud Nos, apud Ethnicos, barbarasque, ipsas nationes, proscripti, damnatique è medio tollantur, ea tamen eorum est improbitas, ut nullis satis exagitari verbis, nullis coerceri pœnis posse videatur. Neque enim crimna tantum unū est usura, sed multiplex, ac penè dixerim, omnia complectens, adeò ut non immeritò, Hebræorum lingua Niscoch; idest Mor-
1 sus; Chaldæorum verò, Chabulia, hoc est, perditio vocetur; quòd veluti aspidis immanissimæ venenato morsu, quæ ab horum artibus Respublica vulnus acceperit; præsentissimum exitium, ac perditionem timere debeat. Nec solum latronum nomine, ac supplicio digni sunt usurarii, sed, & Parricidarum, ex *Censorini Catonis* sententia, apud *Cic. lib.2. Off.* Qui interrogatus, quid

quid esset fœnerari? quod hominem, ait, occidere. Quam rectè, ac laudabiliter facerent Principes, si aliquando Agidis exemplo, debitorum juxtà, ac fœneratorum nomina, & tabulas unà in foro suarum urbium comburi juberent! Quot Agesilai jurarent: Nunquam se superiorem ignem vidisse.

Hos igitur Curiæ nostræ Ritus perstringit Cui ex verbo (hujusmodi) adjecto debere illi anteire ritum sequentem, juxta *Carav.* ordinem, optimè additionem *Constant. Papa* observavit, quem nos insectantes ex illo percipi posse fisci tantùm cum instantia in hoc crimine procedi dicimus, concordat *Ritus* 196. verum dissentit *Ritus* 237. ubi quid hodie admittat usus, & Regni jura enarramus. Interea relego lectorem ad *Affl. in constit. usurariorum, vers. quarit, Campag. in cap. noviter num.* 12. *et cap. Item quod praedicti Officiales, Fusc. singul.* 34. *lit. C. Masull. ad Capyc. decis.* 49. *sub num.* 1. *Marcell. Calà de mod. articul. §.* 2. *Gl.* 1. *num.* 569. *Marant. in* 5. *disput. Trosf. ad memor. rit.* 237. materiam hujusce ritus extricantes, necnon *Muscatel. in prax. crim. rub. de privil. et pun. usur. num.* 4. dictum *Carav.* hoc *in ritu num.* 3. examinantem *Episcop. Ricc. collect. dec.* 1219. *p.* 4. *Claud. Tutium alleg.* 33. *num.* 46.

3 Formam autem à *Libellorum*, *ff. de accusat.* proscriptam non recipit hodiernus usus, qui pro accusatione admittit quærelam, ut inquit *Clar. lib.* 5. *sentent. §. fin. qu.* 10. *num.* 2. *et Boss. tit. de accusat. num.* 2. illamque citrà sollemnem illum libellum in ipsa *l. libellorum* memoratum, præsertim cum inscriptione ad pœnam talionis, quod ex subsequentibus ejusdem *Clari*, & *Bossii* dictis apertè constat; quibusdam tantùm cum verbis exprimentibus quærelantis nomen, & Judicis, itidemque, annum, & mensem patrati criminis, itemque expositæ querelæ. teste *Farinacc. q.* 12. *num.* 6.

Post Regias Constitutiones extant quoque super hac usuraria materia ritus sub propriis titulis collocati, ubi ritus ille in hoc ritu mentionatus sub *rub. de usur.* ponitur, & exorditur, *item quod nullus admittatur*, qui quidem juxta ordinem *Caravit*, est *Rit.* 237. ubi, & nos aliqua de usuris attingimus, præter memorata in præcedenti *ritu*, hicque adjungimus, hæreticum esse

4 asseverantem pertinaciter, licitam esse usuram definisse Viennense Conc. sub Clem. V. *Azor. p.* 3. *lib.* 5. *cap.* 2. *Valentia tom.* 3. *disp.* 5. *quast.* 21. *punct.* 1. cum omni Jure illa vetita sit, teste *Corset. cons.* 25. *int. cons. crimin. divers. t.* 2. insequitur *Princeps Bisiniani super collect. seu Caten. Sanctor. Patr. sup. Psal.* 54. *lit. A. pag.* 59. *tom.* 2. etiam id firmans ex *Arist.* 1. *polit. cap.* 7. *& etich.* 4. *cap.* 1. *ad fin. Carol. Rota de privileg. mulier. cap.* 2. *num.* 102. & post alios *Barbos. in collect. lib.* 5. *decretal. tit.* 19. *de usur. cap.* 2. *num.* 2. *tom.* 3. quin nec Summus Pontifex usurarium contractum confirmare quibit, *Perez in rub. tit.* 3. *Gl.* 1. *pag.* 20. *vers. tertio lib.* 8. *Sayr. in Clavi Regia lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 8. *Rot. Roman. apud Farinac. collect.* 2. *noviss. decis.* 114. *nu.* 3. *& dec.* 296. *num.* 4. quavis rejecta consuetudine *Rodriq. de ann. redd. lib.* 3. *qu.* 5. *num.* 7. *Covar. lib.* 3. *var. cap.* 1. *num.* 8. *Ozasc. decis.* 137. *n.* 18. *Thesau. dec.* 57. loquentes potissimum de cambio sicco, ex quo tanquam ex mutuo, non licet interesse quodvis percipi, nam aperta foret usura, cum lucrum ob solam dilationem temporis acciperetur; non autem ob alium verum titulum, *Bannes* 2. 2. *q.* 78. *ar.* 4. *dub.* 5. *Salon. q.* 4. *de camb. art.* 1. *Tusc. verb. cambium concl.* 11. *num.* 11. *&* 14. *Bonac. add. tract. dat. disput.* 3. *q.* 5. *de camb. punct. unic. propos.* 1. *Bertaz. cons.* 254. *Reg. Rovit. in pragm. de usur. num.* 42.

6 In cambiis etenim, ubi substantialia concurrunt, ratione incertitudinis, discriminisque, quod subeunt contrahentes, itineris præsertim causa, ob varios rerum eventus difficillimè peragendi, antequam ad destinatæ solutionis locum perveniatur: ubi institutus solutioni præpositus degit; quæ cuncta à gravissimis etiam expensis, præter superius expressa pericula, non sejunguntur, lucrum permittitur, licitumque diluducatur *Div. Anton. in summ. p.* 2. *tit.* 1. *§.* 48. *&* 49. *Castrens. cons.* 51. *num.* 2. *Roman. cons.* 238. *num.* 6. *Castill. dec.* 112. *num.* 10. *Borgon. decis. fin.* 2. *num.* 2. *tom.* 2. At ubi personarum coocursus non intervenit, ad locum non fit accessus, ibique promissa, ac diversa pecunia non adinvenitur, institutores non adsint, ex diversis rerum contingentiis pericula non subeuntur literæ non transmittuntur, cambium haud reale, sed injustum, siccum, & sub cambii colore velatum dicitur, apertamque continet usuram, nullumque parit interesse, ut tradunt præceteris *Vasq. lib.* 3. *controv. illust. cap.* 60. *à num.* 7. *Rodr. add. tract. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 17. *Pater August. Morl. in suo emphor. p.* 1. *num.* 2. *de reb. credit. q.* 21. *nu.* 11. *&* 42. *Genua de script. privat. tit. de liter. camb. num.* 9. *&* 10. *Gait. de credit. cap.* 2. *tit.* 7. *num.* 1246. *P. Bernard. Justinian. in tract. de camb. Italico Idiomate typis impresso q.* 2. *&* 3. *Reg. Capyc. Latro dec.* 106. *num.* 38. *&* 39. *lib.* 1. *& consul.* 125. *à num.* 2. *lib.* 2. *Peguer. dec.* 33. *Rot. Januens. dec.* 37. *num.* 11. *Rota Romana apud Farinac. dec.* 52. Aliasque Rotæ determinationes recenset *Barbos. in collect. DD. ad cap. naviganti extra de usur. num.* 4. *lib.* 5. *tit.* 20. *Mercad. lib.* 4. *de contract. c.* 7. *pag.* 122. *in* 2. *par. vers. de mas desto, Scacc. de commerc. & camb. §.* 9. *num.* 52. *&* 53. *Discalceat. S. August. in tract. de pracip. jur. et justit. par. lib.* 2. *cap.* 66. *de camb. sub num.* 10. recensentes cambii substantialia requisità. Sed de his hactenus.

RITUS XXII.

Item procurator sine advocato fisci, vel contra nihil potest.

SUMMA RERUM.

1 *Advocatus, & Procurator fisci sejunctim exercere queunt proprium officium.*

2 *Id tamen Jure communi, & non Rituum.*

1 CUM aliud sit munus procuratoris aliud verò Advocati, idquè adeò, ut Advocatis veterit ritus centesimus exercere ad procuratores spectantia, quæ inibi tetigit præfatus ritus, non mirum

mirum, si in judicio adesse debent, & Procuratores & Advocati præsertim nomine ut peragendis causis interfint; & quia unusquisque eorum de Jure quit fine altero proprium exercere officium ex adductis à me ipso alibi; quod fortasse cognoscens Regina Joanna non expedire Curiæ, expresse mandavit in hoc ritu, ut procurator fine Advocato fisci; & è contrà nihil possit, ejusque cordi adeò adhæsit isthæc conclusio, ut non contenta, quod eam scripserit in *rit.* 17. ubi multa notavimus, volens, magis, magisquè ostendere eiuxam ejus voluntatem, ut præfata decreta exequutioni demandarentur, hoc in ritu repetere censuit, eisdemque explicare verbis, quæ illo in ritu scripserat.

RITUS XXIII.

Advocatus pauperum potest etiam contra fiscum aliorum causas defendere.

Item, quod Advocatus pauperum contra Curiam & contra omnes, & pro omnibus quos ipse vult advocare possit, exceptis in causis Ecclesiarum viduarum, pupillorum, & miserabilium personarum, quibus necessario, & gratis Advocare teneatur, & debeat.

SUMMA RERUM.

1 *Romani Senatus liberalitas laudibus extollitur, ac Gillias: Tulliusque hostilius, aliique, & Summi Pontifices, ac Cardinales qui in pauperes liberales fuere commendantur.*

2 *Advocatum pauperum à Curia dandum in causis peragendis Regina nostra Joanna hoc ritu cavit, aliisque in locis.*

Hispanearum Reges non modo in Tribunali Magnæ Curiæ pauperum Advocatum eligunt; sed in singulis Regni Provinciis.

3 *Advocatus pauperum M. C. V. quonam stipendio potitur, & an togatus incedat, & alia ejus privilegia recensentur.*

4 *Pauperum patronus nùm interesse debeat, cū Judices suffragia præstant, uti intervenit fisci patronus, & an fisci procurator.*

5 *In pluribus locis datur à Regio foro pauperibus advocatus in criminalibus.*

6 *Pauperum Advocatus esset etiam eligendus, qui civiles eorum causas perageret.*

Et laudantur in hoc Hispanorum Jurisconsultorum mos.

7 *In hac Civitate apud Clericos Regulares in Cemeterio SS. Apostolorum sodalitium est extructum Advocatorum, qui miserorum causas, quas justas cognoverint, propriis sumptibus peragendas suscipiunt.*

8 *Apud patres Societ Jesu, domus professa hujus Civitatis, alterum fuit institutum soladitium sub tit. S. Eleazarii ad causas pauperum defendendas ex opere charitatis.*

Decisio emanata à Collaterali Consilio apud Reg. Capyc. Latro decis. 169. lib. 2. in dubium revocatur.

9 *Decretum Sac. Congregation. rituum prelatum referente Eminentiss. Cardinali Philonardo Auctoris Avunculo, adductum à Barbosa explicatur.*

10 *Omnes causidici patrocinari tenentur egenis, & miseris sine pretio.*

Judex mortiferam perpatrat labem, si inopi in necessitate de patrono non provideat.

Advocatus oblatam à paupere mercede ultro, suaq; sponte respuere tenetur.

11 *Judices itemque Actuarii, & id genus Amanuensium, ab inope non valent tuto solarium arripere.*

Et cujus sumptibus teneatur Actuarius si extra judicium pro paupere accedere habeat.

12 *Medicus quoque pauperes infirmos gratis adstringitur mederi.*

Teneturque mederi divitem infirmum solvere renuentem.

13 *Advocatus pauperum gratis patrocinari pupillis, viduis, &c. ex ritu tenetur.*

Et multa de Advocato pauperum remissivè.

Illius munus quod sit, & coram quibus teneatur patrocinium præstare.

14 *Pauperum Advocatus quem tueri adstringatur, lite orta inter duos aquè miserabiles.*

Et an potius Actori, quam Reo.

15 *Advocatus, qui à pluribus quot annis recipit salarium, si contigerit inter hos clientes litem oriri an possit unum contra alium defendere.*

1 Quotiès veterum Romanorum virtus ac pietas mihi venit in mentem, vix admirationi animum subripere valeo, nemo unquam erit, qui Romani Senatus liberalitatem laudibus non extulerit, cum conjugum dotem, quòd ea Scipionis filiæ caruissent erogare se ex asse teneri omnium votis percensuit? quis Gilliam non celebrabit, adeò in miseros profusum, ut de illo Valerius affirmaverit. Ergo quod Gillias possidebat, omnium quasi commune patrimonium erat, quisnam Tullii Hostillii pietatem silentio præteribit, qui pauperibus eos agros, ac prædia impertiit, quæ cæteri sui pares Reges luxuriei, superbiæque incitamentis donaverant, quis Cimonem Atheniensem non laudaverit, qui Urbem quotidiè inter socios nummorum sacculos deferentes circumibat, ut pauperibus erogaret? quod de Leo. X. fatur *Episcop. Isterniensis Marc. Ant. Gennens. in opusc. navicul. Petri cap.* 4. Principes, Gentiles, atque Christianos, Summos Pontifices, Cardinales, Episcoposque magnos eleemosynarios, *cap.* 2. 3. 4. 5. & 6. recensens.

Sed quid hos referam, aut reliquorum pietatem cum Reginæ nostræ pietate conferam, quæ nè vel mortua sublevandis miseris defuisse videretur,

2 Advocatum pauperum causis peragendis à Curia dandum, quique illos non venali oratione defenderet pro Regni felicitate, ad memoriam sempiternam hoc ritu aliisque in locis cavit.

Hos etiam pietatis igniculos jam tùm fovere Invictissimi Hispaniarum Reges consuerunt, qui non modo in M. C. V. Tribunali pauperum Advocatum eligunt, verum etiam in singulis Regni provinciis aliquem creant *Consil. Pascal. de virib. patr. potest. par.* 2. *c.* 2. *num.* 88. quibus stipendia constituunt, quique M. C. V. præsidet annuos duca-

ducatos tercentum conſequitur teſte erudito vi-
ro *Nicolao Tepio patricio Theatino de Origine Om-*
3 *nium Tribunalium p.1. lib.3. cap.6.nu.13.* quodqꝫ
ſtipendium auctum fuiſſe ad uſque auros quin-
gentos, memor eſt *R. Scipio Revit. ſuper prag. 15.*
num.7. ſub tit. de offic. quin togatus incedit, *de*
Angel. in prat. lib. 2. C. de Advoc. divers. Judic. l.
iiſdem 7. num. 5. cum Judicibus ſedet, ac in do-
mibus Conſiliariorum cunctis Advocatis præce-
dit, *Reg. Tapia de Jur. Regn. lib. 2. rubr. 15. de*
offic. Advoc. pauper. ſup. rit. 19. num. 2. In Aula
cum Judicibus conſedens, in prima hora paupe-
rum cauſas pertractat, *Ann. ſingul. 269.* à mu-
nere, & officio electatus eſt immunis, *Novar. dec.*
220. maximiſque aliis honoribus, ac prærogati-
vis decoratur comprehenditurque in ordine ema-
nato anno 1617. à S. M. quo omnis fuit ſublata
Proregi actio contra officiales perpetuos, cujus
memores ſunt *Taſſon. de antefat. verſ. 2. obſer. 2.*
num. 39. & 42. Regens Sanfelic. alios ſubnectens
deciſ. 62. lib. 1. ipſe namque officialis dicitur in
conſtit. lege præſenti, Iſern. & Afflict. ibidemque
Arnon. in pract. Judic. cap. 3. Borrell. in ſumm.
deciſ. tom. 1. tit. 65. de Advocatorum offic. num.
41.

4 Durum tamen eſſe dicere non inficior, quod
cum in cauſis ſuffragia præſtant Judices præſente
fiſci patrono, pauperum patronus non interſit,
quo nihil ſanè congruentius foret, ut ſcilicet juſti-
tiæ pietas ubique conſociata videretur.

Hinc peritiſſimus ille D. Ferdinandus Quadra
laudibus celebrata à *Conſil. Paſchal. add. loco num.*
88. (& cujus digniſſimum eſt pronepos nobiliſ-
ſimus D. Alvarus Quadra junior peritiſſimus, ac
facundiſſimus cauſarum patronus) cum pauperum
Advocati munus ageret lepidiſſimo reſponſo tran-
ſcripto à *D. Regens Donat. Anton. de Marin. lib.2.*
quotid. cap. 10. ſtatuendum fore ſcripſit, ut vel
uterque fiſci videlicet, & egenorum advocatus
intereſſet, vel neutri. In ſpem autem ducor fore
aliquando, ut piiſſimus Rex noſter cui longiſſi-
mus vitę curſum Deus Optimus Maximus largia-
tur, hoc ſtatuat ad miſerorum ſolamen, præſer-
tim, cum ex jure hoc privilegium fiſco non tri-
buatur, imò, & contrarium ſtatuatur ab *Anto-*
nio Auguſto in l. proximè, ff. de iis, quæ in teſta-
ment. delentur., ex quo id deducunt *Reg. Tapia*
lib. 2. jur. Reg. de offic. procur. Cæſar. pag. 184.
Franciſc. Salern. Siculus conſ. 61. cujus ratione
reddidit *Bald. in l. placet num. 1. C. de ſacroſanct.*
Eccl. inſequitur *Nicol. Boer. in tract. de Auctor.*
Mag. Conſil. num. 153. & teſtatur *Muta in pragm.*
tit. 2. de offic. Judic. M. R. C. tom. 1. pragm. 8. num.
21. Quod ſi fiſco illud deferri aliis arbitrarentur
inter quos *Cabed. deciſ. luſitan. 118. num. 5.* quem
refert *Thor. tom. 2. comp. dec. verb. procurator fi-*
ſcalis pag. 414. pauperum advocato denegandum
adhuc non foret, quorum cauſa pietas triumpha-
ret, quique Chriſti theſaurus ſunt, *Tiraq. de pri-*
vil. pia cauſ. in præfat. verſ. Item relicta paupe-
rib. Procuratorem verò fiſcalem omninò non in-
tervenire determinavit R.C. ſub die 23. Julii 1561.
ut teſtatur *Dom. Regens de Marinis arreſt. 240. poſt*
obſervat. ad tom. 2. dec. Regens Reverter. (quæ ob-
ſervationes dum hæc ego typis do, Lugduni edi-
tæ, in hac Civitate hoc eodem anno 1661. pro-
diere duobus tomis diſtinctæ, continentes ſum-
ma, & obſervationes ad quingentas octoginta
duas deciſiones ejuſdem Reverterii, & novem ſu-
pra ſeptingenta decreta generalia Regiæ Cameræ
quas ut potè doctrinæ refertiſſimas maximo Reip.
commodo futuras, nemo dubitare poteſt, & ad-
ſunt *prag. 23. de offic. procur. Cæſar. & 10. §. 16.*
de offic. Judic. ubi Novar. nu. 93. ac meminit *Dans.*
tom. 1. de pugn. DD. tit. de offic. procur. fiſcal. c.
1. à nu. 45. reſtringens, quoties officium emptum
fuiſſet ea conditione, ut ſedeat ex *Thor. 2. to. com-*
pend. dec. verb. procurator fiſcalis.

5 Datur à Regio foro advocatus iſte pauperibus
quique officialis Regius nuncupatur, *Thom.*
Gramm. in conſtit. lege præſente num. 4. quem
Actius laudat *in tract. de inſtr. p. 2. verbo Advoca-*
ti num. 8. Novar. de privil. miſerab. perſon. privil.
62. num. 7. Carav. in ritu 19. memor prout ſerva-
ri apud Germanos, & Hiſpanos, meminit *Matthæus*
ad Guid. Pap. dec. 561. in Camera Imperiali, *Andr.*
Gayll. pract. obſerv. lib. 1. obſerv. 43. num. 15. &
19. & apud Gallos ſcripſit *Bal. in l. magis puta, §.*
itemque ſi inops, ff. de reb. cor. a *Boer.* adductus
dec. 324. quem inſequitur *Camill. Borrell. in ſumm.*
dec. tom. 1. tit. 65. num. 40. & tom. 2. tit. 38. de
expenſ. num. 323. Franc. Marc. dec. Delphin. 127.
vol. 1. Milan. dec. Sicil. 16. lib. 1. Joſeph. Ludov.
dec. Peruſin. 47. num. 6. Paul. Æmilius Verall. dec.
18. & 19. p. 1. & perpendit *P. Fragoſ. de regim.*
reip. p. 1. lib. 5. diſput. 13. nu. 239. t. 1. ſub tit. de
advoc.

Hic qui in noſtra M.C. præeſt criminales dum-
6 taxàt, capitaleſque pauperum cauſas pertractat
quapropter meritò *Reg. Tapia de jure Regni add.*
rubr. 15. de offic. Advoc. pauper. ſuper conſt. lege
præſenti num. 1. & 2. exclamat alterum eligi opor-
tere, qui civiles quoque cauſas perageret: & Hi-
ſpanorum Juriſperitorum morem laudibus cele-
brat, qui in oratorium quoddam conveniunt, ibiqꝫ
duo deleguntur, qui ad menſem aliquot paupe-
rum lites pertractent, hoc quoque pietatis exer-
citium, ut Neapolitanæ Urbis Jureconſulti am-
plexarentur, præcabatur à Deo. Sed quid indige
alienis incitamentis aptiſſima hæc ad omnem pie-
tatis ſenſum Civitatis? ubi Advocatorum cætùs in
ſoldalitio quodam apud ampliſſimos Clericos Re-
gulares in SS. Apoſtolorum cæmeterio ſub titulo
7 S. Ivonis extructo frequens ſtatuto tempore fit,
illucque conveniunt, ac ſuis ſumptibus miſerorum
cauſas peragendas ſuſpicere decernunt, quas ju-
ſtas eſſe ante cognoverint; propterea ſingulis
annis Princeps aliquis aut alterius nobilioris titu-
li laurea inſignitus toti ſodalitati præſidere decer-
nitur, ſex quoque Advocati cæteri præſtantiores
deliguntur, è quibus quatuor præfecturam, ſeù
gubernium, duo fiſci munus exerceant, alterum
è ſecretis erarium ſeù theſaurarium alterum ju-
bent, inter quos ipſe, quæ fuit ſodalium benevo-
lentia bis fiſcum egi, ſemèl præfecturam obivi.
Cum miſero jurganti providendum eſt, à præfe-
ctis uni è ſoldalitio in tutelam traditur, qui, & pau-
pertatem, & acta cognoſcens cauſam ipſis referat
ut præſentibus duobus fiſcis pauperum favori op-
poſitas rationes perpendentibus, rem omnem ſe-
dulo diſcutiant quaſi pro egeno eſſe non vide-
rint, prætermittunt, ſi favere illi, & jus aliquod

dari statim defendendam curant suppetunt liberalissime sumptus, patronos, advocatum, procuratoremque constituunt; Die decimanona Maii qui S. Juonis laudibus sacer dies est maxima tùm illustrium virorum, tùm magistratuum frequentia in Ecclesia sacra hæc pietatis comitia celebrantur.

Incesserat anno 1646. nonnullis sodalibus cupiditas simile huic sodalitium aliud apud Venerabi-
8 les Patres Societatis Jesu domus professæ hujus Inlytæ Civitatis sub titulo Sancti Eleazarii instituere, sed renuentibus è S. Juonis sodalitate quamplurimis, atque instantibus cognita in Collaterali Consilio etiam causam coram Excellentissimo Duce de Arcos Regni clauum tunc sustinente, novum hunc Jurisperitorum cætum impediri prorsus, fuit decretum sub die 12. Septemb. 1646. referente *Marchione Torelli Reg. Hectore Capycio Latro* qui *decis.* hujusce causæ 169. *lib.2.* scripsit, ejusq; memor est *R. Sanfel. in increment. ad prax. Judic. sect. 16. vers. novissime.*

Equidem quid in hac re dicam, nescio. Si tamen pro pietate adversus illud Senatus Consultus orare fas esset, pace, ac venia tanti Senatus, quem piissimum, atque integerrimum, non nisi validissimis; gravissimisque rationibus ad eam sententiam adductum crediderim, eosdem fortasse Judices ad miserationem tàm nobilis Reæ revocaturus ex ingenuitate animi mei exclamarem. Quorsum hæc, Deus immortalis, quorsum hæc inquam, à bono opere alienatio? Locùsne pietati in amplissima Civitate ita circumscribitur tenus, ut alio progredi minimè possit? Unumne tantùm miserorum numero ferè innumero Asylum qvanta nunc ingruit pauperum turba, quanta urget egenorum præsentia? innumeras afferunt lites hoc tantùm dolent, quod patronos non habebant; quid ad eorum tutamen, ad miserias sublevandas aptius esset, quam plures, qui patrocinentur advocatorum cætus adire? quid jucundius, quam è multiplici pietatis fonte corrivatam commiserationem haurire quid satius, quam pluribus in locis defensiones haberi? Utinam id ætatis tam sanctorum charismatum emulatio insurgeret; utinam ejusmodi cætus, sodalitatesque vigerent, & apud varias Religiosorum hominum familias pietatem excolerent, commiserationem augerent, profectò nulla invaderet Urbem calamitas nulla cives ad longum protracta dissentio, longissimè abesset inopia. Vos precor pauperum patronos Cælites, ut meis vous correspondeat Supremus Regni Areopagus, curetis, & cognita rursus causa, tam miseris temporibus, pro egenorum subsidio vetus decretum deleatur, novosque cætus institui permittat, juxtà exarata per *Doct. Franc. Mar. Prato centur. 2. discept. forens. cap.30.* qui calamum arripuit ad tutamen soladitii erecti in domo professa, concinna methodo omnibus objectis occurrens quin? *num.6.* respondet exemplo ex *Barbosa* excerpto *in tract. jur. Ecclesiast. univers cap. 11. nu. 75.* decreti è Sacra Rituum Congregationi emanati, referente *Eminentissimo Avunculo meo Cardinali Philippo Philonardi*, die 6. Decembris anno 1616. quo provisum extitit haud licere Cleri-
9 cis Societatis Jesu in Chien. India Occidentali novas Christi fidelium secularium confraternitates, seù congregationes, cum usu sacrorum, absq; licentia Ordinarii, erigere.

10 Quinimò omnes Causidici egenis, & miseris sine pretio patrocinari tenentur, *§. sit ibi*, ubi *Accurs. vers. gratis Auth. de mandat. Princ. Bal. in l. furiosi, C. de nupt.* idemque *in l. providendum, §. 1.* ex eo *text. C. de postu. Joan. Girard. epigrammaton. legal. in distichis scolie* 64. *Borrell.* aliis relatis, *memor. tit.* 65. *num.* 37. *Franc. de Petris festiv. lect. lib.2. cap.9. num.* 6. *Leoncill. de de privil. paup. par.2. privil. 4. verbo Advocatus el 1. Reg. Rovit. in rubr. de postul. num.9.* etiam fæminæ, quæ ad postulandum pro miserabilibus personis legitimè admittuntur, quamvis illis postulare vetitum sit, *l. 1. §.2. loco, ff. de regul. jur. Ludovic. dec. Perus.* 49. *& Ricc. collect.* 1461. & hac limitatione responsium fuit tenebrarum patri dicenti, non posse Virginem peccatorum refugium pro anima intervenire, quæ jura ipsius diabolum consecratæ, tuenda susceperat, ut scribit *Bart. in q. inter Virginem Mariam, & demonem num. 6. fol.*120. & refert *Carol. Reta de privil. mulier. c. 2. nu.* 104. adeò quod iusiurandum emissum de non præstando patrocinium gratis, minimè patrocinatur in causa pauperum *Bal. in l. si ad excludendam post med. C. de jur. jurand. Tiraq. de nobil. cap.29. num.39. Jacob. Benius de privil. l. Consultorum p. 3. priv.71. num.*8. quin? & Judex ipse mortiferam perpatrat labem, si inopi in necessitate de patrono non provideat, eique gratis patrocinari non præcipiat; advertit *Sylvester in verbo Advocatus num.*11. ac observat *Gravat. ad Vestr. in prax. lib. 4. tit. 4. de dolo, & contumac. lit. I. num.* 32. & renuens hos suspicere munus Advocatus, interdictione officii multari potest, *l. 1. §. cura carnis, ff. de offic. præfecti urb. l. moris, §. sunt autem, ff. de pan. l. providendum C. de postul. Covar. pract. cap.6. num.4. Fragos. ad . tract. p.1. lib.4. disp.9. num.* 89. *Leoncil. cit. verb. Advocatus num.7 Roman. sing.* 26. *Alvar. de privil. pau. p.1. q.28. num.*43. *Novar. de gravam. vassall. to.2. gravam.*173. *& de privil. miser. person. priv.* 62. Imò oblatam ultro, suaque sponte à paupero mercedem respuere obstringitur, *Beninc. de privil. scholar. priv.90. num.7. Baez. in tract. de inop. debit. cap. 12. num.* 15. nonnulla pro excusandis advocatis recensent *Leoncill. indic. loco Novar. gravam. cit.* 173. *Fragos. memor. disp.* 13. à *num.* 237.

11 Quod porrige ad Judices; itemque ad Actuarios, & id genus amanuenses, qui ab inope non valent tutò salarium arripere, *§. sit ibi quoque, Auth. de mand. Princip. cap. statutum, §. insup. de rescrip. in 6. Roman. in l. si vero, §. de viro fallen.* 25. *vers.9. ff. solut. matrim. Dec. in cap.1. de prob. Gerard. singul.*73. *Rot. in antiq. dec.* 604. & in mancipatis carceribus loquitur laudatis *Carav. in rit.* 194. *not. & Capibl. de bargen. pram.* 19. *num.* 15. *Angel. Scialoja in prax. for. indic. cap.*25. *nu.* 12. subnectens obnoxios esse Barones suis expensis illos ad Regias Audientias appellantes mittere; ampliat *Novar. de Gravam. Vassal. tom.3. gravam.95. Danza de pugn. DD. tom.1. tit. contumac. c.3. per Fontanel.*

tanel. de pact. nuptial.clauſ. 4. *Gloſ.*18. *p.* 4. *num.* 85. *tom.*1. ſermocinans nedum reſpectu actorum, & ſcripturarum proceſſalium, ſed etiam inſtrumentorum confectorum à notariis, quæ gratis quoque dari debent, *Franc. Maria Prat. ad Muſcatell. p.*2.*Gloſ. conceduntur verſ. Et quoniam incidit ſermo*. Quod ſi actuarius extra locum Judicii accedere habeat pro paupere, non tenetur propriis ſumptibus, ſed fiſci praticatum teſtatur *Avus meus ad Gram.dec.*85.*n.*10.

At pauperum, pupillorum, & impotentium cauſis minimè auxilium præſtari, ſi prævium ſeſe non offerat aurum, advertit noſter *Carav. ſupra rit.*19. *ſub num.*18. cujus memor eſt *Jo.Lagan.ad Reg. Rov. ſuper pragm.* 1. *de appell. lit. E.* de quo valdè contriſtatur, & conquæritur Petri navicula apud *Epiſcop. Genuenſ. cap.*18. conſulens eligi peculiarem Judicem, necnon Notarium, Advocatumque, qui, certo ſalario conſtituto, pauperum litibus incumbant.

Medicus quoque gratis pauperem infirmum
12 mederi obſtringitur, doctrina eſt *Gloſa* ab omnibus recepta in *cap.* 1. *diſt.* 83. ampliantis etiam ad divitem infirmum ſolvere renuentem, à quo, poſtquam convaluerit, mercedem recuperabit, & Beatiſſima Virgo Maria in ſomnis apparuit patri Marſilii Ficini Medico, admonens, ut gratis egenis mederetur, ut ipſemet *Ficinus* refert *libr.* 1. *Epiſtolarum.*

Advocatus autem pauperum, ut gratis patrocinetur, jubet ritus, ſi pupillos, viduas, cæteraſque perſonas miſerabiles defendit, & contrariũ agendo peccat, *Megall.in* 1.*tom. promptuar. verbo Advocatus num.*20. *Dana. ad Gramm. dec.*85.*num.*78. eum verò alias fovet, nedùm illarum jura tueri, & pro illis advocare poterit per aperta verba hujus ritus, ſed inſuper mercedem ab illis conſequi per verba à contrario ſenſu, tùm finalia præſentis ritus, tùm alia in *ritu* 19. quæ pro illis, & gratis, & neceſſariò comparere mandant; & de hujus ritus memor eſt *Conſil. Paſcal.cit. tract. par.* 2.*cap.*2. *num.*88. verùm hodie cum maximum ſit pauperum Advocati onus, vix illorum cauſis incumbit, & in aliis non ſe miſcet, *Reg. Tapia in add. conſt. lege præſenti ſub num.*1.

De Advocato ejuſmodi pauperum, & procuratore multa enarrat *Rebuff. in concord. Franciæ tit. de elect. derog. Gl. Regium Advocatum*, quo in loco potiſſimum fatur de ſalario, & privilegiis illius, quem & *Covarr. pract. qq. cap.* 6. *num.* 4. poſtque alios, *Bovadill. in ſua politic. lib.* 3. *cap.* 14. *num.*17. *& cap.*15. *num.*75. advertit, illorum munus eſſe aſſiſtere expeditionibus cauſarum ipſorum pauperum, quinquè, ſi negligentes ſint, præfatis veniant ſpoliandi officiis, per *Caſſan. in Conſuet. Burg. rub.*4. §.6. *Gl. fin. num.* 10. *&* 11. *& Gratian. in regul.*319. *num.* 51. dummodò patrocinium præſtetur coram Judice ordinario, nam coram arbitro, ſeù alio juriſdictionem non habente haud obſtringitur advocatus, advertit *Avus meus ad add. Gramm. dec.* 85. *num.* 10. memor *Carav.* hoc *in ritu*, & laudato *Avo meo*. inſequitur *Eliſæus Danza t.*1. *de pugn. DD.tit. de Advocat. num.*5.

Quem autem tueri obſtringatur pauperum
14 Advocatus orta lite inter duos miſerabiles? *Carav.* hoc *in rit. num.* 11. prælationem munito privilegio naturali, ut pupillo, poſthabita vidua ex accidenti privilegiata, ex traditis per *Covarr. pract. qq. c.*5. *num.*11. tribuit, confertq; illud uti potentius in electione fori priores partes habere, *Marcel. Calà de mod. articul.* §. 1. *Gl.* 1. *num.* 81. *de Franch. deciſ.*188. & laudato *Carav. in rit.* 21. *&* 218. inſequitur *Avus meus ad Capyc. dec.*160. *n.* 2. & de concurrentia privilegiatorum loquutus eſt *Reg. Tap. de conſtit. Princip.in l.fin.cap.*8.*Ricc. collect. dec.*348.*&* 2208.

Quod ſi paribus privilegiis fruantur, ſimulque acceſſerint, ipſemet *Carav.* relata opinione, potius actori, quam Reo fore opitulandum, cum ſit de reſpicientibus litis ordinationem, *l. de die*, ubi *Bar. ff. qui ſatiſdar. cogant.* tandem *in fin. num.*11. conſulit ab utraque ſe Advocatum, & procuratorem abſtinere. At mihi nec opinio ab ipſo relata, nec ejus conſilium, arrident, hoc enim repugnat illorum officio, & debito, cum ex Regis ſalario facti ſint debitores miſerabilium, ut in *Ritu*, ibi, *Teneatur*, *& debeat*, quibus eſt quæſitum jus; opes igitur auxiliares ſunt præſtandæ ei, qui agit de damno vitando, etiam ratione finis Reginæ noſtræ, nè ſimiles perſonæ magis, magiſque depauperentur, favorabilioreſque ſunt cauſæ reorum, pro quibus in dubio eſt judicandum. Et in votorum paritate victoria ſtat, ut alibi diximus, & propterea inter duos pari privilegio munitos, priores ſunt partes tractantis de damno vitando, *Decian. conſil.* 410. potiorque eſt cauſa rei, *de Angel. ad Foller. tit. audian. excuſator. numer.*82.

Ex quibus tuum ſit judicium, lector benevole, ſi miſeriæ conſonum ſit abſtinere ſe Advocatum ab utriuſque patrocinio, vel potius pro Actore pugnandum, qui victus, remanet in primævo inopiæ ſtatu, & victor adverſarium ad mendicandum ducit, vel defenſio ad agentem de damno vitando ſpectet, cujus infortuniis non ſunt addendæ expenſæ, aliæq; litis ærumnæ.

Utri autem patrocinari debeat Advocatus à
15 pluribus quotannis ſtipendiatus inter ſe jurgantibus, præcedenti ſocia concinit quæſtio, & neutri fore patrocinium præſtandum, indicat *Gloſ. in cap.fin.in verb. contra eccleſiam extr. de poſtuland.* inſequitur *Reg. Rovit. in rub. de procur. num.* 54. quodque obſervaſſe teſtatur *Eliſeus Dan. ad Gramm. dec.*80. *num.* 73. Pro cliente antiquiore, cui primo ſe locavit, reſpondent *Alex. conſ.* 118. *num.*15. *vol.*5. *Paul. de Caſtro in l. in operis*, *ff. locati*, inſequitur *Novar. de gravam.Vaſſall. t.*2.*gravam.*153. *num.*10. *Ala de Advoc. Chriſtian. quæſt.* 23. confirmat *P. Fragoſ. par.*1. *lib.*5. *diſp.*13.§.10. *de Advocat. num.* 260. ſubiungens contentionem poſſe dirimi per ſortes partibus convenientibus, ad tradita per *Tiraq. de jur. primog. q.* 17. *à num.* 14. & oſtendunt *Oter. diverſ. jur. qq. par.*2. *q.*31. *Mut. conſuetud.* 68. *num.* 1. Foveute verò inituſtam cauſam primo, partes ſecundi defendendas, firmant poſt alios *Reg. de Marin. lib.*2.*quotid.reſol. cap.*14. *Cancer. var. reſolut. cap.*14.*de procur.num.* 75. *Baron. de effect. inimic. effect.*5. *num.* 20. quid in foro poli recurre, ad *Megal. in prompt. moral. verbo Advocatus num.*12. *t.*1. Et de Vaſſallo plurium dominorum, aliiſque ſimilibus ſermocinantur

tur *Roland.conf.44.n.24.& conf.291.vol.2.* necnon *Jacob. de Franch. in prælud.feud. n.216. cum seq. Avus meus ad Capyc. dec.162. n.8. & 168. n.1. R. Jo. Ant.Lanar.conf.20.n.9.*

RITUS XXIV.

Acta, Banna, & compositiones notentur in libris destinatis, & conserventur,

Item, quòd Magistri Actorum debeant annotare in quinterno deputato, & scribere omnia acta, quæ fiunt in Curia per dies; & facere quinternos omnium bannorum, & tertiariarum, & etiam compositionum dictæ Curiæ, & ipsos quinternos conservare in cassono communi dicta Curia pro tempore existente, & ad id deputato, sive deputando.

SUMMA RERUM.

1 *Unica arca, quam ritus, & vulgus appellat cassonum, hodie non sufficit, & quare?*
Processus, tùm civiles, tùm criminales, ubi, & penès quem asservandi.
2 *Actor, an, & quando obnoxius sit ad editionem processus in alio Tribunali agitati.*
3 *Acta facta in civili, an probent in criminali causa.*
4 *Coram uno Judice facta, an probent coram alio.*
5 *Facta coram arbitro, an probent coram Judice.*
6 *Et facta in Judicio summario, an subsistant in plenario.*
7 *An inter easdem personas, quæ in diversa causa facta sunt.*
8 *Quod facta inter diversas personas.*
9 *Sententia cuicumque nocet, aut favet itidem, & acta.*
10 *Excussio, uno petente facta, prodest aliis.*
Sic discussio Inventarii, & sententia in causa status.
11 *Cum falso procuratore facta valida sunt contra eundem procuratorem, quid cum procuratore revocato.*
12 *Confessio incidenter facta, an, & quando præjudicium afferat.*
13 *Illa qui penès se habuit, præsumitur omnia percunctatum esse.*
Terminus ad percunctandum, toties quoties petitur in Regno concedendus est.
14 *De tertiaria remissivè.*

1 Hodiernis temporibus, aucta mole negotiorum, non sufficit unica arca, quamvis magna, quam ritus. & vulgus cassonum nominat, ideò tùm quinternos, seu libros hoc in ritu mentionatos, tùm processus, de quibus fatur *ritus 26.* retinent Actuarii, juxtà *prag.13. de ordin. judic.* idq; in propria domo, in Camera, passim studium nuncupata, dummodò sint processus civiles, quia si causarum criminalium jam expeditarum in publico archivio asservantur, ex *pragm. 4.§. præterea volumus de actuar.* & procedit doctrina *Bald. in cap. fin. de probat.* Quod si causæ nondum fuerint decisæ, in Banca penès illarum Scribam asservantur; & antequam ad Commissarium asportentur, onus est Scribarum facere perquisitionem contra inquisitum, ex *pragm.27. de offic. magistr. Justit.* ibidemque *Reg. Revit.* supradictis addo videnda, quæ scribimus *ritu 96.*

2 Hinc in causa Equitis Neapolitani respondi ipsum Actorem haud obnoxium fore ad editionem processus originalis in S. C. agitati, dum ex illo copiam nonnullarum scripturarum exemplatarum in R. C. S. exhibuit, ex quibus suum fundabat jus, ac actori ipsi haud ad scribendam illorum amissionem, sed Actorum Magistro, ad quem originalium custodia pertinet, & meo responso arridet in terminis S.C. determinatio edita in causa Francisci Grandeza, cum Julia Candice, cujus meminit *Thor. in supplement. decis.S.C.verbo Actor an teneatur*, quinè acta originalia penès actorem, & non penès actuarium causæ reperta nullam facere fidem, dixit *Reg. Revert. decis. 224. num. 2. lib.1.*

3 Quæ sint acta aliaque plurima scribimus super *rit.241.* ea autem in civili facta haud probent in criminali, communem dicit *Felin.in cap. at si Clerici num.26. de Judic. Rip. in l.2. num. 40. C. de edend.* quem refert *pract. Corrad. num. 10. in fin. Dias. regul.10.* scilicet non plenè, *Clar.§.fin q.54. num.2.* cujus meminit *Avus meus in annot.ad Capyc. dec.52. nu.3. & Raymund. Pius in suis comm. opin. verbo Acta*, Generatim verò cum petitur, an

4 acta coram uno Judice facta probent coram alio, respondent *Gl. Imol. & Cyn.* relati per *Guid. Pap. singul.913. num.1. & Bal. sing. 163. Mascard. de prob. concl. 33.* tradens hujusmodi acta fidem facere, quoad præsumptionem tantùm, non quoad plenam probationem, ut propterea in processu admissionis ad Almum Neapolitanum Collegium petitæ ab U.J.D. Jo. Baptista Baldacchino, qui produxerat lidem Civilitatis Neapolitanę per acta R.C.S. non fuit Civilitas sufficienter probata, sed incidenter, fuitque necesse illam probare aliis testibus in Collegio examinatis, ut ad illud admitti potuisset, & ita exequutum anno 1592. penès Anellum de Martino Actuar. Vicecancellario existente Dom. Fabio Marchesio, ut ex illis actis perspexi.

5 Sed illa, quæ intercesserunt coram arbitris fidem, an faciant, & subsistant coram Judice, negativè respondent *Panor. in cap. præsentata nu. 9. de testib. Bal. in l.cum antea, C. de arbitr. Borrell. de compromiss. §.7. gl.5.num.1. & in summ.dec.tit. 63. de compromiss. num.402. & 403. Vrs.dec.131. Roman. sing.51. Jo. Angel. Pisanel. in add. ad prag. Odia litium in vetustis exordientem ex eisdem actis fol.462.*

6 Verùm facta in judicio summario, an probent in plenario, *Marsil.sing.580.Rot.Genuens. dec.103. num.4.Reg.Valenz. cons.121. num.105. et cons.69. num.2.lib.2.* Sed acta in una causa, utrùm pro-
7 bent in alia inter easdem personas, *Mathesil.* ad eumque *additio* extricant *sing.191.*

8 Inter alios verò quæ gesta sunt, facere semiplenam probationem, firmavit *Rot.Genuens. dec.* 77.

77.*num.*11. cujus veritatem inquirit *de Franch. dec.*158.*et* 355.*Vrs.dec.*313. *num.*3. *lib.*2. *Domin. Conſil.Staib.cent.*1.*reſol.forenſ.*98. *num.*99.*et* 100. *et cent.*2.*reſol.*191.*num.*111.*et* 112. *Dom. Reg. de Marin.in obſerv.ad dec.*64. *Reg. Revert.num.*5.*t.*1. ſed teſtium jam extinctorum depoſitiones citra dubium , quod ſemiplenè probent inter alios , ſi qualitas ipſa , quod obierint , verificata appareat , defendit idem *Franch.cit. deciſ. nu.*11. *Maſcard.de probat.concluſ.*1273. *num.*4. quin ? & teſtium examinatorum depoſitionem ad validandum teſtamentum omninò prodeſſe , aut obeſſe, aliis conſtat ex *l.ſi poſthumus*, *§.ſi quis ex his*,*ff.de inoffic.teſtam.* ibidemque *Caſtrenſ. ſub num.* 5. atque *Fulgoſ.nu.*3.*et* 5. & deciſum atteſtatur *Anell. Amat.conſ.*76. qui prætereà illam perutilem , ac prorſus veram addit concluſionem *num.* 2. cui-
9 cunque nocet, aut favet ſententia , ſimiliter , & acta noceant , aut faveant , tametſi nondum fuerit res judicata , quam præceteris *Innoc.* conſtituit *in cap.cauſam quæ de teſtib.* illibique *Felin. num.*22. & *Franch.* adnectens , id ipſum è contra , quoquè procedere *dec.*345. *num.* 10. eorum
10 etiam atteſtationes, quibus conſtet excuſſionem contra aliquem factam, & probatum , illum non eſſe ſolvendo , probent & excuſſio altero petente facta profir aliis deſinivit *Rot.Genuenſ.*apud *Carthar. dec.*45. *à num. præſertim* 3. Sic diſcuſſio inventarii , ſivè bonorum hæreditariorum cum uno ex creditoribus facta , cæteris nocet , & prodeſt , ità ut iterata diſcuſſio nullatenus facienda ſit , *Fab.def.* 1. *C. res inter alios acta* , *Regens de Ponte conſ.*71.*lib.*1.*Reg.de Marin. lib* 2. *quotid. reſol.cap.*111. *num.*9.*et in memor.obſerv.*64. *num.*6. Sententia inſuper in cauſa ſtatus cæteris quoque præjudicat , *l. ex cauſa*, *ff de poſtul. l.de ætate*, *ff. de minor.l.*1.*§.ſin.ff.de liber.agnoſcend.l. ingenuum*, *ff.de ſtat.hominum*, *Covar. pract. quæſt.cap.*13. *nu.* 5. Acta verò facta , in uno Judicio tranſactione terminato non poſſint in alio allegari, monet *Farinac.dec. recent. Rot.*414. *num.*1. quem ſequitur *Fontanel.dec.Cathal.* 379.*num.*8.*tom.*2.

Acta autèm geſta cum falſo procuratore nul-
11 litati citra dubium ſubjacent , nempè in damnū principalis, cum in ejuſdem procuratoris , quatenus principalis hæreſes eſſet , aut illi ſuccederet in ea re , omninò ſubſiſtant, *Gratian.*probat *Dec. March.*187. *num.*5. quæ tamen convalidantur ratihabitione principalis , ex notab. *tex. in l. licet*, *§.falſus* , *ff. rem rat. haber. Guid. Pap. deciſ.*320. *Borrel in ſumm.dec. lib.*1. *tit. de procur. num.*29. *Reg.Rov.ſup.prag.rubr. de procur.num.* 29. & inſequitur *D.Conſ.Franc.Roc.lib.*1. *reſponſ.*7. *num.*11. ſubnectens illam fieri poſſe poſt ſententiam quoque. Facta verò cum procuratore revocato ſubſiſtant , adverſario de revocatione non admonito ſunt jura in *cap.mandato* , ubi *Gl. verbo mandato de procur.l.ſi ante* 7. *ff.judicat ſolvi*,*l.ſi procuratorem.*65.*in ſin.ff.de procur.Veral.dec.*396. *num.*4. *p.* 2.*Conſil.Rocc.in notab.*34.*de mandat.ſeu complem.* probat *Monter.à Cueba dec.*43. *à num.*1.& diſtinctionis fœdere contrarias componit ſententias *Conſ.Arias de Meſ. lib.*3. *var.cap.*42. advertens talem procuratorem præjudicare poſſe , non proficere domino , eumque laudat *D.Alphonſ. Olea de ceſſion.jur.tit.*1.*q.*1.*num.*29. cum procuratore verò geſta , cujus mandatum apud acta cauſæ non reperitur productum fuiſſe , itidem nulla ſint , deducitur ex *dec. Præſid. de Franch.* ſuper hac re perutilia , & multa explicante.

Sed acta facta à tutore , àn ſibi nomine proprio præjudicent , *l.pater* , *C. de fidejuſſ. Gramm. conſ.civil.*104.Confeſſio facta in uno judicio , an in alio noceat, *Paul.Æmil.Verall.dec.*197.*p.*1.*Vin.*
12 *add.dec.*313.*num.*71. & in aſſertivis incidenter facta , an præjudicium inferat , negativè reſolvimus, ex *tex.in cap.locum venerabilis extr. de except.& in l.epiſtol.quæ de pact.Capyc. deciſ.*71. ibidemque *Avus meus* nonnulla advertit, *Hyppol. de Marſil.in rub.C.de probat. col.*2. & videas *Afflict.ac Urſill.dec.*176. *& Franch.dec.*695.Verum ut noceat inter eaſdem partes confeſſio ab ipſo principali , non à procuratore fieri debeat , advertit idē *Urſil. ad Afflict. deciſ.* 83. *inter. num.*4. Qui verò
13 acta penès ſe habuit præſumatur , quod illa omnia percunctatus fuerit , defendit *Henric. Bover. ſing.*34.*præſumptio num.* 4. At in Regno datur terminus ad illa percunctandum , & toties quoties petitur , alioquin proceſſus eſſet nullus *Muſcatell.par.*5.*Gl.defendendum num.*39.

14 De tertiaria , cujus meminit *ritus* , loquuntur *Foller.in prax. crim.rub.annot.bona cont. in princ. Marant. in ſpec.verbo citatio num.* 67. *&* 68. & alio modo accipitur in *cap. Regni mulier* , ubi *Camp.num.*11.*&* 18.*Carrab ſing.*30.

R I T U S XXV.

Magiſtri Actorum nihil pro actis ſcribendis recipiant quibuſdam tamen exceptis.

ITem,quòd Magiſtri Actorum nihil in pecunia,ſeù aliis rebus recipere audeant à quocunq; pro actis ſcribendis,& faciendis in dicta Curia,excepto pro copia ſcripturarum, & exceptis fidejuſſoribus,cōparitionibus,literis & ſcripturis ſententiarū , necnon caſſaturis , præſentationibus litterarum ; & tunc ſic (& proùt jura volunt , & permittunt) extitit laudabiliter obſervatum ut ſuprà.

S U M M A R E R U M.

1 *Actuarii aliquid recipere prohibentur , & quare.*
2 *Ut plurimum ultra debitum exigunt.*
Si aliqua Curia careat pandecta , ſtylus obſervari debet Magnæ Curiæ.
3 *Pecunia quam latam ſignificationem habeat.*
4 *In legato mobilium nùm comprehendatur pecunia.*
An includantur libri , argentum , ac animalia , libri manuſcripti , & compoſitiones.
An ſpecularia , vulgò vitriata.

VEtat ritus actuariis aliquid recipere , opitulatur *rit.*311.*in* 1.*not.* & ambo excipiunt aliquos caſus . Verum *Cap.Regni* 122. , generalius loquens nullum prorſus, adimit caſum, confirmavit *pragm.*25.*de offic.S.R.C.* quia fortaſſe habebant gagia, & emolumenta à Regia Curia; vel ſalarium , quod his temporibus , cum non habeant, nimi-

nimirum si conceditur eis emolumenta capere, ut dicit *Affl. super Constit. pro scripturis sub num.2.* fovetque regula, qua DD. omnes probant, nunquam deberi emolumenta, & Gagia officiali habenti salarium à publico, utique tamen si illud non percipiat, teste *Isern.in const.cum circa.* Verùm quod Notarii, ut plurimum ultra debitum exigant, exclamat *Luc in l.mediterraneæ, Cod.. de ann.& trib.lib.10.* subdens ideò fuisse constitutam pandectam, nè in illorum potestate sit extorquere quantum velint, quam malè observari ab ipsis Actuariis conquætur, *Affl.in Constitut. Magni Camerarii num.16.* ut præterea in omnibus tribunalibus extet pandecta instituta, ut in M. C. V. ex *pragm. 38. de offic. magistr.justit.et altera 5.de Actuar.* in Reg. Cam. Summ. *pragm. 25.de offic.S.C.* in Regia Cancellaria *pragm. 1. de offic.Secret.* sicque omnibus Regni curijs. Cæterum, si aliqua Curia illa careret, observari debeat stylus M.C.ut fuit determinatum cum Marchione Lauri, teste *Capibl.pragm. 19. num.33 de Baron.* & novissimè adsunt ordines S. M. sivè instructiones, & inter alia injungitur, ut Actorum Magistri pecuniam, quam accipiunt, in scripturis notare habeant, quam medelam esse necessariam, dixit *Avend.de exequend. mand. Reg. par. 1. cap.2.num.14. vers.& ne exeat.fol. 37.* insequitur *Tassen.de antefat.vers.3. obser.3. sub num.189*

Sed qualia gagia esse debeant, & pro quibus causis tùm in hoc ritu exprimitur, tùm etiam in relato *rit.311.* quo in loco abundantius agimus, veritatemquè inquirimus, maximè quæ interiori foro conferunt.

3 Pecuniæ autem, de qua ritus fatur, appellatio latius, quam ad munilmata pertinet, extenditur nempè ad rem patrimonii nostri, *l. pecunia verbum, & l.pecunia nomen, ff. de verbor. signif. Angel. Clausf.in summ. verbo pecunia, Tiraq. de retract.consang.§.1. Gl. 14. num. 42. Capyc. decis. 155.num.22.*& paulò angustius ad res, quæ pondere, numero, & mensura constant *l. talis scriptura, ff.de legat.1 & l.fin.ff.de constit. pecun.* neque tamen id mirum, cum pecunia res æstimentur, *l.si ita, ff.de fidejuss. l.propè modum,ff.de verb. signif.* & ità in pecuniam reduci possint.

In legato verò mobilium comprehendatur nè
4 pecunia, negativè deducitur ex *l. quæsitum, & in l. si mihi mavia de usufruct. legat.* utique tamen si dispositio facta fuerit sub signo universali, omnium, *Bart.* monet *in l.Gener.§.uxor.ff.de usufruct.legat. Ursil.ad Affl. dec.106. num. 12. Aust ment ad Gramm.dec.4. num.2.* adeòquod hoc casu includantur libri, argentum, animalia, *Specul.* extendit *in tit.de fruct.& inter.vers.30. quæritur, Dec.in* individuo *cons. 470.num.5. Mantic.de conject. ultim. volunt. lib.9. tit.3. à num.1.* & quod magis, libri quoque manuscripti, & compositiones, determinavit Sac. Consf. anno 1626. in causa March ouis Villæ hæredis celeberrimi poetæ Equitis Jo: Baptistæ Marini, cum Doctore physico D.Cæsare Clara, referente *Reg. Scipione Rovito*, testis est *Jo: Baptista Thor.p.2.compend. dec. verb. legatum omnium mobilium*, & adversus legatarium pro hærede, eruditum calamum arripuit, *Franc. de Petr. cons.6.* videasque *Surd. decis.150.Petr.Ravenn. singul.329.Barry. de success. lib.9.tit. de legat.* Et an specularia, vulgò vitriatæ, quas *Plin.in epist.* egregium adversus tempestatis receptaculum nuncupavit, & de his doctus *Seneca de Divina Provid.* inquit: *Quem specularia semper à statu vendicarunt.* Et *Martial.* cecinit:

Hybernis objecta notis specularia paras
Admittunt Soles, & fine Sole diem.

affirmativè respondet *J.C. in l. quæsitum 12.§.specularia 25. de fund.instruct.* insequitur *Surd.* ibique *Consil.Hodiern.decis.134.*& declarant *Thesau. lib.1. qu forens.84. Cephal. cons.92. num. 28. lib.1.* necnon *Mynsing. cent.4.obser.69.num.3.* Vendens autem omnes res suas spem quoque vendere videtur, desumitur ex *l.nomina,ff.de hered. vel act. vend. Fran. Curt.ad Alex.in l.1.col.3. ff.si cert. petat. Marant.in sing.verbo rei appellatione.*

RITUS XXVI.

Processus, & scriptura conserventur in Archivio communi.

ITem, quòd habeant dicti Magistri Actorum; & teneantur ponere omnes scripturas, & processus in dicta Curia, & in ipsa Curia tenere, & conservare in dicto cassono communi (ut supra) ad hoc, ut absentia alicujus ipsorum partibus tanguntur, & copiam ipsorum actorum quærentibus, & volentibus præjudicare non habeat, & propter alias justas, & rationabiles causas.

SUMMA RERUM.

1 *Scriba à civitate discedens clavem suæ capsulæ alteri relinquere tenetur.*
2 *Processum custodia jure communi attento ad ipsos Actuarios pertinet.*
Quomodo asservari debeat processus, forjudicationis sententia lata.
3 *Quid sit agendum deperdito processu.*
An illius tenor probari possit testibus.
4 *Actorum copia parti habenti tantum interesse danda est.*
Quinì & deneganda prætendenti habere interesse nec docenti.
5 *Id tamen antequam asserventur in Archivio, postea verò cuicumque petenti.*
6 *Pauperi concedenda est sine salario.*
7 *Pars verò quando teneatur alteri parti, aut fisco exhibere.*

NEdum codices, & quinterna asservari in cassono, voluit *memor. ritus 24.* sed, & omnes scripturas, ac processus præsens ampliavit Ritus, qui rationem addit, cujus non meminit præfatus
1 *rit.24.*atque ex ea constat, quam graviter errent Scribæ, cum à Civitate proficiscuntur, clavem propriæ capsulæ non committentes alteri, & propter alias justas, & rationabiles causas subjungit *ritus*, quas perpendit *Ebelitanus* nostre
2 *ibid.* cujus ritus sanctio repugnare videtur iuri communi, quo attento custodia processuum ad ipsos Actorum Magistros pertinet, *cap. quoniam con-*

contra de prob. Seff. de inhibit. cap. 4. §. 2. num. 40. pagin. 266. at. Carav. hoc *in loco num.* 2. memor quem etiam refert *Thor. in præfat. ad lector. par. 3. sect. 2. in fin.*, ut præterea Tabelliones ipsi creationis tempore juramenti vinculis obstringuntur quod penès se originalia custodire velint, *Hostiens.* notet *in cap. ficut* 10. *ne clerici, vel monach. secul. se immisc. negot.* Verùm & de cōsuetudine servari, quod completo munere illa relinquant in officio, testatur *Paul. Castrens. in l. 2. C. de edend.* cujus meminit *Speckan. quæst. & decis. jur. centur. 3. clauf. 3. verf. per scribas num.* 4. & nostrorum Tribunalium consuetudinem notavimus *mem. rit.* 24. & indicant *Thor. in supplem. compend. decis. verbo Actor an teneatur, Carav.* hoc *ritu num.* 2. adducens. & *Reg. Tap. lib. 2. jur Regn. tit. de actuar. M. C. V. super pragm. 4. & sup. hoc ritu.* Et lecta sententia forjudicationis processus asservari in arca cum duabus clavibus, quarum una à fisco, altera à Regente detineatur, disposuit *pragm. 1. de sent. forjud.* & monet *Gramm. dec. 24. in fin.* quem laudat *Angel. Scialoja in prax. forjudic. cap. 12. nu. 45.* Hinc in causa appellationis, nec originalia acta danda sunt appellanti, sed exemplar illorum dumtaxàt, *l. eos, §. super his, verbo Exempla, C. de appellat. Salyc. in l. fin. in fin. C. de relation. Affl. in const. appellationum tempora not. 5. Valens. cons.* 111. *num.* 34. *lib.* 2. & nos in *rit.* 96.

3 Et deperdito, sivè combusto processu quid sit agendum, recurre apud *de Franch. dec.* 707. necnon *Thor. p. 2. compend. decis. verbo Acta causa, & par. 3. sect. 2. verbo Acta, Ricc. collect. decis.* 3387. *p.* 8. anque illius tenor probari possit testibus, inquiunt, *Dec. cons.* 215. & *Velasc. q. 7. num.* 8.

Verba autem in *ritu* adjecta, ibi: *Partibus* 4 *qua tangnntur.* Præseferunt actorum copiam parti habenti interesse tantùm dandam esse, non alteri, proùt jure sancitum, quoque legitur *in l. 2. C. de edend.* illibique DD. *Capyc. dec.* 127. *num.* 7. & *Maraut. p. 6. verbo actorum editio num.* 61. Imò si quis habere interesse prætendat, nec docuerit, haud habebit, ex *Chartar. decis. Genuens.* 125. quamvis, & illud juramento probari, addat *num.* 4. auctoritate *Romani cons.* 83. *de instrumento loquentis.*

5 Verùm prædicta omnia sustinere antequam asservantur in Archivio publico, fretus doctrina *Angel. in §. præcepta in auth. de defens. Civit.* dicit illuc *Cartar.* nam posteà cuicunque petenti concedenda esse addit, & vetustam cameræ Imperialis observantiam in utroque capite vigere, memorat *Gayll. observat.* 106. *nu.* 3. *lib.* 1. sed parti adeò concedenda, ut si paupertate laboret sine salario danda sit, *Cavens. rit.* 290. *nu.* 10.

Altera tamen pars, quando alteri illam petenti teneatur exhibere, aut Fisco discutit *Hieronym. de Cevaglios commun. contr. comm. q.* 827. *tom.* 3. & aliqua respectu Fisci adnotavit *Peregr. de jur. fisc. lib.* 7. *tit.* 3. *à num.* 11.

6 Tria autem requiri, ut publica scriptura ex archivio deprompta probet, ultra *Affl. in Const. Cordi in* 11. *notab. Tusc. singul. lit. S.* recenset *Ludov. dec. Perus.* 115. *num.* 9. quod scilicet sit scriptura Archivii, non autem in illo reperta, subscripta ab officiali publico ad id deputato, & ex consuetudine detur fides, id quod lato calamo explicat *Gratian. tom. 3. discept. forens. cap.* 582. *per tot.*

7 Notario verò attestanti ipsum deputatum esse ad archivium conservandum fidem de stylo adhibet, post alias, idem *Gratia. l. 4. cap.* 736. *num.* 36. & quod in unaquaque Civitate archivus, in quo monumenta recondentur, adesse debeat, indixit *notab. tex. in §. & judicare, vers. præcepta, Auth. de defensor. Civit. Quaran. in summ. Bullar. verbo Archivus in add.* De Regiis Archiviis in Magno Castro Capuano hujus Urbis existentibus loquitur *Nicol. Topius de orig. omn. Tribunal. par. 1. lib. 2. cap. 1. 2. cum seq.* & Regiæ Siclæ meminit *Reg. Capyc. Latro consul.* 74. *num.* 7. *lib.* 1. & de illo M. C. V. extat *prag. 4. §. 5. de act.* in quo Archivarius asservare indicitur registrum omnium tutelarum, & præambulorum ipsi exhibitorum per Magistros Actorum, vigore *pragm.* 19. §. 1. *de offic. M. Just.* omnesque libros contumaciarum, & in quibus describuntur obligationes vigore aliarum municipalium *fanctionum* 22. §. 4. & 12. & *prag.* 20. §. 11. *eod. tit.*

RITUS XXVII.

Item, quòd Magistri Actorum debeant interesse in dicta Curia, sive ad minus unus ipsorum continuo permanere, & interesse, & ab ipsa Curia non discedere, licentia à dicto Locumtenente non petita.

SUMMA RERUM.

1 *Dictionis continuò quæ sit vis, ejusque multa referuntur exempla.*

2 *Privilegio concesso illis de pago habitantibus in Civitate per decem annos continuos gaudent ii, qui tempore messium & vindemiarum, etiam cum familia iverint ad pagum, & posteà redierint.*

3 *Miles, ut veteranus dicatur post vigesimum annum militiæ, an illius servitium debeat esse continuum, adeò ut infirmitatis intermissio suppleri per aliud tempus non possit.*

1 Ujusce autem Ritus observantiam indicat *Carav.* noster, non enim in Curia Magistri Actorum noctù, diuq; tenentur morari, quandoquidem dictio illa, continuo, morali modo intelligitur, teste *Felin. in proœm decret. verbo Rex pacificus,* & civiliter dicit *Calder. cons.* 8. *de offic. deleg.*

2 Ubi præsertim exemplificat in obligato ad continuam residentiam, scilicet horis congruis, & salva necessitate, quin? etiam in privilegio concesso illis de pago in Civitate per decem annos continuos habitantibus in Civitate, ut gaudeant, qui tempore messium, aut vindemiarum iverint ad pagum etiam cum familia, & posteà redierint, tradit *Imol. cons.* 9. *in fin.* Cæterum vide, quæ notat *Mandos. ad Roman. in annot. ad cons.* 264. *Tusc. conclus* 977. *lit. D.* & nos super *rit.* 15. & 227. inibi consimile adverbium, semper explicantes, & loquentes, præsertim in Clerico, qui ut potiatur privilegio clericali semper gestare tenetur habitum, ex dispositione *Concil. Trident. cap.* 18. aut continuè ex *constit. Clem,*

*Clem.VII.& Pauli III.*relatis ab *eod. Feliu.indic.loco*, cujus meminit *Gratian. discept. forens. tom.4. cap.44c.num.6.*Necnon *Fresid.D.Gregor.de Ganater.dec.12.*quæstionem extricantem, nùm tempus
3 viginti annorum militiæ, veterano Militi necessarium ad consequendum suum privilegium, juxta R.C.praxim deductam, ex *l.fin.C.de his qui non implet.stipend.lib.10.l.2.C.de re militar. lib.12.l.1. & ibi Glos.verbo post viginti, Cod.de excusat. tutor.* debeat esse continuum; adeoùt, nec infirmitatis temporalis intermissio, suppleri per aliud tempus possit.

RITUS XXVIII.

Magistri Actorum obstringuntur omnes contumaces notificare Judicibus.

ITem, quod teneantur dicti Magistri Actorum notificare Judicibus omnes illos, qui fuerunt per dictam Curiam banniti, & condemnati; & non comparuerunt eodem sero purgaturi eorum contumaciam: necnon ipso die facere mandatum exequutivum, secundum quod merita causæ exigunt, & requirunt de illis videlicet, qui non comparuerunt, & purgaverunt forte contumaciam prædictam, si, & prout hactenus in ipsa Curia extitit laudabiliter observatum.

SUMMA RERUM.

1 *Citatis per M.C.V.aliasque Curias, ac contumacibus effectis, licet eadem die comparere usque ad primum somnum coram Regente, seu Judicibus ad finem evitandi contumaciæ multam, & condemnationem.*
Praxis vigore hujus Ritus ostenditur.
2 *Reo non comparente in termino oportet etiam, ut accusetur contumacia, alioquin ille non erit contumax.*
Etiam si fuerit citatus in causa hæresis.
3 *Circumductus terminus, aut citatio quando dicatur.*
4 *Contumacia accusari post terminum non potest.*
5 *Etiam si Actor deduxerit justo impedimento non potuisse venire.*
6 *In criminalibus, tùm si per accusationem, cùm per inquisitionem si proceditur, Actoris, sivè Fisci requiritur præsentia, ut illam incusent.*
7 *Responsio citati in calce intimationis, àn impediat contumaciam, & sit procedendum super replicatis.*
8 *Si contineat constitutionem procuratoris, cum illo utrùm procedi possit, tanquam cum legitimo procuratore.*
9 *Contumaci succurri potest per contumaciæ purgationem.*
Ejusmodi purgatio quæ requirat.
10 *Ampliationes, & restrictiones aliquæ remissivè adduntur prædictæ regulæ de purgatione contumaciæ.*
11 *In liquidatione expensarum solvendarum per contumacem statur juramento facientis.*
12 *In quo tempore concedatur purgatio contumaciæ.*
13 *Illa purgata, quæ pænæ censeantur resoluta.*
14 *Actori licere altera ex tribus viis in contumacem procedere.*
15 *In criminalibus major est contumacia rei, quam Actoris.*
Celebre Alcibiadis effatum refertur.

1 OBservantia M.C. V. cæterarumq; Curiarum ex hujusce ritus dispositione inolevit licere per eas citatis, ac contumacibus effectis eadem die usque ad primum somnum eorum copiam facere coram Regente, sive Judicibus, vel actuario, ad finem evitandi contumaciæ multam, atq; condemnationem; verum actuarii obstringantur Judicibus notitiam tradere condemnatorum, qui eodem sero minimè comparuere purgaturi contumaciam, addit ipsemet Ritus, quod dic sequenti, non eodem contumaciæ agendum fore *Caravita* noster hoc *rit.* advertit *num.*1. addens vigore municipalis alterius sanctionis *in pragm. 13. de offic. mag.Just.* vetitam esse comparitionem de sero coram actuariis, sicque in praxi receptum videmus, quod illa fieri debeat coram Judice, sivè in civilibus, sivè in criminalibus ille existat; de quo nos verba facimus *rit.* 93. *&* 206. & memores sunt *Franc.b.dec.*685.*in princip.Avus meus ad Gramm. decis*50.*nu.*10.*Berard.Pand.in suo tract.super ritu de liquid.instrum.p.*4.*declar.*5.*nu.*46. *vers.illud veri, Galter. in sua prax. instrum.*2. *par. tertia par. num.*3.*Dom.Cons.Rocc.Carav. in* hoc *ritu* laudans *lib.*2. *respons.*38.*sub num.*8. corrigiturq; jus commune, quo attento contumaciæ purgatio admittitur, comparente Reo post rectam Curiam, dummodò non discesserint Judices, ex *tex.in l.Divus Antonius, Cod.de in integr.restit.* singulariter reputato à *Bal.in ejus Margarita verbo citatio*, quem insequitur *Rebuff.ad Gall.constit. tit.de contum. Gl. unic.art.*5.*nu.*2.*tom.*3.multa subnectens, ejusque meminit *Gallupp.in prax.S.C.par.*2.*cap.*4. *nu.*22.

Producto itaque libello apud acta, illoque legitimè adversario notificato, ac reproducto cum relatione cursoris, sivè nuntii, si citatus minimè comparere curaverit per se ipsum, vel per procuratorem, fit contumax, non quidem eo ipso post
2 lapsum tempus, nec comparuerit, sed debeat contumacia incusari, & tunc dicatur, alioquin minimè ità reputetur, teste *Osasc.dec.*3. *nu.*2.*dec.*31.*n.*37.*& dec.*71.*in processu nu.*5. *&* 47. cujus meminit *Judex de Angelis ad Foller. tit. accusentur contumacia num.*15. probatque insuper *Nicol. Gravat.ad Vestr.lib.*4.*cap.*4. *num.*17. *Aiserius cons.*12. *num.*31.*Anton.Trigon.sing.*88.*Gaill.obser.*55. *Nuncius num.*7.*lib.*1.*Thesaur. dec.*19. etiam contra citatum in causa hæresis, & onus erit procuratoris fisci accusandi, cujus formam rescripsit *Umbrian. locat.post suum opus Judiciale fol. mihi* 479. *& Simanch.in suo enchirid.V iol. Religion. rub.de absentib. num.*4. quo ordine illa in Regno accusetur, ostendit *Borrell.in summ.decis. de contum.tit.*46.*s.*
3 Si namque contumacia non accusaretur illius cessat effectus, eo ipso, quod circumductus esset terminus, & citatio propter absentiam actoris, & è contra, juxta notata per eundem *Osasc.cit. decis.*3.*nu.*4.*Imol.in l.qui ante Calendas, vers. venio ad quæstiones, ff. de verbor. oblig. Rota dec.*744. *Nota quod si Auditor. de Judic. in antiq.* namque cir-

circunductus dicitur terminus, seù citatio, hoc est sublatus, vel sublata, juxta verba *Abb. in cap. consuluit num. 7. de offic. deleg.* ita quod omnino perit, & extinguitur *Mindanus lib. 2. cap. 28. num. 3.* & proptereà citati circumducta, non amplius reputetur citatio, sed taliter, ac si facta minimè esset,
3 dicit *de Franch. dec. 232. per ritum nu. 4.* ut autem citatio dicatur circunducta attendenda sunt, quæ scripserunt *Alber. Oliva in ritu 2. Curiæ Archiep. Neap. num. 5. Affl. in const. Regn. rub. 95. de exord. praparat. Judic. lib. 1. & in Const. Reorum fraudibus rub. 41. lib. 2.* qui teste *Episcopo Campanili in add. ad ind. Olivam lit. C.*, rescripsit formalia verba ab *eod. Commentatore Oliva* posita *in verf. non circunducitur, Reg. Sanfel. in prax. Judic. sect. 35. nu. 12. Gallup. in prax. S. C. par. 2. cap. 4. nu. 9.*

Præsentia itaque actoris requiritur, & incusa-
4 tio contumaciæ, servato modo rescribendo *Rit. 97.* quin? & debere comparare in termino certum est, *Reg. Rovit. super pragm. 3. de ordin. Judic. nu. 6.* quo elapso, nequibit incusationem amplius facere, nisi iterum Adversarius citetur, etiam si reus comparuerit, & ut juris est in contumaciam actoris petierit liberari, & obtinuerit, & deindè comparuerit Actor, & deduxerit impedimentum le-
5 gitimum, quo nequiverit in termino comparere licet enim causa sit justa absentiæ, & excuset à contumacia, non tamen excusat circumductionem termini, quin citatio sit extincta, & proptereà nova opus sit citatione, ut advertit accuratè, longaque serie, *And. Gayll. obser. 59. lib. 1.* nisi fuerit semel resuscitata causa post circunductum terminum, & denuò fiat contumax actor ipse, tunc namque omne jus suum amitteret, & tertiò causam instituere, citationemque super eadem impetrare non possit, per *Auth. qui semel, Cod. quomod. & quand. Jud.* ibique *Sichard. nu. 31. & Petrus Frider. Mindan. in tract. de mandat. Judic. lib. 2. cap. 20. num. 11.* Sed Reus legitimè impeditus venit restituendus ad tempus justo impedimento decursum dicit *pragm. 2. de ordin. Judicior. in postremis verbis.*

Quin? & præsentia Actoris requiratur etiam in
6 criminalibus, tum si procedatur per inquisitionem, in quibus sit accusanda contumacia per procuratorem fisci, ut asseverat *Ofasch. dec. 71. nu. 48.* sequiturq; *Thesaur. dec. 19. prop. num. 4.* tùm si per accusationem, prout Senatus definivit *in ead. dec. Thesaur.* præterquam in duobus casibus relatis per *Gayll. observat. 55. nuncius num. 9. vol. 1.*

Verùm observantiam in Regno nostro recenset *Angel. Scialoya in prax. forjudic. cap. 7. num. 4.* & adsunt *pragm. sanction. sub tit. de citat.* ibidemque *Rovit.* & per multi etiam extant Ritus, qui de accusandis contumaciis loquuntur, quos sub vetustu numero commemorat *Marant.* adjungens formam illas accusandi *in prax. Judic. p. 6. sub rubric. de citat. à num. 67. & 68.* necnon *Praf. de Franch. dec. 639. magnifica vol. 4.* & nos delibavimus *rit. 82.*

Sed quæstio, eaque non exilis plerumquè con-
7 tingit, an responsio citati in calce libelli, seù alterius primæ petitionis, aut mandati sibi intimati tantæ virtutis sit, ut faciat non dici contumacem, at procedi debeat super exceptione proposita, nempè declinatoria, aut simili, alioquin acta facta in illius contumaciam sint nulla, & quamvis non comparuerit apud acta per seipsum, aut suum procuratorem? Hanc quæstionem non semel in nostris Tribunalibus evenisse scio, & semper responsum acta minimè valida esse, sed debere procedi in contumaciam, non obstante illius replicatione, præsertim quod legitime comparere tenebatur in Judicio, quare *Muscatell.* id ipsum firmat, atque ita decisum per M. C. ac in appellationis instantia S. C. decreto approbatum memorat *in prax. civil. p. 2. Gl. veniens à num. 7.* quem sequitur *Hieronym. Nicolini in prax. Judic. civil. num. 34.* idque comprobari credimus, ex aliis per nos cumulatis in altera consimili quæstione, quæ itidem multoties evenit, & quotidiè posthac contingere posse non debemus, ut expedire plurimum censuerimus, & quæstionem ipsam, & quæ super ea nota-
8 vimus subjicere. Casus evenit inter Lelium de Ambrosio, & Hieronymum Cimino, cum enim Lelius esset creditor dicti de Cimino, & proptereà insolutum habuisset quandam illius domum, super qua deindè, & aliis bonis petiisset ipsius Hieronymi uxor assecurationem dotium, ejusque libellus intimaretur eidem Lelio, qui in illius calce replicasset intimari N. suum procuratorem, vigore cujus replicationis sic per Lelium factæ, cum ex tunc prosecutum fuerit Judicium eum dicto asserto procuratore, tale Judicium omnium assensu nullum, & invalidum existimatsi, desistit pars ipsa prosequi, cum nullum esse Lelius opposuisset, demandato siquidem legitimo non constabat, neque enim instrumentum aderat, neque constitutio penès acta. At simplex tantum illa responsio, quæ non utique valida, & sufficiens judicata fuit ad constituendum procuratorem, non solum stante universali Curiarum, usu, requirente constitutionem procuratoris, altero ex prædictis modis, & improbante jam relatam simplicem replicationem, quem quidem usum etiam Franciæ vigere testatur *Guidon Papa dec. 140.* sed etiam ex multis quoque relatis illic per eundem *Guidonem*, necnon ex resolutione illa, quod legitimè constare debet de procuratoris deputatione alioquin censeatur falsus procurator, quam statuit *Anan. consf. 96. viso dubi. sub num. 1.* & subfragantur verba *Surdi dec. 240. dicet nu. 13.* & apertiora verba *Jason. in l. quod te num. 35.* ibi: *Sed oportet ostendere instrumentum publicum, ff. si certum petat* concinit præterea quæstionis paulò antè relatæ *resolutio* cum *dec.* roborata. Quibus non obstat *tex. in l. ne satisdatio. ff. rem ratam haberi*, & anctoritas DD. maximè *Glos. in clem. 1. verbo, vel literis de procurat.* quam laudat *Reg. Rovit. super rubr. de procur. num. 52.* necnon *Romani conf. 63. & Boer. dec. 281. num. 1.* non tantum quia de procuratore actoris fatur; *text.* ille: adductus autem casus de procuratore ipsius Lelii conventi, sed ex generali, & veriori ratione, quod literis illius, cujus asseritur procurator ad Principem, seù Judicem datis, in quibus à scribente constituitur aliquis procurator, aut asseritur alias fuisse per eum deputatum dicatur validè probatum mandatum. Hoc enim est diversum, & non sine ratione, cum literæ subscriptæ sint, atque ut plurimum sigillo subsignatæ, ita, quod fidem faciant ex aliquorum sententia, ac proptereà sicuti præsentatio ad beneficium potest fieri pe-

 nes

nès acta cum à patrono, tum ab ejus procuratore, atque ut alii credunt, etiam per instrumentum, ita quoque per literas scripsit *Lap. alleg.75.num.7.* quæ omnia cessant in proposito facti themate, præterquod neq; in terminis præfati *text.* dicatur probatum mandatum, defendit *Signorol.* licet illius nullam faciat mentionem *in conf.* 118. *verf. venio ad secundum*. Aliud tandem non adversatur dictum quorundam Doctorum, quod si dominus videat causam suam agi, aut defendi ab aliquo uti procuratore, nec contradicat, credatur, præcedente mandato, facere, & tenet *Cassad.decis.3.nu. 5.de procurat.* etenim non est vera assertio. Verum supradictis obstant, quæ scripsit *Thor.* determinationes subnectens *p.1.comp. dec. verbo mandatum de procuratore, & p.3.sect.2. verbo mandatum procuratorium.*

Ejusmodi verò contumaci non erit penitus præclusa via, nè amplius possit comparere, & sua jura tueri, si quidem purgari sine dubio potest quævis
9 contumacia tribus illis concurrentibus requisitis, ut nempè solvat pœnam ipsi Curiæ, præstet cautionem de judicio Sisti, atque in civilibus reficiat etiam expensas, *Specul.in tit.de satisd. §.1.in fin. Affl.in constit.sive reali notab.3.& 5.* atque *in constit.contumacem sub nu 9.* quin ? & duas posteriores conditiones requirit *prag.3.de ord.Judic.* quod verò ad expensas attinet illæ integræ, & antea persolvi debent, tùm à verò, tùm à ficto contumace, ut probat *Oliva super ritu 18.Curia Archie. Neap.à num.7.* quo quidem in loco *num.12.* multa cumulat *Episcop.Campanil addens*, extatque *Regni constitutio Clementia*, ibidemque *Afflict.* explicat sub *num. 27. Nicol. Gravet.* videndus *in suis annot.ad pract. Vestrii lib.4. cap.4. num.16. & 20. Osasc.dec.9.Reus quidam num.2.Marsil.in l.de unoquoque num.197.ff.de re judic.Jas. in Auth.qua res C.de sacros.Eccl.* & copiosius *in l. sancimus, C. de Judic.* inibi hanc constituens regulam, eique duodecim ampliationes appendens, & alias paucas
10 restrictiones, quarum præcipuam censemus, ut tunc persolvere antea teneatur, alioquin audiendus non sit, cum expensæ liquidæ sunt, & a Judice taxatæ, alias admittatur ad purgandam contumaciam, si tantum eas persolvere spondeat, ac juret, quam limitationem sequitur præfatus *Gravat.indic.loc.post nu.20.* quin? & fidejussionem præstando, tunc esse credimus, & procedere arbitramur verba *rit.211.* illa nempè, *& det fidejussores de Judicio Sisti, & de reficiendis expensis Adversario*, alioquin si generatim intelligerentur, semperque vendicarent sibi locum, insinuarent sanè expensas nusquam antea suppeditandas esse, & sufficere cautionem de illis persolvendis, cum regulariter ex superioribus dictis sit contrarium verius, id quod in praxi servari, memorat *Carav.in d.rit.211.num.3.*

11 In ejusmodi autem liquidatione expensarum facienda adversus contumacem standum est juramento partis illas facientis, ut testatur *Marsil.sing. 239. Ripa in l. 1. num. 8. ff. de re judic.* idemque *Gravat. ad Vestr. lib.3. cap.2. num.25.* & declarat *Reg. Sanfel. add. sect. 38. num. 4.* quare de facili posse liquidari non dubito, & propterea cautius aget Judex, & fortassè justius, si ad tempus dilata admissione ad moræ purgationem antea, taxet, & præstari faciat, quin, & purgare debeat, etiam si citatio caruisset adverbio illo peremptoriè, juxtà
12 *decis. Vivii 11. à num. 6.* Cæterum de restitutione contumacis, & qualitèr intra annum se possit purgare, *Boer. dec.63.64. & 326. num. 3.* & nullum requiri hoc casu partis consensum, probabat *Gayll. obser.11. num. 4. cent. 5.* quamvis antea in casu fractæ pacis disquiri scripserit. Rationem verò ob quam isthæc conceditur purgatio, recenset
13 *Mynsinger. observ. 88. cent. 2.* Ipsaque purgata contumacia recuperet nè bona, explanant *Clar. q.44. n.4. de Franchis decis.213.à n.51.*

Imò, & tunc censeantur etiam resolutæ omnes pœnæ contumaciales, & in illa contentæ, quemadmodum deducitur ex *l.1. §. si frater, vers.& si quidem per contumaciam, ff. de Collat. bonor. cap. ex literis*, inibique *Felin. de constit. Farinac.q.11. num.90.* illæ scilicet, quæ successivæ sunt, non autem momentaneæ, ut post *Abb. indic. cap. ex literis num.10.* & alios, docet *Tiraq. in tract. cessante causa p.1. num. 68. & Farinac. ead. q. 11. n.98.* ac notabiliter observat *Avus meus ad Gram. dec.11.n.12.*

An fructus inquirit *Ann. in repet. cap. 1. num. 246. de Vassall. decrep. ætat.* & nonnulla ad materiam idem *Avus meus* coacervat ad *Capyc. decis. 131. n.2.*

Reo itaque effecto contumace poterit actor
14 tribus viis incedere, atque in contumacem illum procedere; optionemque habebit eligendi, quam illarum maluerit, ut est videre apud *Gayll. obser. 60. ex ordinatione Cameræ cent. 1.* & pœnas pro contumacia, contra quos illæ locum vendicent, quique ab iis excusentur miro ordine recenset ex nostratibus *Reg. Sanfel. ind. prax. Judic. sect. 36. cum seq.* & de illis, quibus afficitur contumax in causa criminali anni circulo persistens, sermocinantur *de Ponte cons.94. vol.1. Reg. Rovit. in prag. 1. de contumac.& cons.85.tom.1. Thor. par.1.compend. dec.verbo contumax in criminibus, Scialoya add.c.7.n.14.*

Nec præterea in contumaciæ materia *Carav.dictum rit.202. num.3.* in criminalibus majorem esse rei contumaciam, quam Actoris, quod insequitur *Judex de Angel. ad Foller. add. tit. accusentur contumacia num. 16. in fin.* Verùm recor-
15 dor, Reum à Græcis dictum esse *φεύγοντας* quod libenter fugiat, & celebre illud *Alcbiadis* effatum, teste *Aeliano var. histor. lib.3.* quam ab Atheniensibus ex Sicilia in judicium ille revocaretur, stultum esse Reum, licet iniustè accusatum, inquit, qui cum liceat fugere, quærat absolvi, & liberari, refert *Jo. Domin. Martuc. var. explanat lib. 1. c.30. num. 11. in fin.* cumque ei perfamiliaris dixisset, non confidis patriæ tuæ de te ipso judicium, respondit, nè matri quidem, nè fortè ignorans, pro calculo albo nigrum ferat, refert *Constant. Papa in prax. arbitrar. M. C. V. capit. 4. num.25.*

R I T V S XXIX.

Expediantur citationes contra inquiſitos, & in ultimo peremptorie procedatur contra eos ad incumbentia.

ITem, quòd teneantur fiſcales facta, aut data eis denunciatione per quemcunque denunciatorem facere citationem contra denunciatum regiſtrari facere in quaterno Locumtenentis, & in ultimo peremptorio citationum prędictarum facere interrogatoria, ſeù capita conſueta, & non permitti labi terminos conſuetos.

S U M M A R E R U M.

1 *Principatus optimus non erit, ſi Princeps delatoribus, & auriculariis facilè credet.*
Immatura credulitas mater eſt erroris, & noverca conſilii.
Laudatur Elujus Pertinax.
Veſpaſianus Imperator nummis ſuis anchoram cũ Delphino imprimebat, & cur?
2 *Hujus ritus ſanctio quod ex ſola denunciatione delicti citatio ad informandum contra denunciatum relaxetur, intelligitur prævia informatione, illaque per Judicem benè proſpecta.*
3 *Delicti titulus ſivè inſcriptio non eſt attendenda, ſed indicia ex informativo reſultantia ſunt inſpicienda.*
4 *Peremptorium antecedere oportet incuſationem contumaciæ in criminalibus.*
5 *Illud quid inſinuet.*
6 *Citatus peremptoriè, ut quis dicatur, trina requiritur monitio.*
7 *Unica ſufficit, ſi in ea fuerit additum peremptorium.*
Aut clauſula comminativa inſinuans procedendum eſſe.
Vel ſi dictum fuerit hac una pro trina, &c.
8 *Quibus in caſibus ſit neceſſariò addendum peremptorium, aut altera dictarum clauſularum.*
9 *Effectus qui ſint ejuſdem peremptorii.*
10 *Hujus Ritus diſpoſitioni concinunt prag. ſanctiones.*

1 PRincipatus tunc optimus erit, cum Princeps virtutem, propter quam ad illum eſt elatus adſervaverit, colet, & reget, quàmoptimus. At non ita erit, ſi delatoribus, & auriculariis facilè credet: immatura enim credulitas mater eſt erroris, & noverca conſilii, quis enim innocens eſſe poteſt, ſi ſufficit accuſaſſe? notandum eſt *Senecæ* præceptum 2. *de ira cap.* 22. nè ſint aures criminantibus faciles; hoc humanum naturæ vitium ſuſpectum, notumque nobis ſit, quod quæ inviti audimus libenter credimus, & antequàm judicemus iraſcimur; meritò laudatur Elujus Pertinax relatus àb eruditiſſimo Duce Hadriæ *Andrea Matthæo Aquaviva in commentar. ad Plut. de virt. mor. pag.* 103. quod delatores ab Urbe pepulerit, nè alicui de vanis criminibus periculum immineret. Et jure in Creta Inſula ſimulacrum Jovis, cui hoc nomen à juvando inditum eſt, ſine auribus pingebatur, ut ea ſcilicet effigie Principes admonerentur, non oportere eos præbere aures delatoribus. At Mida Rex aſininis auribus deformabatur, quia delatores circum ſe, & conſultos habebat. Verùm in hoc majus verſabitur diſcrimen, ſi non modò credet, ſed illicò ad puniendum deſcendet? quì enim poterit eſſe eadem res feſtinata ſimul, & examinata? quarè Corbulonis præcepto compoſitiùs cuncta, quam feſtinatiùs agenda, teſte *Tacit.* 15. *ann.* feſtinationem namque improvidam eſſe, & cæcam, refert *Liv. lib.* 2. *dec.* 4. ad quod reſpiciens Veſpaſianus Imperator nummis ſuis anchoram cum delphino imprimebat; anchora, quoniam navim remoratur, tarditatem; delphino, quod nando velociſſimum ſit animal, celeritatem exprimens, atque ita ex duobus contrariis maturitatem ſignificabat, binis, & verbis deſignabat, *feſtina lentè.*

2 Jure igitur meritò hujuſce Ritus ſanctionem, quod ex ſola denunciatione alicujus delicti citatio ad informandum contra denunciatum relaxetur, *Proſper Caravita* noſter Athleta, intelligit prævia informatione, illaque per Judicem benè proſpecta, non enim jus patitur per nudam denunciationem procedi poſſe ad citationem, condemnationemque, quod confirmat ex *Pragm. Invictiſſimi Caroli V.* 2. *de citat. Viv. dec.* 121. *num.* 4. memor *pragm.* 37. *de offic. Magiſtr. Juſtit.* hoc expreſsè vetantis, ſequitur *Clar. §. fin. q.* 20. *verſ. ad formandum, & Bajard. ad ipſum q.* 28. *num.* 16. *Viſconti ad Franch. deciſ.* 329. *verſ. in ead. deciſ. Carav.* hoc *in ritu* laudans, *Camp. in cap. ſubditorum num.* 128. *& in add. nova, Foller. in prax. crim. Rub. vel eos verb. citari fac. in princ. Muſcatel. in prax. crim. tit. de homic. num.* 42. *Ricc. deciſ.* 104. *p.* 2. *Dans. ad Gramm. deciſ.* 60. *num.* 20. quin? & jure communi hoc firmat *Intrigl. ſing.* 22. *lib.* 1. ut propterea citationem aliter expeditam, haud inditiis præcedentibus, contumaciaq; incuſata nullitate calere certum ſit, obſervat *Reg. Rovit. ſuper d. prag.* 37. *Viſconti add. loco verſ. an ſi, de Angel. ad Foller. mox memor. num.* 2. Quin? albo lapillo advertant Judices, delicti inſcriptionem, ſivè titulum in proceſſu non eſſe attendendum, ex eo etenim nemo Reus efficitur, ni indicia ex informativo reſultantia inſpiciantur, reique veritatem non titulum in capitalibus fore inſpiciendũ, monet *J.C. in l. famoſi, verſ. Hoc tamen crimen, ff. ad l. Juli. Majeſt. & l. quoad ſtatum, ff. de pæn. de Franch. dec.* 330. *Maſtril. de Indult. cap.* 29. *num.* 19. *verſ. tertia confirmatur.* Et adamuſſim irruit
3 acriter adverſus Judices illos, qui facinoris veritate minimè perpenſa, ſola tituli lectura, ad carcerationem procedunt, *Reg. Rovit. in comment. ad prag.* 1. *num.* 4. *&* 5. *de cuſtod. reor.* inſequitur *Novar. de gravam. vaſſall. grav.* 37. *to.* 3. & noviſſimè exclamat *Franc. Mar. Prat. reſp. crim.* 15. *num.* 9. *&* 10.

Citatio autem cum peremptorio, de qua fatur *Rit.* procedit in cauſis criminalibus, in quibus, quia moris eſt una ſimul non comparentes declarare contumaces, & condemnare ad pœnam in mandato contentam, indè fit, citationem cum ipſo
4 peremptorio antecedere omninò debere ipſam contumaciam, alioquin condemnatio ſit prorſus nulla juxtà terminos, *l. ad peremptorium*, ubi

Gl. & DD. ff. de Judic. & optimè *Farinac. q. 18. num.44.*

5 Generatim verò si loquamur peremptorium præportat termini præfixionem, & futuram processus comminationem, teste *Oltrad. conf.3.num. 9.* quo transacto, nemò quippè audiendus est, *l. & post edictum, ff. de Judic.* quod inferius latius demonstrabitur, nisi beneficio restitutionis, si equitas suadeat, *cap. coram de restit. in integr.* ut idem *Oldran.* dicit *mem. conf.3. sub n.5. & conf.167. sub num.1.*

6 Ut autem quis peremptoriè dicatur citatus, tribus citationibus interpellatum fuisse, oportet *l. nonnunquam, l.ad peremptorium, ff. de Judic. l. contumacia, ff. de re judic. l. consentaneum, C. quomod. & quand. Judex*, aliquando verò, & quarta opus est citatione ad convincendam rei absentis malitiam, *l. & post edict. cit. ff. de Judic. Mynsing.* complura in hac re annectens *observat.9. centur.6.*

Quod si in ipsa citatione peremptorium exprimatur certè, & unica sufficit, ex *Bal. conf. 214;*
7 *vers. quarto quia vol.3. Castrens. conf.369. num.2. vol. 1.* Itidem si in unica ipsa citatione addatur clausula illa comminatoria; Alias procedatur in causa, illorum non obstante contumacia: sive illa, procedatur in contumacia ad expeditionem causæ: aut aliis verbis exprimentibus protestationem ulterioris processus, *Vital. Gamban. tractat. clausularum rub. an sollemnitatibus Juris possit renunciari. sub num.* 10. ejusmodi siquidem clausulam habere vim peremptorii, docet *Viv. dec. 11.* præsertim *sub num. 6.* ubi præterea intellectum dictæ clausulæ recenset, verùm non sufficere si apponantur illa verba alias procederetur, ut juris ex *Franch. d. c. 357.* notat *Aunt meus ad Capyc. decis. 1. num. 11.* Similiter si in ea dictum fuerit hac unica pro trina (sive pro omnibus) citatione præmissa, nam, & isthæc quoque clausula habeat vim peremptorii, & æquipolleat jam dictæ comminativæ, inquiunt omnes, *Bar. indic. l. ad peremptorium, Ostiens. in cap. consuluit de offic. de legat. Butr. in cap. causam de rescript.*

8 Quibus autem in casibus sit addendum peremptorium, vel altera ex recensitis clausulis illud insinuantibus, congerit *Castellianus Cotta in suis memor. verbo peremptorii jura obtinet, & Marsil. singul 130. & 131. & utrobiq; addent. & Ludov. Roman. post Bar. in l. si finita. §. Julianus, ff. de damn. infect.* sequutus *Innoc. in c. ad petitionem de accusat.* scriptum reliquit in quatuor casibus requiri peremptorium. Primò, in sententia diffinitiva, quod insuper idem *Gamban.* defendit multas subnectens limitationes *adduct. loco vers. extra hos casus*. Secundò, quando pervenitur ad primum & secundum decretum, idque maximè per *Gl. in ipso §. Julianus*. Tertiò, in casu, *cap. sacro de sentent. excommunic.* insuperq; probat ipsemet *Innoc. in capit. Venerabilis de dol. & contumac.* Quartò, in sententia absolutoria ab observatione Judicii, in qua id ipsum præterea idem *Innoc.* constituit *memor. cap. Venerabilis*, fretus verbis *textus in l. properandum, ff. de Judic.* extra quos casus dicit *Bar.* insequiturque *indic. vers. citatur Vital. Gambanus*, quod quælibet citatio dicitur habere vim peremptorii, & fovet *Specul. add. tit. de citat. §. viso, vers. dicunt etiam quidam*, & concinunt exarata per *Consil. Paul. Stalb. resolut. forens. 107. centur.2.* Sed in causa hæresis utrum plures requirantur citationes, & si una, addi utrum in ea debeat peremptorium dissentio est inter DD., quos *Farinac.* recenset *in tract. de haeret. q. 185. num.117.*

9 Effectus autem peremptorii, sive clausulæ comminativæ ille judicatur præcipuus, ut tali elapso termino adversarius excludatur, nè amplius audiatur, & consecutivè perimat omnem disceptationem, omnemque viam opponendi; ut advertit *Oldran. adducto cons.num.5.* Item præfixum ad dandum articulos in causa est, nè postmodum dari amplius possint, idem *Oldr. conf.244.num.28.* Item statuto termino ad probandum, & producendum elapso, facta probatio, aut productio corruat, nihilque relevet ex *Bal. consil. 67. vers. ac etiam quia vol.3. Fulgos. conf.162. num.2. Gemin. conf.91. num.6. & 7.* tandemque *Oldradi* verba *in add. conf.167. sub num.1.* recolimus, eaque sunt. Hinc est quod cum virtus peremptorii hoc in omnibus operetur, ut post peremptorium quis non audiatur ad id, quod intra peremptorium fieri debuerit, ex his profectò verbis colliget quisquam quàm generalis sit peremptorii effectus.

10 Hujus ritus dispositioni circa denunciationum reg strum, concinunt *pragm. 19. §.3. & prag.27. §. 15. & 30. de offic. Mag. Justit.*

RITUS XXX.

Scribis fiscalibus haud licet pro scriptura aliquid accipere, nisi in casibus in Ritu expressis.

ITem, quòd dicti fiscales non audeant recipere aliquid pro aliqua scriptura, exceptis de præsentatione instrumentorum, & examinatione testium, ad petitionem partium, & significatoriis, scripturis, & copiis, quæ dantur partibus de comparitionibus in ultimo termino dato ad probandum, & de aliis (prout consuetum est,) & de jure eis permittitur, ut supra.

SUMMA RERUM.

1 *Præsentatio in scripturis ab actuario tantùm, an etiam à Scriba fieri possit.*
2 *Pro examinatione testium, quid, & quando persolvi debeat.*
3 *Significatorialium multa species, & ultima præsertim comprobatur.*
4 *Inhibitionis materia remissivè.*
An illa concedatur absque causa cognitione.
5 *Acta in vim probationis absque citatione, an produci possint.*

1 SI verba in hujus Ritus initio posita illa, scilicet, *quod dicti fiscales*, intelligamus de scribis fiscalibus, utique insinuarent præsentationem scripturarum apud ipsos scribas fieri posse, quod hodie

hodiè non subsisteret, cum si jus commune attendamus tantùm apud Actuarium fiat, si *Bar.* vera fatetur *in l. eos, §. super his num. 3. C. de appell.* & si verior erit additionis ad eundem *Bar.* negativa sententia, neque apud ipsos actuarios fieri posse, concludens, & si Regni legem perscrutemur, apud ipsum Actuarium faciendam esse permittentem, qui sua tantum propria manu scribat, atque ut moris est dicat, præsentata die tali per N. Omni igitur jure excluduntur scribæ, nisi dicamus licuisse virtute hujus Ritus, sivè, & validius fortassè, ut intelligantur de scribis fiscalibus, quos subactuarios tunc dictos fuisse, nunc verò actuarios criminales defendimus *Ritu 13. & seq. rit. 31.*

2 Pro examinatione testium ad partium petitionem quid persolvi debeat, quoque in casu sanxit, altera *prag.* præter illam a *Carav.* recensitam, 22. §. 3. 7. & 8. *sub rit. de offic. Mag. Justit.* nihil tamen cùm ad fisci instantiam, idque utrùm scribæ fiscales admittant, omnibus innotescit, ac quod est pejus, quandoque, ut inquisitum magis convincant, nonnunquam verò illi, ut faveant, sicque velociùs, aut tardiùs currit calamus, ut causæ conformes reddantur subministratæ pecuniæ.

Quod autem stipendiatus à Curia, ab illaque gagia habens in aliquo loco, si exire oporteat pro ipsius Curiæ beneficio tantum expensas assequatur, monet *Afl. in const. cum juxta in 6. notab.* Et barattariam committeret recipiendo pecuniam à partibus, ut opus suum expleret, *Lomnes ff. ad l. Jul. repetund. Angel. in Auth. ut Judices sine quoque suffrag. Parif. de syndic. verbo Barattaria num. 7. Nell. de bandit. 2. par. 2. temp. num. 12.* Si-

3 gnificatoriarum autem, de quibus Ritus fatur, multas species rescribit *Carav. sub num. 2.* & meminit *Alber. Oliva in rit. 38. Cur. Archiep. Neap. num. 1.* & quod ad eam attinet speciem ultimo à *Carav.* relatam in *vers. ut quando aliquis*, adde jure etiam communi probari, & defendit *Feder. de Senis cons. 235. vers. tertio quæritur sub num. 2. Franch. in cap. si Judex §. fin. post num. 5. de sentent. excomm. in 6. Bal. in l. si qua per calumniam nu. 5. C. de Episcop. & Cleric. Alex. cons. 149. num. 3. lib. 6. & Afl. dec. 206. num. 1.* adstipulatur *Butr.* in alio per ipsum relato casu *in cap. tuam nu. 9. de ordin. cogn.* adductus *Lapi* verbis *in alleg. 58.* quos refert, sequiturque *Alex. adduct. cons. 149. num 3. Capoll. cons. crim. 10. num. 6. & cons. 11. num. 2. Barbat. cons. 45. vers. secundo dico sub num. 19. vol. 2.*

4 Inh bitionum verò materiam extricant *Cravall. qu. comm. 879. à num. 744. tom. 4. Nicol. Boer. dec. 114. num. 2. Menoch. lib. 2. de arbitr. Judic. cas. 430. num. 2.* demumque in hac specie *R. Valenzuel. in defensione monito ii par. 4. num. 74.* Et de inhibitione Pontificis, & Rotæ Romanæ, loquitur *Gratian. discept. forens. cap. 17. num. 3. & cap. 84. num. 6. lib. 1.* atque concedatur absque causæ cognitione, idem *Gratian.* extricat *cap. 914. nu. 25. & 27. lib. 5.* qu que alia ad materiam, adjungit, *cap. 61. & cap. 90. lib. 1.* necnon *lib. 2. cap. 349. nu. 3. & cap. 383. num. 2.* & insuper *lib. 3. cap. 503. & lib. 4. cap. 631. & 658. num. 14.*

5 Quando autem acta in vim probationis absque citatione produci valeant præter *Carav.* hoc *rit. num. 3.* explanat *Muscatell. in prax. S. C. lib. 1. par. 7. Gl. præsentatas num. 30. & seqq.*

RITUS XXXI.

Scribæ fiscales sint in Curia horis consuetis, & Capitula faciant cum consilio procuratoris & advocati fisci.

ITem, quod fiscales præd cti debeant interesse in ipsa Curia horis consuetis, & debitis: & omnia dicta capitula, & denunciationes facere, & scribere de consilio procuratoris, & advocati fisci dictæ Curiæ.

SUMMA RERUM.

1 *Fiscalis nomine qui utatur.*
2 *Capitula à repertis an distent.*
An & quando in Judicio temporali, & Ecclesiastico dentur capitula, & repertorum copia.
3 *Copiam repertorum non concedi, nisi præcedente declaratione, quod habeat inquisitus testes pro citatis, &c. demonstratur.*
Post præsentatam comparitionem, per quam habet Reus testes pro legitimè repetitis, recipitur, re integra, revocatio.
4 *Quid si fiscus contradicat, an sit danda copia, facta prædicta declaratoria.*
5 *In causa verò haresis concedenda est, suppressis nominibus, & cognominibus testium, & accusatoris.*

1 COmplures alios reperimus hoc nomine (*fiscales*) utentes *ritus* nempè 13. 29. 30. & 32. quo quippè nomine intelligi scribas cum subactuarios, nunc dictos Actuarios criminales diximus *Rit. 13.* insinuantque nostri ritus aperta verba injungentia fiscalibus ipsis scribere de consilio procuratoris, & Advocati fisci. Itaque fiscales ante memoratì, non ij sunt, quos procuratorem, & Advocatum fiscalem appellamus. Istorum omnium horis consuetis in M. C. assistentiā, *prag. sanxit 13. §. 2.* nec non altera *27. §. 28. de offic. Magist. Justit.* Et quomodo ab illis servetur, explanat *Carav.* hoc Ritu.

Capitula verò, de quibus Ritus alloquitur, à repertis distare constat dilucidè ex *tex. in cap.*

2 *qualiter, & quando el 2. §. debet de accusat.* quo in loco utriusque mentio fit, ut propterea in errorem labantur, qui capitula dari in judicio temporali tantum autumant; reperta verò in Ecclesiastico, cujus sententiæ videtur *Marant. in prax. Judic. par. 6. rubr. & pervenitur aliquando per viā inquisitionis num. 10.* tum quia ex ipso §. *debet*, apertè deducitur jure canonum utraque danda esse: tùm quia non semper jure Regni danda esse capitula; sed in maximis tantum criminibus concedenda, post *Bartol. de Capua, & Andr. in constit. hi qui*, docet *Campagn. in cap. Regni 143. subjungendo num. 14.* quare in certis, & gravibus sceleribus primum dari capitula, deindè verò copiam repertorum in eadem causa existimamus; & deducimus ex *eod. Campagn.* necnon aliis mox citandis

dis, ea tamen considerata distinctione, ut capitula ante litem contestatam, reperta verò, seù eorum copia post litem contestatam, idque carpitur, ni fallimur, ex traditis per *Foller. in prax. crim. rub. detur copia capitulorum inquisitis, vers. cum congrua ratio propè num.* 2. atque ex *Puteo de Syndic. verbo inquisitio cap.2. in princ.* ac dilucidiùs ex *Affl in const. si damna sub num.*36. ibi: *Sed oportet ut Judex formet capitula*, rursùs *sub nu.* 37. *& Marant. dict. rub. sub num.*8. nisi dicamus semel atque iterum formanda capitula, nempè ante contestationem, super quibus examinatur principalis, & quorum meminit *Afflict. super dict. num.*36. & post litem, quorum meminit *Foller. indic. locorum num.*1. inquit; Perfecta jam litis contestatione, & concesso termino ad probandum, debet dari inquisito copia capitulorum, & consecutivè sustineant vicem repertorum, quæ similiter duabus vicibus concedenda esse, sivè eorum copiam, probat *Clar. q.*45. *num.* 8. de priori verba faciens, de posteriori verò in *q.*49. Vtcumque tamen sit, sivè concedatur copia repertorum, sivè articulorum post litis contestationem neutra
3 danda est, nisi præmissa comparitione ipsius inquisiti declarantis habere testes Curiæ pro citatis, examinatis, & legitimè repetitis, non quidem ex juris communia, aut Regni lege, sed continuo usu ab hinc multis lustris vigente, ut asserunt præcitati *Foller. Marant. & Paris de Puteo*, necnon *Capyc. decis.*74. *Vulpell. cons.*78. *num.*7. Si verò addita iu ea fuerit clausula, præter mortuos, & absentes jus non vetat dari copiam, tametsi contradicat praxis, & fiscus soleat impedire, & nulla fretus ratione dicit *Foller. sub eod. num.* 5. quem laudat *Avut mens ad Capyc. add. dec.*74. *num.*2.

Meminimus tamen versutia cujusdam procuratoris criminalis fuisse invalidatam sententiam condemnatoriam, eò quod in comparitione petitionis prædictæ copiæ dictum fuerat, habendo testes Curiæ legitimè citatos pro legitimè juratis, examinatis, ac legitimè repetitia, nam para vocanda erat, ut legitimè dicerentur citati testes, *l. si quando, & Auth. sed, & si quis, Cod. de testib. Paul. Æmil. lib.*2. *dec.*207. *num.*9. *Reg. Valenz. cons.* 90. *num.* 115. *&.* 1. *Osasc. decis. Pedem.*79. *num.* 18. *Farinac. de testib. q.*72. *cap.*2. *num.* 89. *Mascar. de probat. conclus.*1368. *num.*5. *Escob. de nobil. & purit. proband. p.*4. *qu.*13. *§.*4. *num.*27. *R. Merlin. centur.* 1. *controvers. forens. cap.*42.

Facta autem per Reum declaratione habere testes pro legitimè repetitis, re integra, antequam sit data copia, & perquisitus processus, admitti revocationem, & repeti testes, authoritate *Avi mei ad Gramm. dec.*28. *num.*14. *vers. verum nota.* & aliorum DD. suffultus, decisum memorat *Reg. Sanfel. dec.*259. *lib.*2. insequiturque *Franc. Mar. Prat. respons. crim.*18. *num.*7. insinuans unde ortum habuerit copia capitulorum, seù repertorū danda inquisitis, quid operetur repetitio testium respectu fisci, quidque respectu inquisiti indicatque causam, qua author ipse minimè proclivis fuerit ad consulendum clientibus, nè passim habeant testes fisci pro repetitis.

Verùm fisco reluctante sit deneganda prædicta
4 copia, etiam cum inquisitus declaraverit habere pro repetitis, in illo casu determinatum meminit *Vincent. de Franch. dec.*629. quem insequitur *Thor. par.*1. *compend. dec. verb. copia repertorum*, cum regulariter dari debeat copia repertorum, cum nominibus, & cōgnominibus, ut defendit *Guttier. alleg.* 13. præterquam in causis gravibus *Afflict. decis.*341. *nu.*10. quin in crimine Læsæ Majestatis, nec repertorum, neque capitulorum copia concedatur, nisi facta relatione S. M. indicat idem *Affl. in const. hi qui col.*2. *&* 6. *notab.* 12. *&* 15. At dari in causa hæresis suppressis tamen nominibus, & cognominibus testium, & accusatoris, deducitur ex *Farinac. in contract. de heret. quæst.*185. *num.*112. *&* 221. dum tamen expeditus antea fuerit processus offensivus, & defensivus, ut dicit *Locat. in suo oper. inquisit. verbo processus sub nu.*5. *discedit verò Farinac.* & jure quidem, in ea parte, in qua *locatus* credit, quod etiam processus defensivus finiri debeat antea, *indic. q.*185. *sub num.*224.

RITUS XXXII.

Acta fiscum tangentia notificentur statim Judicibus.

ITem, quòd teneantur fiscales notificare Judicibus omnia acta facienda per Curiam prælibatam in omnibus causis fiscum tangentibus: & in præmissis nullam moram, seù terditatem committere.

SVMMA RERVM.

1 *Lento pede, & nimis serò capitis Judicium ferendum est, & cur?*

2 *Celari difficiliter potest, quod à multis scitur.*

3 *Ad fraudem Scribarum criminalium evitandam, quæ fuerint emanatæ peculiares sanctiones.*

4 *Actorum Magistri quem codicem conficere debeant.*

1 DIgnum sanè laudibus extitit sapientis Viri effatum, ac celebranda Anassandrinæ sententia, quam interroganti cuidam protulit, cur tàm lento veluti gressu, ac nimia serò capitis judicium ferrent judices, & Reo defensiones promitterent, ac post latam sententiam ejusdem mortem ad longum tempus differrent; Quia non est, inquit Anassandrina, correctio errori, nimirum, ut doceret in damnatorum capite, non præceps, sed firmum Judicium opus esse, nec ab illis tàm brevi mentem excutere, qui in amentiam sempiternam incasuri forent, seriò agendum esse, in quibus vitæ alea luditur. Laudarem equidem nostrorum scribarum morem, qui in tradendis Judicibus acta diutiùs morarentur, ut solertiùs illa excuterent, sed indignum justitiæ assessoribus foret actorum cognitionem ad multos dies, & ad mentes ipsos differre, quia lucri spes allicit ad dilatandum, quasi verò nefariorum crimina non percensere quæstui sibi esse velint, & ex civium ruinis sibi commoda lucrari, Notificent, docet *Ritus*, Judicibus acta, nulla commissa mora, illa pervolvant, sed non aurum lucem

præ-

præferat ad dignoscenda, non argenti splendor oculos illustret, qui eos perstringere sæpiùs novit, sed justitia tantùm faces præferat ad videndum; Has fraudes evellere conabantur, consuetudines, sivè observantiæ M.C., & Vicariæ Curiarum, nimirum si plures legimus *Ritus* demandantes, nè quid ab uno tantùm fieret, animad-
5 vertentes difficulter celari, aut vitari posse, quod à multis scitur, norunt scribæ criminales, præsertim quæ, & quanta committant, potissimùm in depositionibus testium pro fisco examinatorum? norunt, si acervo pecuniarum subornati illorum dicta rescripserint; ut non rarò, quæ antea satis erant ad convincendum inquisitum, ac morti damnandum, neque ad torquendum adinventa deindè fuerint valida: quin? & interdum, si concordata parte filuit informatio, & quandoque lacerata fuit.

Necnon ad omnem prorsus horum fraudem vitandum multas alias emanatas peculiares sanctiones legimus, præsertim *prag. 4. §. Rursus de Actuar.* demandantem actorum magistris, quod
4 conficere debeant codicem omnium actorum, & quolibet die, quæ occurrerint Regenti ipsius M.C.seù Advocato fisci notificent, nè, inquit, *prag.* fiscalia negotia in locum protrahantur, nec subtrahantur, & defraudentur, atque occupentur, necnon alteram id ipsum *sancientem 27. §.12. de offic. Magist. Just.*

R I T U S XXXIII

Fidejussiones captæ eodem die, vel sequenti notificentur Regenti, Judicibus, vel Perceptori.

ITem, quòd teneantur omnes qui recipiunt fidejussiones eodem die quo recipiunt, revelare Locumtenenti, & Judicibus, seù uni ex ipsis Judicibus, & Ærario, & ad tardius, sequenti die, ad hoc, ut exequenda circa præmissa possint executioni demandari.

S U M M A R E R U M.

1 *Author dictum Carav. in hoc ritu non admittit.*
2 *Revelare verbum cujus sit virtutis.*
3 *Ritus concordat cum pragm. 18. de offic. Mag. Justit. & praxis ostenditur.*

1 HAud servari hujus Ritus sanctionem dicit *Caravit.* ob illam rationem, quod cum Judicum fine mandato, Actuarii non recipiant fidejussiones illarum notitiam habent, ac propterea revelationis vis abest, quæ subsistit in incognitis;
2 Ejus autem dictum non admitto, quia Judices mole negotiorum gravati nunquam consueverunt notare fidejussiones, & illis codicem, seù quinternum conficere, potissimùm, quia non omnes, quas decernunt recipi, deindè cum affectu præstantur, aut saltèm à memoria fugiunt, ut propterea jam dictum verbum, *revelare*, tanquam genericum extendatur ad omnes casus, etiam ad casum memoriæ reducendi.

Concordat *Ritus* iste cum *Pragm. 18. §. 1. de of-*
3 *fic. Mag. Justit.* Verum quia omnes fidejussiones, tam civiles, quàm criminales, capiuntur per Actuarios civiles, sanctum, ut actuarii ipsi denunciarent actuariis criminalibus fidejussiones captas, ut in *mem. prag. 18. §. 2. & 19. §. 7. eod. tit.* quòd non tantum in criminalibus, sed etiam in obligationibus incusandis, elapso tempore eadem denunciationis sollemnitas exigitur, sic disponente eadem *pragm. 19. §. 23.* ut fiscus de pœnis notitiam habeat, nè jure suo fraudetur.

R I T U S XXXIV.

Actuarii acta per alios scribant, sententias per seipsos.

ITem, quòd eisdem Curiis, & qualibet ipsarum Notarius Actorum scribat acta per scriptores suos instrumenta verò sententiarum scribat manu propria. Item, quod scriptor fisci debeat scribere omnes processus causarum fiscum tangentium.

S U M M A R E R U M.

1 *Actuarii possunt manu scribæ extendere acta, ipsi verò tenentur subscribere.*
2 *Subscribens dicitur omnia in scriptura contenta virtualiter scripsisse.*
3 *Sententia emanata forjudicationis: ac lecta lata, num reus adversus illam audiri debeat, et si postea ex veris probationibus innocens appareat.*
4 *Notarius, num valeat per alium instrumentum scribere, remissivè.*
5 *Instrumenti reassumptio Notario, Judice, ac testibus defunctis, quomodo concedatur.*
Quid si in filsa Notarii fuerit repertum cum aliis ad materiam.

1 ADmittit Ritus Actuariis licere manu scribæ, acta extendere, ipsis tantum illa subscribentibus, isthæc consuetudo triplicatur, nempè in *ritu 36. & 161.* ubi pauca quædam super ea re notavimus; & protendit usus quoque in sententiis, quin? & *pragm. 10. §. 12. de official.* id confirmatur, necnon altera *21. §. 18. de offic. Mag. Just. Muscatell. in prax. S. C. lib. 1. Glos. præsentato un.* 5. nec sine ratione videtur concessum, cum subscribens dicatur omnia in præcedenti scriptura contenta virtualiter scripsisse, ut post *Angel.* dicit *Alex. in l. si ita stipulatus, §. Chrisogonus, ff. de Verb. signific.* & complures id ipsum tutantes commemorant *Sard. consf. 61. num. 31. & dec. 265. num. 26.* necnon *Auus meus ad Gramm. dec. 50. num. 4.* vel ut proprioribus utamur verbis in hac specie sententiarum, satis sit, si manu propria scribat actuarius diem prolatæ sententiæ, juxta verba *rit. 37.* qui tametsi utens dictione, *saltem*, insinuet
2 totam propria manu scribere debere sententiam, patitur nihilominus, ut saltem diem lecturæ scribat, & consecutivè ipse legat, eandemque scribat lecturam, ut eo in *ritu* avvertimus, & cum sententia jam manavit, intermedia prædicta lectura, certè succumbens, nedum amplius non auditur coram eodem Judice, ut alias laxioribus habenis adnotavimus, verùm, & illud usque adeò pro-

protenditur, ut in casu etiam foriudicationis ven-
5 dicet sibi locum; quamvis innocens postmodum appareat ex veris probationibus, ita quod adversus sententiam audiri nequeat, si *Aret.* vera fatur *cons.146.& Menoch.* illum sequens *de præsump. lib. 1. præsupt. 95. num. 9.* demumque *Reg. Rovit. in rubr. de sent. foriud. num.7. & 31.* nisi tamen Judice ipso adhuc sedente pro tribunali, comparverit idem Reus, ut illemet subdir *num. 35.* Quod si ejus agnatus tunc venerit, & cum supplicatione habente clausulam, dummodò non sit lecta, lata, contentio fuit, nùm debuerit audiri non tamen decisum eodem *Rovito* teste *add. loco nu. 36.* adnectente complures in utramque partem rationes, & auctoritates, quibus, & alias appendit *Thor. par.2. in compend. decis. verbo sententia foriudicationis.* Alia verò permulta in hac materia Actuarii, an scribere, vel scribere possint, afferemus *ritu 36.*

Valeatne Notarius per alium instrumentum
4 scribere, exarat *Ursil. ad Affl. dec.6.* indicans subscribentem obnoxium esse dicere, ob impedimentum Notarii *num.5.* quin? in Regno peculiaris extat sanctio, qua Notarii obstringuntur librum conficere, juxtà normam *in prag.2. de Notar.* adjectam, quem protocollum appellitant, ibique redigere contractus, & rogationes manu propria, *Gram. dec.106. num.36.* ut propterea nè fides instrumento adhibeatur in protocollo non apperto,
5 suadet idem *Gramm.add. loco num.37.* Quomodo autem instrumenti reassumptio, diem functis Notario, Judice ac testibus concedatur, quique usus inoleverit instrumento haud in protocollo scripto vel in cartula, vel filza Notarii reperto inter ejus scripturis inquirit novissimè *D. Cons. Franc. Rocc. respons.12. cent.1.* quique alia adducit *respons. 13.* Verùm non omnium DD una est sententia. posse instrumentum taliter in filza repertum reassumi in forma probante, quos *Reg. Rovit. indic. pragm. 2.* commemorat inter quos *Pereg. decis.33.* septem casus distinguit, & *Gram. decis.106.* testatur fuisse à S. C. hujusmodi reassumptionem concessam, quodque in praxi relceptum *Pater Molfes.* indicat ad *Consuetud. Neapo. par. 10. quæst. 13. num. 14.* insequiturque *Jo. Dominus Gait. de Credit. cap. 3. tit.1. num. 792.* in quo si deficiant feudalium hypotheca, constitutum, præcarium, cæteræq; clausulæ posse Judicis mandato entendi per alium Notarium, declarant *Pruf. Merlin. lib. 1. contr. cap. 35. num. 15. Joseph. Vela differt. 20. num.21.* idemque *Gait. memor. tract. cap. 4. q.6. num. 234. cum seq. & in addit. ad idem caput.4. pag. 431.* quod autem reassumptio contractus à protocollo Notarii vita functi facta ab alio privilegium, reassumendi habente legitima judicetur; & quoque possit ille ad formam Ritus exhiberi, nos docent *Affl. in Const. Bajulos num.49. & Berardin. Paudus in prax. instrum. p. 1. decl.8. num. 45.* authoritate suffultus styli Cancellariæ, memor *Antonii de Alexandro in l.edita, C.de edendo*, (cujus celeberrimi viri vitam ac egregia gesta recenset *Top. de orig. S. C. p.2. lib. 3. cap. 1. nu. 14.* ipsiusque lecturas calamo exaratas in pergameno *sup. 2. ff. vetus* servat *D. Consil. Hortentius Pepi socer meus*,) necnon *Pandus* insequuntur *Fiv. dec.5. Barrell. in summ. decis. de fid. instrum. num.226. cum seq. Galter. in prax. p.2. verbo reassumptum num.27. Montan. de regal. verbo potestas sub num. 11. Minad. decis. 11.* de qua tamen licentia reassumendi impartita liqueat necesse sit ut instrumentum vim habeat colligit *Guid. Papa decis.404.*

RITUS XXXV.

Subactuarii non capiant fidejussiones, nec obligationes nisi de voluntate Magistri Actorum.

ITem, quod omnes subactuarii non audeant recipere fidejussiones, & obligationes, nisi de conscientia, & voluntate actorum magistrorum seù alterius eorundem, & eo casu registrari faciant in communi quinterno, & ponant, ac scribant in actis. Item scriptor fisci debet scribere omnes processus, & causas fiscum tangentes.

SUMMA RERUM.

1 *Subactuarii quot sint in M. C. & qua gerere possint.*
2 *Actuarius signare potest actum à Scriba rogatum.*
Prag.9. de Actuariis, & Reg. Rovit. ibidem effatum expenditur.
3 *Obligationes penes acta capere minimè actorum magistri possunt absq; Judicis mandato.*
Observantia in M.C.V. traditur.

1 SUbactuarios in Ritu mentionatos esse scribas *Carav.* Commentator dicit, quia subsunt actuariis. At ipse scio decem, & octo extare subactuarios in Magna Curia qui sunt ad instar actuariorum, & unusquisque præsidet suis scribis, & bancam retinet, non secus ac actuarii non tamen omnia, quæ, & actuarii, retinent exercendi potestatem, potissimùmque recipiendi fidejussiones juxta nostri *rit.* observantiam, si eorum erectionem inquiramus, quamvis progressu temporis inceperint paulatim in omnibus manus apponere etiam recipiendo fidejussiones causarum tamen ab ipsis agitarum subactuarios autem illos, quos scribas peculiari nomine appellamus, prorsus prohiberi fidejussiones recipere certum est, ut notat *Fusc. singul.61. Judex lit.I. Carav.* hoc *rit* laudans & procedit nostri *ritus* dispositio concinitque *Pragm. 9. de actuar,* tametsi jure communi valeat actuarius signare actum rogatum à suo scriba, quem substituit, ac si ipsemet rogasset;, decidit *Mobedan.dec.347.* cui derogasse adductam *pragm.* memorat *Reg. Rovit. super eadem pragmat.* ibidemque *Novar.* quoque advertit, quoad obligationes tentsi in reliquis verò adhuc servari jus commune At ipse *Roviti* sententiæ, non adhæreo quandoquidem *cit. pragm.* recipi obligationes per scribas vetat hoc est per ipsos capi, & extendi ad instar actuari, sed capi tantum ex delegatione actuarii non intercedit quin? adusque nostra tempora videmus observari ut scribæ ipsi adeant domum alicujus, ejusque voluntatem explorent, atq; ut vul-

go dicitur (*Pigliano la parola*) quam renunciant actuario, illeque obligationem extendit, aut scribit ac si ipse rogatus fuisset, & hoc præseferunt verba adductæ *dec. Mobedan.*

Quod autem obligationes pènes acta minimè magistri actorum capere queant, absque Judicis mandato, advertit *Affl. in constit. Regni Magistri Justitiarii*, quippè qui absque illius ordine aliquid scribere non valent, *Bal. in l. hac consultissima, §. si quis autem, C. de testam. Alex. cons.* 104. *col.* 5. *Boer. decis.*250. *nu.*1. hocque mandatum Actuarii M. C. habere à Judicibus, dicuntur teste *Ant. Ursill. ad Affl. dec.*3. *n.*8.

RITVS XXXVI.

ITem, in eadem Curia Notarius Actorum præsens vel absens scribat acta per scriptores suos instrumenta verò sententiarum ipse propria manu scribat.

SUMMA RERUM.

1 *Actuarius Notarius actorum, & Magister Actorum idem sunt.*
Quibus debeant fulciri, qualitatibus, & cujus ætatis esse debeant.
2 *Per eorum scriptorem acta scribere valent.*
3 *Notarii scilicet Tabelliones nonnisi propria manu scribere, & reassumere instrumenta possunt, duobus tamen exceptis casibus.*

1 NOtarii actorum nomine etiam ad hunc effectum utitur *ritus* 34. At nostris his temporibus Actuarium, ita concedente usu omnium gentium, quin, & *ritu* 37. & 161. ibi *Magister actorum*, necnon *Constit. Bajulos*, cum alioquin Notarius dicatur qui judex chartularius est, & jurisdictionem exercet voluntariam ut notat *Corn. cons.*138. *vol.*3. *specul. in tit. de feriis* 4. *sequitur*, *vers. quid si in feriis*, & *Marant. p.* 4. *distinct.* 18. *num.* 3. quique alio nomine Tabellio nuncupatur, verum ubicumque sumitur priori modo, quibus debeat fulciri qualitatibus ediseramus indicato *rit*161. cujus ætatis esse debeat inquirit *Borrell. de magist. edict. lib.*2. *cap.* 15. *num.* 13. quiq; *num.*4. & 6. advertit, non requiri hodiernis temporibus exercentem officium actuarii debere esse Notarium, concinuntque per ipsumet *Borrel.* exarata *cons.*6. *num.* 11. necnon *Reg. Valenz. cons.*43. *num.*28. *to.*1. sufficere illum personam esse legalem, admonet.

2 Hic per ejus scriptorem scribere acta valet ex hoc *ritu* & altero 34. & 167. id ipsum sancientibus, super quibus multa scripsimus.

3 Alii verò Notarii, scilicet Tabelliones, nonnisi propria manu scribere instrumenta, aut reassumere queunt nisi privilegio fruerentur, scribendi etiam aliena manu vel urgenti ex impedimento, de quo præterea attestati sint in subscriptione, ex latè deductis per *Affl. indic. constit. Bajulos num.* 37. & 38. *Ursill. ad Affl. dec.* 6. nosque deliberavimus *rit.* 34. ibidemque advertimus continuis moribus receptum esse, satis esse subscribere Actuarium sententiam, quicquid tùm præsens *ritus* tùm *memor.*24. disponant per eadem ferè verba, ut propterea *Carav.* nihil super hoc *ritu* commentatus fuerit sed tacitus pertransierit, tantummodò remittendo se ad ea quæ in illo *ritu* 34. scripserat, prout & nos quoquo ob eandem rationem libenter facimus, nè dicamur eadem cantare.

RITUS XXXVII.

Magister actorum, vel qui loco sui est, saltem scribat manu propria diem latæ sententiæ.

ITem servat ipsa Curia, quod Magister actorum ejusdem Curiæ, vel ejus Locumtenens ponat, solum saltem manu propria, diem quo proferuntur sententiæ diffinitivæ, & ipsa sententia, quæ legitur non autem expedit, eum ponere, nisi diem, non autem mensem, vel annum, vel ubi expedit, necessario: nisi diem tantum in principio sententiæ, idest circa principium, ubi ponitur dies quà fertur sententia in præsentia magistri actorum, vel ponit dictam manū, qui loco dicti magistri est juxta scripta, infra de fidejussoribus, ubi omnino vide.

SUMMA RERUM.

1 *Sententia, & scribi, & legi debet.*
2 *Si careat lecta lata, an subsistat.*
3 *Lata contra stylum, & consuetudinem notoriam est nulla.*
4 *Judicis subscriptione an indigeat.*
5 *Judici pro tribunali sedente legi, necnè debeat?*

1 REgnicolæ hujus *Ritus* verbis: (*Et ipsa sententia, quæ legitur*) adducti dicunt scribendam primo, legendam postmodum esse sententiam, quod exteri de jure quoque affirmant *Marian. Jun. cons.*80. *nu.*6. *vol.*1. *Card. Paleot. dec. noviss. Roman.*705. *lib.*3. *vol.*3. *Franc. Milanen. decis. Sicil.*2. *num.*32. *lib.*1. legi autem quamvis jure communi per Judicem deberet, *l.*2. & *fin. C. de sentent. ex privil. recitand. juncto cap. fin. de re judic. in* 6. attamen jure municipali proficiscente ex hoc *ritu* per Actuarium tantum legi introductum est, quod præsertim scribit *Paris de Puteo tract. de Sydic. verbo sententia cap.*2. *nu.*12. *Vincent. de Ann. sing.* 473. & hodiernus usus approbat. Verùm illæ, prout decreta per Secretarium rigistrantur, juxta *Calii* scriptum apud *Ciceronem lib.*8. *epist.*8. cujus meminit *Janus Langlaus ocii semestris lib.*17. *cap.* 13. & stylum Senatus Tholosani recenset *Maynard. dec. ejusdem Senat.*74. *lib.*1.

Imò ex generali consuetudine Italiæ prodire, dixit *Marant. par.*6. *verbo*, & *demum fertur citatio nu.*56. suffultus verbis *Gemin. in eod. cap. fin.* & Flandriæ, & Galliæ testatur *Jodoc. in prax. civili cap.*219. *num.*4. *Suarez int. comm. opin. nu.*212. *sub tit. de re judic. Faber lib.*3. *tit.*11. *definit.*1. *nu.* 2. quidve in criminalibus dispungit *Bonac. int. comm. opin. lib.*7. *memor. tit.* ita quod, si ejusmodi lectura omitteretur, vel potius ista clausula, lecta lata omitteretur, vitiaretur sententia, eaque nul-

2

S

nullitati subiaceret, ut defendit *Muscatoll. in prax. p.7. Gl. condemnando à nu.20.* per aperta verba *Bar. in d.l. fin. C. de sentent. ex brivil. recitand. & Bals. in l. fideicommissa, §. quoties de legat. 3.* insequitur *Ann. ait. singul. 473. Prat. ad Muscatoll. loc. cit. vers. quærit*, restitutionem tradens in sententia Regia, ex *Soccin. Juniore cons. 80. num. 6. vol. 1.* & conferunt tradita à *Camillo de Medic. cons. 51. nu. 56.* tametsi *Muscatel. num. 19.* complures retulerit contrariam tutantes sententiam, quibus addimus *Marth. in tract. clausul. par. 1. claus. 302.* siquidem prior fulcit
3 veritate, eo præsertim assumpto, quod sententia lata contra stylum, & consuetudinem notoriam sit omninò nulla, teste *Afflict. in Constit. Universalis sub nu. 33.* insequiturque *Carav. rit. 72. num. 10.* cujus memor est *Avus meus ad Capyc. dec. 1. nu. 5. in fin.* Si tamen constet sententialiter promulgatam, præsumi lectam, latamque existimat, probatque *Bertach. in verb. clausula sententiarum, vers. lecta*; quæ lecta est Judicis scriptione non indiget, si illa careat, nihilominus, quod subsistat sententia dicit Rotæ judicio definitum, *Caputaq.*
4 *decis. 139. p. 3.* cujus vigore respondi validam esse sententiam carentem Judicis subscriptione, non tamen lecta lata; & tradunt *Paul. Aemil. Verall. dec. 139. par. 3. Corduba dec. Rom. 46. num. 2. par. 1. tom. 1.* Dictam verò clausulam illis debere concipi verbis, meminimus; scilicet lecta lata, die tali, præsentibus, &c. Verum pro Tribunali sedente legi, necnè debeat, addi pro tribunali lectam fuisse, annuit *Carav. num. 6. & 9.* quem laudat insequiturque *Borrell. par. 1. summ. dec. tit. 30. de sent. diffinitiv.* dissentit verò *Muscatoll.* & quippè justiùs adducta *Gl. condemnando à num. 24.*

RITUS XXXVIII.

Item, quòd dictus Tubita non audeat vocare aliquem ad petitionem partium, seù procuratorum, quando regitur Curia excepto de mandato dictæ Curiæ.

SUMMA RERUM.

1 *Tubita quis nam sit, & alio nomine appellatur viator, apparitor, & litium executor.*
2 *Ad hoc officium eliguntur viles, & abjectæ conditionis homines.*
3 *Mandatum Judicis requiri in citatione, sive executione, captura, & aliis, probatur, nisi fuerit aliquis repertus in flagranti.*
4 *Satellites tenentur ostendere mandatum.*
5 *Ærarii mandare debitores capi nequeunt.*
6 *Judicii malè exequenti licet resistere.*
7 *Soli Nuncio, an, & quando credendum sit.*
De cursoribus Curiæ Archiepiscopalis, remissive.
Et an ad probandam cum armis prohibitis apprehensionem testes idonei reputentur Scribæ fiscales, & Capitanei Justitiæ.

1 Tubitam præconem esse, cujus ministerio utitur Curia in vocandis personis per edictum, indicat ex *text. in auth. qui semel. Cod. quomod. & quand. Judex, Jo. Franc. Senglion.* hoc in ritu, *Foller. in prax. crimin. rub. accusentur contumac. num. 8.* Judiciorum nuncium, qui ea, quæ in Judicio fieri debent ex Judicis commissione, litigantibus, aliisque denunciat, viatoremque alio nomine appellari, constat ex *l. magis puto, §. ne tamen 13. ff. de reb. cor. qui sub tutel. vel cur. sunt sine decreto non alien. vel supponend. l. fin. ff. de Judic. l. is cui §. missus 27. ff. ut in poss. legat. vel fideicomm. servand. caus. esse lic.* quin? & apparitor, & litium executor quoque nuncupatur, *§. tripli, instit. de action. l. fin. quod met. caus. gest. erit l. omnes 33. §. executoribus, C. de episc. & cler. l. 1. l. omnes 3. C. de sportul. & sumptib. in divers. Judic. faciend.* & vulgus cursorem, & pedellum appellitat, teste *Eberharto Speckan. cent. 3. qu. & dec. jur. class. 5. num. 7.* subnectens ex *Tiraquell. de retract. lignag. consanguinitatis, §. 8. Gl. 9. num. 2.*
2 placito ad simile officium eligi viles, & abjectæ conditionis homines, confirmat *Marant. in specul. p. 6. princ. vers. de citat. num. 42.* haud verè infames observat *Foller. in Const. Regn. Rub. de offic. Justitiar. verbo tractas text. nu. 2. 3. & 4.* necnon declarat *Soccin. in tract. de citat. artic. 10. nu. 1.* insequitur *Cassan. ad Consuet. Burgund. Rub. 1. §. 7. nu. 46.* & in birrivariis dixere *Præs. Merl. lib. 1. controv. for. cap. 66. num. 12. Thor. vot. 78. nu. 5., Gramm. vot. 21. nu. 1. Giraz. disscep. forens. 44. nu. 1.* multa verò spectantia ad officium Tubitæ, dicemus *rit. 110.*

Quod autem in proclamante requiratur mandatum Judicis, deducitur ex verbis *Ritus*, ibi: *De mandato dictæ Curiæ*, defendit *Ruin. cons. 69. circa processum lib. 1.* idque pro conclusione in citatione statuit *Cardin. Tusc. concl. 230. lit. C. Duen. regul. 97. Marant. in spec. p. 6. rub. de citat. sub. nu. 45. & 46. Foller. in prax. crim. rub. vel eos citar. fat. nu. 17. Muscatel. lib. 1. par. 2. Glos. intimato num. 12.* itidem in exequutione *l. neminem, C. de exhib. & transmitt. reis*, nisi repertus aliquis fuerit in flagranti delicto, juxtà Doctorum omnium veram conclusionem, quam præsertim scripsit *Angel. in §. scienter in auth. ut sine quoque suffrag. Paris de Puteo in tract. de sindic. verbo captura cap. 1. nu. 15. Granut. theorema 19. sub. num. 2. Campagn. sup. cap. 6. num. 133. Lanfranch. dec. 29. Farinac. q. 32. n. 35.* & copiosiùs *qu. 21. nu. 138. Ricc. collect. 430. n. 4. Brun. in tract. de indit. & tortur. q. 9. 2. par. sub nu. 6. Franc. Cason. qu. crimin. 9. nu. 3. Jul. Clar. §. fin. q. 28. n. 7. Carav.* laudans *in ritu seq. nu. 3.* id ipsum firmantem, *Boss. tit. de citat. num. 11.*

3 Quin etiam, & in captura requiri jam dictum mandatum, probat *Farinac. qu. 27. nu. 8.* præterquam, ut in superioribus dictum est, si in flagranti reperiatur; idem *Farin. eadem qu. 21. num. 137.* quòd adeò verum est, ut propterea captus absque mandato Judicis se ipsum è manibus lictorum possit impunè eximere, idem *Farinac. ead. qu. 32. num. 38.* non secùs, ac, & alii possent, ut ille addit *nu. 33. Avus meus ad Gramm. dec. 41. num. 1.* etiam si dixissent satellites se habere mandatum, nam ostendere tenentur, *l. prohibitum, & ibi Bar. in summ.*
4 *& nu. 1. C. de jur. fisc. Bosr. dec. 170. sub. num. 2.* atque *Farinac. sub num. 31.*

Quamobrem non satis esse illos gestare insignia satellitum, & constare, quod sit satellites, nisi prætereà, & mandatum capiendi habuerint, quòd expressè docent postrema ejusdè *Farinac.* verba *indic. nu. 33.* ut in milite loquuntur *Caball. centur. 3.*

cas.

caſ.294.num.181.Ferret. ab eodem relatus *de milit.jaſl.& de pæn.deſert.n.a.72.*ignorans enim haud contemnit militarem diſciplinam, *l. ſi ignorans ff.locat.*arrident tradita per *Alberic. de Roſat.de ſtatut.lib.1.qu.34.in princ.* quod injuriam inferens poteſtatis familiari geſtanti veſtes deſignatas opertas aliis pannis pœna ſtatuti haud multetur; ut propterea magiſtraliter loquens *Luc. de Penna in l.quoties ſub nu.7. C.de ex act.tribut.lib.10.*dixerit, tunc non ſolùm a peccato, & pœna eſſe immunes eripientes, verum etiam peccare, qui non eriperent, aliaque cumulat *D. Reg. de Marin.lib.1. quotid.reſol. cap.115.* quique quatuor ſelegit concluſiones huic materiæ adaptatas, ex reſponſo à *Dom. Reg.Scipione Rovito* tunc Advocato, quod ad pennam ſervat, edito, in beneficium Marchionis Burgenſiæ inquiſiti de exceptione Octavii Rotuli; ipſe tamen *D.Reg. de Marinis* illius articuli, nullam determinationem recenſet. At illa in calce allegationis quam ipſequoq; habeo, propria manu ipſius *R.D.Rov.*indicatur, v3.Die 25. Junii 1596. Marchio Burgentiæ fuit dffinitivè liberatus, referente *Judice Paolo de Mayo* Cauſæ commiſſario, cum interventu Joannis de Meſtanza, & Fabii Riccardi Regiorum Conſiliariorum, & Judicum ac Anelli Longhi, & Caroli Tapiæ Judicum annalium ejuſdem M.C.& die 14. Octobris 1596.fuit ſententia prædicta confirmata per S. C. referente *Fulvio de Conſtantio*, cum interventu D. Petri de Vera ab Aragonia, Nicolai Antonii Gizzarelli, Scipionis de Curte, Aſcanii Muſceptulæ, & D.Franciſci Bernaldi à Guiros Regiorum Conſiliariorum, Bruno Act.

Imò, qui captum eriperet de mandato Judicis incompetentis, vel poteſtatem haud habentis, neque teneretur, *l.1. & 2.§.1. ff. ne quis eum qui in jus vocat. non erit. Cathalan.de indultu cap.40.nu.96.*tametſi *Angel.in l.1.mox cit. in princ. & Alex. conſ.35. lib.5. num.2.* pariter eximentem multari debere uti juriſdictionis turbatorem, ſivè juſtè, ſivè injuſtè exemptus mancipatus fuerit, autument, quorum concluſio locorum vendicat, ſi ly injuſtè defectum juſtitiæ reſpiciat, veluti carcerationem juſſam fuiſſe de facto, nullis indiciis præcedentibus, vel nullo prævio crimine, ſed per calumniam, quin? & horum ſententiæ contradicunt *Afflict.in conſt. pacis cultum nu.55. Paris de Puteo de Syndicat.verbo reſiſtentia cap.1.Jul. Clar.§.fin.qu.29.verſic.hic incidenter*, ex *tex.in cit. l.prohibitum de jur.fiſci, & l.contra, C.de exact. lib.12.*cumulatque multa *de Ang.ad Foller.in prax. crim.tit.notarios capiat de perſona à num.59.*Si verò ly injuſtè juriſdictionis defectum reſpiciat, de mandato, ſcilicet Judicis incompetentis ereptum fuiſſe falſitate callet *Angeli*, necnon cæterorum brocardicum, teſte inſigni *Farinac. qu.32. num.70.*& ſubtilis diſtinguit *Fachin. controv. jur.lib.9. cap.70.*

Quamobrem cum Ærarii demandare nequeant
5 capturam pro actionibus baronalibus *Capibl. de Baron prag.16.nu.74.*curavi, ut ab impoſitus abſolveretur Sennihus de Franciſco imputatus de exemptione Cæſaris fratris à manibus multorum, qui illum devixerant, idque tùm ex eo, quod capientes ipſi non ſolum non geſtabant inſignia ſolita, ad tradita per eundem *Avum meum ad Gramm.dec.41.num.13.* ſed certum erat minimè fungi lictorum officio, tùm etiam quod ullum non modò non oſtenderant mandatum, ſed illo in ſcriptis carere reſpondeant, tùm demùm, quod interrogati ab ipſo eximente, quo jure fratrem vinctum tenebant, dixerunt ex juſſu Ærarii; Juſtè itaque meruit, abſolvi per M. C. ſub die 10. Aprilis 1658., penès Jo: Baptiſtam de Bello Act.
6 Magiſt.quia neque officiali licere, niſi Judicis antecedente mandato, ſcripſit adducto *num.8.Farinac.*& ſic neque fiſco, qui nec valet alterius bona tanquam ad fiſcum devoluta capere ſine literis, & mandato Principis, & Rectorum ſuorum, illique volenti capere, licebit poſſeſſori impunè reſiſtere, ad *tex.ſingularem in d.l.prohibitum, C.de jur.fiſc. lib.20.& Peregr.de jur fiſc.lib.7.tit.3.nu.9.*

Cæterum controverſi juris eſt ſoli, nè Nuncio
7 credendum ſit, necnè: quod alii ſimpliciter negant, alii affirmant, alii adhibendam eſſe fidem, ſi à parte adverſa id negatum minimè fuerit admittunt, alii in citationibus tantùm, non etiam in cæteris diſtinguunt, & in actibus modici, & parvi præjudicii, non majoris, & niſi fuerit homo ſuſpectæ fidei, & tandem cæteri, totum id Judicis diſcreti arbitrio relinquendum cenſet; quam quæſtionem extricant, atque examinant *Menoch.de arbitr.Jud.quæſt.lib.2.caſ.112.*laudatus à *Reg.Sanfel. in prax.Judic.ſect.35.nu.11.Tiraq.add.§.8.Gl.9.nu.2.*necnon *Carpan.ad Statut.Mediol. cap.205. incip. Quilibet verbo ſuam relationem, Avus meus ad Gram.dec.60. nu.21. Prat. ad Muſcatel. p.2. lib.1. Gloſ.veniens ad num.9.*tametſi certum ſit, illi fidem non adhiberi, atteſtanti ſe citaſſe de Judicis commiſſione, ubi de ea non liquet *Napod. in Conſuet.Neap. tit.16. in quib. caſib. verſ. non creditur num.26.Tiraq.cit.Gl.9.num.20. Marſil.in l.de unoquoque nu.141.ff.de re judic. Burſat. conſ.188. nu.29.vol.2.Aſin.ſua prax.Judic. §.9. cap.3. n.7.* & de barricellis, an eorum dictis credatur, ſermocinatur *Joſeph.decis.Lucenſ.1. nu.4.* de Curſoribus Curiæ Archiepiſcopalis loquitur *Genuenſ. in prax ejuſdem Curiæ cap.8.* de birruariis *Paul. Graunt. theorem.19.num.4.de Franch.dec.379.*idem *Avus meus cit.dec.41.nu.12.*& quod non credatur, niſi ad inquirendum, probat mihi optimè *text. in l.1. Cod.de curioſ. & ſtationar. lib.12.* ſed peroptimè diſtinguit *Danza ad Gramm.memor.dec.41.* anque idonei teſtes reputentur fiſcales ſcribæ ad probandam cum armis prohibitis apprehenſionem, affirmativam tuetur aleam *Reg.Sanfel.deciſ.98. lib.1.* & in Capitaneis Juſtitiæ, vulgo *Capitan di Guardia* firmant *Ricc.p.4.dec.1.Novar.q.16.par.1. qq.forenſ.* Formam autem relationis in praxi receptam, recenſet poſt *Rovit.in pragm.3. nu.15. de citat.* idem *Avus meus in add. ad conſ.1. Gramm. poſt deciſ. à num.12.*

R I T U S. XXXIX.

Regens M.C.V. non poteſt aliquem carcerare ſine conſilio unius ex Judicibus ipſius, & ſi carceravit, non poteſt detinere.

ITem, quòd Locumtenens dictæ Magnæ Curiæ non mandet, nec faciat aliquem capi de perſona, prætextu cujuſcunque exceſſus, ſeù delicti, aut alia quacunque cauſa, abſque conſilio ſaltem unius judicum ipſarum curiarum, & ſi faceret, non poſſet eum captum detinere, vel relaxare abſque conſilio unius judicum prædictorum, excepto ſi de Regalis Majeſtatis expreſſe procederet mandato inſcriptis facto dicto locumtenenti.

S U M M A R E R U M.

1 *Capitaneus, aut alius officialis ſine voto aſſeſſoris procedere nequit.*
2 *Sed quando teneatur aſſeſſorem ſibi adjungere.*
3 *Aſſeſſoris officium inolevit ad ſupplendum Judicis imperitiam.*
4 *Aſſeſſor, cujus peritia eſſe debeat, & an doctor.*
5 *Ut ſit, Advocati munere fungi nequit.*
6 *Cujus expenſis requirendus ſit.*
7 *Non eſt fraudulenter eligendus.*
8 *An poſſit uti ſuſpectus recuſari, cum declarationibus.*
9 *Judicis eſt relevare partes ab exceſſivis expenſis aſſeſſorum, & actuariorum.*
10 *Aſſeſſoris conſilio ſtare, an teneatur poteſtas. Dictum Carav.num.11.perpenditur.*
11 *Si videat poteſtatem non exequi ſuum votum, aut non quærere, quid agere debeat, nè teneatur in ſyndicatu.*
12 *Quæ attendere debeat in dando voto.*
13 *Nihil poteſt abſque Judice.*
14 *Præceptum quod, aliquid cum alicujus interventu agatur, quid importet.*

1 ISthæc ſanctio ab altera, ni fallimur, proficiſcitur Reginæ Joannæ in *cap.Regni 280.ſub. rub. de non capiend.aliquem abſque conſil.Judic.* quo in loco non ſolum, & generatim interdicit Juſtitiariis, & Capitaneis aliquem capere, aut capi mandare, niſi accedente conſilio Judicis., & aſſeſſoris ſibi à Curia dati, verum inſupèr vetat actum aliſi quemlibet judiciarium exercere, præfato non accedente Judicis, & aſſeſſoris conſilio, confirmatur ex altero *cap.*16. conceſſo Neap. à R. Ferdinando anno 1476.& *cap.*14.Imperatoris Caroli V. anno 1550.quinè & jure communi ordinariam, vel delegatam juriſdictionem habentes, nè in cauſis finiendis eorum imperitia aliquis ex adverſo lædatur, ſancitur, ut aſſeſſores juriſperitos ſecum habeant, à quibus inſtrui poſſint, qui ab ipſis agendum ſit, ut duo illi probant *tit.ff.& C.de offc.aſſeſſorum.*

Juris etiam Canonici, cuicunque Judici aſſeſſorem adjungi, concedit *ſanctio in aperte cap. ſtatutum, §.aſſeſſorem de reſcript.in 6.& tex. in l.nemo, C.de aſſeſſor.*

Sed quando teneatur Poteſtas aſſeſſorem ſibi
2 adjungere adducta jura, & *DD.* non explanant; tametſi ex illis ſummis labiis delibantibus, præſertim ex *Gl.in verſ.indigeat*, deduci faciñ poſſit ad id teneri, qui peritus non fuerit, ut convenit ad univerſa punta cauſæ rimandę, & dilucidiùs loquens *Sbroza*, affirmat quemlibet juris imperitum obligari *in tract.de offic. Vicar. lib.3.q.15.ſub nu.4.* inſequitur *Eberharti Speckan centur.3.quæſt. & deciſ.jur.claſſ.3.verbo aſſeſſores pag.*884.

3 Aſſeſſorum ſiquidem officium inoleviſſe ad ſupplendum Judicis imperitiam, oſtendit *Angel. conſ.*274. & eam ob cauſam inventos fuiſſe aſſeſſores, quia Præſides ſunt illiterati, teſtatur *Paris de Puteo in tract.de Syndic.verbo aſſeſſor.cap.2. ſub num.22. adductus l.certi juris, C. de Judic. R. de Ponte de poteſt.Proreg.tit.18.de deleg.cauſ. num.25. Gallup. in prax. S.C. in prælud.p.3.num.4. & 5.* ut propterea credamus Doctorem etiam in ſacra pagina, aliiſque ſcientiis teneri illum ſibi aſſumere, cum nequeat ſine illo Judex eſſe, & in cauſa adhuc delegata pronunciare, niſi cum voto aſſeſſoris, & conſultoris, ex *Leon.X. ſanctione 8. & dec. Ricc.619.in prax.Epiſcop.*

4 Cuius tamen peritiæ debeat eſſe ille, inquirit *Affl.in c.1.ſub num.21.ex quib.cauſ.feud.amitt. in uſib.feud.* ubi tandem aſſentitur Judicis arbitrio remittendum, inſectatur *Menoch. de arbitr.Judic. caſ.253.num.3.* adjungens, quod ſi diligentem, & peritum eliget, erit ſibi benè conſultum, ſin minus, ipſe idem eligens luet pœnas, quarè ſi fuerit à Superiore conſtitutus, nè ipſe teneatur Judex, rectè concludit *Paris de Puteo verbo Aſſeſſor cap.1. num.11.* latè *Giurb.conſ.crim.31.num.10.Maur.al. leg.93.de Angel.in Prato ſuper l. Præſides 2. Cod. de aſſeſſor.* quæ quidem diſtinctio ſemper arriſit animo mèo.

Doctoratus autem gradu decoratus an eſſe debeat Aſſeſſor, contentio eſt non exigua inter Doctores, & plurimorum calculo in eam itum fuiſſe ſententiam conſtat, nè jure communi neceſſariò requiratur doctoratus dignitas, ſed peritia tantum, & praxi polleat ſatis ſit, ità *Salyc. in l.1. Cod.de pœn.Judic.qui malè judicar. Purpur.in l. 1.nu.72.ff.de offic.aſſeſſ.Borrell.de magiſtr. edict. lib. 1.cap.8.num.39.Capiblanc.de Baron. tom.1.prag.3. num.213.Franc.de Petr.feſtiv.lect.lib.1.cap.8.num. 1.quinè & Bolognett.in indic.l.1. de offic.aſſeſſor.* allegatus à *Mencoh.de arbitr. Judic.lib.2.cent.3. caſu 253.num.7.* atteſtatur, ita conſuetudine obtentum eſſo in hoc Regno Neapolitano, ad inſtar Advocatorum, qui in eo poſſunt Advocati munere fungi non Doctores, ob idque redarguens *Marcum Mantuam* atteſtantem univerſæ Italiæ uſu introductum eſſe Doctores dumtaxàt admitti ad advocati officium, cujus fidem neq; in Regno aberrare dicimus, cum nonniſi Doctores eligi certum ſit, quamvis, & tùnc fortaſſe à veritate procul eſſet, quia, Advocati quoque poterant eſſe non Doctores, aliis tamen requiſitis concurrentibus, de quo alibi, Deo Duce, erit ſermo, poſtmodum verò mos ille abiit, & accipiendo Doctoratus lauream patrocinandi, & judicandi muneribus funguntur, ut propterea concludendum omninò ſit, tùm in Regno, tùm aliis quibuſcunque in locis, in quibus non viget uſus aliiſque certis conditionibus, & qualitatibus adhibitis, licentiare, & habilitare ad munera judicialia, & juriſdictionalia oportet doctoratus inſigniis frui, qui aſſeſſoratum

tum gerere velit, maximè ob *cap. Regni 273.* demandans de cœtero non ordinari Judices, & assessores, qui saltèm non studuerint per annos quinque, & nisi fuerint examinati per Prothonotarium, seù Locumtenentem, & aliquos de Consilio, & ab eis fuerint reperti idonei, quod quippè *cap.* aliquibus mutatis fuit per *pragm.* confirmatum, modo à uobis indicato *ritu 16. num. 13.* qua propterea cessante diligentia, non erit reprehendendus *Mantua*, quod attestatus sit requiri doctoratum ex usu totius Italiæ, id quod declarat *Danz.lib.1.de pugn.Doctor.tit.de facult.Doct.cap.2. à num.27.*

Nè autem qui advocatus est, assessoratus queat
5 exercere officium, sanxit perjucundus *tex. in l.nemo 13 C.de assessor.* & nè quis putet vendicare sibi locum in eadem causa, ut nobiscum colloquens doctus quidam Advocatus supplicabatur, & postea reperimus *Specul. in tit. de assessor. §. fin. num. 3.* idem sentientem, quem laudat *Gratian. lib. 1. disc. forens. cap.4. num. 5.* advertat id prorsus vanum esse, si rationem ejusdem *textus* attentis oculis perscrutemur, illam nempè, *cum satis abundeque sufficiat, vel per advocationem causis perfectissimè patrocinari, vel assessoris officio fungi: nè cùm ad utrinque festinat, neutrum benè peragat; sed sive advocatus esse maluerit, hoc cum debita solertia implere possit, vel si assessionem elegerit in ea videlicet permaneat: ità tamen, ut post Consiliarii sollicitudinem depositam, liceat ei ad munus advocationis reverti:* & quæ mox sequuntur apertiora verba illustriùs præportant hanc sententiam, ex qua præterea deflectendum videtur ad alteram quæstionem illam, an nullitate calleant decreta, & sententiæ prolatæ à Potestate, cujus assessor advocatus sit, cum *text.* perulgatus *in l. non dubium, C.de legib.* jasserit, ea, quæ lege fieri prohibentur, si fuerint facta, non solum inutilia, sed pro infectis etiam haberi: licèt legislator fieri prohibuerit tantùm, nec specialiter addiderit inutile esse debere, quicquid in contrarium fuerit attentum.

Nunc ad aliam progrediendo quæstionem, in-
6 quitimus, cujus expensis, requirendus sit consultor; & illius votum expetendum, & sese nobis offert *text.in adduct.§.assessorem,* inquiens, quod si Judex assessore non indigeat, sibi nequaquam adjungat, alioquin de suo proprio providere teneatur eidem; si autem indigeat, ipsum neutri parti suspectum assumens, ei de competenti salario providè moderando ab eo, faciat à quibus communiter provideri, & *Bar.in l. si postulaverit num.2.ff.ad l.Jul. de adult.* in ea est sententia, ut parte petente consultorem, ipsa suppeditet salarium. Imò illa non expetente caussas expedire, absque consultoris consilio valeat Judex, determinatum recenset *Jo: Maria Novar. de dation. in solut.qu.25.num.23.in postrema edit. à Jo:Baptista Thoro* laudatus *in supplem. decis. verbo Judex qui tenetur,* quæ si veritate calleant recurre ad *Capiblanc.de baron. t.2.cap.17.in princ.* necnon eundem *Thor.cit.supplem. verbo officialis sive fuerit,* quod si Judex assumat, tunc partes pro æquilibrio subministrent. Verum *Specul.iudic.tit. de assessor. sub num.4.§.salarium,* opinatur etiam alterutra petente, mercedem ab utraque tribuendam assessori, si quod utrique prodesse poterit exposcat: quemadmodum, ni fallimur, erit omne decretum, aut sententia, cujus tenor utri suffragatus sit ignoratur, quod quidem non contingeret, si aliquid certum peteret, & anceps esse Judex, utrum deberet annuere, ille verò instaret consulendum assessorem, eo siquidem casu procedere credit *Speculator,* ut ille subministret sumptus, in quem profectò sensum intelligenda fortasse erit prior pars distinctionis *Bart.* sed prædicta in delegato subsistere ejusdem *§. assessorem,* insinuant verba de delegato loquentia. In ordinario verò tametsi fuerit dubitatum, procedere nihilominus verior est sententia comendata ab eodem *Specul. §.5.num.4.Jo:Andr.in cap. cum ab omni de vit. & bon.st. cleric.* quos sequitur *Jo: de Vanquel. in suo breviario, scilicet in d. §. assessorem vers. quarta conclusio.* Et constitutis inter se discordantibus, tertio eligendo subministrandum est salarium ab eisdem antea deputatis, idem *Specul.* declarat *eod. § num.3.* idemque *Jo: Andr. eodem cap. statutum num.26.* Caveat tamen potestas, nè partes gravet ejusmodi salariis Consultorum, potissimum in mittendo ad diversa loca pro consilio, ut idem *Specul. in postremis verbis d.§ 5.* admonet.

Et quoniam ex *eod.§.assessorem,* complures desumuntur conclusiones, hanc rem dilucidantes, illas adnectere, cum declarationibus multis operæ pretium esse duximus: earum prima sit, nè fraudulentèr Judex assumat assessorem, innuens fortasse, nè eligat causa exigendi illius nomine stipendium, sibique adscribat, hoc enim est, quod Judici interdicitur *in illo cap.cum ab omni, de vit.honest.cleric,*

Altera quod suæ conscientiæ relinquitur co-
7 gnitio indigeat; vel nè, eique eligenti nequeat pars replicare, non indiges, & quæstionem super ea re movere., scilicet appellando per *Gl. inibi vers.relinquatur, & Joan. de Vanquel. vers.Secunda conclusio.* Etenim quivis Judex alterius votum exquirere potest, quamvis non opus habeat, deduciturque ex illiusmet *tex.*relatis verbis, tuncque militent cunctæ illæ juris conclusiones, ut ejus officium sit consulere, non judicare *Calcan. cons.38.num.4.Bellon.de jurisdict.cap.6. q 5. num. 7. Scrader. de feud. p.10. sect.13. num.53. Giurb. alleg.cons.31.num.3.* quod consulere valeat adhuc absentibus, & non citatis partibus, neque oporteat, eidem consignari in jure allegationes, *Gabriel. Rub. de citation. concl. 1. num. 501. lib. 2.* quodque eligi valeat etiam inaudita parte, à qua tanquam suspectus recusari nequeat, aut ullum suppeditandum salarium, quod *Mantic.* testatum reliquit *ead. dec.5. à num.3.* si quidem ille potest sibi alium adjungere, quem maluerit teste *Innoc. in cap.super quæstionum num. 6. & Abb. num. 5. de offic.deleg.* cum nempè propria sponte eligit, declarat *Mantic.sub num.4.*

Tertia verò, quæ ex *eod. §. assessorem,* de-
8 promitur conclusio, illa cernitur esse, ut Judex assumat neutri parti suspectum, quæ nè dicatur cum altera mox relata pugnare assertione, dicimus procedere, ubi coactus eligit, scilicet juris sanctione impulsus, quia imperitus, ut initio diximus, vel statuto, consuetudine, aut commissionis tenore, ut illic subdit idem *Mantic.* locum-

que

que sibi vendicare ait, doctrinam *Philippi Franchi in cap.cum speciali num. 39. de appellat.* tunc
namque consultorem refutari posse tanquam suspectum non dubitamus, etiamque probat *Angel.cons.182. Bal. in eod.cap.super quæstionum nu. 2.* & post alios *Marches.in commiss. de Judic. suspect.p.2.§.1.num.71.* ut propterea non nisi præcedente lista suspectorum, crediderit *Bal.in l.1.sub num.1.C.de relat.* si tamen ad specificam causam, non si generatim ad omnes eligi contingat, ejusdem *Bal.*est sententia *in l.1.repet.2.de offic. Assess.* Votum autem Consultoris electi, prædicta non antecedente notula, neque termino ad illam dandam, fuisse nullum, & invalidum pronunciavit Audientia Barensis, teste *Vivio decis.366. in ejus calce.*

Quarta tandem ex eo *text.* desumpta conclu-
9 sio erit illa, quod si assessor sit importunus in exactione immoderati salarii. Idem Judex moderetur, & competens statuat, idque admittit *Specul. in eod.§.5.num.2. & tit.de Salar. §.2.num.4.* illam propterea statuens conclusionem genericam officium Judicis, coram quo actum est pertinere, partes relevare à gravamine Curialium, & excessivis expensis, quod itidem *Oinot.* admonet *in §.sripli sub num.5. inst. de action.* & si quæratur, num assessor jurisdictione fungatur recurrendum est, ad notata per *Dec. cons.8.viso puncto num.4.* copiosè tractantem, & negantem, & *Bar. in l. præcipimus, §.quod si, C. de appellat.* illa enim omnis poenès magistratum residet *Jo: de Amic. cons. 109.Capibl. Baron. t.2. cap. 17.sup. prag.4. num.3. Auson.Govean. de jurisd. lib.2. num. 47. Scacc. de Judic. cap.13.num.5. & 6.* quinò in assessoriæ officio, si aliquid reperiatur malefactum, id ex imperitia assessoris contigisse, defendit *Roman. singul. 299.*

An verò semper assessor ipse teneatur de con-
10 silio, & potestas, dum illi confidit, excusetur, extricat *Paris de Puteo memor. cap.1. à num.10.* & quod ille repetat à prætore, ejus culpa solutum, & è contrà, si tamen participatio absit, ex *Campagn. in cap.pridem de non pon. ign. in restup.* indicat *Avus meus ad Gramm. decis.72. num.11.*

Insuper teneatur nè assessoris voto stare potestas, tametsi dissentio videatur inter *DD.* ut alii negent, præsertim *Mandos.* aliorum fretus auctoritatibus *cons. 53. num.7.* alii verò annuant, ut videre licet apud *Gabriel.Sarayn.ad mem. singul. Romani 289.* ubi dissentientes postremò concilians sententias, inquit, teneri stare, si à Principe deputatus fuerit, neutiquam verò, si ab alio, & in Regno certum esse apparet, ex adducto in princip.*cap.280.* expressè sanciente, nè aliquem devincere faciat, aut actum exerceat judiciarium, sine illius consilio. Imò sancitum legitur *in prag.15.de Official.* nè ullus Capitaneus, aut alius officialis procedere valeat in causis, tùm civilibus, tùm in criminalibus, sine voto in scriptis sui ordinarii assessoris, ac speciatim, nè rigoroso examini supponere reum valeat, inconsulto assessore, dixit *cap. Regn. 147.* neque bandum edicere scripsit *Paris de Put.cit.cap.1.nu.21.* sine cujus voto, nec magistri jurati tempore nundinarum diffinitivam queunt, ferre sententiam in causis criminalibus, ex *prag.1. de jurisd. magistr. jurat.* neque etiam habent, cujus assessor, & Notarius, quibus qualitatibus fulgere debeant, *Afl.* asserit *in consil.magistr.Catan. num.1.*

Quivis autem assessor pariter haud debet, ut aliquis vinculis, & carceribus mancipetur, antequam incipiat constare de delicto, si idoneè velit ille cavere, juxta *pragm.1. de custod. reor.* & assessor si alioquin consilium dederit puniretur arbitrariè, & potestas excusaretur, juxtà *cap.Regn.43.* quod explicant *Bajard.ad Clar. §. fin. qu.38. Mari ad Gramm. dec. 40.num. 27.* ibidemque *Danza à n. 10.* ambo memores plures *Carav.*hoc *ritu*; quiquidem *Danza à num. 17.* citationem, quoque ad informandum esse prohibitam, indiciis non præcedentibus, tametsi *Carav.num.11.* illam modici esse præjudicii, & reparari posse in diffinitivo autumet insequaturque *Vinc.de Franch. dec.121.*

11 Quod si Justitiarii nullo cum assessoris consilio, aut contra illius votum facere tentaverint pertinaciter ille resistere tenetur, etsi ejus spreta renitentia contrafaciant superiori nunciare celeriter obnoxius est, ex *eod. Regn. cap.* & illic.not per *Campag.Franc.Marc. decis.689. vol.1. Capibl. prag.1.num.37. de Baron.Scialoya in prax.forjudicat.cap.20.num.13.* satis autem suum exequeretur munus, si verbo tantum resistat non manibus, aut vi, (quæ potiùs cum feris, ac brutis animantibus adhibenda est, quam cum hominibus ratione utentibus; apud quos minùs sæpè proficias verberum asperitate, quam verborum lenitudine, atque agendi humanitate) *Luc. de Penn.in l.omnes. C.de decurion.lib.10.& Campagn. in cap. 107.num.17.*lepido tamen illo modo à suavissimo *Reg.Tapia* enarrato *lib.2. jur.Regn.tit.de offic.Reg. M.C.V.Rub.13.sup.hoc ritu.*, cujusque ritus observantia ibidem ostenditur, atque adeò protestari saltem debet, alioquin teneatur in syndicatu, ita commonente *Par. de Puteo eod.cap.1. num.12. & Marant. disp.1.num.23.* & an acta facta absque illius consilio nullitate calleant; exquirunt *Bartol.de Capua sing.130.Capibl.add.cap.17. t.2.de Baron.* in dubio enim ipsius assessoris consilio actum esse, quod officialis eligit, voluit *Bar.in l. quoniam Iudices, Cod. de appell.* necnon *cons. 8.nu. 2.Giurb.cons.31.num.9.Jul.Cæsar.Calvin.commun. in dub.jur.conclus.verbo assessoris consilio concl.78.*

Illud demum præoculis habeat semper consultor
12 duo præcipuè debere attendere, primum, nempè responsum scribere, & votum, aut illud subscribere manu propria; alterum, ut illud clausum, & sigillo munitum Judici mittat, ex *DD.* sententia *in l.1.§.si quis ita, ff.de verbor. oblig.* apertisque verbis *Zepat. lib.1.sentent.Rub.de offic.asses. §.8.*at quod ipsius assessoris præsentia in prolatione sententiæ exquiratur, firmat *Thor.in suppl. decis.verb.præsentia.* Cæterum in quibus versetur consultoris officium à laicis minimè percipi, notat *in cap.2.sub.num.13.de Judic.* quarè monuit videndum *Specul.in tit.de offic.assessor.* ipse tantum
13 pauca subiiciens. Tu verò lector, interea nè ignores illum nihil posse sine Judice, ex *Gl.in l.1.ff.de offic.possess.* ac speciatim non torquere; Id enim ad Judicem spectare deducitur ex *§.Illud in auth. ut defunct.funer.* & in Regente M.C. observat *Constant.Papa ad arbitr.M.C.cap.2.num.78.*alia itidem pauca subijcimus *ritu 63.*

14 Præ-

14 Præceptum verò, quod aliquid cum alicujus interventu agatur, voti tantùm vim habet, ac hujusmodi consultor ad nihilum obstringitur, nisi dolo intercedente, *l. idemque, §. si quis ea, ff. mandat.* determinatum per S.C. refert *Thor. p. 2. compend. dec. verb. interventus par. 2.* memorat *Reg. Sanfelic. dec.* 150. & peroptima distinctione utitur *Dom. Regens Capyc. Latr. consult. 58. lib. 1. nu. 22.*

RITUS XXXX.

ITem, quod si procedatur per dictam Curiam contra aliquem, vel aliquam de aliquo crimine per accusationem, vel ex officio; quod constet de crimine contra eum, aut eam, & propterea carceri mancipent, facta publicatione in causa, quantuncunque allegetur per advocatos dicti carcerati, seu carceratæ, quod ipse carceratus, seu carcerata probaverit exceptiones suas, propter quas probationes est à dicto carcere liberandus, aut liberanda de jure, nullo modo ab eodem carcere liberentur, nisi facta prius conclusione in causa.

SUMMA RERUM.

1 *Carcer unde dictus sit.*
Ille ante Ancum Martium Romæ non fuit.
Apud alias nationes multò antiquior fuit carceris usus.
2 *Jure communi attento carceri mancipatus, si non culpabilis delicti imputati, pendente processu appareat, relaxatur.*
Observantia, quæ ex hoc ritu invaluit traditur.
3 *Reorum habitationes triplici modo fiunt in M. C. V.*
4 *Conclusio in Regno fit in causis criminalibus, non jure communi.*
Neque in beneficialibus, illamet jure communi attento.
5 *Et si illa omitteretur in aliis, an vitiaretur sententia.*
Nonnullorum effatum, an verum sit, illam recessisse ab aula.
6 *Conclusionis forma insinuatur.*
Illa facta, si producantur scripturæ privatæ, an sit concedendus terminus ad illas comprobandas, & qua concurrente protestatione.
7 *Illa si abesset protestatio, circumduceretur conclusio, & nova opus esset.*
8 *Stylus alicubi extans operari potest, ut citatio ad sententiam non requiratur, si conclusio intercessit.*
9 *In Regno de stylo omnium Tribunalium requiritur citatio ad dicendum.*

1 CArcer, juxta *Isidori ethymologiam lib. 5. Originum,* à coercendo, quòd eo scilicet homines noxii coerceantur nomen accepit. Ego dixerim à carendo, & cœlo; ut sit idem carcer, ac locus Carens cœlo, & aspectu hujus aeris, & solis jucundissimo. Atque adeò sepulcrum hominis vivi appellaverim, ubi quasi luce defunctus in ærumnis, ac profunda nocte degere cogitur. Aut potius Tartareæ stationis imaginem quandam, cùm sepulcra ad requiem, & honorem mortuis, carcer ad supplicium, atque ignominiam vivis tribuatur. Ante Ancum Martium Romæ non fuit, teste *Livio lib. 1.* qui Rex, ingenti incremento rebus auctis, cùm in tanta multitudine hominum, discrimine rectè, an perperam facti confuso, facinora clandestina fierent, carcerem ad terrorem crescentis audaciæ, media urbe imminentem foro ædificari jussit. Apud alias verò nationes multo antiquior carceris usus: Inter memorabiles carceres legimus apud Auctores, Latomias Siracusanas, Ceramonem Cyprium, Lethen Persicam, Barathrum Atheniense, tàm nomine Inferis affines, quàm tenebris, ac pædore, centumque aliis malis, quibus ibi degentes obnoxii sunt. Neque enim unum supplicium est carcer, sed varium, ac multiplex, ubi cœli aspectu, ac vitæ, & ugendi libertate amissa, inter vincula, & tenebras, situ marcescere, atque omne ærumnarum genus pati, miseri sontes coguntur.

Quamobrem, jure communi attento carceri
2 mancipatus se non culpabilis delicti imputati pendente processu appareat, relaxatur teste *apostill. ad Bal. in l. nullus sub num. 2. C. de exhib. reis* attestante Florentiæ practicari insequitur *Cassan. ad Consuet. Burg. pag. 50. num. 170.* & admonet in hoc Judices *Grillan. in tract. de relaxat. carcerat. tit. de absolut. Innoc. Jodoc. in prax. crimin. cap. 16. in princip.* cum cautione tamen molevit usus cujus testis est *Jul. Clar. § fin. lib. 5. qu. 46. num. 10.* non approbans praxim à *Carav.* hoc *ritu* recensitam, & in hoc Regno receptam, minimè fidejussori relaxandum reum, etiamsi facta publicatione, de illius constet innocentia, nisi dumtaxàt in crimine valdè enormi, vel quando nova indicia sperantur. Verùm hujusmodi ritus jus commune restringentis sanctionem in viridi esse observantia, tùm in M. C. ac S. C. Tribunalibus tùm in Regiis Audientiis, testatur *Reg. Carol. Tapia de jur. Regn. lib. 5. tit. de carcer. sup.* hoc *ritu* Quod autem triplici
3 modo eorum habilitationes in M. C. V. fiant demonstrat *D. Reg. de Marin. lib. 3. quotid resolut. cap. 34. nu. 2.*

Ex verbis verò Ritus, *conclusione in causa,* colligitur in causis criminalibus in Regno concludi, & confirmat *Afflict. in Constit. hoc lege nu. 11,* cum alioquin in illis omittatur conclusio de jure teste *Capyc. decis. 81. num. 5.* & præter alios, quos cumulat *Avus meus in annotat. ad præfatam Capyc. decis.* affirmant *Gayll. observ. 81. centur. 4. Gregor. syntagmat. jur. universi lib. 48. cap. 17. sub num. 5. Hieron. Magon. decis. Lucens. 42. num. 32.* cæterique, quos *Camill. Borrell.* laudat *lib. 2. summ. decis. tit. 26. de conclusio in causa num. 13. & 48.*
4 sed illam in Regno quoque in criminalibus haud servari contra *Afflict.* concludit *Regens Rovit. ad pragm. 13. num. 5. de ordin. Judic.* atque testatur *Borrell. add. lib. 2. tit. 2. num. 52. cum seq. de probat* quemadmodum etiam in causis benificialibus, neque necessaria est, teste *Rota decis. 1. de testib. in novis ex vulg. clement. sæpe verbo Conclusione de verb.*
5 *signif.* quin è & in aliis, si illa omitteretur haud propterea vitiaretur sententia, aut nulla diceretur *Mynsing. observ. 17. cent. 3. Carav. tit. 75.* nam illam esse de justitia non autem de substantia actus,
tuta-

tutatur *Oliva ad ritu 32. Cur. Archiep. Neap. num.*
1. Capyc. decis. 1. Marant. in 4. par. 9. dist. de judic.
num. 23. Roman. cons. 176. tametsi illam de con-
suetudine, & stylo Curiarum semper fieri certum
sit, *Marant. add. loco & p. 6. act. 15. num. 9. San-*
felic. Reg. in prax. judic. sect. 58. num. 27. vers. at
conclusio ratione cujus illam minimè prætermitten-
dam esse observat *Episcop. Campanil. in annot. ad*
Oliv. memor. lit. B. num. 10. redarguens *Berard.*
Pann. sup. prag. 1. de ordin. judic. num. 153. asse-
verantem conclusionem processus recessisse ab au-
la cujus effatum admittit dumtaxat in summariis
causis, cumque in Regno omnes causæ sint sum-
mariæ, ex dictis per nos *rit.* 288. illam de necessi-
tate non præexigi censet, quod ante ipsum dixe-
rat *Carav.* noster *rit. 75. num. 1.* meritò improbatus
à *Berrello add. tit. 26. num. 17.* Conclusionis autem
formam insinuat *Episcop. Campanil. num. 11.* & ex-
pressius idem *Oliva* ante scripserat *num. 6.* illam
fieri informa, idest salva præsentatione scriptura-
rum, & post *Affl.* asseverat *Gayll. obsev. 17. num.*
15. lib. 1. Præs. de Franc. decis. 631. sub vers. an
verò, Jud. de Angel. ad Gizzarell. decis. 41. num. 7.
Galiupp. in prax S. C. par. 2. cap. 29. num. 9. Quo-
rum quippè verborum intuitu scripturas produci
posse publicas tamen non dubitatur, atque ex no-
tatis per *Affl. dec. 271.* & novissimè per *Reg. Sanfe-*
lic. sect. 57. num. 22. carpitur de privatis verò du-
bitatum fuit, num petitus terminus ad illas com-
probandas per testes concedendus esset, & deci-
6 sum affirmativè constat illis additis verbis non ta-
men rescissa conclusione, & aliis illis nempè, & po-
natur receptio testium extra, processum pro veri-
tate inquirenda, & habeatur ea ratio quæ de jure
habenda erit, *Afflict. in cap. 1. num. 44. si de feud.*
invest. int. domo, & vassall. Mascatell. in prax. ci-
vil. par. 7. Glos. præsentatos num. 14. Thor. par. 1.
compend. decis. verbo conclusione facta, cujus me-
minit *Borrell. cit. tit. 26. num. 83.* & laudato *Ca-*
rav. rit. 238. insequitur *Sanfelic. loco mox cit. nu.*
22. in fin. Imò, & adversarium, qui illas scripsit
recognoscere teneri, scribit *Gizzarel. dec. 41.* &
quidem verba illa non tamen rescissa conclusione,
matura præhabita consideratione; videntur adjun-
cta, cum alioquin conclusio in causa circunducta
7 dicatur per productionem novorum jurium, &
nova propterea opus esset conclusione *Rot. dec. 1.*
de testib. in novis, & 12. de renunciat in antiquis
apertioribusque verbis *in Tolet. decimarum 1. Ju-*
nii 1590. *coram Bubalo* Iterum *in causa Pampilo-*
nem Parochiali 3. Julii 1600. *coram Decane*, & a-
liis multis relatis, & commendatis *in Cæsaraugust.*
dedicationis 1. Martii 1610. *coram Bononiens. sub*
num. 2. quæ inter recollectas a *Farinac. est decis.*
227. par. 1. inter quas extat altera 100. *par. 6. to.*
1. id tamen, si aliquod decretum Judicis interfuit
inter scripturarum novarum productione, aut cir-
ca illas dicitur propè *num. 3.* ac propterea *in dec.*
451. nu. 11. par. 2. tom. 1. dicitur per novam pro-
ductionem, & admissionem. Quod si decretum
adesset, versaretur tamen in consignanda copia
scripturarum ad effectum informandi infacto, &
in jure, non utique operaretur circunductionem,
cum illa, vel novam productionem requirat, vel
consignationem copiè novarum scripturarum, ju-
xta *decis. 617. num. 5. par. 2. tom. 1.* inter recolle-
8 ctas ab *eod. Farinac.* Et si alicubi stylus patiatur
illa suppleret defectum citationis ad sententiam,
& nos dicimus, monitionis ad dicendum, juxta
decis. 227. num. 1. & decis. 412. num. 3. par. 1.
tom. 1. alteramque 129. num. 1. & 486. num. 6.
par. 2. tom. 1. & probat aliis relatis, *Borell. cit. tit.*
26. nu. 40.

In Regno verò exquiri citationem ad dicen-
9 dum de stylo omnium Tribunalium, inquit *Reg.*
Rov. in add. pragm. 13. num. 9. vers. & licet ex
hoc prag. de ord. Judic. Gallup. cap. 30. par. 2. cit.
Cætera prohibita post conclusionis actum recen-
set *Capyc. dec. 35. Ricc. collect. 85.* necnon *Borrell.*
Gallupp. & Sanfel. in add. loc. & nos dubitamus
alio in *ritu.*

RITUS XXXXI.

ITem, si accusetur aliquis, vel ex officio contra eum procedatur de aliquo crimine: statim quod constat per unum testem contra eum de visu, & persona aliàs de fama publica, detineatur in talibus tamen in quibus ipsa Curia consuevit ponere ad torturam Reum.

SUMMA RERUM.

1 *Jure Regni plena requiratur an semiplena sufficiat ad carcerandum probatio.*
Quid jure communi.
2 *Dictum unius testis an faciat indicium ad torturam.*
3 *Ex fama an tale oriatur indicium, & nonnulla de ipsa forma traduntur.*
4 *Jure comm. & Regni, quibus in casibus quis carceribus carcerari possit, quæque indicia requirantur remissivè.*
5 *Pro causa ingerente, pœnam pecuniariam non potest quis in carcerem conjici.*
Quando pœna à principio est incerta, si personalis sit vel pecuniaria, donec declaretur, judicatur, ac si capitalis foret.
6 *Captus relaxari fidejussoribus quando possit.*

1 HUjus Ritus vigore restringitur generaliter antecedentis observantia plenam insinuans requiri probationem ad carcerandum dum hujus intuitu satis apparet unius testis despositio, quod ex hujusmet verbis deducit etiam *Reg. Rovit. super pragm. 1. de Custod. Reor.* ac propterea concludens semiplenam requiri probationem, quamvis autem plena etiam requiratur attenta *constit. Regni humanitate, & cap. Regni ab illo incohandum.* Parùm tamèn, necnon præcedentis Ritus parvipensis nostri Ritus sanctio, eaque usu continuo etiam fovetur, *Vin. decis. 121. num. 5. & dec. 341. nu. 14. Foller. verbo notator capiat de persona num. 1. & iterum verbo examinatis liberent num. 17. Visconti ad Franch. decis. 328. vers. item adde, Capyc. decis. 30. Marant. in Specul. par. 6. memb. 8. sub nu. 10. Camp. in cap. ut quæ ab eccellentia num. 21. Ricc. dec. Cur. Archiep. 104. p. 2. Mari ad Gramm. dec. 40. num. 19.*

4 Dictum verò unius teſtis faciat nè indicium ad torturam diſſentio eſt in ſubſelliis, & affirmativè reſoluit *Jo: Milleus in prax. crim. cap. incip. Apelles num.27. pag.27.* quod non admittunt exiſtente teſte omni exceptione majori juxta *Carav.* hoc *ritu* reſtrictionem, *Campan. in cap. vulgaris num.29. & 50. Jul.Clar.§. fin. q.21. verſ. unus teſtis, Gram. dec. 28. num. 24. Carrer. in prax. crim. tract. de indit. & tortur. verſ. quas autem, fol.41. Franc. Caſon. tract. de indit. & tortur. cap.1. num.3. Marc. Ant. Blanc. in eod. tract. num. 311. Peguer. dec. Catal.18. num.1.*

Fama verò, malum quo non aliud velocius ullum, & tam facti pravique tenax, quam nuncia veri, ut eſt apud *Poetam lib.4. Æneid.* nullum faciat inditium ad torturam, minimum quippè abeſt à mendacio, nec plus (*Thales* ajebat *Phyloſoph lib. 8. Apopht.*) quàm oculi diſtent ab auribus, optimè tamen ad inquirendum, *Carav.* hoc *in ritu, Gram. conſ. crim.57. num.17.* & melius *conſ.32. num.7.* necnon *deciſ.34. nu.52. Fuſc. ſing.12. lit.F. Innoc. Vital. in conſ. unic. crim.1. & 21. Triviſ. dec.50. num.9. lib.2. Borrel. conſ. 45. Scialoya in prax. forindic. cap. 4. à num. 35.* nullum enim ex ea exoritur inditium, ſed dumtaxat aliæ confirmantur probationes, teſte *Gramm. conſ. crim.42. num.15.* & nos monet *Tertul. in apologetico adverſus gentes c. 8.* noneſſe credendum famæ cujus diſſinitionem tradit *Fab. Quintil. lib.5. inſtit. orator cap.3. & declamat. 11. & 18.* eſſe ſermonem ſine ullo certo auctore diſperſum, cui malignitas dedit initium, & credulitas incrementum ex falſa inimicorum vulgantium fraude, nam ſæpè illa veritatem opprimit neque certi quiquam affert teſte *Nicet. Choniate in annalibus lib. 2. de geſtis Alexii Commeni.* Hinc illam, aliis deſtitutam adminiculis, in cauſa quoq; levis præjudicii nec ſimiplenam probationem facere, quicquid dicant *Cephal. conſ. 108. num. 7. vol. 1. Cappell. Tholoſan. q. 380. num. 14.* concludunt *Dec. in cap. veniens num.23. de teſtim. Rot. dec.16. de præbend. in novis & Reg. Valenz.* multa perbellè cumulans *conſ.90. per tot.* & præſertim *num.186.*

Jure autem communi ſi petatur, quando vinculis, & carceribus mancipari quis poſſit, quæque indicia requirantur, adeundus eſt *Clar.* latè extricans *in prax. crim. q. 5. 6. & 28.* & latius more ſolito *Farinac. q. 27. num. 111. Scialoya cit. c. 2.* Hodiernus autem uſus Judicis arbitrio hæc omnia remittit, lateque extricat *de Angel. ad Foller. add. tit. notatos capiat de Perſona à num.7.* præſertim in delictis occultis *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 1. de proviſ. fier. ſolit. num.19.* cujus arbitrium, an ad mortem extendere queat, explicant *Auus meus ad Gram. deciſ. 36. num.1. Nicol. Ant. de Palma in diverſ. jur. commun. & Regn. Gloſ. 1. num. 27.* memores *Carav. in* hoc *ritu num.16. Giurb. conſ. crim.6.* & declarat idem *Auus meus ad Capyc. dec. 149. num. ult.*

Verùm pro cauſa incerente pœnam pecuniariam, nè poſſit quis in carcerem conjici, ex *Carav.* hoc *in ritu num. 17.* tuetur *Auus meus ad Capyc. dec. memor. 40. num. 1.* quando tamen pœna à principio incerta redditur ſi perſonalis ſit, vel pœ-

5 na à principio incerta redditur, ſi perſonalis ſit, vel pecuniaria, & ſic arbitraria, donec declaretur judicatur, ac ſi capitalis foret *Bar. & Bal. in l. fin. ff. & eod. de injur.* ut propterea in hujuſmodi caſibus non ſit locus habilitationi, ex *Gramm. conſ. 55. num.7. & Carav. num.15.* indicat idem *Auus meus ad Capyc. dec. 5. num.2. verſ. pæna enim Capibl. de Baron. p.1. prag.8. num.267. Ricc. in prax. Eccleſ. dec. 603. num.4. verſ. limita octavo, Carav.* laudans *Scialoya in prax. torquend. reos cap.5. num. 25.*

6 Captus verò quando veniat relaxandus fidejuſſoribus, explicant *Menoch. de arbitrar judic. caſ.302. Marant. & addit. in ſpec. p. 6. memb. 8. pag. 304. Capiblanc. prag.19. num.19. & 21. memor. tract. de Baron.* latoque calamo *Epiſcop. Campanil. ſup. rit. Cur. Archiepiſc. 6. num. 11.* necnon *Scialoya add. cap.5.*

R I T U S XXXXII.

Alguzerii nihil recipiant à partibus quando inſtante Curia exequutionem realem, & perſonalem faciant.

ITem, quod ſervientes, vel Notarii Curiæ qui capiunt aliquem de mandato ipſius Curiæ, vel aliam quamcunque examinationem, vel exequutionem faciunt, nihil recipiant à captivo, vel alio, contra quem exequutionem ipſam faciunt ſub pœna exigenda ab eis per dictam Curiam arbitrio ipſius Curiæ.

S U M M A R E R U M.

1 *Ut nihil recipiant à captivis ſervientes, vel actuarii ſtatuit Ritus.*

2 *Ejus obſervantia non ſubſiſtit in cauſis civilibus.*
Servientes valent propria authoritate ſibi ſatiſfacere.
Uſus Tribunalium hujus Civitatis, & Regni, ac Curiæ Romanæ indicatur.

3 *In cauſis verò criminalibus, ad inſtantiam fiſci, hujus ritus ſanctio procedit.*

4 *Expenſas pro captura, vel exequutione quis perſolvat?*

5 *Quis etiam militibus cuſtodientibus aliquem?*

6 *Graviter multandi aliquid à partibus exiſtentes, qui à fiſco ſunt ſalariati.*

7 *Carnificis miniſterium, & ſi illicitum, & odioſum tamen eſt neceſſarium, & poteſt quis cogi ad illud exercendum, cum ſalario juſto, in quo attenditur loci conſuetudo.*
Tex. in l. diuus, ff. de bon. damn. perperam allegatur a Bajard. ad Clar.

8 *Furtum committit Carnifex recipiendo pecuniam à partibus, ut non tollat veſtes à damnatis.*
Et pæna etiam mortis punitur, ac exemplum traditur.

9 *In hac Civitate fuit laqueo ſuſpenſus Antonius Sabatinus carnifex, qui contra praſcriptam formam ſententiarum, non unico ictu, ſed plu-*

ribus confodiendo vulneribus damnatam; ex dolo, & proposito trucidavit, à reis quoque pecuniam pro recto munere exercendo extorquens.

10 *Carnifices ab ictu aberrantes apud Saxones saxibus obruebantur.*

Carolus Quintus probibuit privatos in carnifices sævire.

1 UT nihil recipiant à captivo servientes, vel Notarii Curiæ, quos actuarios dicimus, statuit præsens Ritus, cujus observantiam, si loquimur in caussis civilibus non subsistere existima-
2 mus; & procedit doctrina *Jo. Fab. in §. quadrupli num. 9. vers. & nota instit. de actio.* dicentis in nonnullis locis substineri abusum, ut servientes valeant sibi satisfacere, & de pignorationibus, quas faciunt recipere pignora authoritate propria pro suis salariis, insequitur *Jacob. de Belvis in §. illud quoque, auth. de exhib. & introduc. reis, Honufr. Cigala in §. tripli num. 6. inst. de act. Muscat. in prax. S.C. lib. 2. par. 3. Glos. servata num.* 132, & de observantia in Flandria, testatur *Jacob. in prax. civil. cap.* 258. *num.* 19. Unde inolevit usus in hujus Civitatis Tribunalibus, & totius Regni Curiis, amplexatus etiam à Curia Romana, quod quando relaxantur literæ executoriales dicitur executio etiam fiat inducatis tot pro præsentibus literis executorialibus, & pro vestro justo, & competenti salario (& loquitur Judex viatori, sivè executori) testibus *Quintiliano Mandos. in pract. commiss. formul. vigesima, in verbo factas, Borrel. p. 2. summ. dec. tit. 39. de expensis num. 300. & Avo meo ad Capyc. decis. 124. sub num. 1.* memore *Caravit. in* hoc *ritu*, & videtur affirmare *Reg. Tap. libr. 2. jur. Reg. tit. de Algauer. sup. hoc ritu pag.* 347.

3 In caussis criminalibus, ad instantiam fisci, hujus Ritus sanctionem procedere existimamus, necnon *cap. Regni* 58. id ipsum sanciens, quibus addimus *text.* peregrinum, & perpetua mente tenendum cum *Gl. 1. Bar.* & aliis *in l. fin. C. de erogat. milit. lib.* 12. mandantem militibus, qui aliquem obsessum teneant, nè sumptus ab illo con-
4 sequantur; itidem nè pro captura cujusvis criminosi, nam illas erogare, quin ò erogatas tenetur restituere fiscus, ex *Bal. in cap. 1. sub num. 3. hic finitur lex*, nam ubicunque publica consideratur utilitas fiscus solvit pecuniam, ut *Andr. Isern.* concludit *in const. Regn. Justitiarii non per Kalendas, vers. non peccat.* Quod si petente eodem custodito
5 teneant obsessum, tunc ille suppeditare debeat sumptus, concludit *Rebuff. in d. l. fin. n. 2. & Bar. in l. sanctum, ff. de rer. div.*

Hinc graviter multandi, si à partibus aliquid
6 receperint, dum salarium habent, *Boss.* monet *de offic. pecun. corrupt. n. 12. Menoch. de arbitr. cas. 342. à n. 10.*

7 Quin ò carnificis ministerium necessarium esse in bene instituta Republica, non dubitamus. etsi illicitum sit ministerium, *l. illicitas, §. illicita, ff. de offic. Præs.* quamvis etiam non modo Civis Romanus esse non possit, sed nec in Urbe quidem domicilium habeat, & moreretur prius acerbissima morte milliès Gracchus, quàm in eius concione carnifex consisteret, quem non solùm foro, sed etiam Cœlo hoc, ac spiritu censoriæ leges carere voluerunt, teste *Lipsio comment. lib. 2. Annal. Taciti num. 62.* & adeò necessarium; ut quem cogi posse paritèr non ignoremus, *Paris de Puteo de syndic. verbo manivoldus*, & ante ipsum *Bart. in l. fin. §. Titius num. 3. ff. de pignorat. action. Gaspar Valas. in repet. l. Imperium post num. 17. ff. de jurisdict. omnium Judicum, Foller. in pract. crimin. rub. pœnis debitis feriantur num.* 19. Salario tamen justo mediante, quod ad quinque aureos ascēdere voluit, *Jul. Clar. in pract. crim. §. fin. q. 99. sub num. 4.* ex mente *Divi Adriani in l. divus, ff. de bon. damn.* qui nihilomagis de carnifice cogitavit, & perperam allegatur a *Bajard. ad Clar. ibid. num. 4. Guazzin. ad defens. reor. defens. 38. cap. 5. num.* 38. (loci tamen consuetudo est attendenda.)

Propterea ille furtum quoque perpatrat, cùm
8 sub prætextu quod non expoliabit, nec vestimenta detrahet damnatis, pecuniam sibi dari exigit, *Paris add. verbo manivoldus*, atq; adeò pro hujusmodi crimine capitali sententiæ subiicitur, ut tradit *Berlich. conclus. 48. num. 3. & 14.* legitur autèm apud *Ammianum Marcel. lib. 28. histor.* pro immani scelere existimatum fuisse, ideòque carnificem vivum exustum, quòd Claritæ, cùm Maximini jussu Cæsaris duceretur ad mortem, indumento, quo vestita erat, abrepto, ne velamen quidem secreto membrorum sufficiens retinere permisisset, & rationem observat *Petr. Gregor. syntagm. jur. libr. 32. part. 3. capit. 28. num. 1.* & tradit *Bovadil. in polit. lib. 3. capit. 15. num. 138. in fin.*

Apud nos in quæstionem vocatus olim magister Antonius Sabatinus carnifex hujus Civitatis Neapolis, quòd non solùm sæpissimè à damnatis pecuniam accepisset pro recta muneris sui administratione, sed (quod immanissimum, audituque horrendum, nè tyrannis quidam dirissimis usitatum) ab Adversario damnati cujusdam pretium accepisset, nè muneris sui partes rectè obiret, hoc est, ut in ipsum damnatum crudeliùs desæviret, nè semèl mortem, sed milliès pati ille cogeretur, adversariique oculos crudelissima miseri hominis laniena, ac longioris exitii spectaculo satiaret; M. C. V. uti delegatæ sententia (facta de ea re relatione *S.E.* in Collaterali Consilio per Consiliarium Anellum Portium tunc ipsius M.C. Judicem) sub die 23. Aprelis 1651. damnatus ipse, in mercatum, plaustro duci jussus, ibi suspendio vitam finire, cadaver in frusta concidi: caput ferrea crate inclusum pro M. C. V. foribus suspendi, penès Battimell. Act. quod decretum, ac duo simul responsa Consil. Honufrii de Palma in dictum Antonium edita pro Regio Fisco, cujus tunc temporis erat Advocatus, rescribit *Franc. Maria Prat. respons. crim. 45. & 46.* necnon refert *Angel. Scialoya in nova edit. prax. forjudicat. capit. 26. sub num.* 20.

Quòd si *lege Saxonica* constitutum legimus, ut
10 dilapidarentur carnifices, cujus ictus ferientis fortè aberrasset, nec statim necem intulisset, teste *Magio 4. miscell. cap. 16.* & ex *Lubeci Historia* apud *Justinum Globerum* testatur *Petr. Greg. p. 3. lib. 31. cap. 38. num. 7. Episcop. Riccioll. in tract. de person. quæ in stat. reprob. versant. lib. 12. cap. 11. nu.*

11. *num.* 5. (quod indè prohibuit Carolus V. ut eo caſu nullus privatorum in eos violentas manus iniicerent, *Jodoch. Euchyr. cap. ult. de carnifice*) quod ſupplicium excogitari in eos queat, qui non fortè, ſed dedita opera, ac dolo malo, ictus geminavit, in damnatorum, tùm corporis, tàm animæ, ac ſalutis æternæ perniciem, eos trucidantes, ſanguinarii pretii cupiditate addicti, quos complecti, & Chriſtianæ charitatis viſceribus eorum ſummæ calamitati, & compati, & opem ferre dignum eſſet.

RITUS XXXXIII.

Item, quòd carcerarius nihil recipiat à carceratis non pernoctantibus, & ſi pernoctaverint; recipiant grana tredecim, quanto tempore ſteterint in carcere, prout cavetur in capitulis Regni.

SUMMA RERUM.

1 *Carceris Præfectus à Reo, qui noctu in carcere detentus non ſit, nil pretii exigere poteſt.*

2 *Jus Portelli, eſt de genere prohibitorum, ideòq; Baronibus non debetur.*

3 *In Regno Jus carceris à carcerato perſolvendum diverſimodè eſt introductum.*

4 *Commentarienſis nùm poſſit de jure retinere captum, jam decreto abſolutum pro expenſis antea illi erogatis.*

5 *Jus Portelli à carceratis pro debitis fiſcalibus non debet perſolvi, & pro aliis cauſis, quæ recenſentur.*

6 *Carcer ad homines cuſtodiendos, non eos puniendos haberi debet.*

Et qua pœna puniantur cuſtodes, ſi eorum negligentia captivi è cuſtodia evaſerint.

7 *Carceris pœna uſufrequens eſt in pluribus Italiæ locis.*

Excuſatur carcerum cuſtos detinendo nobilem extrà carceres, ſi ille aufugerit.

De pœnis effringentis carceres remiſſivè.

8 *Carcerum cuſtos qua pœna multetur captum relaxans abſque Judicis licentia, vel debitorem cum conſenſu creditoris.*

Baro nùm mandare poſſit, nè aliquis abſque ſua licentia carcere extrahatur.

9 *Carcer ſpecies eſt ſervitutis, mala manſio, & ab ea invitus quis liberari poteſt, & continet carceratio actum irretractabilem.*

10 *Relaxatus à carceribus, ſi jurejurando redire ſponderit, & deindè nolens regredi ad Eccleſiam confugerit nùm ab ea extrahi poſſit.*

11 *Vinctus à Regia cohorte, & ductus per Eccleſiam, aliumque exeptum locum, & indè egredi renuens, an poſſit abduci invitus.*

12 *Immunitatis beneficio nùm gaudere debeat, qui dum vinculis alligatus rapitur ad carcerem, perveniens propè fores alicujus Eccleſiæ, in eam ingreditur, quamvis miniſtri veſtem ipſam, funemque teneant.*

13 *Condemnatus ad triremes, ab illis aufugiens, nùm ſit tutus in ea baſilica, in quam confugit.*

14 *An è carceribus fugiens in Eccleſiam illius exemptione gaudeat.*

1 Nihil pretii à Reo, qui noctu in carcere detentus non ſit, exigere Præfectum, jubet hic Ritus; juſtiſſimè quidem factum exiſtimo, etenim cum nihil incommodi, nihil damni, tàm brevi temporis intervallo inferre potuerit, nihilque etiam eorum, quæ ad uſum devinctis concedi ſolent, conſumpſerit, nec privatos, nec publicos ſumptus adauxerit, non eſt cur cuſtodi pretium ſolvere captivus obligetur? Utinam, & Ritus, & rei veritas id temporis ſtaret, & quæ à Regni Capitibus præſcribitur cuſtodibus ſumma ea dumtaxàt exigeretur, & nova miſeris vectigalia privata authoritate ipſi minimè imponerent, cum interim cuſtodiæ eò crudeliores experiantur catenas, quo cariùs emunt.

Sed nè pluribus utar, & quod longè abeſt à foro, & miniſtria noſtris, quæ pietas ipſorum eſt, videar huc revocare, exponam tantum; ex ver-
2 bis hujus Ritus, quin? ex hac regula negativa ſimpliciter repetita in *c.* 36. comprobari ſententiam *R. Rov. in prag.* 19. *num.* 5. *de Baron.* quod jus portelli; ſcilicet illa ſumma, quam exigere prætendunt carcerarii ab ipſis carceratis, ſit de genere prohibitorum, ac propterea non deberi Baroni, concluſit in *ead. pragm. num.* 4. *&* 7. occurritque dictis hic per *Carav. num.* 6. & multoties deciſum atteſtatur *Capibl. de Baron. ead. prag.* 19. *num.* 39. dummodò ille non habeat privilegium, aut conſuetudinem temporis vetuſtate vallatam.

In Regno autem hoc jus carceris à carcerato
3 perſolvendum diverſimodè introductum eſt, illud namque perſolvitur à pernoctantibus ad rationem unius carolêni tantùm pro toto tempore per *Conſt.* exordientem *Caſtellani, & ſervientes,* aut granorum treſdecim ex hujus Ritus obſervantia, additis tamen duobus denariis authoritate *prag.* 33. §. 4. *de offic. magiſt. juſtit.* nulla habita conſideratione *rit.* 303. permittentis tarenum exigi, quia id contingere in Civitate Amalphiæ tantum adiungit, quin? ubi generatim exactionem unius tareni concedebat *cap.* 193. *ob prædictam rit.* 303. ad Civitatem tantum Amalphiæ reſtringentem, videtur ſublata antecedens, & præfati capituli generica facultas. Videas *Troyſ. in prag.* 41. *ſecundum ejus ordinem de carcerat. Capyc. in inveſtit. feud. rubr. fendor. clauſ. verſ. fortelitiis, Capibl. add. loco ſub n.* 31.

Iſtud verò jus portelli jure communi incognitum arbitror, juxta cujus diſpoſitionem expenſæ carcerum, & hujuſcemodi videntur ſpectare ad dominum, cujus eſt juriſdictio, *Boer. deciſ.* 303. *Cappel. Tholoſ. q.* 41. Sed verius quod ſalarium pro
4 cuſtodia ſit ſolvendum à carcerato, nam licet commentarienſis non poſſit de jure retinere captum jam decreto relaxatum, vel abſolutum, donec ſolverit jus portelli, aut expenſas pro ipſo erogatas, *Guid. Pap. deciſ.* 448. *Jodoc. c.* 17. *ſua prax. Epiſcop. Ricc. collect.* 191. *p.* 1. *Carpan. ad cap. Mediol.* 192. *lit. D. de Angelis in prato, Cod. de Epiſcop. Audient. l. Judices* 10. *num.* 6. (cui conſuetudo non aſſentitur, teſte *Clar. q.* 62. *num.* 10. *Mauſon. de cauſ. exequut. ampl.* 26. *num.* 6. *&* 8.) poteſt tamen contra ipſum agere, *Sol. in conſtit. antiq.*

Suband. tit. de captur. debit. in Gl. 3. par. casus autem in quibus retentio conceditur perbellè, extricat *Avus meus ad Capyc. decis.11. n.1.*

5 Illud autem à carceratis pro debitis fiscalibus persolvi, & ipsis carcerariis, seù Castellanis exigere vetitum est, prout non semèl decisum fuisse attestatur citatus *Capibl. ead. prag.19. num.41.* nec pro debitis infra duos augustales, neque pro animalibus interceptis, & carceratis, idem *Capibl.* admonet, sic neque ab indebitè capto, qui relaxari, absque impensa debet, *Boss. in tit. de captiv. n.4. De Angel. ad Foller. prax. crim. in fragm. de reorum custodia num.162.* alios casus, in quibus illud haud persolvitur, enumerat *Bovad. lib.3. cap.15. n. 64. & 69.*

Cæterum insignis est casus in *Federici Const. Custodes de captiv.* Jure enim Romano carcer ad custodiendos homines, non ad puniendos haberi debet, *l. aut damnum, §. solent, ff. de pœn. l.1. C. de custod. reor. Farin. de carcer. & carcerat. q.27, nu. 95. Suar. in legib. fori tit. de fidejuss. in caus. crim. num.6. Avendan. de met. lib.2. capit.46. num.14.*

6 Imperator tamen Fridericus custodes, de quorum custodia captivi per negligentiam ipsorum evaserint, per annum squallore carceris macerari decernit, & hoc ea ratione, ut carcerem degentes ipsimet non deserant, qui in captivis custodiendis aliis negligentiam commiserint, vel ex regula, quę dictat, unumquemq; puniri in eo, in quo deliquit, prout pulcherrimum exemplum in hac ipsa carceris materia tradit *And. de pac. tenend. & ejus violat. cap. si vero vers. manus amputetur.* Sciendum est tamen de consuetudine servari contrarium, ut

7 scilicet pœna carceris sit usufrequens in pluribus Italiæ locis, multorum testimonio, quos laudat *Farinacc. de delict. & pœn. q.19. num.31. Reg. Revit. add. prag.19. num.6. de Baron.* Sed cavendum omninò à *Farinac. d. q.27. num. 104.* dum *Vulg. responsum in d. l. aut damnum, §. solent*, intelligit tantùm, quoad punitionem infra tempus cognitionis delicti; ducto forsan ex præcedentibus verbis, cum Jureconsultus totaliter carcerem à pœnarum generibus excluserit, *Prat. respons. crim. 37. n.3.*

Materiam autem custodis, qua pœna plectatur, captivo fugiente, latissimè tractavit doctissimus, ex nostratibus *Anti. cons.31. Farinac. add. trac. de carcer. & carcerat. q. 31. Mansonius de Caus. exquisitis ampliat. 25. Scialoya in prax. forjudicator. cap. 20. a num. 27.* quique excusetur detinendo nobilem extra carcerem; si ille aufugerit, observat *Bajard. ad Clar. q.68. n.26. Danza ad Gramm. dec.14. num.8.* & quod nobili, qui semèl aufugit, non sit amplius præstanda fides, monent *Marsil. singul.74. Avus meus ad Gram. dec. 33. num.16.* pœnas effringentis carceres, enarrant *Peguer. dec. seu cap.6. Caball. resol. crim.8. Reg. Sanfelic. decis. 47. n.1. Scialoya add. loco num.40.* & pro causa civili explicat *Reg. Capyc. Latro dec. 76. to. 1. Ricc.* nonnulla adnectens *collect. dec.986. p.3. & 2215.* & valeat hoc fieri citra peccatum, *Viv. dec.201.* & captum, qui de muro desilit cum spe evadendi, etsi moriatur, mortiferam maculam non incurrere sermocinatur *Amosc. de potest. in seips. lib.1. c.11. num.5.*

Et an ille multetur sponte reversus negativam sustinent aleam *Ricc. decis. 100. num. 7.* insequitur *Scialoya memor loco num.37.* vel si ad superiorem confugiat, *Ann. sing.561. Guazzin. ad defens. reor. defens. 6. capit. 1. num. 71. Scialoya ibidem num.36.*

Qua verò pœna multetur carcerum custos, re-

8 laxans captum, absque Judicis licentia, vel debitorem cum consensu creditoris, extricant *Paris de syndic. verb. carcer. & carcerat. Boer. decis.215. & 217. Prax. in epitom. delic. cap.3.* & in praxi observantiam indicat *Avus meus ad Gramm. dec 41. num.14. Reg. Sanfelic. decis.46. num.4. lib.1. Ricc. collect.830. Viv. dec.202. & 26. Baldus dec.33.* necnon *Novar. sup. pragm.31. num.2. de offic. magistr. justit. Gipt. ad Capyc. Latro dec.76. tom.1.* indubitati enim est, haud id licere carcerario absque magistratus in scriptis licentia habita, *August. de Angel. de Malef. verb. quod fama pub. praeced. num.92. Carrab. sing.47. Viv. decis.202. Balb. decis.33.* extatque in Regno *prag.34. §.7. & altera 33. num.15. de offic. magist. justit.* formam subscriptionis tradentes, etiam accedente consensu creditoris, *Capibl. prag.7. nu.24. de Baron. Scialoya add. loco nu. 29.* Uter autem, Judex, vel potestas schedulam subscribere habeat, annuit *Paris. in verbo licet dicatur nu. 2.* in Judicis partes possitq; nè Baro mandare, nè aliquis absque ejus licentia custodia educatur, resolvit negativè *Capiblanc. prag.3. de Baron. nu.106.* At captivum sub verbo custodis discendentem asserentis licentiam obtinuisse à Judice excusari, fidejussionemque haud frangere justa crudelitate motum, observat *Bertaz. cons. crim.80. vol.1.* ibidemque additio, necnon *cons. 257. & 421. to.2. Avus meus ad Gram. dec.15. n.1.* confert *dec. apud Tap...*. Quod carcer species servitutis sit *Viv.* monet *dec.201. Mag. dec. Luc.90.* ac mala mãsio dicatur *l. hi qui 4. C. de apo. Forner. lib.2. select. c.1. Avus meus ad Capy. dec.154. n.2. Ric. coll. dec.3404.* necnon sepultura vivorum *Farinac. in tit. de carcerib. & carcer. num.2.* & continet carceratio præjudicium irretractabile, ex *Carav. rit. 166. nu.53.* tradit *Prat. resp. crim.32. nu.18.* quidquid incontrarium dicat *Benint. decis. Bononiens. 81. col. fin.* quin ?. & infert gravamen continuum, *Ricc. dec. Cur. Archiep.145. & 176. p.2. & collect. 3474. p.8. Cyriac. forens. controv.172. tom.2.* à qua

9 mala mansione, tametsi invitus liberari quis possit, indicat *Amosc. cit. tract. lib.1. cap.16. num.12.*

Sed an qui è carceribus per ipsum ruptis profugerit in Ecclesiam illius exemptione gaudeat, negativè notat ex *Archid. in cap. sicut antiquitus 17. qu.4. & Cassan. in consuet. Burgund. in tit. des justices col.4. Reg. Tap. lib.1. jur. Reg. rub. de his, qui ad Eccles. confug. num.44.* à quorum assertione recedunt alii, quos laudant, & insequuntur *Clar. §. fin. qu.30. num.18. Farinac. qu.28. à nu.41. sub. tit. de immun. eccles.* nec non *Decian. lib.6. tract. crim. cap.28. nu.28. Boer. dec.215. num.18. & decis.349. num.8.* hancque opinionem veterem omninò esse admonet ipsemet *Cassan.* Is enim in illa *rubr.1. §. 5. sub num.116.* Tametsi usum Curiæ ita esse testetur, de jure enim non subsistere ait, hancque resolutionem repetitis verbis comprobat; primùm quippè per illa verba, *& non video quomodo ex hujusmodi effractione, seù fractura, quæ tendit ad effectum consequendi immunitatem privetur*

vetur

vetur immunitate rursùs per illa; *quod non video benè fundatum de jure*, demumque pro alia, *sed non credo has duas decisiones esse veras, nec illis standum esse.*

Illum prætereà, qui relaxatus à carceribus fue-
10 rit, quia jurejurando redire spoponderit, si deindè regredi nolens ad Ecclesiam se conferat expelli posse, arbitratur idem *Reg.Tap.num.*46.secutus *Covarr.lib.2.variar. cap.20. nu. 13. & Decianum eod.cap.28.sub num.* 21. quorum neuter sibi simpliciter assentitur; *Deciani* siquidem verba distinguunt, inter injustè carceribus mancipatum, vel justè, primo casu incolumem illic esse, & regredi non teneri asseverat, altero verò obligatum esse redire, quamvis tute inhabitet, foveturque doctrina *Jo:Anbr.ad Speculat. in rub. de jurejuran.*qui ita fatur *Covar.*etiam *in eod.cap.20.vers.* 18.*sub num.*13.loquens de eo, qui carceres confregit, & aufugit in Ecclesiam, dicit omni eum metu, & periculo vacuum vivere; licet in Gallia contrarium observari memoret, ex authoritate *Cassanei*, quam praxim ex eo etiam improbari, ait, quia captivus relaxatus sub jurumento de redeundo, fugerit ad Ecclesiam, non potest indè invitus extrahi, secundùm *Barth. Brixiens. q.domin.*38. *Alberic.in l.fideli, C.de his, qui ad Eccles. confug.Henric.in cap.Ecclesia in fin.de immun.Eccl.Praepos.in cap. jus gentium num.* 10.*dist.* 1. *& Aufrer. in add. Cappell. Tholos. decis.* 422. Verùm postea subiicit antedictos Auctores censuisse abduci illum posse, si justè fuerat in carceres conjectus, dum tamen cautum illi sit, nè corporali plectatur pœna, insequitur *Suar.de Relig.lib.3.c.* 11.*num.*20.

11 Vinctum quoque à Regia cohorte, & ductum per Ecclesia, aliumque exemptum locum, & inde egredi renuentem abduci invitum posse demonstrat, idem *Reg.Tap.num.*45.Eo, quod Ecclesia eum non liberum recepit, sed captum, per *Decian. num.* 30. ob quam rationem adversus eundem *Decian.*28. idem tenendum concludit in eo, qui effugiens manus satellitum, cum ipsum ad patibulum trahebant, ingressus est Ecclesiam, insequentibus satellitibus. At contrariam sustinent partem in primo casu, *Barthol. Soccin. in l. plerique num.* 67. *ff. de in jus vocand.* adjungens eandem sequi in eo loco *Jo.de Monte*, quam *Marian* etiam *Soccin.* admittit *in tract. de citat. art.* 17.*nu.*2. *Joannes de Vischis in tract.de immun.ecclesi.nu.*52. *Marcus de Mantua cons.*60. *nu.*17. *& Navarr.cap.*25. *sub num.*19. Posteriori verò casu similiter affirmativam commendant *Remig. de Gonnii in tract. de immun. Eccles. fallent.* 30. *& Clar.q.*30.*nu.*21. ambo addentes communibus votis approbari, quin & usu ipso comprobari, referunt *Cassan.add.loco num.*121. *& Boer.indic.dec.* 110.*nu.*9.

12 Ex quibus respondi in publico lyceo, dum Principis vicem gerebam, perditum quendam debere gaudere beneficio immunitatis, qui dum vinculis obligatus raperetur ad carceres, & pervenisset prope fores cujusdam Ecclesiæ, in eam, è manibus familiæ exiliens, ingressus erat, quamvis iidem ministri vestim ipsam, funemque tenerent; si enim, qui illàc pertransit, quia ducitur ad carceres, gaudet privilegio, juxta nonnullorum DD.placitum, & tamen non in eam intravit animo confugiendi, multò magis, & iste, qui in eam convolavit hac intentione obtinendi libertatem, hanc quæstionem delibavit *Suarez add. tract.de Relig.lib.3.cap.*11.*ver.unde à fortiori*, *& Gutier.pract.qq. lib.3. qu.6.* licèt sub obscurè loquatur, præsertim *nu.*3. cum credit evenire posse, aliquem vinculis, & cathenis ligatum esse, & liberum dici, tuncque immunitate potiri, nisi dicamus ejus intentionem eò tendere, ut quamvis ità devinctus ingrediatur, tamen liber sit, quia non tantùm persona fugit è manibus satellitum, sed vincula, ipsa suffragantur apertiora verba *Marii Italiæ in tract. de immunit. cap.6. §.2. a num.* 70.in ista specie constituentis casum, & fortasse magis dubium, cum de eo loquatur vincto, qui si non velocitate ad cursum, viribus tamen ad luctandum adeò valet, ut ipsis vim intulerit satellitibus, dum omnes se invicem complectens, alter alterum, & aliùs alios in Ecclesiam transportare, ac deferre conati sunt; non igitur erat solutus, quia si vinculis levatus erat, manibus nihilominùs tenebatur; quem tamen inde abduci non posse, edisserit multis fretus juribus, eoque fundamento, quod satis est in loco jàm reperiri ex empto, insequitur *Castro Palao in opere morali tom.2.de immunit.disp. unica punct.7.num.*11. & reprobato *Novar.*aliter sentiente in *summ. bullarum tit.de immunit. Eccles. num.*14. iterum confirmat *P.Diana p.4.resol.moral.tract.1.de immunit. Eccles.qu.*106.& decisum memorat *Joan.Paul.Xamar.p.2.rer. judicat. defen.*129. & tradunt *Thom. del Ben. de immunit. Eccles.lib.2. cap.16. dub.10. sect.7.nu.2. & dub.33. à num.22. Scialoya in nou ed.prax.forjud.cap.21.sub nu.47.*

Condemnatum verò ad Triremes ab illis au-
13 fugientem, esse tutum in ea basilica, quam inhabitat, opinantur *Giurb.cons.crim.*36.*nu.*21. *& P. Dian. in suis resolut. moral. par.1.tract.2. de immun.Eccles.sup.Bull. Gregor.XIV. qu.40. Megal.in 3.par.lib.4.cap.2.qu.1. nu.33.* cœterosque, & praxim in Regno receptam ostendit *D. Reg. de Marin. cap.177. lib.1. quotid.resol.* & laudato eodem *de Marin.* iterum indistinctè firmat idem *P. Diana add.tract.1.par.4.resol.47.*

RITUS XLIV.

ITem servat ipsa Curia, quod quando liberatur aliquis per Curiam aliquo die feriato, ita quod Curia regi illa die non possett tunc si ille liberandus debet iterum venire ad Curiam, quia fidejussio tali die recipi non potest tenetur iste modus, videlicet, quòd Regens personaliter assignat per clamidem liberandum aliquibus, vel alicui pro captivo, & ille promittit primo die juridico eum præsentare in Curia ad certam pœnam, arbitrio Regentis, puta, centum unciarum, & de hac assignatione cum ista pœna specificata, vel majori, vel minori secundum delicti quantitatem, fit publicum instrumentum inter Dominum Regentem, tanquam officialem, & personam publicam, stipulantem nomine, & pro parte dictæ Curiæ, & illum, cui dictus captivus assignatur ex alia; & dein-

& deindè ille cui assignatur captivus venit primo die juridico, & obligat se voluntariè præsens apud acta ad dictam pœnam præsentare dictum captivum ipsi Curiæ, si, & quoties fuerit per ipsam Curiam requisitus.

SUMMA RERUM.

1 *Praxis consignandi carceribus mancipatos per chlamydem, seù vestem, quæ ex hoc ritu inolevit, traditur.*
Fidejussio capi die feriata utrum possit.
2 *Nostro Ritui, num contradicat Ritus 161.*
3 *Feriis inductis in honorem Dei partium consensu non potest renunciari.*
Utique verò inductis in honorem hominum.
4 *Promittens aliquem in Judicio sistere ob criminalem causam, an certam pęnam promittere cogatur.*
5 *Diebus Paschalibus omnia vincula sunt dissolvenda, & captivi detinendi haud sunt.*
6 *Inter cæteras observationes M.C.V. notatu dignas, est visitatio.*
De ejus forma remissivè.
7 *Visitatio hæc carceratorum fuit primo in Regno introducta ab Imperatore Carolo V.*
Etiam erat de jure communi, temporibus Honorii, & Theodosii, ac Gratiani, & Valentini.

1 Millies evenit carceribus mancipatos sub fidejussionibus liberari; quæ cum ab Actuariis capi haud possint die feriato, cum actus sit jurisdictionis contentiosæ; ad *text.in l.fin. C.de feriis*, nam liberatio illorum retardetur, ex hoc *ritu*, cui concinit alter 162. inolevit praxis, ut illi consignentur per clamydem, seù vestem alicui, qui obstringitur, seù obligatur prima die juridica consignatum Curiæ præsentare, quem usum præter *Foller.in prax.crim.in fragm.tit. de fidejuss.nu.* 271. edocet *Muscatell.in prax.fidejussor. par.*1. *modo nono, in princip.* quique opinionem *Follerii*, quam insequitur *Scialoya in prax. torquend. Reor cap.*5.*nu.*41. contra *Carav.num.*4. tamen novis rationibus roboratam tuetur, at illi tandem *Carav.* inhæret, quoad observantiam hodiernam, dum instrumentum publicum consignationis actum notari, & ab actuariis causæ scribi; absque Judicis interventu in ipso actu consignationis advertit *n.*13. & qualiter ad pœnæ exequutionem procedatur contra non observantem inquirunt, ultra *Carav.* idem *Muscatell.dicto modo* 9. *num.*5. *& modo* 5.*nu.*6.*Carrab.de Sydic.p.*1.*nu.*121. & explicat *Borrell.in summ. dec.p.*3. *tit. de fidejuss.caut. satisdat.num.*275.

2 Sed nostro Ritui contradicere videtur *Rit.* 161. permittens die feriata capi fidejussionem præsente, vel absente Regente, cujus verbis cessare nunc dubitationem, num Actuario liceat capere fidejussionem nomine Curiæ, & sic absque Judicis præsentia post *Foller.* dicit *Carav. in eod. illo ritu* 161.*nu.*1. Verùm rectiùs sentienti patebit in altero casu verba facere adductum *rit.*161. in altero verò præsentem *rit.* 44. *&* 162.
3 Isti siquidem agunt de feriatis diebus inductis ad honorem Dei, cum dicant quod illa die Curia regi non potest, quod tunc accidit, quia ejusmodi feriis renunciari haud potest, *cap.fin.* ubi omnes notant de feriis. *Ritus* verò 161. sentit de feriis adinventis pro necessitate hominum, quibus quia renunciari potest, ideò non utitur verbis antedictis, sed aliis, nempè, licet illo die Curia non regatur, dummodò posset regi, si voluisset, licet esset dies feriata, & nè furti redarguar adduco auctorem hujus intellectus, nempè *Muscatell. memor. modo* 9. *sub num.* 14. Feriarum materiam supra delibatam explicamus *rit.*92. & si fidejussio possit capi die feriata, & alia latiùs, Deo favente; dicemus ipso *ritu* 162.

Ad tradita per *Caravita* hoc *ritu num.*6. videas *Consil.Campan.in prax.forjudic. resol.*5. pluries ipsius *Carav.* memorem, *Fusc.in singul.*18.*lit.A.*

De Notario stipulante pro alio, ad tradita per eundem *Carav. nu.* 8. sermocinantur *Visconti ad Capyc. decis.* 73. *Affl.* 135. *&* *decis.*393. ibidemque *Ursill.post num.*6.*Anton.Gabriel.in tit.de verbor.obligat.conclus.*1. *à num.*95. *Intrigliol. dec.*43. *nu.*79. *Arias de Mesa var.resol.lib.*3. *cap.*50. *Consil. Staiban.*ad *Consil. Pauli Staib. Senior.*8.*num.*2. *& lib.*1.*resolut.forens.*9.*num.*3.

4 Et de promittente aliquem in Judicio sistere ob criminalem causam, nunquid certam pœnam incursurum promittere cogatur, præter *Carav. num.*9. loquuntur *Muscatel. in cit. prax. fidejuss. modo* 12.*nu.*27.*cum seq. Jo:Milleus in prax.crim. cap.incip.Andreas Irus Cerdo num.*16.*& seq.* quod si pœna non fuerit apposita, quæ debeatur, tangit *Farinac.in tit.de carcer.& carcerat. qu.*34.*nu.*3. ac *Prat.* observat *ad Muscat,p.*2.*q* 5.*vers. quatenus autem*, alias subnectunt quæstiones.

Cæterùm advertimus, ex *Imperiali Constit.in l.nemo* 3.*Cod.de Episcop.Audient.* In diebus Paschalibus omnia vincula dissolvi, & captivos perindè
5 in carceribus detinendos haud fore, *Franc.Marc. dec.*409.*Avus meus ad Gramm. decis.*33.*num.*10. *Scialoya de forjudic. cap.* 25. *num.*13. ut prætereà nedùm in die Paschali, sed etiam Nativitatis Domini Nostri dierum quindecim intestitio hujusmodi habilitationes, seù excarcerationes, cum cautione in Regno nostro fieri solent, ex *pragm.* 37.§.3. *de offic. magist. Justitiar.* in feriis quoque æstivis, exceptis tamen in delictis enumeratis *in Constit.Regni Humanitate de his, qui fidejuss.dar. poss.* ibidemque *Isern.* & *Affl.* necnon à *Foller. in pract.crim.verb.ipsisque examinatis sub fidejuss.dixerent. Farinac.pract.crim.qu.*33.*nu.*77.*& Parlador.rer.quotid.lib.*2.*cap fin.par.*5.§.6.*nu.*8.

Est etiam inter cæteras M.C.V. observationes
6 notatu dignas visitatio, ut nostrates dicunt, quæ fit singulis diebus Saturni in cognoscendis custodiis, recensendisque iis, qui in vinculis detinentur ab uno ex spectabilibus Regentibus Regiam Cancellariam, de cujus forma dixere *Surg.de Neap.illustr.cap.fin.Reg.Rovit. in pragm.*6.*de offic. magistri justitiar.Franc.MariaPrato ad Muscatell. cit. prax. fidejuss. modo* 9.*vers. est quoque consue-*
7 *tum*. Hanc carcerationem visitationem, ante, *Imperatorum Consuetudinibus* inductam, primus in Regno introduxit *Gloriosissimus Carolus V. in pragm.*11.*de visit.carcerat. anno Domini* 1540. & reparavit deindè *Petrus Toletanus Regni Vicarius anno* 1554.*in pragm.*8.*de offic.magist.Just.* Sed non mirum, si dixerim talem visitationem esse de jure

com-

communi, nam Honorii, & Theodoſii Cæſarum temparibus Judices, Dominicis diebus productos Reos de cuſtodia carcerali videbant. & interrogabant, nè ipſis humanitas clauſis per corruptos carcerum cuſtodes denegaretur, Victualem ſubſtantiam non habentibus faciebant miniſtrari libellis duobus, aut tribus diuturnis, vel quot exiſtimaſſent commentarienſes decretis; Item, & ſimilia viſitationem concernentia peragebant, de quibus in præfatorum *Imperatorum ſanctione* regiſtrata *in l. Judices* 10. *Cod. de Epiſcop. Audient.* Cavebatur etiam *Gratiani, Valentini, & Theodoſii reſcripto in l.fin.Cod.de cuſtod. reor.* ut intra trigeſimum diem ſemper commentarienſis ingereret Judici numerum perſonarum, varietatem delictorum, clauſorum ordines, ætatemque vinctorum, hęc omnia feliciſſimè obſervavit conſumatiſſimus, ex noſtratibus *Reg.Rovit: in add. prag. 6, de offic. magiſtri juſtit*, & inquirit poſt *Avend. de exeq. mandat.p.2. cap.19.* ſolertiſſimus *Reg. de Ponte de poteſt.proreg.tit.16.de diverſ. proviſ.cap.diſpenſant num.10. pag. 473.* & nonnulla notat peritiſſimus *Reg.Conſtant.in l.unic.num.47.Cod.de claſſicis.*

RITUS XXXXV.

Faciat Ærarius librum proventuum.

ITem, quod Ærarius teneatur facere quaternum proventuum lucidum, & deſtinctum in debita forma, necnon de omnibus actis de quibus poſſet commodum provenire Curiæ prælibaaæ.

SUMMA RERUM.

1 *Inter cæteras communium calamitatum cauſas adſcribenda potiſſimum eſt, negligere rerum publicarum adminiſtrasionem.*

2 *Ærarius librum efficere debet, & quæ illi continere habeat.*

Ærarius qui præeſt in Magna Curia, Regius Perceptor nuncupatur.

Ærarius procurator domini dicitur, habetque procurationem omnium ejus bonorum.

Rationem reddere tenetur de commiſſis, & omiſſis, ut cæteri adminiſtratores.

3 *Ærarium invitum eligit Baro.*

Sed an baro juriſdictionis criminalis, & adducitur S. C. determinatio.

Et an ſimpliciter Baro eligat, & cogat, vel onus ſit univerſitatis habiles eligere.

4 *Qui anno antecedenti fuit Syndicus, num poſſit in Ærarium eligi, vel è contrà.*

5 *Baro ſi eligat vaſſallum ad onus electatus eundē, cui potius ille deſervire habeat.*

6 *Idoneus, habilis eſt in ærarium eligendus, ac attento ſolito.*

Et an ſi eligatur inhabilis propter infirmitatem, excuſandus ſit, & adducitur S. C. deciſio.

6 *Senex an excuſetur.*

7 *Baro non poteſt illum cogere, ut extra propriam patriam illud exerceat munus.*

Neque generalem ſui ſtatus conſtituere poſſe poteſt.

Text. explicatur in l. 4. §. ſi bona, ff. de fideicom. libert.

8 *Ærarius conſtitutus in propria patria nonniſi feudales fructus exigere, & cuſtodire tenetur.*

9 *Utrùm teneatur pro inexactis fructibus, & illos de proprio perſolvere.*

10 *Quando poſſit expleto officio exigere fructus antecedentis anni.*

11 *Conductor, ſi mutavit ſtatum pro tannis maturatis poſt annum ſui officii, uter obnoxius ſit Ærarius, qui locavit, an ſucceſſor.*

12 *Conſentire non dicitur, qui ſine periculo diſſentire nequit.*

Murmur tacitus interrumpit præſcriptionem.

13 *Conſuetudines à Baronibus allegatæ per uſurpationem in dubio quæſitæ creduntur.*

Barones, lite pendente ſunt in poſſeſſione manutenendi.

14 *Ærarius capiſacere debitorem, aut in ejus bonis exequi, nùm valeat ſine Judicis mandato.*

15 *Ærarii officium anno durat, cum declarationibus.*

16 *Redditio computorum, quando ab illo fieri debeat. Illa, quæ comprehendat, cum declarationibus.*

17 *Judex, qui fuit reviſionis computorum erit etiam exequutionis.*

18 *In loco geſtæ adminiſtrationis rationes reddendæ ſunt.*

19 *Perſonæ privilegiatæ adminiſtratores trahere non valent, electionis fori privilegio, extra adminiſtrationis locum.*

20 *Ratiociniis obnoxius, an immunitate Eccleſiaſtica gaudeat.*

Exequutio capitalis ſententiæ retardatur, donec redditæ fuerint à condemnato adminiſtrationis rationis.

1 INter cæteras communium calamitatum cauſas, quibus Regna devaſtari fermè videmus, ea potiſsimũ adſcribenda, cenſetur, rerum ſcilicet publicarum adminiſtrationem negligere; nùm eo pervenimus incuriæ, ut Urbium fortunas, quoniam publicæ ſunt, nemo ſit, qui, vel augeat, vel procuret? & Præfecti ſuis potius, quàm Civitatum rebus proſpiciant, pro domo ſua quiſque curam omnem adhibeat, pro communi bono laboris quidquam impendere moleſtiſſimum cenſeat? Equidem (ubi ita res agantur) quid Regnorum ſtatui calamitoſius, quid funeſtius eſſe poſſit, nec video, nec intelligo; dolemus exhauſtum inopinatò ærarium, at quæ ipſum prius diminuerint cauſas examinare debemus; Quòd ſi prætermittatur, hinc in Urbes penuria, Civium fames, annonæ caritas oritur. Si œconomiam negligat Princeps ſtatim domus evertitur, cui ſi attendat, procul ab eo, & inopia, & ægeſtas. Quamobrem ſi Urbes ſervare, & ſumma omnium rerum abundantia auctas quiſquam deſiderat, ærarium publicum, & communes fortunas ſolertiſſimè curet, his enim, & exterorum invaſionibus, & civilibus damnis providebitur.

Verùm, ut ſolertiam in ſuo munere exercendo
2 Ærarius oſtendat, & qui ſit proventuum cumulus, ut facilius augeatur induſtria, ſi liceat, vel diminutus incuria, inſtauretur, librum, ſeù quinternum vulgò dictum, proventibus diſtinctè notarum

tatum, ac etiam omnibus actis, ex quibus commodum consequi possit Curia, efficiat sibi quisque, id suadet Ritus. At primam illius partem in viridi esse observantia in M. C. V. cui præest Regius Præceptor, Ærarius à Ritu nuncupatus, indicat noster *Caravita*. Alteram verò partem librum actorum concernentem, ab aula recessisse, subdit, dum quæ ad materiam librorum spectant Actuariis Curiæ committuntur, juxta per ipsum exarata *in rit*.24.Sed hoc secundum etiam servatur, servarique debet, non enim hunc Ritum intelligendum puto. de actis, quæ fiunt per Curias circa causas litigantium, juxta intellectum *Caravita*, sed de actis, seù actibus, de quibus posset Curiæ commodum pervenire, vel ij consistant in adnotatione proventuum, ut in primo capite, vel in descriptione aliorum introituum, ac fructuum, aliorumque Jurium, & bonorum feudalium, nam de his omnibus obstringitur lucidum, ac distinctum librum facere, idque eo argumento probatur, nam ærarius procurator domini nuncupatur, habetque procurationem omnium eius bonorum, *Frecc.de subfeud.in* 37.*aut. Baron.in princ.* necnon affirmat *Capiblanc. de Baron. pragm.* 16. *num.* 89.qui quidem procurator omnia agere obstringitur, quæ in sua faceret, *Rot. Genuens.dec.*160. *num.* 5. & nè dum tenetur prò ijs, quæ gessit, sed etiam pro iis, quæ gerenda suscepit, & tam pro exacta, quàm pro non exacta pecunia omnem dolum, omnemque culpam avertere debet, *l. procuratorem non tantum*, & *l. à procuratore, l.in re mandata, C. mandati*, quibus in locis de negligentia, & omissione procuratorem teneri deducitur, & *Capiblanc. memor.pragmat.*16.*num.*99. magistraliter docuit ærarium teneri rationem reddere de commissis, & omissis, ut cæteri administratores *Consil. Marcell. Marcian. cons.*86.*num.*4.*lib.*1. subnectens illum non habere liberum arbitrium distrahendi; nec liberam bonorum administrationem: & facere teneri codices lucidos, & claros, ut anno completo possint significari, ut infra demonstrabimus.

Multis autem modis ærarium habemus, de quibus *Montan.in pragm.*5.*nu.*2.& 3. *de administrat.univers.Scaglion.rit.*9. *Luc.de Penna in rub. C.de quæstor.Affl.in constit.justitiarius sub num.*6. *Cassan.in Catal.Glor.Mundi p.*6.*consider.* 18. 19. & 20.in omnibus tamen Regni locis, potissimùm Baronalibus, Ærarius appellatur.

Ad istud Ærariatus officiū exercendum quibit
3 Baro eligere, & renuentem cogere alterum ex vassallis, quem maluerit abnuat, *Ursill.ad Affl. dec.*88.verior probat sententia, authoritate S. C. reprobata, de qua memor est *Frecc. adduc.* 37. *author.* quamque præter DD. hoc *in ritu* citatos à *Carav.num.*6.insectantur *Præs. de Franc. decis.* 128.*num.*1. ibidemque *Visconti*, necnon *Amendola ad eundem de Franchis decis.*76.*num.*19.ambo *Carav.*laudantes, & indubitanter firmat, *eod. Caravit.*dispuncto *Avus meus ad Capyc. dec.*118. *num.*2 *Capibl..in mox.adduct. pragm.*16. *num.*16. *Consil.Marcian. indic.consil.*36. *num.*43. *Novar. to.* 2. *de gravam.vassall. grav.*19.*num.*1.*Franc. Severin.penès eundem Novar.gravam.* 130. *nu*14. *Carav.* & *Avum meum* mòx indicatis locis citans.
An autem illam simpliciter Baro eligat, & coget, an verò universitatis onus sit obnoxiæ habiles eligere, ut onera æqualiter distribuantur, & in gratiam Baronis, quod ipsi hoc jure liceat, decrevit *D.Petrus de Vera Præsidens S.C* in causa Ill. Principis Venusini cum Laurentio de Rosa Terræ Calitri sub die 21. mensis Augusti 1601. in Banca de Ferrariis, testatur *Dec.Favilla in add.manuscript.ad Præsid. de Franch.dec.*128. tradens, sic alias insimul cum *Præs. de Franch.* fuisse judicatum, sed ipse *Favilla* contrarium, semper servari vidisse, concludit ex *Frecc. author.* 3. tametsi subnectat in causa Vniversitatis Ajetæ, cum ejus Barone, determinatum juxta D. Petri opinionem, ea ratione, nè Vniversitas de mala teneatur electione, quæ apud ipsum tanti non est, ut ab ejus recedat placito, sufficere enim inquit Vniversitatem in nullo versari dolo, & eligi habiles, qui communiter idonei æstimati sint, quorum qualitatis scientia in Barone quoque præsumitur, pro cujus articuli veritate, si Vniversitas de culpis, & defectibus ærarii nominati teneatur lectorem relego ad *Giurgel. dec.* 31. *D. Reg. de Marinis lib.*1. *quotid. resol. cap.* 342. *Capibl. pragm.*16. *de Baron.num.*97. *tom.*1. & in simili articulo contendunt *Giurb.cons. crimin.* 38. *Maur.Junior. alleg.*39.*Camill. de Medices cons.*31. *num.*27. *Revert.* & *ibi D.Reg. de Marin. dec.*325. *num.*1.nosque alibi; Verùm quoad excitatæ quæstionis veritatem prævalet locorum consuetudo, quæ in his potissimùm Principem obtinet locum, teste *Capyc.add. decis.*118.*num.*9.

Hoc tamen privilegium Ærarium eligendi minimè usus impertivit Baroni criminalem duntaxàt habenti jurisdictionem; cui haud licet cogere indistinctè cives ad sævitia, & munera personalia, prout legi decretum S.C. in anno 1579. pro Vniversitate, & Civibus Terræ Bosci, contra Illustrem Comitem Policastri, habentem jurisdictionem criminalem tantum in Terra prædicta, quod teneantur ad servitia personalis concernentia jurisdictionem criminalem tantum, salario mediante, referente *Reg. Cons.D. Augustino Caravita*, in Banca tunc de Cantone, nunc de Vennitto.

4 Eum etiam, qui anno antecedenti fuit Syndicus, eligere quibit, *De Franchis dec.*210. *in fin.* quique anno sequenti ab officio universali minimè excusatur, poteritque ad Syndicatus munus eligi, *Capibl. add.tract.tom.*1. *prag.* 10.*num.*120. id restringens, quando Ærariatus electio ab ipsamet fieret Vniversitate *tom.* 2. *super ead.pragm.*10. *cap.*72. *num.* 22. Quod si Baro
5 eligat vassallum ad tale subeundum onus, patria verò ad munus electus, cui potius ille deservire habeat, extricat *Reg. Rov.* qui pro universitate palmam contra Baronem reportavit *cons.*73. *vol.*1.cujus meminit *Franc.Mar.Prato ad Paschal. de patr. potest.par.*4.*cap.*10. *vers.fuit quoque aliàs discussum.*

6 Idoneus, & habilis quoque est eligendus, teste eodem *Capiblanc.*ac decisum attestante *nu.* 72. attento nempè solito, si ex nobilibus, vel etiam ex aliis, & si ex scientibus scribere, vel aliis, quod si inhabilis esset propter infirmitatem, vidi decretum latum per S.C. referente *Julio Palermo* die 27. mensis Augusti 1606. sub his verbis: *Visis actis*

actis, ac fide medicorum, necnon aliis scripturis præsentatis ab utraque parte, visaque persona Polidorii Piconi à Mag. causæ Commissario, necnon ab aliis medicis circa concernentia cæcitatem, habitaque ipsius relatione orctenus, fuit provisum, quod stante inhabilitate prædicti Polidorii, ex quo quasi cæcus, spectabilis Comes Montis Militum, & utilis dominus Casalis Malicalziatorum procedat ad electionem alterius vassalli pro exercendo officium ærariatus, prædictus verò Polidorius excusetur à munere prædicto, penès Actuarium de Mondellis, nunc Lelium Clavelli.

7 Senectutem verò concurrente bona electi valetudine illum haud excusare, consuluit *Domin. Consil. Rocc. tom. 2. resp. 82.* Hinc senex robustus torqueri potest, *Jul. Clar. qu. 64. vers. non etiam, Gramm. dec. 32. num. 5. Tartagl. in pract. crimin. cap. 12. num. 1. Reg. Sanfelic. dec. 355.* id, quod arbitrio Judicis remittitur, *Scialoya in prax. torquend. Reos cap. 13. num. 20.* Verum Ærarius sciens electionem si taceat, & immunitatem habeat, sibi præjudicat *Fontanell. de pact. nupt. tom. 1. clau. 4. G. ef. 10. par. 1. num. 130. Io: Paul. Xamarr. par. 2. rer. judic. defin. 54.*

Eligere autem, & compellere vassallum ad illud exercendum extra propriam illius patriam, nullatenus potest ex altero decreto lato in eodem processu sub die 3. Julii 1617. sub his verbis: *Provisum est, quòd infrà quatuor dies partes deducant eorum incumbentia, & interim citrà præjudicium jurium ambarum partium Fabritius Piconus cogatur exercere munus ærariatus pro feudo Malicalziatorum, prævio salario liquidando per idem S.C. salva provisione facienda, si tenetur servire etiam pro feudo Serrarum explicanda partibus plenius auditis.* Rem itaque pro absoluto habuit S. C. illum non teneri ultra propriam patriam, quamvis subsequenti decreto lato die 8. ejusdem mensis provisum fuerit, *explicando provisionem reservatam, sub prædicta die 3. Julii, Fabritium præfatum cogi ad exercendum etiam officium Ærariatus pro Terra Serræ, & salario pro nunc liquidatum in ducatis triginta.* Id tamen contigit, non quia crediderint circumspecti tanti Senatus Patres posse constringi illud obire munus extra propriam patriam, sed quia procurator utilis domini post primum jam dictum decretum deduxit, fol. 53. Casale Malicalziatorum ex vetusta consuetudine, atque privilegiis unitum esse cum dicta Terra, & Baronia Serrarum, illiusque Casale, ut propterea ex eo constet ratione Ærariatus in propria patria gesti, compelli extra patriam nequeat, idque pluries decisum etiam fuisse in aliis casibus testatur *Capiblanc.* illos prætereà rescribens à *num. 70. cum. seq.* nè scilicet teneatur fructus extra patrium solum exigere, eorumque bonorum illic existentium curam gerere, *arg. notatorum* per *And. Isern. in cap. 1. §. nec alio col. 4. rub. quæ sit prim. caus. benefic. amitt.* & apertis verbis *Thor. par. 1. compend. decis. verbo Ærarii an curam.* Id tamen *D. Consil. Staib. lib. 1. forens. 27.* authoritate fretus ejusdem *Capiblanc. num. 69. in fin. in parv.* necnon *Anna sing. 560. in vers. Sed vide,* restringit quando Ærarius parùm extra feudum operaretur.

Ex quibus multotiès interrogatus in currenti casu, dixi non posse multorum locorum dominii in uno illorum eligere Ærarium generalem totius status, & ipsum recusantem cogere ad exercendum introitus aliorum locorum ab illorum tantùm Ærariis; maximè quod revera, & ab Ærariis, & ab ipsismet debitoribus exigendi potestatem tribuebat dominus, sivè ejus Locumtenes generalis, quem propterea significare solet debitorem pro summis ab ipsis terrarum Ærariis non exactis, aut exactis, & ejusdem Ærariis decoctis, sicque vult habere plures obligatos, nempè debitores ipsos, item Ærarios locorum, tandemque generalem ipsum. Neque foveri poterat *text. in l. 4. §. si bona, ff. de fideicommiss. libert.* Vbi Præfectus Ærarii legitur fuisse, atque ideò videatur alius præponi posse Ærariis. Quippè quod in Principe supremo loquitur, itemque tunc temporis subsistebat, ut hoc iu *Ritu*, inquit *Carav. num. 4.* Ac tertiò, & fortasse verius dicemus, illo *texto* non probari renuentem cogendum, ut proptereà non negemus, quemlibet Baronem posse illud munus concedere volenti suscipere, neutiquam verò recusanti, eumque astringere, potissimum, quod neque probatur jure communi posse ad Ærariatum compellere aliquem, ut multi etiam ex nostratibus crediderint prorsùs nequire, & qui assentiuntur, ac decisum memorant usu citiùs, quam generali, aut municipali lege suffulciuntur.

Verum, ut illuc redeat, unde digressa est oratio, dicimus, nec fructus in territorio exactos
8 teneri Ærarium per se ipsum alio deferre, cùm mittere dumtaxat obnoxius fit, & Baronis expensis, atque periculo, ut ijdem *Capiblanc. & Thor.* inquiunt, ac decisum adjungunt, quinimo neque omnium fructuum intra territorium exactionem, & curam habere debet, sed feudalium tantùm, tametsi ex industria Baronis collectorum ex feudo, ut decisum fuisse contra Civitatem Laquedoniæ, testatur *de Franch. dec. 128.* inferiturque *Avus meus ad Capyc. decis. 118. annot. 2.* & iterum ad *Gramm. decis. 67. num. 10.* necnon declarant *Capibl. add. tom. 2. cap 90. & Consil. Staib. lib. 1. resol. forens. cap. 22. num. 24. Carav.* allegans.

Ex qua *de Franchis decis.* duo potissimùm colligimus, primum non cogi ærarium curam habere territorii, aut vineæ feudalis, scilicet illud colere, sed ex eo provenientes fructus tantùm percipere, & custodire. Alterum cogi vassallos colere territoria multò minùs posse, quod simpliciter verum dicimus in rebus non feudalibus, in feudalibus verò posse, ubi salarium solvi consuetum inter Cives, præstatur, ipse *Præsid. de Franch.* addit. *dec. 526. num. 2. Avus meus ad Gramm. cit. dec. 67. num. 1. Novar. de grav. lib. 3. grav. 71. & dec. 188. num. 2. Reg. Rov. in pragm. 1. & 2. num. 6. & 7. de salar. eor. qui mitt. pro negot. Giazarel. dec. 21.* latèque *Reg. de Marin. lib. 2. quotid. resol. cap. 37.* quavis consuetudine haud salarium solvendi non obstante, juxta S. C. placitum in causa Vniversitatis Petræ Paganæ, contra Michaelem Jesualdum de quo testari *Pisanell. ad Capyc. decis. 118.* inquit *Decius Favilla in add. ad Franch.* manu exaratis, quas servo, *decis. 128.* quique *Favilla* relegat lectorem ad per *Frecc. tradita aut. 15. pag. 348.*

9 An verò teneatur introitus inexactos persolvere nulla videtur de jure cadere dubitatio, ut propterea millies admirati simus, passim observari, videntes ob ærariatus officium penitus eradicatas domos, & familias. Quippè quod feudales redditus, aut sunt ordinarii, & invariabiles, putà census in pecunia, aliisque rebus consistentes, & nullum potest in ærario considerari delictum, sivè culpa, nisi cum ille, à solvendo non exigit, etenim, cum solvendo non est, certè quævis culpa abest, ut proptereà exemptus omninò sit ab illis persolvendis, prout in casibus fortioribus mox dicemus, & in Sindicis, atque aliis verba faciens, concludit *Montanar. super prag. 4. §. 10. num. 1. de administr. univers.* quod ex illius quoque *text.* verbis apertè constat. Aut verò sunt variabiles tùm respectu personarum, satis erit eidem ærario, ut non teneatur de proprio, si consueto more hactenùs, observato in locandis Baronalibus rebus usus sit, nec alium aptiorem invenerit conductorem, ut firmat *Escobar. in tract. de ratiocin. administr. cap. 16. num. 22.* & antea *Iodoc. Damand. in tract. de sub hastat. cap. 4. num. 3.* quin? & si antea erat idoneus debitor, & deinceps evasit. ad solvendum inhabilis, & census idcircò facti sunt inexigibiles sine culpa ærarii, Baronis damno cedere, decisum suisse in gratiam Vniversitatis Theani contra Principem, recolit post *Capibl. & Novar. de gravam. Vassall. tom. 1. gravam. 169. in princip. Thor. in supplem. dec. verbo Ærarius an teneatur* & favet *Lanarii cons. 99.* neque pugnat conclusio *DD. in l. missi opinatores, Cod. de exact. trib. lib. 10.* ac præsertim *Rebuffi* in postremis verbis illa nempè; *Item nota, quod ille qui tenetur aliquid exigere ad certum tempus, si non faciat tenetur solvere de suo, & sic facit, contra Sindicos Communitatum, & similes*, Etenim si generatim subsisteret ejus dictum contradiceret aperto *textui in l. susceptores la 2. Cod. de suscept. Præpos. & Archar. lib. 10.* ex cujus verbis omnes colligunt, nec non idem *Rebuff. & And. de Barulo, ac Bar.* quod novi exactores debet non modo exigere illius anni debita, sed alia præteritorum annorum, nimirùm si ex eo propterea notant, fieri debere solutionem ei, qui munere fungitur tēpore solutionis, non qui fuit officialis tempore, quo cessit dies, & solutio fieri debebat, & tamen revera non contradicit. Proptereà quod adductum *textum in l. susceptores*, dumtaxàt procedere affirmat ipsemet *Rebuff. super ead. l. missi opinatores sub num. 6.* cùm non sunt persoluta debita propter paupertatem debitorum, quæ remanere debeant sequenti exactori, *tex.* verò *in d. l. missi opinatores*, cum negligentia exactoris minimè fuerunt persoluta, quo casu onus illius erit solvere, & exigere, quod repetit in initio ejusdem *l. susceptores*, inquiens, antiquo exactori solvendum esse, quod ille propria pecunia solverat, quia non exigit universum debitum, & consecutivè probat, non nisi, cùm negligentia interfuit, teneri, alioquin si propter inopiam remaneant successori, ut exigat, si quandoque poterit, & sic deinceps; cum verò persolvit de sua
10 substantia non tantùm ut illic *Rebuff.* ait, exigere post annum valet, sed eodem modo post annum quibit, quo, & antecedenti pro fisco potuisset, ut in postremis verbis *d. l. missi opinatores*, affirmat *Jo: de Platea*, nempè summariè, & exequutivè, si debitum est liquidum, ut idem *Jo: de Platea* antea dixerat *sub not. 3. per l. sacrilegii §. fin. ff. ad l. Jul. pecul.* & latius *Montanar. pragm. 4. de administr. univers. §. 10. num. 2. & 3.*

Atq; ut isthæc illustrius pateant censemus expedire plurimùm adnectere quæstionem alteram & aliis hactenus resolutis affinem, quæ tùm prædictis suffragabitur plurimùm, tùm indigentibus in contingenti casu, & passim inter ipsosmet ærarios evenientem.

Ea siquidem est, si ærarius locaverit Baronales
11 redditus ad plures, & expressos annos, an ipse, vel successor tenebitur, maximè pro decurrendis tannis post finitum ab ipso locante officium? pro cujus vera resolutione obvenerunt nobis complura jura, ut dicamus locantem devinciri, *l. prior, §. in eum, ff. de administr. rer. ad Civit. pertin.* nisi successor illius nominis periculum agnoverit, *l. Titio, §. Titius, §. ad municipal. l. si probatum, ff. de tutel. & ration. distrah. l. qui nominibus, ff. de administr. tutor.* quando verò dicatur agnoscere post *Gl.* extricat *Bar. indicata l. qui nominibus*, suffultus *l. si filius. ff. de tutel.* & tunc dici ait, cum verbo, aut alio signo insinuavit nomina illa esse idonea, ut proptereà non sit satis simplicem recipere assignationem, & ab illis aliquas exigere summas, etenim non videri illo casu talia nomina agnovisse dicit; quin? subdit agnoscendo teneri de periculo inopiæ, tunc; (scilicet tempore agnitionis) existentis de subsequenti verò haud quaquam, nisi aliqua culpa notari possit, neque adversatur *tex. in l. quod si nolit §. iniquum, ff. de edilict. edict.* nam ibi recipiendo agnovit rem habitam, non debitum, & debitoris nomen, de quo hic agitur. Isthæc itaque præseferunt in primis eatenus ærarium teneri, quatenus illos approbavit, atque idoneos esse dixit, & non nisi tunc sint inhabiles, non autem si postmodum depauperentur, & statum mutaverint, & consecutivè validatam esse hactenus probatam conclusionem, ne unquam teneatur ærarius, si culpa absit. Præseferunt insuper quid agendum sit inter priores, & subsequentes ærarios; Quibus *l. tutor, sivè curator, ff. de administr. tutor.* addimus perjucundam sanctionem, ut tutor, sivè curator nomina, quæ justè putat non esse idonea à tutore priore, vel curatore suspicere quidem cogatur, non tamen exactionem periculo suo facere. Idemque in alio quovis administratore, sindico nempè, & ærario militare censemus, deducimusque ex *Bar.* summario ad illum *textum*, atque ex doctrina *Guid. Papa decis. 68. sub num. 2.* Sindicos, & tutores æquiparantis: ex his itaque valide constitutis liquet, an justè oderimus semper, & tanquam iniqua non semèl reprehenderimus multa, quæ invitis ipsis ærariis, nec conqueri audentibus observari vidimus illorum, & propriæ domus perniciem, nonnulli namque Barones (bonis exceptis) perquirunt conductores bonorum, & inventis quamvis summa egestate laborantibus majorē tamen pensionem offerentibus, aut locant, aut locari saltem oretenus mandant, ac multoties exteris, quamvis suspicentur, aut etiam certò credant, non illos persoluturos pollicitam quanti-

tatem , ſiquidem eis ſufficit habere ærarios à qui-
bus ex gaut , imò , & debitoribus ipſis nonnun-
quam prorogant tempus , & pauperrimi ærarii
luunt damna ; Etſi intereà conductores fiant im-
potentes, aut moriantur , ſivè fugam arripiant ,
non perpendentibus Baronibus in nullo prædi-
ctorum caſuum devinciri ærarios ex hactenus
cumulatis.

Alia inſuper gravamina ab aliquibusBaronibus
inferri ſolita in hac ſpecie ærariorum , recenſet ci-
tatus *Capibl.* & quod pejus in his, & aliis grava-
minibus , quia miſerrimi vaſſalli tacuerunt , nec
12 contradicere auſi ſunt , conſuetudinem ſtatim al-
legant, eique innituntur , & uſu ; Ejuſmodi au-
tem conſuetudines non utique erunt approban-
dæ à Zelotypis Judicibus, ea non tantum ratio-
ne, quia omnis abeſt conſenſus, etiam tacitus ex
eo, quod tacitus affirmare non dicitur , ſi recla-
mare ſine diſcrimine non valet, per doctr. *Iſern.in
cap.unico num. 3. quæ ſint Regal.* quodque non
concurrunt tria illa copulativè requiſita ad taci-
tum inducendum conſenſum , & recenſita per
Menoch. conſ.226. num.45. vol.3. ſed aliis relatis à
Squillant. de privileg.Cleric. cap.8.verſ.2. Illa præ-
ſertim quod ſi proclamare non audent , ſi ſupe-
13 riores adire Judices ob timorem , aut aliam cau-
ſam omittunt ; aliquale tamen , & lene murmur,
& ſub labiis continua omnium querula lamen-
tatio non abeſt, quæ ex ſingulari doctrina ejuſ-
dem *Iſern. in eod.cap. unico num.62.* interrumpit
præſcriptionem ſequiturque *Aſſl. inibi , §. & ex-
traordinaria in fin. Natta conſ. 80. verſ. ſeptimo
additur ſub nu.8.vol.2.& Fulvius Paccian. tract.
de probat.negat.ſub num.80. lib.1.* Cavetote igi-
tur prudentiſſimi juſdicentes à conſuetudinibus
in vaſſallos à Baronibus pauliſper ſerpentibus ac-
quiſitis admittendis , ſcilicet , nè quæſo illis ſta-
tim aſſentiatis , ſed uſurpatione , aut ſi introdu-
ctas credatis , niſi fumus veſtros offendat oculos,
odorque nares de bono illarum jure , & nè dica-
mur ſomniari , referre cenſuimus verba perutilia,
ac perjucunda , quæ in hac re reſcripſit eximius
Juriſconſultus *Joannes de Londris Pictavienſis in
ſuo Breviario,* Is enim *ſup. cap. quod latenter de
regul.jur.* fretus authoritate *Hoſt.* inibi , ejuſque
ferè verbis omnibus uſus , ſic alloquitur : *Notat
hic Hoſt. quod hac litera eſt ſatis expreſſa contra
Civitates , & dominos , tàm Eccleſiaſticos , quàm
temporales , qui violenter conſueverunt occupare
loca, tallias , & exactiones , & annua ſervitia
extorquere , ad idem 10. q.3. cap. quia cognovi-
mus extra de cen.cap.pervenit de immunit.Eccleſ.
cap. non minus , & cap. adverſus , & ſi dicatur ,
quod ſic habuerunt à tempore , cujus non eſt me-
moria extr. de verb.ſignific. cap. ſuper quibuſdam ,
conſidera , ſi hoc gratis , pacificè , & quietè perce-
perint , & habuerunt , & tunc pro eis , aut clàm,
vel violenter, ſeù aliàs illicitè; & tunc contra eos,
ut his. In dubio tamen pro ſubditis judicari debet:
quia magis præſumitur , quod hoc inviti præſtite-
runt, quàm voluntarii arg. ff.de probat. l.cum in-
debito, §. ſi verò ab initio de donat.l.filius, nam, &
ſi pignora capiantur , & redimantur , vel ſubditi
probabiliter timeant , ſeù vexationem ſuam redi-
mant , per talem præſtationem non acquiritur jus,
ut hic , et arg.infra eod.cap. qui ex timore, C. quod
met.cauſ.l.fin.extr.59. cap.dilectus , de exceſſ. præ-
lat. cap.adaures, et cap. cave, et cap. cum ad quo-
rundam de reſtit.ſpoliat. cap. olim el 3.* Hæc ille.

Verùm Baronem lite pendente in poſſeſſione
eſſe manutenendum , deciſum tradit in terminis
Ann. ſing.556. cujus meminit *Amendol.ad Franc.
dec.526.num.1.* & in materia jurium incorpora-
lium ſermocinatur *Reg.Rovit.in pragm.9.num.10.
de feud.* quamvis , & Baroni poſſidenti jus ipſum
reſiſtat , concludit cum *dec.S.C.Conſ.Staib.* ſæpiùs
memor.reſol.27.& iterum *centur.2. reſol.175.n.54.*
quæque tamen in eorum præſcriptione requiran-
tur, extricant *Menoch. de arbitr. Judic. caſ. 160.
Avus meus ad Capyc.decis.57.num.1.*

Conqueruntur inſuper ſæpè ſubditi multis in
caſibus obſervari , non quæ à jure ſancita , ſed
14 dominorum , quæ tantum arrident voluntati, ac
ſuper ea ipſos non dolere , ut pejora evitent,inter
quos numerant nequire ærarios exequi in debi-
tores fiſcales , aut illos capi facere ſine Judicis
mandato , ex *Franc. Marc. dec. Delphinal.204. in
princ. p.2.* & deciſ. S. C. in Banca C oſti in gra-
tiam Univerſitatis Lauri à *Thoro memorata in
compend.dec ſ par.1. verbo Ærarii non poſſunt* , &
tamen id pluries attentare audeant, fret conſue-
tudine longi temporis , & Barones permittunt,&
ſi fulciri vellent , doctrina *Andreæ de Barulo in d.
l.miſſi opinatores* in illius calce exiſtimantis, lice-
re collectoribus homines devincire , quia exactio
cui eſt commiſſa , & quoddam imperium com-
miſſum videtur; ad *tex.in l.2.ff.de juriſd. omn.Ju-
dic.*adducunt *Barolum* loqui in terminis *d. l. miſſi o-
pinatores,* ubi Præſides, & ſic Judices retinent jus
exigendi, non autem in ærariis, qui procuratores
potius dicuntur , ex notatis per nos ſupra ſub
num.2. & per eundem *Franc.Marc.deciſ.207.*

Sed parvipenſis prædictis , jure contendunt
Barones in eorum ærariis licere , dum , & ipſi
queunt ſubditos carceribus mancipare,etiam non
citatos , pro jurium Baronalium exactione,*Bal.in
l.1.num.31.C.unde vi* placito firmat *Avus meus
ad Capyc.deciſ.124.num.1.in nov.* qui *Urſill.* vi-
dendum ad *Aſſl. dec.265.* adjungit, *Muſcatel. lib.
1.p.7.Gloſ. ſententiam num.15.* & ſic in viridi eſ-
ſe obſervantia indubitanter affirmat *Novar. to.1.
gravam.165.tom.2. grava.117. et tom.3. gravam.
40.num.1.* conferunt quæ *Reg.Sanfel.* ſcripſit *dec.
64.num.31. lib.1.*

Aliud ſubijciunt gravamen ad rem præſentem
propiùs tangens,in ærarios, ditiones eligi per Ba-
rones , non per annum , ſed in perpetuum , do-
15 nec decocti , & exangues fiant , de quo excla-
mat *Franc.Severin.apud Novar.add. gravam.130.
num.14.lib.2.*cum anno tantum illorum duret of-
ficium , neque cogi poſſint ultra illum exercere,
id apertè ſancientibus juribus multis relatis per
Franc.Marc.dec.202. num. 5. idque adeò , ut nec
fructus quidem in eo anno exactos cuſtodire , &
vendere devincti ſint , cum ſucceſſori ærario con-
ſignandos eſſe determinaverit S.C. pro Univerſi-
tate Piſticii, contra Baronem, In Banca de Feli-
ce , ut memorati *Capiblanc. ſuper ead.prag.16. nu.
67.et Thor.par.1.verbo Ærarius teneatur,*aſſerunt,
dum tamen (ſubijciunt) conſuetudo in contrariū
non vigeat per *l.neminem, C. de ſuſceptor. lib.10.*
quem ſingularem eſſe advertit *de Ponte de poteſt.*

Proreg. tit. de regalib. impositión.§.8.sub num. 19.
fol.220. et Mastrill.in tract. de magistrat. lib. 4.
cap.18.num.63. An nè sit quandoque introducta
ejusmodi consuetudo, hoc onus, hic labor est, tùm
Baronum potentia, tùm subditorum timiditate
persæpè operante, nè voluntati dominorum resi-
statur, ut difficile omninò sit, & ferè impossibile
id dijudicare, Tertium, denique recensent Æra-
rii, computorum redditionem ad annos protela-
ri, & ubi ipsimet ærarii censent se universo æte li-
beratos, in initio versantur, speciem quantitatis
prætensæ scire penitus nequeuntes, cum tamen
illa revidenda sint infrà duos menses à die transa-
cti anni, & expleti officii, adeò ut differentes
Barones compelli possint, prout decisum fuit per
S.C. instante Communitate Biccari, teste Capibl.
num.74. aliamque recenset determinationem No-
var.de gravam.to.2.gravam.27. num.6. qui tamen
num.9.ex Gizzarell. dec. 62. restringit, legitima
causa denegandi illorum receptionem existente.
16 Hocque protendunt gravamen, nam cum ni-
hil pro revisione computorum, aut consignanda
copia literarum significatorialium ab eis consequi
debeant rationales, ut decisum pluries memorant
Capibl.num.74.Thor.p.4.verb.Ærarii an sint obli-
gati, Novar.to.1.gravam.122.et tom.2. gravamin.
29. nihilominus graves quantitates, annuentibus
sæpius iisdem Baronibus exigere non verentur;
At justùm ærarii computa revideri instantes, sol-
vere salarium teneantur, decisum asserit Amend.
ad Franch.decis.210.num.124.multa utrique par-
ti faventia congessit Escob. de ratiocin. par.1. cap
41.ubi exceptionem præsertim de errore calculi
proponi posse etiam ad impediendam exequutio-
nem in causis fiscalibus, & Vniversitatum defen-
dit, parvipenso in hoc casu privilegio, quo fru-
untur, procedendi exequutivè, cujus testes sunt
Borr.dec.2. & 195. Viv. dec. postrem. 1.par. atque
Marant.in prax par.6.vers.exceptiones num.71. ut
multò magis argumentari liceat ad significatorias
contra ærarios Baronum decretas, ejusmodi pri-
vilegio carentes, Capiblanc. vera fatur de usu
præterea testans ead.pragm. 19.num.62. & conci-
nunt materiæ tradita per Muscatel.in pract. appel-
lat.par.1.Glos.1.num.176.

Cum autem certum sit omnem, & quemcun-
que administratorem teneri reddere rationes villi-
cationis suæ, l.oleo, C.de usur. tradunt DD. in cle-
ment.2.§.illi etiam de relig. domib. & pro conclu-
sione statuit Tusch. conclus.203.lit.F. Rot. Genuæ
decis.24.& 53. Marc. dec.610. vol.1.Jo: Bapt. An-
tonel.cons.58.num.2. Novar. sup.pragm.1. de Com-
miss.& executor. collect.61. nonnullos recensens
casus quamvis liberatum à testatore ab onere ra-
tionis reddendæ, Cancer.var. resol.to.1.tit. de tu-
tor. num.45 Escob.de ratioc.cap.5.Paschal. de patr.
potest.p.3.cap.9. num.15.D.Consil.Rocc.tom.1. resp.
77. num.27.Dom.Reg.de Marin. in observ. ad dec.
Reg. Reverter. 29. tom.1. non mirum si librum
quoque rationum conficere obstringatur, Corn.
cons.296.lib.3. & cons.24.lib. 3. & cons.24. lib.1.
Castrens. cons.227. lib.2. onus namque reddendæ
17 rationis quatuor includit, scilicet codices edi, cal-
culum poni, reliqua reddi, & culpam purgari,
Bal.in l. cum testamento, C. de testam. Viv. decis.
400.num.35. Menoch. de arbitr. cas.209. num.21.
Mercurial.Merlin. de legitim. lib.4. tit.1. qu.7.nu.
14.P. Fragos. de regimin. Reipub. Christian. par.1.
lib.6.tit. de obligat.faciend. Invent. Camill. Borrel.
cons.31. à num.1. nimirum igitur, si qui fuit Ju-
dex revisionis computorum, sit, etiam exequu-
tionis, & coactionis faciendæ ad persolvendum
reliquum, teste Gratian.dec. March.188. à num.
14. Mart.tract.de jurisdict.p.2.cap.18.nu.10. Ricc.
resol.2. quod in Clerico administratore lato cala-
mo differit Reg.Rovit. videndus dec.20. pluresque
administratores sub uno Judice esse convenien-
dos, dixit Capiblanc.tom.2.de Baron. cap.59. nu.5.
explosa Mutæ dec.32.contrarium sentientes neque
etiam mirùm, si Ritus iste noster ærario mandet,
ut librum conficiat, cum & illum obligari ad ra-
tiones suæ administrationis reddendas, idque in
loco gestæ administrationis scripserit Magon.decis.
Lucens.5.num.13. suffragaturque titulus, ubi de
ratiociniis agi oportet, necnon text.in l.prætor, §.
is etiam, ff.de edend. & decisum in una Firmana
Olei 29. Novembris 1577. coram Blanchetto, & in
altera Lugdunen. redditionis rationis 17. Martii
1589.coram Penio; ex Gratian. memorat Novar.
mox add.loco num.9. non quidem in eodem indi-
18 viduo loco, sed coram eodem Judice superiore
loci gestæ administrationis, ut explicat Arch. cap.
cum Episcopus de offic.ordin.in 6. & insinuat Esco-
bar. de ratiocin.cap.7.num.2.Thor.par.3. compend.
decis.verbo Rationes, & declarat idem Thor. in sup-
plem.decis.verbo Tutor rationes, in contingenti
casu decisum memorans, itaut pupilli cæteræ-
19 que privilegiatæ personæ haud privilegio ele-
ctionis fori utantur contra administratores, illos
trahendo extra administrationis locum, Paschal.
de patr.potest.par.2.cap.2. num. 109. Salgad.in la-
byr.credit. par.6. num.93. & aliorum authoritate
fretus indicat D.Cons.Rocc. de sociat.mercat.tom.1.
respons.not.100.quibus addo Carleval. in tract. de
judic.disp.2.qu.6.sect.7. lib.1. tit.1. in fin. Novar.
in prax.elect.& variat.qu.33. & 34.sect.4. in ult.
impress.Neap. & iterum concludit tom.2. gravam.
26.reprobato Ursellio in examin. conclus. legal.
verbo Administrator conclus.56. num. 33. Judicis
discreti arbitrio id totum remittente, Ipsam verò
computorum redditionem faciendam esse cum di-
stincta annotatione dati, & recepti, idem Magon.
ait decis.3.num.7.num. autem 8. subdit alia uti-
lia, quinè & Paris.cons.90.lib.1.Escob.cap.2.Gut-
tier.tract.de juram.par.1.cap.40. num.2. Borrel.in
summ.decis.tit.22. de lib.& illorum fide num. 71.
Rovit. ibique Lapanar. super prag.6. de administr.
Univer.num.6. Valenzuel. cons.78. num. 77. lib.1.
tùm modum reddendæ administrationis anne-
ctunt, tùm fidem, quam facit, tùm casus, in
quibus computa exhibere opotret, tùm alia mul-
20 ta. Et quod ratiociniis obnoxius immunitate
Ecclesiæ non gaudeat, ex Igneo in l.1. in princip.
num.51.ad Syllan. & Remig. in suo tract. de im-
mun.Eccles.fallent.37. deduxit Reg.Tap. add.rub.
11.de his, qui ad Eccles. confug.num.48.à quorum
resolutione omninò recedunt Pecian.add. cap.28.
num.26. Navarr.in manuali cap.25.num.19. Con-
salv. de Pace in prax. tom.1.par.5.cap.3. §.3. num.
155. quinè exequutio sententiæ capitalis retarda-
tur, si ipse Reus condemnatus reddere teneatur
rationem alicujus administrationis, donec illam
red-

reddiderit, *Caball.reſol.crim.caſ.146. nu.7. Guazzin.ad defenſ.38.cap.13. num.2.Scialoya in prax. forjudic.cap.26.num.21.* id quod de conſuetudine non ſervari, teſtatur *Paris de Puteo de Syndic. verb.pena cap.2. in princip.* contra cujus *Parid.* effatum invehunt *Clar.§.fin.q.97.in princ. Carrer. pract.crimin.tit.de homicid.ver.circa itaqnè n. 21. pag.244.* Hinc ratiociniis obnoxii ab ordinum ſuſceptione repelluntur, quouſque à rationibus reddendis eximantur, *Reg. de Marin. lib.2. reſol. cap. 177.* nec religionem ingredi valeat, *Eſcob.add. tractat.de ratioc.c.4. num.3.* idem *Reg. de Marin. ad Reg.Reverter.dec.mem.29.num.2.*

RITUS XXXXVI.

Magna Curia Vicaria habet juriſdictionem in toto Regno, cognoſcitque de cauſis titulatorum & Baronum Regni non obſtantibus exemptionibus à Regibus conceſſis.

IN primis, cum non humanæ conſtitutioni, ſed divinæ potius inhærentes, in lege divina ſcriptum noverimus ita magnum judicabis, ut parvum: nec erit apud te exceptio perſonarum noſtrarum conſtitutionum edicto, & de certa noſtra ſcientia, motuque proprio, & matura noſtri conſilii deliberatione, jubemus, decernimus, volumus, & mandamus, quod omnes Principes, Duces, Comites, & Barones, & alii ſubditi hujus noſtri Regni cujuſcunque ſtatus, gradus, conditionis, dignitatis, & præeminentiæ fuerint: ac ejus univerſitates, terrarum, civitatum, caſtrorum, & locorum quorumcunque hujus Regni noſtri, ac homines ſingulares ipſarum, & ipſorū quos ſubditos perſonas, Civitates, Terras, Caſtra, & loca præſentibus pro expreſſis, ſpecificè, ac ſingularitèr declaratis haberi volumus, mandamus, & decernimus, quod poſſint, & valeant conveniri, accuſari, trahi, & evocari a quibuſcunq; ipſos, & quemlibet ipſorum, & ipſarum convenire: citare trahare, & revocare volentibus in præfatis noſtris Magnæ, & Vicariæ Curiis, & qualibet ipſarum & etiam qood prædictæ noſtræ Curiæ, & quelibet ipſarum, poſſint contra tales prænominatos procedere ſivè per accuſationem, ſivè per denunciationem inquiſitionem, & ex officio, (prout alias à Jure Regni, Conſtitutionibus, & Capitulis declaratur, & permittitur) non obſtantibus quibuſcunque privilegiis, & indultis præfati Univerſitatibus, hominibus, & alicui ipſorum, & ipſarum de non trahendis, & conveniendis eiſdem in dictis Curiis conceſſis, ſivè per claræ memoriæ D. Regem Carolum Tertium, & D. Reginam Margaritam proximos parentes, & Dominum Regem Ladiſlaum, Reverendiſſimum fratrem noſtrum, ac per noſtram Celſitudinem, ſivè per quoſvis alio illuſtres Regni noſtri prædeceſſores, cujuſcunque prætextu, etiam pro ſtatu Reipublicæ, & motu proprio, & conſiderationibus aliis quibuſcunque conceſſis cum quibuſvis clauſulis derogatoriis, etiam ſi de illis, vel aliqua ipſarum eſſet hic de verbo ad verbum, expreſſa mentio, & notitia facienda, ſeù totius illorum, & illarum tenor præſentibus inſerendus; quæ privilegia, & indulta, & ipſorum tenores; de dicta certa noſtra ſcientia, & motu proprio noſtro, ac plenitudine noſtræ dominicæ poteſtatis, cum dicti noſtri conſilii deliberatione totaliter revocamus, ac annullamus caſſamus, & tollimus viribuſque, & efficacia vacuamus, ac nullius eſſe roboris decernimus, vel vigoris: exceptis dumtaxat familiaribus noſtris & commenſalibus domeſticis, & actu ſervientibus qui in eiſdem Curiis nequeant citari, cogi compelli, aut quomodolibet revocari.

SUMMA RERUM.

1 *Carolus V. Imperator Urbes obediens ſolebat in iis inquirere tria, & quæ.*

2 *Curia domus juſtitia eſt, quæ tunc Civitatem condecorat, quando omnibus ex æquo ſine perſonarum exceptione adminiſtratur.*
Lex quid ſit juxtà Solonem.

3 *Æqualitas eſt ſervanda, nullaque excipienda perſona.*

4 *Paritatis quoquè ratio in contractibus eſt ſervanda.*
Quin? & in Judiciis.

5 *Omnes Barones, & Univerſitates, ac omnes perſonæ poſſunt in M.C. conveniri.*

6 *Baronibus competit juriſdictio privativè à domino, non cumulativè.*

7 *Juriſdictio, ut plurimùm conceditur altero, ex duobus, ſcilicet, in officium, vel proprietatem, & Baronibus intelligitur tributa in proprietatem.*

8 *Vaſſallis oppreſſis à Baronibus, nùm liceat ad Principem, Regemque ipſum recurrere.*

9 *Regulariter cenſetur juriſdictio conceſſa cumulativè.*

10 *Author aſſentitur in una parte opinioni Camilli de Curte, in altera Marthæ.*

11 *Vaſſallus non poteſt in præjudicium Baronis comparere in Tribunalibus Regiis.*
Barones è contra tenentur petere ejus ſubditorum cauſarum remiſſiones.

12 *Baronibus communicatum fuiſſe à Rege Alphonſo merum, & mixtum Imperium demonſtratur.*
Ex ejuſmodi communicatione peſſundata fuit juriſdictio M.C.V.

13 *Decretum per S.C. interponi ſolitum, ut cauſa remaneat pro hac vice, an fieri poſſit.*

14 *Rex tenetur ſtare contractui.*

15 *Feudum, quamvis pecunia emptum, eſſe propriè feudum, ac gratiam oſtenditur.*

16 *Regiæ Majeſtatis eſt ſuccurrere ſubjectis.*

17 *Barones feudo, juriſdictioneque abutentes, pœnis mulctantur.*

18 *Regis intereſt locupletes habere Vaſſallos.*

19 *Refellitur Nic.Macchiavelli execrabile remedium ad publicam libertatem conſervandam plurimum intereſſe, ne Cives opibus admodùm augeantur.*
Monarchia vim, ac robur ex illuſtrium, ac nobilium familiarum dignitate reputat.
An liceat Principi pro manutentione illuſtris do-

mus

mus, etiam in foro poli, dilationem debitori impartiri ad solvendum.

Decisio apud Reg. Capyc. Latro 192. lib. 2. fuit revocata à Supremo Italiæ Consilio.

20 *Vassalli Baronum utrùm gaudeant generali indultu.*

21 *Vassallus extrahi à propria patria non potest, tùm in civilibus, tum in crimnalibus, cum extensionibus, & declarationibus.*

22 *Assessor in prima, vel secunda instantia, ubi sit eligendus à Baronibus.*

Dictum Capiblanci in prag. 3. num. 181. de Baron. perpenditur.

Carceratus in secunda instantia extrahi, necnè possit.

23 *Dispositio nostri Ritus subsistit adhac usque tempora, respectu Principum Ducum, &c.*

Procedit contra præfatos ad liquidaiionem instrumentorum, etiam contra supremos Magistratus, Magnates, & Regios Consiliarios.

24 *Regii Consiliarii non valent inbibitiones agere M. C.V. ne in causis criminalibus, & liquidationis procedant.*

25 *M. C. iadistinctè procedit in criminalibus contra qaovis titulo insignitos, etiam Principe inconsulto.*

26 *Parium Judicio, an hodie terminanda sit causa privationis feudi inter dominum, & vassallum inquiritur.*

Pares qui dicantur.

Memoratur coasultatio Regiæ Cameræ facta Excellen. Regni proregi, in causa Marchionis Valvæ.

Parium interventus, num necessario sit expetendus ante sententiæ prolationem.

Examinatur Andr. dictum in Constant. ut Universis.

27 *Ethymologia, & origo Ducum, Marchionum, Comitum, & Baronum, remissivè.*

28 *Dignitates olim erant ad nutum Imperatoris, & qua ratione.*

29 *Hujus ritus dispositio, ut Regis familiares, domestici, Commensales, & actu servientes sint exempti à jurisdictione M.C. an hodie subsistat.*

Familiaritatis probatio quomodo fiat.

Familiares, an, & qaando dominorum prærogativis fruantur.

Familiæ appellatione qui veniant.

1 CArolus V. Imperator invictissimus (qui ingressus fuit hanc Civitatem die Sanctæ Catarinæ 25. Novembris 1545. teste *Jo. Angelo Pisenello*, laudato à *Dom. Reg. de Marinis lib. 2. quotid. resolut. cap. 37. num. 4.*) Urbes obiens solebat in iis inquirente tria P, & quis, videlicet, esset Prætor, Pastor, Præceptor, ex his enim tribus capitibus dijudicabat cives, & quasi è totidem turribus statim deprehendebat, quæ pietas, quæ politia in civibus, quæ in iuventute esset disciplina; tamdiù Urbes florere videntur, quamdiù optimos magistratus habent, qui justitiam non aliorum moribus administrant. Curia domus ju-
2 stitiæ est, quæ tunc Civitatem condecorat, quando omnibus ex æquo sine personarum exceptione administratur. Representavit hoc Galanus philosophus Alexandro M. in corio sicco, illi enim in limitibus dum insisteret, subsiliebat, dum verò in medio id calcabat, totum conquiescebat Non quiescet civitas, non acquiescet magistratui nisi in medio is constitutus jus ex æquo omnibus dicat, quod si prætereat nulla est legum dignitas, nulla majestas *Solon* teste *Laertio* rogatus, quid esset lex respondit, Araneæ tela, quia si quid in eam inciderit debile retinetur, grave autem pertransit, tela rescissa, pauperes violantes legem, plectuntur divites impunè agunt quodlibet. Curia pauperibus clausa est dat census honores. Census amicitias pauperi ubique jacet; Hæc scripsit *Ovidius*. Accipite exempla nullas excipientium
3 personas. Papinianus jurisconsultus à Caracalla Imperatore jussus ejus parricidium, quo fratrem Getam occiderat, in Senatu diluere recusavit, dicens, non tam facile parricidium excusari posse, quam patrari. Epaminundas filium corona donatum, deindè securi feriri jussit, quod præcepti paterni contemptor eum hoste conflixisset eumque vicisset, hic quoque cùm custodias circumiret, sopitum, & dormientem militem gladio interemit, & proclamantibus id inclemens fuisse factum respondit qualem inveni, talem reliqui, *Claud. Cotereus in tract. de jure, & privileg. milit. cap. 37. Ann. cons. 31. num 31. lib. 1.* His concinit, quod de Trajano Imperatore memorat *Jo. Salisber lib. 5. in Polier. de Curial. Nug. cap. 8.* Hic cum equo ascendidisset, ad bellum profecturus, vidua apprehenso pede ejus miserabiliter luhens sibi justitiam fieri rogavit contra Principem, qui filium optimum, & innocentem invenem occiderat tu inquit, Auguste Imperas, & Ego tam atrocem injuriam patior, & cum Imperator dixisset satisfaciam cum rediero quid? (inquit illa) si non redieris successor meus (ait Trajanus) satisfaciet tibi, & illa, quid tibi proderit si alius benefecerit, tu mihi debitor es, & secundum opera mercedem recepturus; fraus utique est nolle reddere, quod debetur, successor tuus injuriam patientibus pro se tenebitur, te non liberabit justitia aliene, benè ageтur cum successore tuo, si liberaverit seipsum; Itaut, his verbis motus imperator de eo descenderit, causa præsentialiter examinata, contra Principem justitiam ministraverit. Qua de causa, si credi potest, nec, quod videtur, Gregorio sanctissimo Pontifici narratio, affingitur Trajanus licet ethnicus, & à vera fide alienus salutem æternam dicitur consecutus, ut ex *Archiep. Florent. par. 1. Histor. tit. 7. cap. 3. §. fin. Luc. de Pen. in l. 2. col. 3. C. de exac. trib. lib. 10. Rebuff. in princ. proœm. ad concord. Franc.* tradit *Reg. Valenz. cons. 70. num. 70. vol. 1.* & rescribit *Novar. de gravam. vassal. tom. 2. prælud* 10. *num.* 10. & his minimè laudatis meminit *Reg. Capyc. Latro decis. 192. num. 41. lib. 2.* Zeleucus Locrensis, lege in adulteros lata, qua oculos iis detrahi jubebatur; cum paulo post ipsius filius adulterii deferretur, nullis præcibus populo nullo affectu paterno adduci potuit, ut à lege lata recederet, duos oculos exigente; Illud unum exorari potuit, ut dimidium pœnæ à filio in se transferret, unumque illi oculum, suo effosso,

so, servaret: nè acceptione personæ lex violari diceretur.

Quamque personarum exceptionem, ac delectum non esse apud Deum, & sacra eloquia testantur, & vates, cecinit *Ovid.* nempè *lib.4. de Ponto el 8.*

Nec qua de parva pauper Diis libaſt acerra,
Thra minnus grandi, quam data lance valent.

nec non *Virgil.Æneid.10.*

Jurpiter omnibus idem.

4 Paritatis quoque rationem in contractibus servandam suadent *tex. in l. fin. C. de jud. vid. toll. & in l. fin. C. de prox. sacr. lib.12. Prat. lib. 1. discept. forens. cap.12. num.40.* cujus rationis æqualitatis servandæ plura permittuntur, quæ alias non conceduntur, *Amatus cons.76. num.2.* quin & in judiciis indixit *text. in cap.1. de re judic. in 6.* & præter alios à *Carav. num.1.* recensitos confirmant *Iodoc. in ejus prax. civil. in princ. oper.* Justitiæ humanæ explicationem subnectens, *de Petr. ſ. ſtrv. lect. lib.3. cap.2. Affl. dec.33. nu 1. Gratian. decis. 200. num. 12. Anus meus ad Capyc. decis. 97. num. 2. V isconti ad Franch. decis.* 136. ambo *Caravit.* memores *Foller.* nonnulla ad hujusce Ritus exornatum, subjungit *super eod. rit. pag.150.*

Ad cujus explicationem nos deflectentes admirandum supramodùm dicimus decretum istud
5 sanciens omnes Barones, omnes Vniversitates, omnesq; personas earum posse conveniri, & accusari in M. C. V. (quod *Carav.* nedùm ad capitales, sed pecuniarias quoque causas protendit Ritus verbo, *conveniri*, fretus, quod propriè ad civiles refertur, cujus effatum *Foller. add. loco vers. Notat etiam num.9.* non amplectitur, dum præfatum verbum, & si aptius ad causas civiles, non est, quin, & criminales conveniat) cum alioquin non solum personæ, nulli Baroni subjectæ extrahi nequirent à propria patria, ut inferius, & alibi probabitur. Verùm; quæ Baronibus subsunt
6 prædicta non tantum ratione, sed altera privilegiorum, & jurium eorundem Baronum trahi ultra non possit nam vassallo investito de jurisdictione illa competit privativè quoad dominum, *Bal. in l.1. qu.43. num. 35. ff. de rer. divers. Jacobin. in tract. de feud. verbo Vicarius num. mihi 7. Vella cons. 21. num.10. 11. & 16. lib.4. Freaz. de subfeud. lib.2. auth.9. Thes. decis. 266. num.4. R. Lanar. cons 52. num.6. Camillus de Curta in 1. par. divers. feu l. §. potest pag. 28. sub num. 11. Ann. ad fin. par.63 1. Anus meus ad Capyc. dec.9. num.5. Mastrill. de magist. lib.4. cap.15. num.26. & c. 16. per tot Pras. Merlin. lib. t. controv. forens. cap.69. num. 1. & cap.86. nu. 15. Reg. de Marin. lib.1. quotid. resolut. cap.34. num.2.* ac propterea illæsa servari debet prima instantia infeudato, in qua princeps in nihilo se intromittere debet, *Boss. tit. de Princip. num.* 148. *Capiblanc. de Baron. prag. 8. sub num.76. & 82. Anus meus ad Gram. decis.30. num.1.* & complures opitulantur rationes, illa præsertim quod Rex tribuit Baronibus jurisdictionem in proprietatem; Ait enim idem *Camill.* altero ex duobus modis ut plurimum illam à Rege concedi vel in officium, seù administrationem, vel in titulum, sive proprietatem aut dominium, quam prius constituerant *Braun. cons.120. Ann. allegat.44. de Franch. dec. 370. n. 2.* & alii plures quos iidem adducti authores commemorant, necnon *Reg. Tapa decis. S. C. 7. num. 6. Reg. Sanfelic. dec. 73. num. 19. tom.1. Regens de Marin. ad Rever. decis.446. num.2. tom.2.* Primò quippè largitur creando officiales per *And. in cap.1. de prohib. feud. alien.* per *Loebar. in c. quoniam quæ sint regal. & Affl. decis. 265. num. 80.* eundemque *de Franch. add. decis. 370. num. 5.*

7 Altero autem modo, cùm venditur, vel donatur, & conceditur castrum cum jurisdictione; nullum tamen adducit id comprobantem, at ratione dumtaxat fulcitur, & Doctoribus illam admittentibus, quod illis intelligitur concessa jurisdictio privativè à concedente, cujus sententiæ sectatores fuerunt, *Abb. in cap. cæterum vers fateor tamen sub num.7. de Judic.* ibique *Dec. nu.27. & Felin. in cap. pastora. is nu.3. de offic. Judic. ordin.* aliique suffragantur, quos paulò ante recensuimus: quibus, præsteris, addimus *Regner. Sixtin. de Regalib. lib.1. cap.5. num.56. Rosental. de feud. c. 5. concl. 10. Montan. de regal. verbo via publica pag. 54. num.7.* & clariùs *pag.144. num.25. & 26.* Verum *Martha in tract. clausul. par.2. claus.7. à num. 12.* impugnat, tùm assertionem prædictam de jurisdictione tributa in proprietatem, tùm rationem de illa concessa privativè, & utramquè suam impugnationem multis defen ere nititur, deindè
8 que ex impugnationibus prædictis deflectit ad eam conclusionem licere, propterea vassallos oppressis à suis Baronibus ad Principem, Regemque ipsum recurrere, ab eoque etiam in prima instantia petere relevari, cujus illatio eo veritati nitatur, inferius investigabimus, Nunc verò à priori impugnatione exordientes advertimus, quod eam videtur admittere *De Franch. indic.370. cum num.6.* Barones etiam titulo insignitos inter magistratus numerat, eosque officiales perpetuos asserit, quos ad instar aliorum habere jurisdictionem in administrationem insinuat. Secundam ve-
9 rò impugnationem *Martha nu.17.* assumpto illo, & regula, quod semper jurisdictio cumulativè censetur concessa, non privativè, dictamq; regulam complurimis tutatur auctoribus, quibus nos addimus *Carav. rit. seq. sub nu.1. de Franch. dec.417.* & post alios triginta, quos recenset auctores amplexatur, ac veram esse ostendit *Schrader. de feud. par.10. sect.1. sub num. 125 Consil. Staiban. centur.2. resolut. forens.188. nu.62. Novar. sup. prag.2. de Baron. nu.30. collect.28.*

Nos autem ex cujusque opinionibus seligentes, assentimur *Camillo* in ea parte, in qua primo loco asserit Barones habere jurisdictionem in proprietate ipsi verò *Martha* in altera, in qua illativè tenet licere concedenti ex causa manus apponere: quo verò ad posteriùs *de Curta* suppositum ab eodem *Martha* impugnatum de jurisdictione privativa, utriusque dictum in suo casu amplexemur; nam *Marthæ* regulam omninò veram esse assentimur, prout iidem *Abb. Dec. & Felin.* ab ipsomet *de Curte* adducti, cæterique mox à nobis cumulati esse statuunt, limitari verò adjungunt in

in hoc specifico casu; cui propterea non obstat jam dicta regula, à qua allegaanda potuisset *Martha* ob exceptionem, ad cujus rejectionem ipse nihil speciatim allegat, & in terminis observant *Consil.Carleval.de judic.tom.*1.*tit.*1.*disp.*2. *q.*7.*sect.* 3.*nu.*794.*Reg.Galeot.lib.*2.*controv.*57.*nu.*21. & videndi sunt *Gram. dec.*30. *&* *voto* 28. *nu* 6. *Capibl. de Baron.t.*1. *prag.*1. *nu.*219. *&* *tom.*2. *cap.*39. *de Baron.Ann.pater alleg.*44. *ejusque filius ad singul.* 631.*Amend.ad Franch. memor. decis.*417. *num.*1. *Foller.in prax.crim.rub. and.excus. num.*67.*&* 68. *Maur.jun.alleg.*72. *de Ponte de potest. Proreg.tit.de elect.official.*§.1.*nu.*17.*Reg. de Marin.lib.*1. *quotid. resolut.cap.*213.*à num.*2.

Insuper quando pati vellemus illorum jurisdictionem esse eumulativam, intraret altera regula, quod in cumulativis datur præventio, ex *l.si quis postea in fin.*& illic *Bar.ff.de judic.*& post alios *Carav.rit.*295.*nu.*18.affirmat atque *Milanensis dec. Siciliæ* 5.*sub num.*20.*lib.*2. Et consequentèr Rex; ejusque Tribunalia possent prævenire, & præveniendo turbarent Baronum possessionem, & absq; causa possent in illius jurisdictione se ingerere, quod nemo ausus est hucusque dicere.

Cumque certò certius sit convento venienti,
11 ac petenti remissionem annuendum esse, quin, & ipse consentiendo cognosci, præjudicare Baroni non valeat, & remissio nihilominus facienda ex eadem *de Franch.dec.*526.necnon *cons.Reg. Rovit.* 88.*nu.*11.*lib.*1.*&* *dec.Reg. Sanfelic.*29. *nu.*4. *lib.*1. *Bal.in cap.Imperialem*, §.*præterea de probib.feud. alienat.*per *Federic.*atque aliis congestis per *Ambrosinum tract.de immunit. eccesiast.cap.*8. *nu.*49. & sequitur *Molfes.ad Consuet. Neap.to.*2. *par.*2.*tit. de person. qu.*8. *in fin.*ampliatque *Consil. Staiban. centur.* 2. *resol.* 133. *num.*5. Imò ipsosmet Barones haud denegare posse, vassallis instantibus, illorum causarum remissionem exposcere, ex altera *de Franch.dec.*541.de qua memor est *Franc. Mar.Prat.ad Muscatel.p.*2.*glos. competentes ad nu.* 48.*&* *altera cit.dec.*29.*Reg.Sanfelic. nu.*5. deducitur, sumptibus tamen subditorum, *Ann.* monet *singul.*271.Ex quibus *Montan. cit. tract. pag.mihi* 145.*num.*29. quasi per filum ad globum deducit, exhibito Baronis privilegii diplomate à vassallo, ipsomet Barone renuente, fieri remissionem, ea ductus ratione, quia posset cogi, quodque restringit in casibus exaratis, apud adductos *de Franch. in calce decis.*541.*&* *de Ponte nu.*21. quibus addimus *Reg.Sanfelic.dec.*56.*num.*10.*lib.*1.

Quod verò attinet ad primam ejusdem *de Curte* assertionem, ut illi retineant jurisdictionem in proprietatem, dicimus eam affluenter comprobari verbis *Lanarii indic. cons.*52. necnon verbis ejusdem *de Franchis in illamet dec.*370.cum *à num.*8. *Affl.Carav.&* *Bellugæ* auctoritatibus, defendit Baronibus Regni à Rege Alphonso communicatum
12 fuisse merum imperium, deindèq; *Cathalan.de Indult.cap.*46.*num.*33. *Reg. de Marin.quotid.resolut. lib.*1.*cap.*33.*num.*2.*&* *cap.*115.*nu.*4.*lib.*2.*Reg.Sanfel.add. dec.*55. *nu.*3. *Præs.Merlin. controv. forens. cap.*86.*in princip. lib.*1. exclamans, deplorandam semper fore ejusmodi communicationem, ex qua M.C.V.jurisdictio pessundata fuit, insequiturque *Franc.Maria Prat.discept.forens.cap.*47.*nu.* 2.*p.*1.& replicat *tom.*1.*observ. pract.*3. *num.*12. Et consecutivè præsefert habere dominium in jurisdione, non amplius exercitium jurisdictionis, ut antea habebant, atque ideò distinctione, qua antea usus erat respectu jurisdictionis in exercitium, & in proprietatem admittit hodie in officialibus. At Baronibus ipsis, quamvis ante communicationem propendisset apud illos residere exercitium, cum virtute communicationis ab ea prosilierit, supponit apud illos extare jurisdictionem secundæ speciei: illam nempè, quam scripserat in proprietate esse, quod apertioribus verbis ostendit, idem *Franch.dec.*510. ubi verba faciens de privilegio, Comitissæ Sereni, cum mero, & mixto imperio omnimoda jurisdictione gladii potestate, & cognitione primarum, & secundarum causarum, & primarum appellationum *num.*6. dicit justiciarios, & alios officiales demaniales hujus Regni habentes jurisdictionem in officium, & non in perpetuum, habere jurisdictionem longè distantem à jurisdictione, quæ habetur in proprietate, itaqs apertè præportat, quin ? aperto marte affirmat quemlibet Baronem, qui privilegio cum tali potestate potitur, jurisdictionem in proprietate habere, prout vigore talis communicationis unumquemlibet illo gaudere, atque in eum dici, & censeri traslatum feudum ostendunt hactenus adducta, idemque *Cathal.nu.*31.

Quod si veritate fovetur, prout fovere existimavimus, ex eo necessariò videtur enasci sequela, quod privatur, ut idem *Camill. de Curte* sentiit, non eumulativè, ut idem *Martha* credidit, & consequutivè cesset conclusio, seù potius illatio *Marthæ*, ut verior censenda contradicens *de Curte* sententia, nè Princeps valeat Baronis jurisdictionem quomodo turbare, nec S.C.justè interponere possit decretum illud, quod interponere hactenus
13 consuevit, ut citra præjudicium privilegiorum pro hac vice tantum causa remaneat, quod quamvis collaudat *Martha à num.*1.improbat, & omninò respuit *de Curte num.*12. potissimùm ob rationem illam, quod Princeps, aut Rex alienando ca-
14 strum cum jurisdictione contrahit, cui contractui stare decet eundem Regem; ad *text. in l. digna vox.C.de legib.*cum aliis, quos illemet adducit *à num.*14. obligatur enim Princeps ad instar privati ex suo contractu, *Dec.in cap.*1.*de probat.* *&* *Ripa in respons.*18. etiam si contrahat cum subdito, teste *Laudens.in suo tract.de Princip. conclus.* 454. & latissimis habenis pertractat *Reg.Capyc. Latr.dec.*188.*lib.*2. cujus quidem rationem enervare, intendens idem *Martha à num.* 20. multa in medium profert, & feudum etiam pecunia emptum
15 esse propriè feudum, & gratiam, defendit per *Andr.Bal.Alvarot.Præposit.*& alios *in cap.*1. *de natur. feud.*tùm illius *text.virtute*, tùm *cap.*1.*de benefic. fratrum,&* *qual.frat.succed.in feud.cap.*1. *qualit. feud.ad fratr. pertin. cap.*1. *de investit. in marit. facta*, *&* *aliorum jurium*, & communem esse opinionem probat *Guerinus Pisonus in præelud. feudor.*§.*sequantur illa verba*, ac propterea discedendum esse ab opinione *Odeffr.* quam pluribi sequitur *Andr.*ut omne feudum emptum sit hæreditarium, ex quo sua pecunia, & non ex providentia dantis primus acquisivit pro omnibus) admonet *Camerar.* qui præterea maximè dolet, quod nostrum *Aurigam* in hoc errasse dicere compellatur.

tur.Ille igitur *in cap.Imperialem , §.præpterea Ducatus, verſ.Quinta, & ultima ſpecies , fol.47.col.4.* prorſus verum reputat omne feudum , quamvis pecunia habitum ab ipſius Principis gratia pendere , & tex.opitulatur inſignis *in l. Titius , ff.de obſeq.præſt.* dum dicit manumiſſionem beneficium eſſe , licet gratuitum non ſit , ubi *Gloſ.in verbo beneficium*,dicit , beneficium eſſe , quia ſponte fit, ex quo corrolariè infert *Camerar.* atque nimirùm ergo feudum datum pecunia,non minus feudatarii beneficio dantis habebunt , licet non gratuitò , & quando vellemus citra præjudicium veritatis fateri eſſe contractum, nihilominus quia feudum non eſt ſine inveſtitura, *Ruin.conſ.34. num.7.vol.1.Soccin.Junior.conſ.102.nu.26.vol.2.Afflict.dec.124.nu.3. & Rolan.conſ.50.nu.10.vol.3.* inveſtitura autem fit gratia per *Andr.in cap.1.de inveſtit.de re alien.fact.* ergo infert *Marthæ* prævaleret gratia , præſertim quod ubicunque ſolvitur pretium non æquivalens conceſſioni , tota conceſſio dicitur gratioſa, neque ut contractus , ſed tanquam gratia conſideratur, illaq;tantùm , & non contractus attenditur , *Soccin.conſ.4.nu.59. & conſ.87.nu.12. vol.3. Boſſ.indic.tit. de Princip. nu.153.* tandemque *Roe. dec.457.nu.17.par.1. diverſ.* ſeu gratia tametsi reſpectu concedentis , & cui conceditur latam admittat interpretationem , ſtrictam tamen reſpectu tertii, cui noceret, teſte *Reg. Rovit.in pragm.1. nu. 17.ubi de delict.agi oportet.*

Idem dicendum arbitratur, idem *Marthæ*, cujus
16 arbitrio nos inhæremus, quod feudum alienatum
cum mero, & mixto imperio , aliiſque memoratis
facultatibus , non adeò præjudicare potuerit ſubditis Regis , quin oppreſſi ab eorum Baronibus nequeant eundem adire Regem , ab eoque ſummis precibus impetrare, ut eorū cauſa in ejus prætorio cognoſcatur,non tantùm vigore appellationis , cum Baronis Tribunal pronunciavit , vel in prima , vel in altera , in qua fuit Judex ratione privilegiorum , in quibus terminis loquitur *de Franch.eadem deciſ.510.* Verùm in ea cautela , in qua idem Baro Judex eſſet , hoc enim præportant poſtrema verba *Freccia in ead. author.9. ut unuſquiſque à ſuo Judice judicetur , neque Rex , aut alius ſuperior cognoſcit, cum alteri delata eſt juriſdictio , niſi ex cauſa , per quam prima juriſdictio à lege reſtingitur , ſecundum Bal. in l.pen. C.de Senat.* Hoc etiam eſt , quod altera præponit *dec. de Franch.529.*affirmans audiendum Baronem, eique petenti remittendum delinquentem , non obſtante illius conſenſu in Iudicem , ſi probet juſte proceſſum in ſua Curia;inſinuat itaque per argumentum à contrario , eidem non deducenti juſtè proceſſum haud remittendum , & ſic n. fateor , optime habet locum memoratum decretum interponi ſolitum, quod cauſa remaneat , ejuſdem quoq; *Cathalan.*verba à *num.55.* ſupponunt , illaq; prætertim , quibus utitur *num.75. & 78.* & aperto ore defendit *Vio.dec.237.nu.1.*

Huc inſupertendunt , quæ ſcribunt *Thor. in compend.dec.verbo Baro §.6.7.& 29.par.1.& par.2. verbo Remiſſio alicujus vaſſalli , Montan.add.pag. 145.num.29.Reg.Tap.t.1.Jur.Regn.lib.2.tit. de officio.Mag.Juſtit.num.33.Prat.add.obſerv.3.num.5.*

Quin ? cum proprium ſit Regiæ Majeſtatis ſubjectis ſuccurrere , illoſque ab omni oppreſſione tueri,*Campag.in cap.ad Regale faſtigium & cap.ſalubrem de Bened. in cap.Raimutius , verbo Et uxorem nomine,Adelaſiam dec.5. nu.408.* & obſervat in terminis *Avus meus ad Grammat.add. dec. 30. num.3.* qua in re Dominus noſter Rex tam diligens eſt , ut ſubditos ſuos , non omnes modò, ſed ſingulos, non uno , ſed centum oculis, ſemper apertis reſpicere , ac tueri videatur,quibus Barones ; quos exemplo Regis humaniſſimi decerèt in vaſſallos ſuos potiùs ſe præſeferre ; ad *text.in l.2.verſ.ideoque cura; C.de debitor Civit.lib. 11.Guid.Pap.dec.63.nu.9.* quam Dominos , tamq; ab omni feritate , & ſuperbia alienos , quam par eſt eos eſſe qui ejuſdem naturæ hominibus præſunt , non jumentis , aut agreſtibus feris, *Novar. tom.2.de gravamin.vaſſall.prælud.2.& 3.* Quibus, inquam, feudo, juriſdictioneque abutentes, pœnis
17 mulctare, ſivè privatione illius , *Lanar. conſ.5. Gram.dec.104.Vio.dec.447.Boer.dec.55. Gaill.lib. 1.obſerv.17.Cancer.var.reſol.lib.2.cap.2.tit. de juriſdict.omn.jud.nu.186.Amend.ad Franch.dec.56. nu.13.Paſchal.de patr.poteſt.par.3. cap.4.num.35.* vel ad illud vendendum cogere *Franc. Marc. dec. 374.par.2.Achill.de Graff.deciſ.Roc.Roman.16. de privileg.Novar. de gravam. prælud.6.* necnon alii , quos coacervat *Franc.Mar.Prat.lib.1. diſcep. foren.cap.11.& centur.2.cap.1.nu.8.* & iterum *ad Paſchal.de patr.poteſt.p.1. cap.2.ad num 93. Reg. Sanfel.dec.322. nu.8. tom.2.* etenim ejus intereſt locupletes habere vaſſallos , ne ii ad pauperiem
18 redacti impotentes reddantur, præſertim ad onera fiſcalia ſuſtinenda , ſic advertente *Reg.de Ponte dec.34.num.33. in fin.* necnon in terminis Ritus, indicat *Avus meus ad Capyc.deciſ.18.nu.1.*quique cum divitiis magis decenter eorum Principi deſervire valeant , *Mierez.p.1.q.1. num.9. in tract.de majorat. Molin.de primog. lib.2. cap.1. num.3.* ibidemque *Gilmon de la Motta add. Hi.bom. conſ.1. col.2.& 3.*Parvipenſo *Nicol.Macobiavelli* , impiiſſimi illius capitis, Aphoriſmo Politico , non ſubditis minus iniquo, quam Principi ipſi pernicioſo, atque exitiabili *lib.3.de Republ.cap.17.& cap.25.* ad publicam libertatem conſervandam plurimum
19 intereſſe, ne Cives opibus admodum augeantur, quem meritò repræhendit *Boter.lib.7.de illuſtr ſtatus cap. 20.* & pluribus politicorum placitis fretus tuetur *Carpzovius in ſuo Aſylo debitorum propoſit.6. pag.1029.* Monarchia namque vim robur, ac regalis potentiæ firmamentum ex illuſtrium, ac nobilium familiarum dignitate reputat , teſte *Ann.Roberto rer.judic.lib.2.cap.4.* firmatq; *Reg.Capyc.Latr.lib.2.dec.192.* Subnectens licere Principi pro manutentione illuſtris domus, etiam in foro poli , dilationem debitori impertiri ad ſolvendum , & quod valeat paulatim ſolvere , etiam contra contractus formam , deciſionemque Collateralis Conſilii ſuo die 17.Junii 1643. recenſet in famigerata cauſa Exc.Principiſſæ Hoſtiliani, Medinæ, & Sablionatæ Duciſſæ, hujus Regni Neap. Reginæ tunc vicem ſuſtinentis, cum Joanne Stephano , & aliis de Oria , quod tamen Summi Senatus decretum fuit per Supremum Italiæ Conſilium in Hiſpania ſuſpenſum , Verum non habita illius notitia D.Lucas Spinola Jo:Stephani creditoris , procurator ſe tranſegit cum Exc. Duce Medinæ viro , recepitq; pro omnibus in pecunia

numerata ducatos centum septuaginta mille.

Respectu verò generalis indulgentiæ, si illa
20 gaudeant vassalli Baronum ardua est contentio inter Doctores, quandoquidem nè Princeps gratiam, aut compositionem facere valeat in vassalli præjudicium, asseverat *Amod. de Ponte de laudem.q.24.* adjungens fuisse judicatum per Senatum, insequiturque *cit. Thesaur. nu.*10. necnon *Franc.Marc.quæst.243.in princ.par.2.Sola in commentar.ad Constit.Sabaud.de Indulgent.Gl.2.num.* 8. verum copiosè extricant *Lanar.cons.52.de Curte à num.*16. præfatusque *Cathalan. integro prædicto cap.46.* idem *Martha ead.claus.7.* necnon *claus.* 11.*à nu.*9. quod plenè explanat *Reg. Sanfelic. in dic.dec.55.à nu.*11.

His omnibus hactenus relatis, convincitur ve-
21 ritas nostri suppositi, in hujus ritus initio testans ejusdem sanctionem per duram esse, nuneque adjungimus: justè propterea abrogatam fuisse per *prag.2. ubi de delict. quis conven.debet*, & *prag.3.§.nos autem de offic.S.C.* sancientes, nè captivus evocetur extra terminos propriæ patriæ in prima instantia, in secunda autem instantia extra Provinciam, quarum verba devinciunt, etiam Barones, nè carceratos extrahant à propria patria, quin? & in aliud etiam oppidum proprium, eorundem Baronum pluries, & quotidie decisum fuisse in S.C. testatur *de Franch. dec.*526. *num.8.Campagn.in cap.Regni 23. num.94.* & *Caball.resol.crim.casu* 180. & fusisteret etiam attento jure communi, ac propterea determinatum in Senatu Pedemontano, testatur *Osasch. dec.*138.*in fin.* Non igitur causa, aut persona extrahi poterit, sivè persona, sivè causa ex prædictis, idque in causis quoque civilibus, ac multò magis vendicare sibi locum, certum est *Capibl.de Baron. prag.3. sub nu.176.Reg.Rov.sup.d.prag.2.ubi de delic.quis conven.deb.* & *in pragm.3. §.nos autem nu.*6. nonnullos excipiens casus, instante quoque quovis privilegiato, nisi causa privilegii in citatione expressa fuerit vigore *prag.8.incip.Per questa fidelissima, de citation.* ut propterea teneatur Baro, etiam in secunda instantia, si habeat cognitionem secundarum causarum deputare Judicem, & as-
22 sessorem in eadem Terra, *Viv.decis.*356. idemque *Capiblanc. nu.*136. aut etiam in altera Terra, si duo concurrant. Primum, quod sit ejusdem Baronis, alterum quod non longè distet à propria Terra, ut inquit *de Franch. add. decis.426.in fin.* & antea pluries decisum fuisse testatur *Ann. sing.* 560. *in fin.* ac præsertim, nè ultra Provinciam queat, hactenus relata præporta, quin? & distantiam prædictam sex, vel octo miliaria excedere non posse, etiam intra Provinciam addunt præcitati *Ann.* & *Capiblanc. nu.*184. necnon *Avns mens in ead.dec.Capyc.*18. alioquin gravent teste *Campagn.eod.nu.*95. in cujus capitis commentariis recenset casus sexaginta septem, in quibus Barones gravant subditos.

Illud autem, quod idem *Capibl.* asseverat *num.* 181. de extrahendo carcerato in secunda instantia, & propterea dubitet si observari possit, quod dictum est de eligendo Judicem vicinum, & in Provincia, si aliam Terram in ea non possideat Baro, in altera verò alterius Baronis nequeat, nisi illius accedat consensus, advertimus non esse tantæ efficaciæ, ut eundem *Capiblanc.* potuerit constituere ancipitem; etenim negamus in primis juris veritate niti, quod asserit, ut extrahi debeat carceratus in secunda instanria, tùm per *decis.Guid.Pap.*236. & alteram *Præsid. de Franch.* 510. tùm per *addit.1. ad Bart.in l.1. ff. de custod. reor.vers.cave*, & fortasse inhæret *Bar. in l.eos, §. super his sub num.1.ff. de appellat.* dicens illum teneri debere apud Judicem appellationis, scilicet ad ejus instantiam, & *Bajard.ad Jul. Clar. non in q.54.nu.*10. quam *Capiblanc.* allegat, *sed* 94.*n.*50. quo in loco hujus rei meminit, consuetudine citius fulcitur, necnon in Regiis Judicibus loquitur, nec addit si parte renuente, & præcedente discussione viderit coutigisse, quando non diceretur cognitum, & judicatum, prout in consimilibus terminis scripsit idem *de Franchis add. dec.* 510. *nu.*8. præter quod ubi illius dictum justitia foveretur in Judicibus Regiis, adhuc contrarium dicendum esset in Baronibus, nam Rex suos deputat Judices, ad quos gradatim itur in locis, in quibus resident. At Barones possunt (prout in more est) deputare assessorem in loco alterius Baronis, qui, & partes audire quibit, & vota describere, absque quod dicatur inibi jurisdictione uti, si attendantur, quæ retulimus *rit.*39. & quando etiam oporteret devinctum alloqui, aut alia ex causa illius persona opus haberet, non secus, ac facit Assessor, si Potestas non esset togatus in prima instantia, ità quippè, & ipse locum, in quo vinculis ille mancipatur adire potest, atque ita legi, & parti satisfieret, unaque simul ipsius *Capiblanc.* titubatio cessaret. At de his hactenus.

Cæterum dispositio nostri Ritus subsistit ad
23 hæc usque tempora, respectu Principum, Ducum, Marchionum, Comitum, aliorumque Baronum, quorum Judex est M. C. teste *Reg.Tap. lib.2.Jur.Regn.super hoc rit.sub tit.de offic.magistr. justit.Reg.Rovit.in prag.2.nu.7.de offic.S.C.* ex *tex. in l.Curiales qui honorariam, C.de decurion.lib.*10. *Masull.ad Capyc.dec.*90. quin? & ipsa contra præfatos ad liquidationem instrumentorum procedit, etiam contra supremos Magistratus, Regios Consiliarios, cæterosque magnates, si quoque potirentur aliquo ex septem officiis Regni, ut in magno Admirato deduxit *Reg.Rovi.cons.90.num.* 4.*lib.* 2. celebrem subnectens quæstionem num dignitas superveniens eximat à Judicis ordinarii jurisdictione, & in quo restringatur regula, quod par in parem minimè Imperium habeat, ad *tex. in l.nam magistratus, ff. de recept. arbitr.Muscat.in prax. S.C. gl.competentes p.2.nu.* 11.*Tasson.de antefat.vers.3. obser.3.num.*102. *Reg. de Ponte de potest.Proreg.tit.7.per tot. Reg.Tap.dec. Suprem.Senat.Ital.3.nu.*34. idem *Reg. Rovit.super pragm.1.de tit.abusu à num.1. ad 23. Laganar.ad eund.Rovit.in rubr. ad instrum.liquid. lit.A. Carav. hoc in rit.* memor *Reg. Tapia dec. S.C.43. de Ponte cons.48.nu.5.vol.2.* coram tamen Judicibus Civilibus *Foller.in prax. crimin. verb. Audiant ur excusatores nu.174.R.Capyc.Latr.consult.48. num.* 58.*p.1.* & *dec.200.lib.2.* cujus rei latior erit sermo in *rit.* 301. ut propterea Regii Consiliarii non
24 queant inhibitiones agere M.C.V. nè in causis criminalibus, & liquidationis instrumentorum procedant, ex *prag.8.de instrum.liquid.* cujus veritatem extricat *P. Gaetan. de Afflict. controvers.*

jur.

jur. reſolut. cap. 30. nu. 65. & in add. ſupplement: ad d: ct. cap. 30. & nos inquirimus in *ritu* 166.

Imò ipſimet titulo inſigniti, & dignitate fulci-
25 ti, in criminalibus quoque ſub illius ſubſunt poteſtate, illaque indiſtinctè procedit, Principe quoque inconſulto, abiitque namque indeſuetudinem, quod *Marin. Frecc. de ſubfend. tit. quis dicat. March num. 9.* aſtruit hoc caſu licentiam expetendam eſſe ab Excell. Regni Prorege, teſte *Reg. Sanfelic. dec. 290. num. 8. verſ. Necnon lib. 2.* & tangit *Thor. in compend. dec. verbo Officiales an dici poſſint in fin.* quod haud admittit, ſed improbat *Franc. Mar. Prat. pract. obſerv. cap. 81. per tot.* & iterum *reſponſ. crimin. 31. num. 79.* quique ad cjus tutandum aſſumptum titulatos Regni in judicio criminali non citari, niſi prævia licentia Excellentiſſimi nititur *Author. Ann. conſ. 122. num. 39. vol. 2. Maſtr. de mag ſtr. cap. 13. num. 5. Surg. de Neap. Illuſtr. cap. 3. num. 3.* & in dubium revocat *Capiblanc. de Baron. in rub. 20. lib. 1.*

Hic opportunum exiſtimo expendere: Utrum, hujus Regni praxis hodiè ferat, quod diſponunt feudalia jura in *cap. 1. §. ſi inter dominum de alienat. feud. patern. & in cap. 1. de controv. feud. inter. par. term.* & Imperialis lex *in cap. Imperial. §. præterea ſi inter duos de prohib. feud. alien. per Federic.* necnon *Regni Conſtit. Ut univerſis, & ſingulis ſub tit. de ſervand. honor. Comit. Baron. & milit.* quod cauſa inter dominum, & vaſſallum, dum agitur de feudi privatione, terminanda ſit cum Judicio Parium Curiæ, id quod firmant
26 *Andr. in memor. cap. 1. num. 7. & in Conſtit. Regni ſi vaſſallus à domino, Jacob. de Belvit in cap. 1. tit. de inveſtit. in marit. facta Jo: de Imol. in cap. cæterum extra de judic. Jacob. de S. Georg. in inveſt. feud. in verbo Et dicti vaſſalli pro dictis rebus feudalibus num. 2. Jo: Ferrar. Montan. in uſus feudorum lib. 5. cap. 1. verſ. Secundo quando controverſia eſt.* (Illos tamen pares dicimus, qui habent paria feuda, *Freccia lib. 3. de ſubfeud. tit. different. inter feud. regalia num. 12. pag. 428. Franc. Sonsbeci par. 14. num. 2. Petr. Nicol. Mozzius in tit. de naturalibus feudorum ſub num. 115. Ludolphus Schrader. de feud. p. 10. ſection. num. 1. Jacobus de Franch. in rub. feud. num. 3.* quorum uſum apud Germanos ſervari teſtatur *Udalricus Zaſius in feudorum Epithome p. 11.* & meminit *Renat. Choppinus de Demanio Franciæ lib. 3. tit. 7. num. 2.* & in Gallia *Joannes Bodinus de Republica lib. 3. cap. 1. Stephan. Forcatulus de jur. feudor. cap. 12. num. 15. verſ. quinam autem, Marian. Socin. ſenior. conſil. 12. verſiculo primo quia ſi quæſtio eſſet vol. 1.*)

Illud primùm conſtat, hodiè in hoc Regno non intervenire Pares in cauſis feudalibus, ſed eas agitari, & decidi in Regiæ Cameræ Tribunali, quando de intereſſe fiſci agitur, & inter partes in S.R.C. vigore *prag. Ferdinandi Primi*, quæ eſt 3. *de offic. S.R.C.* id, quod nos pluribus in locis advertimus, potiſſimum in *ritu* 50.

In cauſis verò criminalibus, quando de privatione feudi tractatur, id controverti video. Alii verò negant eos intervenire neceſſarium eſſe, alii affirmant.

Primam aleam ſuſtinent *Lanar. conſ. 88. num. 28.* tradens hodie ſublatum eſſe hoc Judicium parium, *Reg. Tapia dec. Suprem. Senat. Ital. 24.* aſſerens, quod illi receſſerunt ab Aula, *Borrel. in ſumm. deciſ. par. 2. tit. 33. de appellat. num. 1326.* annuens, neque in caſu criminis Læſæ Majeſtatis debere intervenire, & videtur etiam firmare *in tract. de Reg. Cath. præſt. cap. 64. num. 79.* ſermocinans de feudo ligio, verum ſubnectit feudum nunquam dici debere ligium, niſi in inveſtitura expreſsè dicatur, fretus *Bal.* authoritate, necnon *Cottæ* effato *in ſuis memorab. verb. feudum ligium.* Affirmativam partem ſuſtinent *Jo: Tho. Gramm. in Conſtit. proſequentes ſub tit. de pugn. ſubl. num. 3. fol. 69.* ſubdens etiam in receptatore bannitorum, & participante de latrociniis fuiſſe memoratam *Conſtit.* ſervatam, quod in condemnatione Baronis, & Comitis interveniat Judicium Parium, *Marin. Frecc. lib. 2. differ. 6. num. 11. pag. 245. Joan. Thom. de Marin. in tract. feudor. lib. 1. tit. de feudo ex pacto, & provident. novo num. 14.* dicens hoc hodie non eſſe uſu receptum, niſi in cauſis criminis Læſæ Majeſtatis, hancq; opinionem inſequitur *Borrel. in tract. de magiſtrat. edictis lib. 1. cap. 1. num. 6.* indiſtinctè ſermonem faciens, nullum conſtituendo diſcrimen, ſi ſit cauſa civilis, aut criminalis, & pro indubitato tradit *Taſſon. de anteſat. verſ. 3. obſerv. 4. num. 97. & verſ. 14. obſerv. 1. à num. 88.* multa exempla adducens, quin? *num. 92.* occurrit *memor. Reg. Tap. deciſ.* illam debere intelligi in terminis, in quibus loquitur, quando nempè controverſia eſt de feudo inter dominum, & vaſſallum coram Imperatore, quo caſu Pares Curiæ minimè ſunt adhibendi, *Camill. de la Ratha conſ. 5. num. 145.*

Et *Reg. Sanfel. in ſua prax. Judic. ſect. 22. num. 10. fol. 60.* tamquam rem certam, aſtruit, quòd in cauſa imputationis perduellionis debeant intervenire Pares cum Judicibus delegatis. Ita ſua ætate actum teſtatur anno 1616. & 1636. adverſus duos Principes liberos, & anno 1640. adverſus Principem Regnicolam Equitem ex ordine S. Jacobi, in quem coram Prorege, ubi Regentes, aliique Adjuncti, Pares, & Advocatus Fiſcalis convenerant, equeſtribus ornamentis ademptis, mortis ſententia, ac bonorum omnium confiſcationis pronunciata eſt.

Hinc factum eſt, ut accerſitus D. Hieronymus de nobiliſſima familia Valva, Valvæ Marchio Perduellionis Reus, quippè qui alimenta miniſtraſſet, domique excepiſſet Carolum Petrellam, & Paulum Fioretti inſignes Bannitos, cum aliis eorum aſſeclis, contra edictum S.E. ejuſque Collateralis Conſilii emanatum in hac Civitate ſub die 20. Julii 1657. quo continebatur, ut receptatores eorum, eidem pœnæ eſſent obnoxii, qua Læſæ Majeſtatis rei ſe obſtringunt, capitis ille quidem ab Juncta damnatus fuerit, bona verò ipſius fiſco adjudicata, ſub die 5. Octobris 1658. referente *Conſiliario Anello Portio.*

Et extincto dicto Marchione, cum inſtetiſſet fiſcus Realis patrimonii pro confiſcatione, & ſequeſtro bonorum in Regia Camera, obſtitit D. Beatrix Caracciola illius conjux, & mater, ac tutrix Marchionis filiorum prædictæ ſententiæ, nullitatibus in Regia Camera notoriis adverſus illam allatis, inter quas ea fuit, quod in ſententia prædicta Pares non interveniſſent contra jura

feudalia, & Regni Constit. Quibus nullitatibus Regia Camera animadversis, sententiæ executionem dare noluit, sed judicavit, quod exhiberetur processus integer, adhoc, ut eo viso, super petita sententiæ executione de justitia providere posset.

Quamobrem cum E. S. rescripto sub die 19. Octobris 1658. illi præciperetur, ut omnia bona dicti Marchionis, juxta sententiam Junctæ, confiscaret; replicavit Regia ipsa Camera die 25. ejusdem mensis, quod licet fiscus pluries institisset pro confiscatione, & sequestro bonorum, Cameræ tamen visum plenum difficultatis negotiũ, quandoquidem sententia publicationis bonorum ab eo Tribunali non exierat, nec poterat proptereà ab eo exequutioni mandari, nisi prius recognosceret, acta, & nullitates, quæ, si instaret, recipi deberent, Cameram enim non esse merum exequutorem, sed mixtum, illique recognoscendum esse, quod judicatum est, cum non deceat tanti Tribunalis auctoritatem alienas sententias exequi, nisi causæ merita ante cognoscat, ad tradita per *Consil. Carleval. tom. 2. de judic. lib. 1. tit. 3. disp. 17. Præsid. Merlin. centur. 2. controv. forens. cap. 98. Reg. Capyc. Latro decis. 82. to. 1.* & in terminis per *Consil. Marcell. Marcian. cons. 18. to. 2.* qui sermocinatur in causa Principis Avetranæ à Judice delegato forjudicati, & exhibitis nullitatibus adversus sententiam in Regia Camera ad remorandum publicationem bonorum pro parte D. Francisci Albritii interesse habentis, fuerunt illæ receptæ.

Et quamvis meri executoris partibus fungeretur, non potuisse, addidit in ejus consultatione S.E. facta Regia Camera, non respicere propositas evidentes nullitates, juxta exarata à *Reg. Sanfelic. decis. 293. & Reg. de Marin. quotid. resolut. lib. 1. cap. 204. & lib. 2. cap. 212.* inter quas admodum clara, atque indubitata deprehensa erat ex lectura sententiæ, quia non poterat dictus Marchio damnari sine Parium interventu, ita communi Jure feudali, & Constitutionibus Regni disponentibus, atque ex aliis casibus hoc usitatum apparente.

Et quamvis Excell. Prorex, ejusque Collaterale Consilium rescripto Ill. Ducis Canzani Regni Secretarii sub die 16. Novembris 1658. iterum dictam bonorum publicationem fieri jussisset, haud obstantibus replicatis à Regia Camera, adiiciens, illud falsum esse, & alienum ab Regiis rationibus, quod de nullitate sententiæ obiiciebatur, ob defectum Parium; nam etsi aliquando ità practicatum fuisset, ut duo Titulati pro paribus intervenirent, id tamen factum ad majorem cautelam, non ex necessitate: in aliis enim, ac non paucis causis contrarium usitatum inveniri. Hanc porrò exceptionem opponendam fuisse ante sententiam, quæ ad Judicis incompetentiam pertineret. His tamen Regia Camera adduci non potuit, ut quicquam in ea re provideret, teste *D. Reg. Donato Ant. de Marinis*, qui tunc uti Præses intervenit in R. C. S. in aureis *observ. ad dec. Revert. 502. sub num. 1. vers. annuimus tom. 2.* & rescribit decretum à R. C. manatum *eod. tom. 2, arrest. 689.*

Quod verò ex *Isernia super memor. Constit. Ut universis num. 60. verbo*, ibi; *Valet sententia lata sine Baronibus, & Nobilibus si non fuerint petiti, quia non tenetur cognitor divinare si sit Baro, vel nobilis*. Dicitur esse expetendum Parium interventum ante sententiæ publicationem, cujus proptereà beneficio exceptionique Judicis incompetentię renunciatum per non oppositionem censeatur, veritate simpliciter non nititur, tum quia pro forma parium interventus exquiritur à *Constit.* ex dictione illa formæ inductiva, *Nonnisi*, qua deficiente actus corruit, *l. Julianus, §. si quis, ff. ad exhibend. Menoch. de adipisc. possess. remed. 4. n. 710.* tum quia *Andreæ* sermo fuit in non notoriis, quando scilicet tempore latæ sententiæ Judici non innotuerat, condemnatum, esse Baronem, & sic ex supervenienti, secus quando satis, superque notorium est, Judicique plenè constat; id quod nobis clarius ostendit ab eo adductus *text. in l. 2. ff. de itinere actuque priv.* nam dicit ibid. C. quod quæ ritè, rectèque processerunt ex supervenientibus non sunt infirmanda.

De Ducum, Marchionum, Comitum, & Baronum, ethymologia, & origine agunt, *Isern. in*
27 *cap. 1. quis dicatur Dux, Frecc. de subfeud. lib. 1. tit. quis dicatur Comes, tit. quis dicatur Marchio, tit. quis dicatur Dux, Reg. de Pont. lect. feudal. 6. num. 43. & lect. 7. in princip. Reg. de Curte in suo divers. p. 1. pag. 11. Conradus in templo Judicum lib. 1. de magnit, Reg. cap. 4. 5. 6. & 7. Stefan. Forcatula de feud. c. 3. Renatus Choppin. de deman. Franciæ lib. 3. tit. à quo creatur Dux Marchio, vel Comes, Andr. Knichen. de Sassonico non provocando jure, verb. Ducum Sassoniæ cap. 1. & 4. Forasterius de jurisdict. Romana p. 2. sect. 3. nu. 10. Ripolla de regal. cap. 5. Mastrill. de Magistr. lib. 4. cap. 5. 6. & 7. Reg. Rovit. & Capibl. in rub. prag. de Baron. Ann. in rubr. de vassall. decrepit. ætat. num. 34. & 37. Fontanell. de pact. nuptial. tom. 1. Glos. 10. par. 1. Larafba in theatr. feudal. tom. 1. par. 5. dilucid. 26. Avus meus ad Gram. dec. 34. num. 2.*

Isthæc quippè dignitates hoc nostro ævo non
28 sunt, ut olim temporaneæ cum nonnisi præcario Imperatoris nomine tenebantur, mutata enim voluntate, quandocumque Imperatori licebat dignitatem illam renovare, ne per longum, & stabile Imperium permittendi Civitates, & Castra, Ducem, Marchionem, vel Comitem, illicò subditi venerarentur, ei assuescerent, tàm constantèr illum esse præfectum, quàm concedentem dominum intelligerent; imò, & proprius ille Civibus incumberet, propius urgeret affectus, nè burgensium voluntas, adeò istis in dignitate constitutis, spe, convictu, consuetudine capta accederet, ut deindè vix in concedentē promissam fidem exercerent, &. nè Duces, Comites, & Marchiones dulcedine imperandi sibi dominatum arriperent, quarè inter arcana Imperii magistratum ad longum, vel breve tempus duraturum, reposuit politicorum *Magister Annal. lib. 2.* qua ratione in antiqua Romana Republica, quia Dictatori summa potestas erat, ideò Reipublicæ periculosissimum munus ultrà sextum mensem potestas data non fuit in *l. 2. §. populo, ff. de orig. jur.* & in terminis sentiunt *Forcatula loc. cit. num. 5. Foraster. eod. tit. cap. 1. num. 15.* deindè sivè Carolus Magnus,

gnus, ut nonnulli, ſivè Otho Primus Imperator, ut alii aſtruunt, tranſlato ad germanos Imperio, territorium his connexum dignitatibus clientari, fide hæreditariè conceſſit, *Bedin. de Repub. lib. 3. cap.5. num.303. Connanus comment. jur. civil.lib. 2.c.9. num.5. Gentilis de juriſdict. lib. 3. cap. 23. Addition. ad Donell. jur. civil. lib.17. cap.9.lit.H.* cum non argentum, & aurum, ſed amici Regnorum ſint præſidia, *Marth. Lopez de Rege, & regendi ratio. lib.1. capit. de liberalit. Cannet. in extravag. ſi aliquem pag.272. verſ.& quia offert. nu. 23.* Ideò Principis devotis feuda ad hæredes proroganda, ſcribit, ex *Tacito in vita Agricolæ Arn. Claap. de Arc. Imper. lib.2. cap.19.* & de Proceribus, & Magnatibus, ſermocinatur *Giptius ad Capyc. Latr. dec.35. num.1. lib. 1.* ſed de his ſatis? ſumpta occaſione dictorum à *Carav.* hoc *ritu num.36.*

Quod autem hujus Ritus diſpoſitio; ut Regis
29 familiares, & domeſtici, commenſales, & actu ſervientes exempti ſint à Juriſdictione M. C. receſſerit ab uſu non ſolum *Carav. in hoc ritu* fatetur, & inſuper *Frac.* & poſt omnes *R.Rovit.prag. 11. num. 50. de militib.* vigere tamen, & ſervari in familiaribus, actuq; ſervientibus Proregi, idem *Rovit.* ſcripſit *num. 52.* & antea *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit.de aſſenſ. Reg. §.7. num.12.* quorum aſſertio, ſi veritate fulcitur, non amplius licet demirari de viro illo prudenti, qui Carolum V. Imperatorem, & hujus Regni Regem alloquens, fertur dixiſſe: *Te poſſa vedere Vicerè di Napoli*. Verùm adeò conſtans illorum ſententia non eſt, *Tap.* viro inſigni, teſte *in cap.Reg.13.de offic. magn. Admir.* eumque ſequendo recenſet *Conſ. Matthæus Patignus in ſuo tractatulo de judic. & privileg. milit. num. 25.* in poſtremis verbis, quem tractatum verbatim tranſcripſit ſummus, J.C. *Scipio Rovitus cit. pragm. 11. de militib.* Et quod habentes literas familiaritatis haud ſint exempti, deciſum refert *Ann. ſing.321.* at valeat nè fieri familiaritatis probatio, alio modo .ſ. per teſtes deficientibus literis examinat etiam modum probationis, *Marcell. Calà de mod. artic.§.2. gl. unica num.683.* Familiares, an,& quando dominorum prærogativis fruantur, *Theſaur. deciſ. 116. & filius q. forenſ.78. lib.3. Maſull. ad Capyc. dec.12. Epiſc. Ricc. in prax. Eccl. Rubr. Epiſc.dec. 549. num.7.* allegans *Carav. & dec. Cur. Archiep. 69. par. 1. Carol. de Graſſ. in tract. de effect. cleric. effect. 1. num.146. & 149. Marant. ſing. verbo Familiares*, & de clericorum familia, *Campagn. in cap. item ſtatuimus num. 4. Marant. in ſpecul. 4. par. dist.11.num.4.Clar. lib.5. §. fin. q.35.num.12. de Graſſ. add. effect.1. num. 209. & effect. 3. num. 92. Squillan. de privileg. Cler. cap.6 num. 22. cap. 7. num.57. & cap.8. num.19. Reg. Sanfelic. dec.1. lib. 1.* qui verò ſint familiares, ac unde dicantur, exquirunt *Angel. Clavaſ. in ſumm. verb. Familiaris, Marant. in ſpecul. p. 6. verſ. appellatio num. 29. Marc. Ant. Blan. de udit. num.363. Ricc.collect.131.& 2311.* ubique hunc Ritum exornans, *Auguſt. Beren. q.35. num.4. Anton. u. reſol.77. lib. 1.* quique familiæ appellatione comprehendantur, *Campagn. in capit. item quod Juſtitiarii num. 13. Clavaſ. in ſumm. verbo Familia in princ. Reg. Valena. conſ.17. lib.1, Seraphin. dec.1251. Canon. Novar. in ſumm. Bullar. tit. de famil. Fontanell. de pact. nupt. c auſ.4. Gloſ.10. par.2. num.68.Franc. Rummus ad Afflict. de jur. prothomiſ.ad 3.notab.§. 3.pag.145.* An Amicus familiaris domeſticus dicatur, *Borrell. de compromiſſ. §.1. gloſ.3. per tot. de Graſſ.de effect.amic.n.288.*

RITUS. XXXXVII.

Deſcribuntur aliæ præeminentiæ M. C. V.

ITem, quòd Curiæ ipſæ, & quælibet ipſarum cognoſcant, & cognoſcere poſſint de guerra mota, privato carcere, & omnibus aliis pœnis fiſcalibus, nullus verò deferens de præfatis, admittatur: niſi Curiæ ad certam pœnam ſe obliget de probando, & proſequendo, & idem ubicunq; aliquid fiſcale eiſdem Curiis nuncietur, conventio tamen iſtius pœnæ fieri debeat cum Advocato, & Procuratore fiſci.

SUMMA RERUM.

1 *Humana naturæ vitium eſt, ut homines ſapientiſſimi videant meliora, probentque, deteriora tamen ſequi pertinaciſſimè velint.*
2 *Bellorum multa ſunt mala, Pacis verò infinita bona.*
3 *Hiſpaniarum Aquila Ludovici Galliarum Regis Chriſtianiſſimi aureis liliis, ità connubiali vinculo conjuncta eſt, ut omnium antiquarum ſimultatum ſemina prorsùs extinxerit.*
4 *Bella movere, quando, & cui liceat.*
5 *Quæ requirantur, nè bellum injuſtum reputetur.*
6 *Bellum in duellum reſolvi, an poſſit.*
7 *Duellum omni jure eſt prohibitum.*
8 *Bellum indictum à Principe juſtum præſumitur.*
9 *Princeps, bello ſæviente, Regnum collectare quibit.*
10 *Ejus ſimplici atteſtationi in neceſſitate ipſum eſſe conſtitutum, plena eſt adhibenda fides, potiſſimum noſtri Monarchæ, optimi, clementiſſimi.*
11 *Belli definitio, & quotuplex ſit, ac differentia inter illud, prælium, duellum, guerram, ſeditionem, ac rixam remiſſivè.*
Illud inter caſus fortuitos connumeratur.
12 *Bona in bello acquiſita cujus ſint.*
De bonis naufragatis remiſſivè.
13 *Politicæ quæſtiones ex ſacra ſcriptura deprompta circa bellum à P. Jo. Stephano Menochio traduntur.*
14 *De privato carcere remiſſivè.*
15 *Pœnæ fiſcales in Regno de regalibus dicuntur.*
Maleficiorum pœnæ ad Principem ſpectant, & ad Barones in eorum terris, cum declarationibus.
16 *Caſus omnes remiſſivè tanguntur ad cognitionem Magnæ Curiæ.*
17 *Appellatio à Curiis inferioribus ad S. C. omiſſâ M. C. an teneat.*

18 Ca-

18 *Calumniator præsumptus quis dicatur, quis autem verus.*
19 *Pœna talionis aliqua tanguntur.*
20 *Illa verò in causis fidei, an hodie vigeant.*

HVmanæ naturæ vitio hoc plerùmque fieri videmus, ut homines etiam sapientissimi videant meliora, probentque, deteriora tamen sequi pertinacissimè velint. Bellorum, quot, quanta sint mala, nemo non videt atque procul quam maximè habenda omnes consentiunt. Contrà Pacis bona dilaudant, nihil inter homines meliùs affirmant, maximis votis expetendam censet. At bella ferè perpetua geruntur, Pax rarissima est. Ad ea suscipienda, unica, & levissima sæpiùs causa incitamentum maximum existimatur; ad hanc colendam, conservandamque plurimæ gravissimæque minimum valent. Vident Principes Martiali incendio, regna sua conflagrare; arva cædibus, ac sanguine suorum seri: urbes in solitudines mutari: ipsa ædificia solo adæquari: opes publicas, privatasque, vel maximas dilabi: bonas artes ac disciplinas; ac disciplinas deperdi annonæ caritate, milleque aliis ærumnis fœdè vexatos subditos suos interire: hæc omnia inquam, vident; & tamen in bellis semper ac toti sunt, spreta pace, & concordia, quarum ope vident ex altera parte, omnia florere; cultu arva nitescere: urbes amplissimè habitari nova ædificia consurgere, et etiam minimas, maximum in modum augescere: liberales disciplinas, artesque omnes clarere, annonæ abundantia horrera rumpi omnes denique in urbe, in agro, maxima alacritate suis officiis defungi. Vnde hæc judicii tanta perversitas? Cur.

——— *Pax optima rerum*
Quas homini novissime datum est, Pax una triumphis,
Innumeris potior.

Silius Italic. lib. 11.

respuitur: bellum quo nihil horridius, nihil privatis, publicisq; rebus pestilentius, amatur ac placet? Nam si propter pacem bella geruntur? cur quam sine bellis certam servare possunt, per bella querere incertam laborent? Quam pulchriùs nunc duo amplissima Europæ regna florere videremus, si quot annis inter Hispanos nostros Gallosque continuata sunt bella; tot Pax integra incorruptaque extitisset! quam dives ærarium; quam plenæ gentibus civitates; quam mercium, terra, marique tutis commutationibus abundantes essent. Enimverò cessent jam tandem aliquando querelæ, & gratiæ immortales cælesti numini agantur, quòd licet serò, pax illa tandiù exoptata, tandiù petita.

Virgil. Ecl. 1.

Respexit tamen, & longo post tempore venit.

Postquam Hispaniarum Aquila, Maria Theresia Ludovici Galliarum Regis Christianissimi aureis filis, ita connubiali vinculo conjuncta est; ut om-
3 nem antiquarum simultatum semina prorsus extinxerit; quodque de Isabella Clara Eugenia Alberto Austriaco Principi, Pio, & integerrimo tradita antè Senatus, Populusque Antuerpiensis inter ipsius laudes ascripsit, non minùs verè de hac Regina Infante dici queat.

Fœmina blanda potest animos lenire feroces.
Armatasque virum conciliare manus
Majus opus sexu est: quaque hoc facit, illa virilis.
Corpore fœmineo pectora mentis habet.

Jamque illud Probi optimi Imperatoris dictum à Flavio Vopisco relatum, in ore utriusque Regis esse videatur; Brevi milites necessarios non habebimus. Utriusque enim natura ab omni injuria alienissima, tantam promittit post hac fore inter hæc amplissima Christianis Orbis Regina conjunctionem, ac pacem, ut nihil opus esse exercitu possit. Vti nam faxit Deus, ut hos Principes æternos pacem quoque æternam habeamus. At:

——— *dira ferro, & compagibus arctis.*
Claudantur Belli portæ furor impius intus.
Sæva sedens super arma, & centum vinctus abenis,
Post tergum nodis fremat horridus ore cruento.

Virg. Æn. lib. 1.

Quod monstrum, quàm perniciosum Civitati sit; Ritus noster animadvertens, in Judicium Magnæ Curiæ venire illud (si quando moveri contingat) ibique diligentissimè de eo haberi quæstionem jubet, nè cives simul, ac Civitatem malignitate sua neglectum prius opprimat, quam depelli possit. Nihil enim est perniciosius, quam hostes facilè admittere, difficilius verò nihil, quam admissos expellere; præsertim cum *l. Julia Majestatis* teneatur, qui injussu Principis bellum gesserit, delictumvè habuerit, *l. 3. ff. ad l. Ma-*
4 *jest. Foller. in fragm. tit. de crimin. Læs. Majest. num.* 59. *Ludovic. Carrer in prax. crim. tit. de homic. & assass. vers. undecimo num.* 15. & 26. *Fab. Montell. in prax. arbitr. p.* 4. *num.* 108. *Borrell. de Magistrat. edict. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 56. *Cevall. com. opin.* 578. *num.* 27. *Reg. de Ponte cons.* 15. *num.* 11. *tom.* 2. *Joan. Grand. de Bello excul. in prædic. substant. q.* 1. *num.* 10. & *spec.* 6. *num.* 1. *Jodoc. in pract. crim. cap.* 151. *num.* 20. & quando in terminis Ritus explicat *Reg. Constant. in l.* 2. *Cod. ut armorum usus lib.* 11. laudatur à *Tasson. de ante-*
5 *fat. vers.* 3. *num.* 166. etenim nè injustum bellum reputetur, Principis mandato gerendum est, *D. Th.* 2. 2. *q.* 40. *art.* 1. *Alfons. à Castro de justa hæretic. punit. c.* 14. *vers. ut bellum, Molin. de justit. & jure tract.* 2. *disput.* 100. *cum seq.* quique alteram præexigunt conditionem, ut nempè legitima præcedat causa, quæ veluti caput bonæ spei in bello erigit animum, virtutem, & fortitudinem extricat, & pro justitia, & ratione militantem, semper optima spes concomitatur, *Jos. Boter. lib.* 9. *de ration. stat. cap. de justit. causa*, & multas ejusmodi esse citati DD. advertunt, quia & ultimam tradunt conditionem circa bellantium intentionem, ut illa recta sit quaque intendatur,

datur, ut bonum promoveatur, aut malum vitetur, id quod tetigit, & compendiosis verbis explicat *Episcop. Campanil. in diversf. jur. canon. rub. 11. cap. 24. num. 11.* & post ipsum refcribit *P. Fragos. de regimin. Reipubl. p. 3. lib. 10. de exception. fervor. disp. 22. §. 1. num. 13. tom. 3.* & ante eos perpendit *Afflict. in conftit. Comes, & Baro num. 65.* nosque adjungimus *Ciceronis* præcepta *lib. 1. offic.* cujus auctoritatem minimè difplicere exiftimamus, fi quidem, & legum corypheos id fecifse animadvertimus ut *Vulpian. in l. fulcinius, §. quid fi autem latitare ff. ex quibus caufis in poff. eat. Triphon. in l. Cicero ff. de pœnis Pompon. in l. 2. ff. de orig. jur.* & memor quoque ejus extitit *Papinian. in l. in quæftionibus ff. ad l. Jul. Majeft. §.* Is *Cicero*, inquit ut bellum ita fufpiciatur, ut nihil aliud nifi pax quæfita videatur, atque alterum, bella fufpicienda funt ob eam caufam, ut fine injuria in pace vivatur, & advertunt *Siman. lib. 9. de Republic. cap. 5. num. 4. Parif. de Puteo de re milit. verf. an Rex num. 7.* bona enim ex iftente caufa pugnanti belli exitus malus effe non poterit, quia profpera eveniunt colentibus Deum, adverfa fpernentibus, fic advertente *Divo Bernardo* laudato à *Reg. Valenf. in defenf. contra Venet par. 7. num. 114. & Euripides in erect.* exclamans, dixit iniqua bellans bella falvus haud redit, ejufque meminit *Litf. lib. 5. civilis doctrina cap. 3.*

6 An verò bellum in duellum refolui poffit exquirit, diftinctè, *P. Fragof. cit. tract. par. 1. lib. 1. difp. 2. §. 10. num. 24.* licentia Principis an in duello exquiratur: affirmativè refpondet *Alciat.*
7 *in tract. de fingul. certam. cap. 25.* cum fit omni jure illud prohibitum, *Fufc. fing. 134. lit. D. Scaglion. in prag. 1. de duello num. 14. Jodoc. in prax. crimin. cap. 42. Cagnol. in leg. favorab liores ff. de regul. juris num. 16. & 17.* haud obftante quavis contraria confuetudine, *Dec. conf. 487. & 686.* in foro quoque poli fub anathemate vinculo, ex *Concil. Trident. feff. 25. cap. 19.* Quod fabricante Diabolo introductum, ut cruenta corporum morte, animarum etiam perniciem lucretur, affirmant. Tanto armorum fuorum fabro gaudeant Duellantes: tam nobili parente fe jactent! fegregati interea à communione fidelium; æternis infamiæ notis compuncti parricidarum titulis decorati, fepulturæ afinorum addicti, qui equos, & equeftre nomen dehoneftarint, quique ex vanifsima potius ex fui capitis opinione, quam ex veritate divina; ex Sanctorum pontificum, & Conciliorum fcitis ex Imperatorum, ac Regum decretis nobilitatis rationem habendam putarint, horum ignaviæ, timiditatifque elogia videnda, apud *Nic. Cauffinum. lib. cui titulus, Il Cavaliero della Corte Santa*, & Lectorem relego ad *Reg. Rov. in dicta prag. 1. Novar. in manuali c. 15. n. 9. & Petr. Jacob. in fua prax.* multa addentem *tit. de duello, feu pugna.*

8 Bellum autem femper juftè indictum à Principe præfumi, autumant *Reg. Conftant. in l. 1. Cod. ut armorum ufus, Franc. Marc. dec. 45. p. 1. Petrus Califtus Ramires in tract. de lege Regia §. 26. num. 64. Ferrett. tract. de jufto, & injufto bel o*, quem laudat *Avus meus ad Capyc. dec. 162. num. 4.* Ut præ-
9 tereà illo fævicnte Regnum collectare quibit *Capibl. lib. 2. de Baron. pragm. 1. cap. 1. integr.* necnon *Reg. Saufelic. in difcept. unic. poft decif. tom. 1.* quibus tamen mediis quovè moderamine, & à quibus perfonis exigere valeat fubfidia, fubnectens objectis validè, & concludenter occurreus, firmatque *Conſil. Staib. cenfur. 2. refol. 200.* Cujus fimpli-
10 ci atteftationi, in neceffitate ipfum effe conftitutum plena adhibenda fides, *Anchar. conf. 96. Reg. Rovit. in refponf poft fua confil. lib. 1. num. 3. Zecch. lib. 2. de Princip. cap. 2. num. 5. Reg. Valenz. conf. 99. num. 1. Jo: Bapt. Larrea alleg. fifcal. 3. num. 8. & alleg. 60. num. 2. par. 1. Urfil. ad Affl. decif. 24. num. 12. Francifc. Mar. Prat. obferv. pract. 100. lit. A. & X.* quibus contradicit *Novar. to. 3. de gravamin. vaffall. gravam. 39.* Cui tamen magis credere dignum eft, quam Monarchæ noftro optimo, clementiffimo, ac fubditorum fuorum Patri potiùs, quam Regi, fi quando pro Regni indigentiis, fubfidia exigit privatorum? Nam, cum Regna fint, velut corpora, quæ quo majora funt, eò major indigent cibo, nè deficiant; Quod Regnum in terris, ipfius Regno grandius inveniri poffit? Cujus amplitudine laxiora validioribus pecuniarum nervis indigere nemo negabit, ut in unum quafi corpus Regni, colligata retineri, ut tot exercitos ali; tot Provinciis, ac Regnis confuli; tot bella contra Chriftianæ fidei hoftes geri, tot denique Reip. neceffaria cum dignitate adminiftrari valeant.

Belli definitionem, & quotuplex fit, oftendit
11 *Angel. Clavaf. in fumm. verb. Bellum*, necnon *Epifcop. D. Greg. Carrafa. de monomac. feu duello q. 3. fect. 1.* differentiam inter illud, prælium, duellum, guerram feditionem, ac rixam, tradunt *Afflict. in add. conftit. Comes poft num. 77. Paul. Layman. in Theolog. moral. lib. 2. tract. 13. cap. 12. de charit. et oppofit. vitiis, Scaglion. in pragm. 1. adduc nu. 56.* quodque inter cafus fortuitos enumerat *Fufc. in fingul. 19. lit. B.* & illud idem operari, quod timor belli fcriptum reliquit *Ann: alleg. 21. num. 24. et alleg. 92 num. 9.*

12 Cujus bona in bello acquifita fint, agunt *Franch. decif. 268.* ibique addentes *Grammat. decif. 71* & ad eum *Avus meus, Ricc. collect. dec. 1614. Caball. refol. crim. caf. 1440.* & de naufragatis fermocinantur *Reg. de Ponte dec. 21. Thor. par. 1. compen. verb. Bona*, & ea, quæ propter tempeftatem maris pervenerunt ex navibus, ex perfonis, ac bonis inimicorum Regis, & fidei Chriftianæ non effici capientium, fed Regis judicavit *Senat. Cathal.* apud *Jo: Paul. Xammar. rer. judic. p. 2. definit. 13.* An liceat tempore belli deferre merces prohibitas ad infideles pro redemptione captivorum, negativè refpondent *Abb. in cap. fignificavit de jud. Stracha de Decoctor. 2. p. num. 41. Amend. ad Franc. decif. 190. num. 6.*

Verùm an licitum fit aliquando bellum gere-
13 re, an Principi utile fit neutrum contra alterum juvare, cum bellum inter finitimos exarferit, quæque conditiones requirantur, ut bellum jure fufcipiatur, de fecialibus mittendis, & rebus injuftè ablatis, aut occupatis, antequam ad arma veniatur, repetendis, & tandem an perpetuo ineunda fit pax; an verò ad tempus tantùm, fubtilitèr inquit *P. Jo: Stephan. Menoch, è focietate Jefu in hieropoliticon, five de politicis inftit. depromptis ex*

ex Sacra Scriptura lib.3.integro cap.10. pag. 865.
Quo verò ad privatum carcerem, quia verba-
14 tim præsens Ritus rescribitur inferiùs rit.56. ibi
pauca notavi, illiusque pertractant materiam,
Bonifac. in rubr. de carcer. privat.num.1. Jul.Clar.
lib.5. §.fin.q.68. verf. privatum carcerem, Fab.
Montel.in prax arbitr.p.4. num.870. hic verò de
15 aliis eloquar, & præsertim de pœnis fiscalibus,
quæ in Regno de regalibus dicuntur, Anton. Ca-
pyc. in sua invest.feud.rub.feudorum regalia, cum
sint jurisdictionis fructus, Boss.in tit.de pœnis nu.
15. Anna allegat.53.num.22. Macer.jun.alleg.87.
Capiblanc. in pragm. final. num.25. de Baron, ut
propterea maleficiorum pœnæ ad Principem spe-
ctent, Gratian.cons.crim.6.num.10.& ad Barones
in eorum terris, idem Capiblanc.add.prag.fin.n.25.
& addo Fuscum singul.97.lit.I., qui uti investiti
de mero imperio, cum concessionibus pœnarum,
& conventuum in locum succedunt fisci, Cam-
pagn. in cap.exercere num.3 Capyc.decis.27.& de-
cis.183.num.4. Thesaur. decis.132.Capyblanc.add.
prag.6.sub num.14.& prag.8.num.113.par.1.mul-
ta adnectens etiam num.212.Carav. adducens, de
Angelis in pract. super 1.lib. C.de modo multarum
5.Carav. hoc in ritu memor, quique restringit in
penis perventis ex edictis Prorgum, quæ ip-
sius fisci, & non Baronis sunt, fretus authorita-
te Surd.cons.152.vol.4.& de Franch.decis.434. de-
claratque idem Capibl nu.213.pragm.8. quælibet-
que pœna pecuniaria, quoque fisco applicatur,
tametsi dictum non fuerit, Jo: Millens in prax.
crim.in tract.pæn.cit.mor.num.40.Clar.§.fin.q.80.
in fin. Borrel .cons.1. num.6. Reg. Constant. in tit.
pæn.fiscal.credit.præferr. num.7. pag.41. differen-
tiamque inter pœnam, & mulctam indicant Jodoc.
in prax.civil. cap.217. Peguer.decis.Cathal.6.num.
18.Carrab.in tract.de Syndic. par.2. sub num. 59.
Cæterum Frecc. hos, & alios casus coacervat ad
cognitionem ipsius M.C.tantùm spectante, &
tangunt de Franchis dec.274.& 407.Capyblanc.de
Baron.add.prag.7.par.1.à num.75.quique num.85.
advertit hosce casus omnes communicatos esse
Regiis Audientiis; quæ in eis procedunt, teste
nostro Caravit.quem laudat rit.45.& 252.nu.5.
& dixerat idem Capiblanc.eod.tom.1.nu.447.prag.
5. author Carav.in hoc ritu similiter fretus, &
quia inter alios numeratur causa appellationis,
16 addo id, adeò veritate niti, quod si contingeret
à Curiis inferioribus appellari ad S. C. omissa M.
C.non teneret appellatio; imò causa esset remit-
tenda ad M.C. tùm de jure communi per decis.
Bononiens.Benintend.96. tùm Regni in prag.3. de
Offic.S.C. quod postmodum respectu causarum
criminalium, non autem civilium interpretatus
est usus, teste Reg.Rovit. super adduc. prag.3. sub
num.1.& favent pragm.37.& 47.eod.adduc. tit.de
offic.S.C.

Et tandem advertimus, quod præsentis nostri
Ritus decretum pœnam talionis haud admittere
viderunt, sed tantum obligationem requirit ad
certam pœnam Curiæ solvendam de probando, &
prosequendo, neque in omnibus delictis procedere
sanxit, sed in eo memoratis solùm, nempè, pro
guerra mota privato carcere, & omnibus aliis
pœnis fiscalibus. At illud non servari memorat
Reg.Tapia, qui præterea nil addit sup.hoc rit.lib.
1.jur.Regn.tit.de offic.magist.instit. & antea simpli
citer declarat Carav.hoc rit.num.7. tradens ipsum
in desuetudinem abiisse. Nos tantum nonnulla-
17 alia adjungimus ad illius ornamentum, quisquis
enim delictum in alterum ab ipso injectum non
probat, aut non persequitur præsumptus dicitur
calumniator à DD. cum alioquin per malitiam,
& scienter falsa crimina si quis intenderit verus
calumniator esse reputtetur, ita quippè distinguen-
tes concludunt Glos.in l.1. §. calumniari, ff. ad
Turpill. inibique communiter DD. & post alios
Claud.Bertaz.in cons.212.lit.A.num.1.vers. qui to-
statur de communi.Firmantes autem omnes, quia
calumniantes ad vindictam poscit similitudo sup-
plicii, ad l.fin.§.sed quisquis, Cod.de accusat.& leg.
fin.Cod.de calumniat.quam pœnam talionis appel-
litant omnes, & videre licet apud Jul.Clar.qu.12
num.11. atque Farinac.latioribus habenis totam
18 hanc pœnæ talionis materiam extricantem quæst.
16.necnon Borrell.de magistrat. edict.lib.2. cap.8.
num.255.cum.seq.illam tamen abolitam, & usus
probat, & mille auctores affirmant, quos idem
Farinac.num.3. commemorat, Excipimus causam
19 hæresis, in qua tametsi dissentio sit inter DD.
nec nè accusator teneatur hodie se subscribere,
nihilominus falsum denunciatorem ejusmodi ta-
lionis pœna mulctari; affirmat Farinac. tract. de
hæretic. q.188. num.45. accusatorem verò non
probantem, aut desistentem, tanquam calumnia-
torem puniri, insinuant Simanch. de Cathol.instit.
tit.4.rub.de accus.num.7.Decian.lib.6.tract. crim.
cap.28.num.12.Joan.à Royas singul.8 Pegna.ad Ey-
mer: in direct. inquisit. par.3. rub. de primo modo
proced.in caus.fidei per accusator.vers.ex his.reddi-
tur valdè dubia, idemque Farinac.eodem tract. de
hæret. q.185.num.37.

Verum non prætereo legem, quæ pœnam ta-
talionis præseferat, quam memorat Camill. Borrel.
p.3.summ.decis.tit.13.de fidejuss.caut.satisdat.nu.
260.quod denunciantes in judicio crimina, sub
pœna pecuniaria arbitrio Curiæ imponenda se
obligent de crimen denunciatum probando, &
non se absque licentia concordando juxta hunc
Ritum, cui concinnit alter 199.hoc voluit Prosp.
Carav.in ritu 108.num.4. & non contradicit Affl.
in constit. præsenti lege, & subdit idem Borrell.
num.261. obstringi accusatorem, si velit partem
facere in judicio ad expensarum fidejussionem
præstandam, ex Robert. Marant. in spec. par.6. &
ult.par.princ.sub num.12.& Foller. in pract.crim.
verba audiantur exceptiones num. 2. & 3 prout
illam præstari Jure Saxonico, testantur Kenning.
in process. cap.47. sub tit. Vompeinlichen. Vorstan-
de num. 2. Zobell. par. 4. different. 28. Matthias
Coleri in decis. German.116. num. 5. & 6. quod
optimè invictissimus Karol. Vin. Germania cavit
in constit. pœnal.art.2. & art.13. & 14. ut quam-
diù accusator idoneam expensarum satisdationem
dare nequiverit, vel ab instituta actione desiste-
re noluerit, tamdiù in carcere cum reo detinea-
tur, donec adimpleverit, de quo memores sunt
Nicolaus Vigellius ad Constitutiones Carolinas c.3.
quæst.1. regula 15.Georgius Remus in Nemesi Ca-
rolina cap.12.

RITUS XXXXVIII.

Cæteræ Curiæ fint, ob reverentiam Magnæ Curiæ Vicariæ.

ITem, quod Curia ipsa, & quælibet ipsarum dum sunt extra Civitatem Neapolis: cognoscant ibide causis civilibus, & criminalibus quandocumque, & ubicumque commissis, & causa ipsa incipiant per litis contestationem, & non aliter, etiamsi Curiæ inde recedant antequam causa ipsa, terminetur: & dum est in loco; civiles, & criminales taceant, & non reddant jus nisi per Curiam hoc eis permittatur.

SUMMA RERUM.

1 *Laudabiliter factum est, ut fileant reliquæ Curiæ, cùm M.C.V. adest.*
2 *Hujus Ritus observantia indicatur.*
3 *Ritus decretum restringitur in causis inceptis.*
4 *Lis in Regno non contestatur.*
5 *Litis contestatio tacita à quo actu pendeat.*
6 *Instantia exequutionis petitæ, & transacta in rem judicatam an pereat.*
7 *An pereat in causis feudalibus, & Ecclesiasticis.*
8 *In fidejussione de Judicio sisti perimit triennio.*
9 *Itidem in altero de repræsentando.*
10 *Nulla in mater a fidejussionis ad repræsentandum traduntur.*

EQuidem non inficior, quod hanc quoque habuerit rationem effector mundi molitorque Deus, cum universum ipsum ornavit, absolutaque elegantia perfecit, ut politicæ nimirum gubernationis methodum, vel exemplar aliquod designaret; quorsum terræ, marique cælos, eosque aliis alios superiores præfecit? omnesque simul supremo tantum subjecit? quorsum sydera, & Lunam ab uno luminis fonte Sole corrivatam lucem nutrire jussit? eique non nisi splendoris sui jactura stellas obsequi mandavit? Hoc quidem intendit supremum scilicet, vel Regni, vel Reipublicæ Magistratum, cæteris inferioribus præesse debere, quo præsente reliqui Judices authoritatem minimè exerceant, omnesque uni pareant; ut par est etiam populi: Laudabiliter igitur factum est, ut fileant reliquæ cum M. C. V. ubilibet adfuerit. Concinnit jus commune *in l. fin. in princip. C. de his qui ad Eccles. confu.* & confirmat *Regni Constit. Honorem debitum* Contradicunt verò *tex. in l. 4. C. de palatin. sacr. largition lib. 12. l. in hac sacratissima, verbo Publicare, C. de donation.* cum aliis concordantibus *Gl.* ibidem adductis: Luminare namque majus minus occupat, proindèque cessat ordinarii jurisdictio ex superioris præsentia *argum. cap. denique 21. cap. volentes de offic. legat.* & præter *Afft. & Isern. in add. Const. Honorem, & in Const. statuimus quæst. 11.* firmant. *Mastrill. de magist. lib. 5. cap. 8. num. 6. & decis. 261. num. 11. Reg. Sanfel. decis. 290. in alleg. num. 4. tom. 2.* necnon *Regens Tap. decis. S. C. 43. num. 4. vers. Juxta quod,* ambo hujusce Ritus memores, cujus præeminentiam adhuc usque nostra tempora M. C. retinere, quando totum Tribunal ad aliquod Regni oppidum accederet, autumat, *Reg. Tap. lib. 2. jur. Reg. tit. de offic. Mag. Justit. sup.* hoc *ritu*, minimè verò, si unus tantum ex Judicibus adveniret addit, ut præterea optimè *Carav.* noster factum cujusdam Judicis criminalis, qui Ebolum accessit, tali præeminentia utentis, improbet quod refert, insequiturque *Horat. Visconti in conclus. jur. verbo Episcopus potest. ol 1.* ac conf. runt quæ exarant *Foller. in d. Constit. Honorem num. 6. Jacob. Sbroz. de offic. Vicar. q. 26. num. 17.* Hoc verò Ritus decretum restringit
3 *Carav.* in causis inceptis ex *text.* regula *in l. ubi captum ff. de iudic.* quem insequitur *Foller. sup.* hoc *ritu 1. par. ejus comment. tit. de magistro justitiar.* quæque *tex.* regula, quomodo, quibusvè in casibus vendicet locum, inquirunt *Ann. alleg. 59. num. 6. Carol. de Grass. de effect. cleric. 1. effect. num. 285. Marcell. Calà de modo artic. Glos. 1. §. 1. num. 34. Regens Rovit. cons. 88. & 89. lib. 1.* quin in criminalibus *Bombin. cons. 8. num. 5.* sed de his satis? & relego Lectorem *ad rit. 59.* ubi aliqua subjicemus.

4 Modò ad litis contestationem, de qua fatur progredientes, dicimus ea minimè uti in Regno nostris his temporibus vigore *cap. detestantes*, cujus verba referibuntur in *rit. 288.* & vigore *prag. dispendia litium de ordin. judic. Muscat. in prax. p. 1. Gl. petitur à num. 4.* Nusquam igitur contestatur lis in Regnicolis omnes etiam probant, præsertim *Reg. Tapia. in add. cap. detestantes lib. 3. jur. Regn. sub tit. de summar. Judic. & decis. Sacr. Consil. 38. num. 4. Dominus Regens Rovit. in pragmat. 1. de inst. caus. non restit. num. 2. Muscatell. in prax. lib. 1. part. 5. Glos. defendendendum num. 2. Marant. in Specul. part. 7. verb. litis contestatio num. 1. Ricc. collect. 402. par. 2. Donad. tractat. de renunciation. cap. 32. num. 235. Carav.* hoc *rit. num. 3.* adducens, *Gallup. in prax. Sacri Consilii part. 2. cap. 16. num. 5.* quodque servari in Regno Cathaluniæ meminit *Ludov. Peguer. in prax. ad jud. cap. 11. num. 2.* & in Curia Parlamenti *Delphin.* testatur *Guid. Papa decis. 58.* necnon *Marc. decis. 579. par. 2.* & consequenter dicendum videtur falsum esse, quod in hoc Ritu asseritur, ut instantia à litis contestatione initium, sumat, & affirmant *DD.* apud *Sigismund. Scacc. de appell. quæst. 155. sub num. 339. de Vergil. de legitim. person. cap. 32. num. 95. Amend. ad Franch. decis. 250. num. 6.* cum namque lis nunquam contestetur, nunquam etiam incipit instantia. Verùm responsio facilis
5 erit, ni fallimur si primitus supponamus litem contestari, vel expressè, vel tacitè eorumque alterum necessario evenire debere, ut quamvis expressa cesset in Regno, quin, & omni in loco, ubi causæ sunt summariæ vestæ *Franc. Marcian. decis. 719. par. 1.* non tamen tacita, ideò nostri Ritus verba minimè loqui de solemni, & expressa litis contestatione, sed de altera tacita affirmamus, & deduci potest, ex verbis *Muscatel. par. 1. add. Glos. petitur sub num. 44.* Ut propterea investigandum sit quando intelligatur facta ejusmodi tacita litis contestatio, quod quidem tetigimus *indicat ritu 248.* & copiosè respondet *Mi-*

Janeus Siculus decis. 20. *lib.* 1. complurium, & adinvicem dissimiles coacervans DD. sententias, constituens in primis conclusionem illam tunc factam censeri cum actus gestus, est à quo exorditur instantia nam qualis est hujusmodi actus, id à Doctoribus controvertitur, & ipso affirmo unam esse omnium in Regno sententiam ab eo actu exordiri, qui in causis ordinariis immediatè subsequi solet litis contestationem nempè à termino, per *Afflict. in Constitut. dilationes sub num.* 6. *Constitut. exceptionis num.* 5. *& Constitut. hac lege num.* 10. necnon *decis.* 356. *num.* 5. *Capyc. decis.* 48. *sub num.* 4. *Oliva ritu Cur. Archiepisc. Neap.* 28. *num.* 5. *Ann. constit. Diva Memoria num.* 264. etiamsi ille datus foret in contumaciam ex *Præsid. de Franch. decis* 457. deducit *Regens Rovit. in d. prag. dispendia litium nu* 10. quin, & attenta juris sanctione id ipsum defendit *Lapus alleg.* 112. *n.* 3. *& Roman cons* 124. *vers. quod autem sub num.* 5. idemque *Milan. nu.* 10. *Tusc. lit. I. conclus.* 203. *à nu.* 4. *& concl.* 206. *num.* 9.

At quoniàm plura solent accidere, quibus impediatur lapsus termini, dubitat citatus *Ann.* si à primo decreto termini currat instantia, an citiùs ab altero declarante, quod terminus datus curret dubiumque haud resolvit, alibi se dictum dicens, quod hucusque non invenisse actum indicavit *Anus meus ad Capyc. decis.* 11. *num.* 3. quique addit illud extricari posse ex adductis per *Capyc. ibidem.* & post ipsum adnotat *Reg. Rovit. super. pragmat.* 7. *num.* 35. *de ordin. judic.* in nominationis termini materia, quæ currere à die secundi termini dati autumat, & insequitur *Prat. ad Muscatell. in praxi lib.* 1. *par.* 5. *Glos. suspectorum ad an.* 18.

6 Sed an pereat instantia petitæ exequutionis transactæ in judicatum, *Afflict. dec.* 356. utrum in causis feudalibus *Borrell. in summa decis. lib.* 1. *tit.* 64. *de instantia causa num.* 98. *Gallupp. in prax. S. C. par.* 2. *cap.* 18 *num.* 4. & scribimus in
7 *rit.* 244. quid in causa reconventionali, & alia adjungimus in *rit.* 248. inibi loquentes præterea de insufflatione spiritus.

In Curiis verò Ecclesiasticis nè pereat instantia advertunt *Barbat. cons.* 1. *num.* 67. *vol.* 3. *Glos. in l. properandum vers. triennii in fin. & ibi DD. C. de Judic. Marc. Anton. Bagon. cons.* 2. *vol.* 1. *num.* 19. restringens tamen *num.* 20. procedere in civilibus dumtaxat, secùs in criminalibus causis, quod admittunt etiam *Ann. in c. qualiter, & quando §. licet autem nu.* 6. *de accusat. Henrich. Boich. in cap. venerabilis de accusat.* ibique *Berous num.* 2. *& sub num.* 37. *Clar. qu.* 51. *num.* 8. *Scacc. de Judic. cap.* 2. *num.* 687. *in tract. de appellat. q.* 15. *n.* 275. *Reg. Capyc. Latr.* post alios *dec.* 68. *n.* 35. *lib.* 1. *Annich. de prævent. instr. c.* 2. *q.* 5. *dub. uaic. nu.* 64. *& 65. Regens Sanfelic. in prax. judic. sect.* 35. *num.* 20.

8 In fidejussore verò de Judicio Sisti primi triennio, scribit *Eugen. add. cons.* 2. *num.* 21. idemque in fidejussione de representando, *Bar. in l. si quis
9 reum ff. de custod. reor.* nam instantia perempta, fidejussores non amplius tenentur, *Bar. in l. cum lite moritur, ff. judic. solvi. Marc. Mantua, singul.* 533. *muscat. in tract. de fidejssor. par.* 1. *modo* 1. *num.* 17. præterea complura, & utilia adnectit
10 huic rei fidejussoriæ de representando opitulantia, *ead.* 1. *modo* 4. *par.* cum aliis quatuor sequentibus, ut utile crediderimus illius scripta percurrenda esse monere. Cætera peremptionis materiam tangentia delibamus super *rit.* 245.

RITUS XXXXIX.

Ipsa M. C. cognoscit de excessibus officialium.

ITem quòd Curia ipsa, & quælibet ipsorum cognoscat de excessibus officialium, & aliorum delinquentium in eorum officiis ea exercendo, & non aliter.

SUMMA RERUM.

1 *Magistratuum crimina Reipublicæ perniciosissima sunt.*
Qui cæteris dignitate præsunt, publicumq; munus exercent præoculis omnium sunt, eorumque gesta accuratius examinantur.
2 *Optimè factum, ut M. C. officialium excessus, & crimina dignoscat, & cur?*
3 *Activè, & passivè.*
4 *Ritus decretum, ne dùm officiales Regios, sed Baronum quoque complectitur.*
5 *Cognoscit tamen de delictis activè, & passivè commissis in exercitio officii.*
Etiam, & officio expleto, & privativè ab aliis Judicibus, & Baronibus.
Sed an privativè quoad Regias Audientias,
6 *Non amplexatur Ritus officiales delinquentes ante officii adeptam possessionem.*
7 *In dubio non præsumitur delictum intuitu officii patratum.*
Et quando illud intuitu, colore, calore, prætextu, vel authoritate officii commissum dicatur.
Quid si extra officii materiam deliquerint, an queat Baro informationem capere, illosque mulctare.
8 *Ritus non comprehendit officialium supernumerariorum delicta.*
Sed an Baronum, inquiritur.
Quid de Camerariis, seù magistris juratorum.
9 *Et an delicta Actuariorum, aliorumq; ministrorum inferiorum.*
Et Præfecti vigilum hodie nuncupati, Capitaneo della Guardia.
10 *Adversus majores officiales, & Auditores Provinciales. non potest M. C. manus apponere absque Principis licentia.*
11 *Famuli Curiæ veniant nè appellatione officialium.*
Servientes Judici Ecclesiastico, si laici existant, & in officio delinquant, à quo puniendi veniant, remissivè.
12 *Cives, qui associantur cum familia officialis pro capiendo fortassè malefactorem hujus ritus gaudent privilegio.*
13 *Sì in aliquo loco plures sint officiales queat nè ille, qui est officialis domini merum habentis imperium*

rium cognoscere de delictis ab altero extra officium patratis.

Capitaneo jurisdictionis criminalis liceat ne puniro alterum jurisdictionis civilis extrà officium delinquentem.

14 *Ritus sanctio num comprehendat Sindicos, Electos, remissivè.*

15 *Qui potitur privilegio cognoscendi de delictis ad solam M. C. spectantibus, an delictorum Judex esse possit, quæ ejusmodi privilegiati officiales patrant.*

Simile privilegium concessum Principi Bisiniani, & Duci Suessæ, minimè transit in Baronem feudum emeutem, non data personarum parita-te.

1 NEmo vestrum est, ut arbitror, Lectores, quin magistratuum crimina Reipublicæ perniciosissima esse censeat, plurimasq; sibi pedissequas populorum culpas habere. Solis maculas, quia nemini vultum tegit suum, intuetur quisque, eclypsis; ejusque defectus in ore omnium sunt, deficientes verò sæpè stellulas, nec miratur quispiam, nec cogitat; adeò verum est, eos, qui cæteris dignitate præsunt, publicumq; munus aliquod exercent præoculis omnium esse, eorumque gesta accuratiùs examinari; quod si à recto unquam declinent, vel scelus aliquod patrent, plaudunt, penè dixerim, populi, quodque sibi à magistratibus pateat aditus ad crimina, gaudent; ni fallor. Ex quo facilè dignoscetis, quàm insontes, quàmq; assidua vitæ integritate regere debeant Reipublicæ Præfecti. Verùm cum vel ambitu, vel habendi cupiditate, vel natura ipsa ad scelus aliquando
2 ministros etiam, ac Judices trahi facilè sit, optimè factum censeo, ut ipsa M.C. eorum excessus, & crimina dignoscat, ut ostendatur non in populos modo ipsam animadvertere, sed magistratus etiam puniri, quique aliis sententiam proferunt, eos quoque ab uno toro damnari, neque ex eo quod jura pertractent, injusta ipsis licere videantur; leges enim non Cives tantùm, sed ministros quoque constringunt, & Curia justitiæ aula est, non scelerum domicilium, æqui, boniq; patronos habet, non criminum defensores: Ipsa igitur puniat Judices, dignoscat officialium errores, si qui pullulent unquam, scilicet, tàm activè, quàm passivè
3 judicavit S.C. teste *Vinc. de Franch. decis.* 274. *nu.* 4. *Avus meus ad Capyc. decis.* 27. *num.* 6. aliisque in casibus relatis per *Amend. ad alteram decis. ipsius de Franch.* 407. *num.* 11. *Gallup. in prax. S. C. par.* 2. *cap.* 6. *num.* 98. *Novar. de elect. fori q.* 35. *num.* 7. *sect.* 4. *in ult. impress. Caball. resol. crimin. cas.* 148. *num.* 9. *Consil. Carleval tom.* 1. *de Judic. disp.* 2. *quæst.* 7. *sect.* 1. *num.* 791. *Carav.* allegans, *Montan. de regal. pag.* 78. *num.* 5. Nec tantum Ritum de
4 officialibus Regiis, verum etiam Baronum loqui, intellexit idem S. C. quod propterea admisit sententiam *Caravit. in hoc ritu à num.* 3. prout ipso referente attestatur *de Bottis in sua addit. ad hunc ritum*, *citatus de Franch. ead. add. dec.* 407. *num.* 2. & *Carav.* clypeo indicavit *Avus meus ad Capyc. memor. dec.* 27. necnon *Reg. Capyc. Latro lib.* 2. *consult.* 130. *num.* 15. *Reg. Tapia dec. S.C.* 11. *num.* 1. *Capiblanc. in pragm.* 8. *num.* 125. *de Baron. part.* 1. amplians, etsi officiales ipsi Baronum vassalli fo-

rent, quamvis contradicere ipsum *Capyc.* reperetur *in ead. decis.* 27. *prope num.* 12. cum respondendo oppositionibus ait, quod hic Ritus videtur loqui in Officialibus Regiis, & inclinat *Foller.* quoque *sup. Constit. Regni exordiente magister justitiarius num.* 36. & 38. de quo mirum inmodum miratur adductus *Reg. Tap.* hanc sustinuisse aleam, & confirmat *in ead. constit. magister justitiarius num.* 5.

Declaramus autem illud activè, scilicet, com- 8
5 missis tantùm in exercitio officii, *Franch. dec.* 274. & 326. & probant aperta verba hujus *rit.* & alterius 51. id tamen etiam officio expleto, & privativè ab aliis Judicibus, & Baronibus, quod speciatim etiam scripserunt *Isern. & Affl. in ead. constit. Magister Justitiarius*, & decisum attestatur *Capiblanc. adduct. tract. pragm* 5. *num.* 40. & scribit *de Franch. dec.* 505. *num.* 8. & 9. sed an privativè, quoad Regias quoque Audientias, latè inquit *Dam.* videndus *de pugn. DD. tit. de præem. Reg. Aud. integ. cap.* 1. passivè itidem ratione officii, & illud exercendo; *De Franch. dec.* 274. *num.* 7. *Vro. decis.* 8. non obstante altera *decis.* in Aula Olzignani, qua declaratum fuisse memorat *Amend. d. decis.* 407. *num.* 5. Ritum istum non privativè ad Barones, & quamvis pendente syndicatu, tamen ex causa tantùm præteriti officii, teste *de Franch. dec.* 505. *num.* 8. *Thor. par.* 2. *compend. dec. verbo remissio vassalli alicujus Baron.* 1, subsinit conclusio altera per eundem *de Franch.* tradita *dec.* 403. *num.* 1. atq; alia in causa Persii de Aranda, relata per *Amend. loc. cit. num.* 11. & probat *Paris de Puteo de syndic. in rub. de offic. synd. cap.* 2. *nu.* 16. & comprobatur ex adductis per ipsummet *in verb. Durante officio, vers. bonor.* necnon tradunt *Avus meus ad Capyc. sæpius cit. dec.* 27. *num.* 6. *de Angelis ad Foller. tit. de fruct. & laudib. officior. num.* 16. *Caball. resol. crim. cas.* 111. *Mastrill. de indul. cap.* 36. *num.* 9. *P. Fregos. add. loco num.* 155. inquientes ideò hoc esse, quia adhuc remanent reliquiæ officii idest appendices, *arg. l.* 1. *Cod. ne caus. post publ. Boendill. lib.* 5. *polit. c.* 1. *num.* 55. Ut præterea non amplexetur officiales delinquen-
6 tes ante officii adeptam possessionem tuetur *Capyc. Latro add. consult.* 130. *à num.* 14. *to.* 2. & loquitur *Sanfelic. dec.* 63. *p.* 1. In dubio autem non præsu-
7 mi delictum intuitu officii patratum, tradunt *Capyc. decis.* 130. *num.* 12. *Roland. cons.* 1. *lib.* 3. *Bajard. ad Clar. q.* 35. *num.* 34. *Mastrill. de magistrat. p.* 2. *cap.* 40. *num.* 10. *Grev. ad Gayll. in pract. Camer. Imperial. lib.* 1. *concl.* 39. *à num.* 5. & novissimè *Jul. Cæsar. Calvinus commun. in dub. jur. conclus. capit.* 720. idque in omni crimine procedere autumat, *P. Fregos. de Regimin. Reipub. Christ. p.* 1. *lib.* 4. *disp.* 6. *num.* 155. quod in dubio delictum judicari non debeat, ad *tex. in cap. estote de regul. jur. in* 6. *l. merito ; ff. pro socio*, & observat *Franc. Maria Prat. ad Paschal. par.* 1. *cap.* 10. *vers. præcedenti collimat*. Et quando illud intuitu colore, calore, prætextu, vel authoritate officii commissum dicatur, sivè ob illud offensio facta officiali, extricant *Farinac. in tit. de delict. & pœn. q.* 19. *n.* 41. & *q.* 24. *num* 59. *Rot. Roman. dec.* 754. 1. *par. in novis. Joseph Sesse de inhibit. cap.* 30. *num.* 158. *cum seq. usq; ad finem*, *Pras. Merlin. lib.* 2. *controv. forens. cap.* 28. *num.* 3. *Carav. hoc ritu num.* 27.

27. memor, *Reg. de Marin. quotid. resolut. lib. 1. cap. 17. num. 4. Catalan. de indultu cap. 42. num.* 12. Quod si extra officii materiam deliquerint Baro quibit informationem capere, illosque mulctare, *Reg. Tap. in Constit. Magist. Justitiarius lit. C. cod. de offic. magistr. justit. Rovit. rubr. de official. num.* 10. de quo dubitat *Capiblanc. cit. pragm. 5. num 66.*

An verò hujus Ritus decretum officialium su-
8 pernumerariorum delicta comprehendat, negativè resolvit *Jo: Mar. Novar. de elect. & variat. fori sect. 4. quæst. 35. num. 7.* quem insequitur *Reg. de Marin. lib. 2. quotid. resolut. cap. 113. sub num. 10.* tradens tales Judices supernumerarios non potiri beneficiis, & immunitatibus, quibus ordinarii gaudent. Barones quoque an amplexetur, ardua est quæstio, dum, & ipsi officiales quoq; Regii, perpetuique nuncupantur magistratus, teste *Affl. in tit. quæ sint regalia, verb. Potestas in princip. & in Constit. Capitaneorum 5. notab.* laudato à *de Franch. dec. 211. num. 7. & dec. 274. num. 3.* Ut præterea illorum offensores indultu non gaudeant, *Mastrill. de magistr. lib. 4. c. 15.* Attamen minimè illos complecti, tradunt *Capiblanc. tom. 2. de Baron. pragm. 12. cap. 85. à num. 4. Reg. Sanfelic. dec. 65. lib. 2.* scitum S.C. subnectens in causa Baronis Petri Petrouxi, cujus memores sunt *Præs. Merlin. tom. 1. controv. forens. cap. 69. & Jo: Bapt. Thor. in supplem. dec. verbo Baro*, quiq; hanc quoque dispungit quæstionem *par. 3. compend. verbo Baro.* Ritus enim non Barones habentes dominium in jurisdictione, sed eos tantùm officiales, qui officium in administratione tenent, comprehendit, ut probat *Mastrill. dec. 219. num. 22.* quin? attento communi loquendi usu, qui sermonis proprietati anteponitur, *l. librorum, §. quod tamen Cassius ff. de legat. 3.* ibique *Glos. & Bar. Ferrett. cautel. 52. num. 1. Covarr. var. resol. lib. 3. cap. 5. nu. 5. Roland. à Valle de lucro dot. q. 6. num. 7. & 8. Menoch. de arbitr. judic. cas. 489. num. 1.* Barones haud Regii officiales, dicuntur *Alphan. in rub. de offic. ejus nu. 126. & 130. Jo: Franc. de Leonard. de magistrat. Regni Neapol. cap. 5. de Baron. nu. 14. & 16.* minusq; veritati adhæret, quod idem *Capiblanc.* astruit *pragm. 12. num. 4.* illos Cives nuncupari Neapolitanos, qui ex *rit. 301.* privilegio M.C.V. tantum forum sortiuntur, ut ipsemet *Capiblanc.* advertit *cit. cap. 85. num. 7.* & notat *Consil. Carlev. de judic. & foro compet. disp. 2. q. 6. sec. 8. n. 697. vers. dum verò.*

Quid de Camerariis, sivè Magistris juratorum, per S. C. in Aula Domini de Franchis, fuit judicatum quod illi non includantur sub hoc ritu, licet M. C. decrevisset contrarium in causa Nicolai Margaritæ Terræ Casalis Novi, qui fuit remissus ad Ill. Marchionem Oriæ in Banca Aloysii de Cuntio, de qua *decis.* sub his verbis testatur *Reg. Rovit. in apostilla propria ejus manus*, & extare *pragm. Comitis Olivares id sancientem*, indicat *Avus meus add. loco num. 6.* protendens ad bajulos, qui delinquentes à Baronibus mulctantur, tametsi jurisdictionem exerceant, *Campag. in cap. Regni ad quietem num. 13. in fin.* quodq; explicat *Capiblanc. add. prag. 5. nu. 69. & Rovit. in adduct. rub. n. 11.*

9 Sed hunc Ritum minimè complecti actuarios, sbirruarios, carcerarios, similesque inferiores ministros, probat *de Franch. decis. 407.* quamvis referat contrarium per M.C. decisum, sequitur *Ann. cons. 107. propè finem, Bajard. ad Clar. q. 16. num. 10. Capiblanc. add. prag. 5. num. 39.* necnon *Carav. in hoc ritu à num. 22. de Ponte de potest. Prorep. tit. de elect. official. in princip. num. 3.* tametsi *Anna senior sing. 48.* attestetur M. C. cognoscere de delictis actuariorum, & sæpiùs ita fuisse in S.C. judicatum, At diversimodè recenset *Tap. in add. constit. magist. justit.* Verum recepta est opinio, communisque est sermo in nostris Tribunalibus illos complecti, omnesque servientes Curiarum Baronalium delinquentes dumtaxat intuitu officii, & sic in sequelam exercitii jurisdictionis, *Reg. Rovit. in memor. rub. de offic. & quæ iis probib. num. 4.* ex *Giuzarel.* præsertim *dec. 24. Thor. in compend. decis. par. 1. verbo Officialium delicta, & par. 2. verbo Remissio petita, Sempron. Ascia determin. 107. Visconti in conclus. jur. verbo Actuarius, Ricc. par. 6. collect. 2285.* & ad Scribas ampliat idem *Thor. par. 2. compend. verb. Actuarius in fin.* & declarat *p. 3. sect. 2. verb. Officialis an dici possit, & verb. missio*, quibus respectu servientium contradicunt, quæ adnotant *Avus meus ad Capyc. loco cit. Fab. de Ann. cons. 107. col. fin.* reprobato *Afin. in prax. judic. par. 2. §. 4. cap. 12. num. 9.* aliter sentiente, & *Annam* insequitur *Visconti ad Franch. decis. 274. vers. An cognoscat*, & de Præfecto Vigilum, hodie nuncupato Alguxerio Majore, seù Capitaneo Guardiæ, meminit *Thor. add. par. 3. sect. 2. verb. Officiales an dici*, & de famulo bajuli idem *Thor.* loquitur *to. 2. compend. verb. Remissio causa.* Subdit autem illic *Capibl.* non propterea posse adversus
10 majores Officiales, & sic etiam adversus Auditores Provinciales manus apponere, absque Proregis licentia, dixeratq; antea *Marc. Antonio Surg. in tract. de Neap. illustr. cap. 17. à num. 38.* Hæc tamen pugnant cum aliis à nobis alibi scriptis.

11 Qua verò pœna mulctetur famulos Curiæ verberans, & hi veniant Officialium appellatione, inquirit *Thor. p. 3. sect. 13. vers. verberans.* Et servientes Judici Ecclesiastico si laici existant, & in officio delinquant, à quo puniendi veniant, extricant *Oliva*, ibidemque *Episcop. Campanil. ad rit. Cur. Archiep. 38. lit. A. Jul. Clar. §. fin. q. 35. num. 12. Marant. in spec. par. 4. dist. 11. num. 4.* & videas *Foller. in Constit. Capitaneorum n. 154.*

12 At quia multotiès cum familia ordinarii officialis locorum, associantur alii Cives, quorum auxilium invocatur pro capiendo fortasse malefactorem, an hi etiam gaudebunt hujus Ritus privilegio in delictis per eos, sivè in eos commissis in illo actu, inquirit *Aviles in cap. 4. Prætorum in Gl. Sea obligado num. 26.* & affirmativè concludunt *de Franchis decis. 274. Capiblanc. d. pragm. 5. n. 66. Rov. in d. rubr. n. 4. & 5.*

13 Cum verò aliquo in loco plures sunt officiales, queat ille, qui est officialis domini merum habentis imperium cognoscere de delictis ab altero extra officium patratis, decidit *Capyc. anxodicta dec. 27. Bajard. ad Clar. §. fin. q. 38. num. 10. Capiblanc. pragm. 8. num. 260. par. 2. Ricc. adduct. collect. 2285. par. 6. Thor. compend. tom. 3. verb. Baro an cognoscere possit, Præs. Merlin. lib. 1. controv. forens. cap. 69. num. 24. Reg. Tap. tom. 1. jur. Regn. in add.*

add. Constit. magist. Justit. num. 20. Novar. de elect. for. to. 1. sect. 2. q. 34. num. 13. de Angel. ad l. 4. C. de offic. Praefect. Praetor. num. 9. quod protendit *Capiblanc. prag. 45. num. 87.* ut officialis criminalis cognoscat Judicem secundarum causarum delinquentem, quod tetigit *Danz. de pugn. DD. tit. de quglie. official. cap. 1. num. 34.* Ex his deflectit idem *Ricc. collect. 433. par. 2.* ad statuendam conclusionem, licere Capitaneo jurisdictionis criminalis punire alterum jurisdictionis civilis extra officium delinquentem, de quo primo aspectu dubitamus ob *decis. de Franch.* 388. ubi semota consuetudine videtur propendere in sententiam Antonii Ursilli, quod procedat Capitaneus jurisdictionis civilis, verùm illam omninò subsistere, probat idem *de Franch. dec. jam dicta 274. num.* 5. anteaque *Capyc. ead. dec. 27. à num. 9. Maxill. ad Consuet. Baren. tit. de immun. Eccles. §. neque à Comitibus n. 40. & seq.*

14 An verò Ritus sanctio comprehendat Sindicos, Electos, & Camerarios, explanat *Danz. tom. 1. de pugn. DD. cap. 1. & 2. de official. in gener.* & de Portulanis, Capitaneis Grassiæ, & Dohaneriis loquitur *prag. 82. §. 20. de offic. procur. Caesar. Thor. par. 2. compend. decis. verb. Remissio alicujus vassalli.*

Qui verò eo insuper potiretur privilegio co-
15 gnoscendi de delictis ad solam M. C. spectantibus citrà dubium, & delictorum Judex esset, quę ejusmodi privilegiati officiales patrassent, ex *dec. de Franch. 505. num.* 8. suffulciuntur *Reg. Tapia dec. S.C. 11. Danza tom. 1. de pugn. DD. tit. de remiss. causar. cap. 1. num. 1. & Reg. Sanfelic. 345. tom. 3.* explosis per *Carav.* hoc *ritu*, in contrarium adductis, adversantibus privilegio Principis Bisiniani, Verùm contradicit *Consil. Honofrius de Palma in allegat.* edita in gratiam Regii Fisci transcripta per *Franc. Maria Prato respons. crimin. 50. per tot.* & præsertim *num. 51.* fundans, requiri in privilegio, ut dicatur in specie de delictis officialium.

Silentio tamen haud prætereo, quæ *Capiblanc. in memor. prag. 5. num. 63.* astruit ex *Carav. & Reg. Tapia*, simile privilegium Principi Bisiniani, & Duci Suessæ concessum, minimè transire in Baronem feudum ementem, quod decisum tradit *de Franch. decis. 275. in princ.* & magis specificè contra Ducem Cayanelli habentem privilegia Ducis Suessę determinatum refert idem *de Franc. altera dec. 407. num. 2.* Verum recordor legisse in quodam processu inquisitionis criminalis, remissos fuisse Gubernatorem, Judicem, ac Actuarium Civitatis Theani, intinctos de extorsionum delictis, Principi Hostiliani, præfatam Civitatem possidenti titulo emptionis, sivè in pignus à Duce Suessæ talia privilegia habente, ea quippè ratione, cum concessio casuum reservatorum haud transeat de persona in personam inferiorem, teste *de Franchis ibid. num.* 7. & judicatum tradit *Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de elect. official. §. 1. num.* 34. secus verò data personarum paritate.

RITUS L.

Curia ipsa cognoscat de feudis.

ITem quod Curiæ ipsæ, & quælibet ipsarum cognoscant, & cognoscere possint, tam de toto feudo, quàm de quacunque particula castri, vel alterius feudi quaternati, & quota etiam transeunte ad tripondium. De feudis verò non quaternatis, vel singulari re feudi quaternati, Curia ipsa ex privilegio non cognoscet.

SUMMA RERUM.

1 *Justè factum est, ut feuda Regem habeant Principem, quamvis alios experiantur dominos.*
Consentaneum quoque est feuda, quorum Princeps adscribitur Rex, ejusdem forum, & Magnam Curiam recognoscere.
2 *Cap. 1. de controv. feud. apud pares termin. ex hujusmodi Ritus decreto restringitur, quod solum M. C. cognitionem tribuit, decidendi feudales quæstiones.*
Regiis Audientiis exclusis.
Præter illam hydruntinam, & cur?
3 *Carav. effatum sub num. 6. hodie ex Pragm. 3. de offic. S. C. feudorum quaternatorum ad solius S. C. decisionem spectare, non amplius ad M. C. in dubium revocatur.*
4 *Sententia Magnæ Curiæ infra summam ducatorum 150. sub fidejussione demandatur exequutioni.*
5 *Regulariter Regia Camera Tribunal de feudis pertractat, Regii Fisci interesse concurrente.*
Fiscales Judices avocant ad se omnes causas, cum toto processu, etiam quando Fiscus in jus privati succedit, cum declarationibus.
6 *Fiscus, si unius ex litigantibus in S. C. existat creditor, minimè ad ejus Tribunal causam trahere potest.*
7 *Feudum, cujus qualitatis sit, ad Regiam Cameram judicandum remittitur.*
8 *Causarum feudalium prohibetur fieri compromissum, attento Jure Regni.*
Quid Jure Communi.
9 *Quæstio de vita, & militia sit, ut feudalis, & compromitti an possit?*
10 *Causa dotis de paragio debita super feudis judicanda, an sit ad instar causarum feudalium, latè inquiritur.*
Memoratur novissima decisio S. C. in causa Ducis Adriæ, cum Ducissa Laurentianæ sorore.
Dom. Cons. Joseph de Rosa laudatur.
11 *Compromissum de re feudali est nullum, absque Regio assensu, nec sat est, si ille postmodùm impetretur super laude.*
Auctor occurrit objectis excitatis à doctiss. Dom. Reg. de Marin. lib. 1. quot. id. resol. forens. 67. pro validitate compromissi absque assensu.
12 *Feudum quaternatum, de jure communi haud cognitum, & quid sit,*
13 *Ut ita dicatur quid concurrere oporteat,*
14 *Omne Castrum dicitur in Regno feudum quater-*

ternatum, cum restrictione tamen, quæ additur,
15 *Quarè feudum quaternatum dicatur,*
16 *Secundum quid, & impropriè illud denominatur, quod à Barone in capite, & immediatè tenetur, licet mediatè à Rege,*
Regius assensus, qui in alienatione intervenit, an dicatur feudum quaternare,
17 *Barones nequeunt in feudum dare, quæ sunt de demanio,*
Quæ sint, feuda plana, rusticana, athenasia, censualia, & similia, remissivè,
18 *Feuda nobilitatem conferunt,*
19 *Pecunia emptum emptorem an nobilitet,*
Titularii an sint, qui titulum emerunt,
20 *Rustici ex illius emptione nobilitatem assequuntur,*
Quid si modicum illud sit, & an illo distractio,

QUemadmodùm rerum hæc universitas creaturum, ut felicius conservetur, naturæ Parentis leges servat, eique alacriùs obtemporat, ità sanæ politicæ gubernationis status, ut integer habeatur, uni se, suaque omnium Principi subdere debet ejusq; statuta etiam adimplere; quam enim patitur creata quælibet, ejusque statuta res violentiam, si naturalem, atque ingenitam servandi sui normam, & dependentiam à natura ipsi adimant contraria; eandem ferè, vel non longè dissimilem substinebit quoque vim civilis suppellex, quæ etsi plures habeat immediatos dominos, cum mutabiles sint, naturalem, ut ita dicam, propensionem habet ad unum invariabilem politicum Principem, ac dominum, ut firmiùs conservetur. Atque in factum existimo,
1 ut feuda Regem habeant Principem, quamvis alios experiantur dominos, ut scilicet, deficientibus his alterum supremum sortirentur authorem firmum, ac stabilem. Preterea si quid adversi accidat creatoris statim naturæ forum petunt, appellant, reclamant, quæ ut sublevet fætus suos, ut adjuvet, ut quamlibet in pristinum statum rem ponat, quid faciat non ignoratur: debere enim se quodammodò advertit natura illius consulere, quorum est Domina, & Parens, & dedeceret è contra creaturas alienum forum petere dum natura eorum causas dignoscendas tam alacriter suscipit. Consentaneum similiter equidem, arbitror feuda, quorum Princeps adscribitur Rex, ejusdem forum, & Magnam Curiam recognoscere. Laudo igitur Ritum quod feudatarios eò adire jubeat, si secus enim fiat, & Curia jurisdictionis suæ privilegia negliget, & feudatarii controversiarum nodum inexplicabilem omninò reddent, si inferioris fori ensem petarit; Ut præterea Jus Commune feudorum in *cap. 1. de controv.*
2 *feud. apud pares terminandi*, quo attento feudales quæstiones coram paribus terminandæ erant, ex hujusmodi Ritus decreto restringatur, quod solum M. C. cognitionem tribuit, & conciouunt *constit. Statuimus de offic. Magistr. Justitiar.* & altera *justitiarii de offic. justitiariat. in fin.* qua cognitio feudorum, non quaternatorum tantùm Justitiariis Regni tribuebatur, quos fuisse Præsides Provinciarum non ambigitur, *Const. Præsides Provinciarum tit. 65. Paris de reintegr. feud. cap. incip. an possidens bona nu. 3. Thor. in præfat. compend. decis. par. 1.* Hocque inter M. C. privilegia recenset *Marin. Freco. de subfeud. lib. 1. de offic. Mag. Just. num. 40. & lib. 3. de differ. inter feud. quatern. & de tabul. num. 8. Dom. Reg. de Marinis lib. 1. quotid. resol. cap. 338. num. 4. lib. 1.* prorsùs Regiis Audientiis exclusis præter illam Hydruntinam, teste *Freco. de subfeud. lib. 1. vers. Episcopus Lice sis*, ex privilegio forsan impartito per Serenissimum Federicum Aragoneum qui antequam hujus Regni esset Rex, in illa Provincia tunc conjuncta cum Barensi, Prorex extitit, ut propterea præfatæ Audientiæ sacræ nuncupentur, *Bilotta* advertit *in conclus. feud. 21. nu. 12.*

3 Hinc quod scribit *Carav. sub num. 6.* & insequitur *Muscatell. in prax. S. C. lib. 1. par. 2. Glos. competentes num. 96.* necnon *lib. 2. par. 1. Glos. tenebitur num. 14.* hodie per *pragm. 3. de offic. S. C* feudorum quaternatorum ad solum S. C. decisionem spectare non amplius ad M. C. dubito si subsistat, tùm ex regula per eundem posita, atque à me ipso comprobata *rit. 46.* ut jurisdictio alicui concessa intelligatur cumulativè non privativè, ab ordinario, tùm ex verbis illius *prag.* non solum feudales delegantes causas eidem S. C. sed alias multas speciatim in ejus initio memoratas & alias postmodum generatim, ea namque sunt; *Aliorumque omnium, de quibus cognoscere superiori tempore consuevit M. C. V. nisi de minori viginti quinque unciarum agatur.* Si igitur adducta *pragm.* intelligeretur privativè à
4 M. C. non solum in feudalibus, sed in omnibus excedentibus viginti quinque uncias subsisteret, quod tamen alienum est a verò, quia cognoscit etiam de causis majoris summæ, quamvis sententias super illis prolatas exequi nequeat, pendente appellatione, sed tantùm latas infra minorem summam præstita tamen fidejussione, ut illic sancitur, *§. in aliis autem* inibique *Regens Rovit. à num. 8.* multa congerit plurimum conferentia huic conclusioni exequutionis faciendæ pro summa infrà ducatos centum quinquaginta, quamquam illam declarant, nosque attingimus alio in *ritu.*

5 Regulariter tamen Regia Camera Summariæ de feudis pertractat, Regii Fisci interesse concurrente, quamque Regalia, Jurisdictionalia, meri mixtique Imperii feudorum investituras, feudatarii fidelitatem, ipsius successoris congnitionem qui illius mortem denunciare tenetur, omnesque tandem causas ubi fiscus est Actor, sivè Reus habetque formatum interesse, & de jure communi est *text. in l. fin. Cod. si adversus fisc. Peregrin. de jur. fisc. lib. 7. tit. 1. Cassan. in Catal. glor. mun. par. 7. considerat. 15. Schard. de feud. par. 10. sess. 5. & 6.* aut de evictione tenetur, cognoscit vigore *prag. 62. num. 3. de offic. procur. Cæsar. Bilott. add. conclus. feud. 21. num. 4.* explicat *Top. de origin. omn. Trib. de R. C. S. lib. 4. cap. 4. num. 7.* & explanant *Reg. Rovit. super dicta pragm. 6. Consil. Carleval. lib. 1. de Judic. num. 703.* ut preterea fiscales

fcales Judices avocent ad fe omnes causas cum toto processu etiam quando fiscus in Jus privati succedit, quique haud obstringitur instantiæ, vel liti cæptæ per eum, vel contra Actorem suum stare, ex *l. si constante, §. fin. ff. solut. matrim.* & servari autumat *Peregr. de jur. fisc. lib. 7. cap. 1. num. 12.* Id quod restringit, lata sententia in causa appellationis in qua illam coram Judice appellation's prosequi tenetur, *Salic. in l. 1. Cod. si pendente appellat. Reg. Sanfelic. decis. 70. num. 27. Reg. Capyc. Latr. decis. 175. num. 25. lib. 2.* Quod

5 si fiscus unius, ex litigantibus in S. C. creditor existat, minimè remissionem obtinebit apud suos Judices, & tantùm poterit assistere in quo lis agitatur, fisci patronus *Peregr. add. tract. lib. 4. tit. 6. num. 47. Franch. decis. 117. circa finem, Reg. Rov.* determinat im recencens *in memor. pragmat. 62. num. 2. Consiliar. Carleval add. tom. 1. num. 705. Novar. in sua prax. sect. 2. quæst. 15. num. 3. & ad pragm. collect. 165 num. 2. & collect. 267. num. 1. Reg. Sanfelic.* noctum *adduct. dec. 70. sed in addit. ad eam*, ibidemque memor est *dec.* ipso referente, manatæ a Collaterali Consilio in causa hæredum Portiæ Caracciolo, & Regii fisci cum Astorgio Aguesio, quamque memorant *Reg. Capyc. Latr. consult. 65. num. 28. Joan Bapt. Thor. in supplem. compend. verbo Fiscus creditor Consil. Marcell. Marcian. cons. 5. lib. 1.* & iterum confirmat *Reg. Capyc. Latro decis. 175. num. 39. & dec. 186. num. 9. lib. 2.* Et me patrocinante de Mense Maii 1656. pro creditoribus Patrimonii Antonelli Mazzella, & Andreæ Pappagallo, decrevit contra Regium Fiscum, cessionarium Augustini Arroldi unius ex creditoribus, Collaterale Consilium coram Exc. Comite de Castrillo hujus Regni claum tunc sustinente, referente *Reg. D. Thom. Martinez*, cum interventu quoque Regiæ Cameræ pœnès Barilium.

Si verò dubium exoriatur in S. C. feudalis sit

7 res, aut non articulus merus decidendus remittitur ad Regiam Cameram, quo terminato S. C. ad ulteriora procedit, *Reg. Revit. in sæpius memor. pragmat. 62. num. 2. Gallup. in prax. S. C. par. 2. cap. 6. num. 75. Consil. Carleval. add loco nu. 75. Consil. de Georg. in lect. feud. cap. 49. num. 11. Reg. de Marin. lib. 1. quotid. resolut. cap. 146. num. 4. Regens Galeot. controv. 24. lib. 1.* Decisum tradens in causa Eminentiss. Cardinalis Altrobandini cum Duce Andriæ, in qua disceptatum fuit si feudum Torcini esset quaternatum simpliciter, vel secundum quid, an planum *Reg. Tap. decis. S. C. 18* & in feudo Andredochi; an in eo vivatur Jure Francorum, vel Jure Longobardorum, calamum arripuerunt legum Coriphei *Reg. Capyc. Latro consult. 3. tom. 1. & Reg. Galeot. controv. 1. tom. 2.* ut ipsemet *Reg. Capyc. Latro* testis est *decis. 186. num. 9. lib. 2.* hanc veritatem explanans *Reg. Constant. in l. 1. num. 38. C. de consulib. lib. 12. Reg. Sanfelic. decis. 70. lib. 1.* quorum doctrina tractus optimè in causa propria in S. C. referente *Dom. Consil. Antonio Capiblanco*, sub die 22. Octobris 1654. cum hæredibus Gulielmi Melucii, penès Jacobum Figliola fuitque decisum procedi in S. C. haud obstante partis objectione, remittendam forè causam ad R. C. Sic S. C. cognoscit an feudum novum, vel antiquum sit, *De Franchis decis. 7. in fin. Galot. indic. controv. 24. nu. 35.*

Causarum verò feudalium fuisse prohibitum

8 compromissum, ex *Constit. Regni Constitutionem Divæ Memoriæ*, compertum est, quarum scilicet cognitio solummodo ad Magnam Curiam, sivè ad Justitiarios spectabat, iis verbis: *Arbitria etiam ex compromisso super præmissis facta nulla esse censemus, cum de eis constitutione nostra, Magistro Justitiario, & Justitiæ, tantum cognitio sit delata.* Magistro scilicet Justitiario si agebatur de feudis quaternatis. Justitiæ verò si de feudis non quaternatis, ut ibi explicant *Gloss. verbo Justitiæ, & Afflict. in eadem constitut. num. 58.* ubi adeo dixit cognitionem hujusmodi causarum non alia ratione fuisse denegatam arbitris, quam, quia authoritate Regia eorum iurisdictio certis tantùm personis priebatur commissa. Qua ratione *Andr. de Ifern. in cap. 1. §. si inter partes de l. Corradi num. 6* voluit, ut etiam attento communi jure feudorum, non liceat compromittere de causis feudalibus quod per *cap. imperialem de prob. feud. alien.* per *Fed.* designati sint Judices, qui de ejusmodi causis debeant cognoscere, cui se subscribit, ibi *Liparulus lit. N.* Etsi magna de hac re sit quæstio inter juris feudorum peritos, ut constat ex traditis per *Schraderum de feud. par. 10. sect. 1. num. 166.* qui pro negativa quindecim DD. affert pro affirmativa verò tresdecim latiusque per *Camil. de la Ratha in suo theatro feud. par. 12. dilucid. 80.* qui innumeros DD. utramque aleam sustinentes affert, *Ursil. ad Afflict. dec. 42. num. 2. 3.*

9 Quæstio verò de vita, & militia, sit nè feudalis extricant *Troys. super hoc rit. Campan. qu. 33. de vita, & militia*, & propterea an illa compromitti queat inquirit *Ann. in consit. Constitu. num. 284. & 285. Divæ Memoriæ Petr. de Gregor. in tract. de vit. milit. q. 8.* tradens causam vitæ militiæ judicandam ad instar causarum feudalium, *Ann. cons. 75.* At compromitti posse

10 quando non negatur eam deberi sed tantum agitur de illius quantitate liquidanda, ex *Afflict. dec. 138. Tapia in pragmat. odia litium num. 18. Ricc. collect. 26. & 79. Reg. Capyc. Latro decis. 33. num. 10. lib. 1.* deducit *Consil. Rocc. respons. 51. nu. 2. tom. 2. Borrell. de compromiss. §. 2. Gloss. 1. num. 132. vers. quamquam* & indifferenter hodie causas vitæ militiæ compromitti, testatur *Campan. add. tract. quæst. 43. Novar. super pragmat. 1. de arbitr. collect. 107. nu. 18.* & hoc capitur ex cautela tradita a *Dimede Maricanda in consilit. Comitibus post Petr. de Montefort.* de qua tamen cogitandum scripsit *Gramm. in ead. Constit. Comitibus nu. 4. in fin.*

Hinc novissimè in S. C. disceptatum fuit, num causa dotis deparagio debitæ super feudis, sivè illorum prætio judicanda sit ad instar causarum feudalium, in causa Ill. Ducis Andriæ, cum Ill. D. Cecilia Acquaviva Ducissa Laurentianæ ejus sorore, Siquidem nihil prohibere quin petitio dotis de paragio quantumvis debita super feudis debeat compromitti servata forma *Reg. Pragmat. odialitium sub tit. de arbitr.* astruebat Dux ex *Andrea*.

Andrea de Barulo, qui cum docuisset in eadem *constitutione in aliquibus*, masculos eatenus fuisse prælatos, fœminis in successione communium Parentum, quatenus eas juxtà paragium nuptui collocassent, ex iis verbis. *Dum tamen sorores, aut amitas pro modo facultatum suarum, & filiorum superstitum numero, secundum paragium debeant maritare*. Credidit postmodum, ut quotiescunque frater non paruisset ejusmodi conditioni, haud vetitum esset sorori petere partem successionis, etiam quoad bona feudalia à qua eatenus posteà repellenda esset; quatenus frater promptum se diceret ad ei dandum dotem juxtà paragium, *Et secundum illam viam*, inquit, scilicet secundum justum modum agendi si non petat dotem de paragio, sed petat successionem in feudis, *causa ista ventilari, & tractari ac terminari poterit in Magna Curia si ex causa successionis petatur feudum seù pars feudi quaternati*. Quibus verbis non potuit manifestius ostendere causam dotis de paragio iis temporibus haud fuisse habitam tanquam feudalem, ac proindè nec de ea dubitari potuisse, an posse compromitti, dum eatenus ea trahi poterat ad Magnam Curiam quatenus non paragium, sed successio petita, nec tantum fuisset petita, successio sed actum quoq; fuisset de feudis quaternatis quippè quorum solum jurisdictio spectabat ad Magnam Curiam, cum de feudis non quaternatis coram Justitiariis Regni esset agendum; Cujusmodi praxim, ut scilicet causa dotis de paragio non posset tractari coram Judicibus feudalibus, obtinuisse usque ad tempora *Isernia*; qui centum post annos floruit, colligere licet ex eodem *Isernia in d. constitut. in aliquibus loco superiùs citato* ubi ipsa *Andreæ de Barulo* verba retulit pluraque circa ejusmodi opinionis veritatem disputavit; Imò, & obtinuisse usque ad tempora *Afflicti*, vel saltim nihil circa eam cognitionem fuisse immutatum, constat ex eodem *Afflicto ibid. num.* 25. & 26. etsi ob malè interpunctum Textum *Isernia*, prædicta verba *Andrea de Barulo*, fuerint ab eo attributa ipsi *Isernia*, cum inquit, & *subdit* (loquens de Isernia) *quod secundum istam viam, causa ista tractabitur, & determinabitur in Magna Curia Vicaria*.

Ex quo apparet quod quamvis prædicta sententia *Andreæ de Barulo*, quæ voluit posse sororem petere partem successionis feudorum, si frater sit contumax in præstanda dote de paragio; aut sit omnino falsa, ut censuit *Petrus de Monteforte in additionibus ad eandem constitutionem*, aut non habeat locum, nisi solum in feudis Longobardis ut voluisse visus est *Isernia memorato loco*, tamen quod eatenus causa posset spectare ad Judices causarum feudalium, quatenus tractaretur de successione feudorum, non verò quatenus ageretur de petenda dote de paragio.

1. Hinc apud *Consiliarium de Georgio in allegat.* 11. apparet quæstionem, an deberetur paragium sorori defunctæ antè ætatem nubilem itaut transmitteretur ad hæredes fuisse compromissam in arbitros in causa Marchionissæ Bracliani, contrà Marchionem Ilicetri, coram quibus pro affirmativa opinione scripsit idem de *Georgio*, qui victoriam obtinuit; cujus decisionis factæ ab arbitris mentio quoq; est *Dom. Reg. Galeota controv. to.1. contr.16.nu.44.*

Et apud *Dom.Reg.Capic.Latra consult. 25. to.1.* questio an pars prætii, quæ debetur sorori secundogenitæ, in feudo novo, debeat estimari habito respectu ad prætium verè solutum an verò ad rei valorem tempore mortis, & an saltem super ejusmodi augumento valoris deberetur paragium, apparet fuisse compromissam in Arbitros, eosque doctissimos; fuerunt enim eximii viri *Joan. Vincentius Macedonius*, postmodum Collateralis Consiliarius, ac Marchio Rugiani, *Vincentius Corcionus*, Regius indè Consiliarius & postea Regii Fisci patronus, Præsidentesque Regiæ Cameræ; *Fulvius Lanarius* Regii item Fisci patronus ac Regiæ Cameræ Præsidens, & peritissimus ille juris feudorum interpres *Andreas Marchesius* Regius postmodùm Consiliarius, ac nostri Sac.Cons. Præses, coram quibus cum res trium annorum spatio, prout ex originali processu constat, fuisset acriter disputata; fuit demùm promulgatum laudum in favorem primogenitæ, pro qua *Reg. Capyc. Latro* scripserat, ut scilicet non teneretur nisi ad partem pretii soluti, & à petitione paragii super eo, quod feudum pluris valebat, esse absolvenda, fuitque laudum confirmatum per S. C.

Et moderni Siculi quoque scripsere causam paragii non esse feudalem, ex eo quia vigore *cap. 117. Regni Sicil.* dispositum sit, quod similis causa sit summaria, *Muta sup.c.389.n.4.to.5.Franc.Saleru.consf.33. §.4.n.15.*

Eadem certè ratione, nec dubitari jure poterit, quin ejusmodi actio pro dote de paragio possit fratri primogenito absque assensu etiam si ageremus de cessione translativa, ut decisum priscis temporibus testatur *Præs. de Franch. decis.* 119. *num.*21. latèq probant *Reg.de Ponte consil.*50. *to.* 2. *num.*5. & 6. & *Consil. Minadous cons.* 2. *num.* 6. & *seq.* Jus enim quod competit sorori pro dote de paragio ut rectè inquit *Minadous loc. cit. Non est quid feudale, datur enim ad consecutionem cujusdam legitimæ, seù paragii in quantitate, pro quo paragio datur actio personalis contra fratrem, &c.*

Et quod actio pro dote de paragio non sit actio ad feudum, sed tantùm ad pecuniam, ac ideò non debeat judicari ad instar actionis ad feudum, docuit expresè *Isern. in constit. honorem nostri diadematis, vers. Sed si ipsa lib.*3. Et *in constit. in aliquibus, fol.*330. *col.*1. cum tractat questionem an pro dote de paragio posit dari feudum in dotem. *Verius inquit videtur quod non possit, cum jus petendi paragium sit personale, & actio personalis, scilicet conditio ex hac constitutione ad petendum pecuniam pro dote recipienda*. Quod procedere ait etiamsi in causam judicati, condemnatione facta, capiantur res feudales quia, inquit manebunt solum pœnès sororem loco pignoris ad hoc ut de fructibus ei satisfiat de dote de paragio Et quod pro dote de paragio non posit fieri executio super feudo sed tantum super fructibus, post *Iserniam* docuit *Petrus de Gregor. de dote de paragio q.*38. *num.* 7. & post *Reg.Rovitum in pragmat.* 24. *de feud. num.* 62. & alios scripsit novissimè *Bottilierius tract. de success. tit. de exclusio-*

cluſione , *& parag. theorem.*17. *num.* 14. *in fin.* Imò , nec poſſe fieri exequutionem ſuper feudo, niſi facta prius , diſcuſſione omnium bonorum burgenſaticorum , ex doctrina *Andreæ in d. conſtit. in aliquibus, & in conſt. ſi quis. poſt litem de pœnis contumac. & aliis in locis* , docuit optimè *Petrus de Gregorio dict. tract.de dote de parag. qu.* 12. *num.* 6. Et ideò onus paragii non poſſe dici propriè onus feudi , valdeque differre à vita militia , quæ debetur tantum ex feudo eleganter oſtendit *Praſ. Amatus conſ.*11. *num.*14. per plures ſequentes ; Vita enim militiæ, inquit ipſe, *eſt onus reſpiciens tantùm ipſum feudum.* Quod non idem eſt in dote de paragio : *Paragium enim non eſt onus intrinſecum feudi itant jus aliquod pro eo ſit cauſatum ſuper ipſo feudo, cum nullo pro eo competat realis actio , ſed tantum in perſonam.* Adeò ut *nu.*23. dicat , quod ſi paragium in genere,ſivè in abſtracto conſideretur non poſſet dici magis onus feudatarii , quam burgenſis , *cum nedum debeatur reſpectivè ad feudalia,prout , & vita militia ſed etiam ad burgenſatica.*

E contra verò , Duciſſa Laurenzani nullo modo cauſam de paragio , uti feudalem , poſſe compromitti , dicebat ex *Ann. conſ.* 75. *Reg. Rovito in d.prag.odia litium num.*38.*de arbitr.Petr.de Greg. de dote de parag. q.*37. qui *num.* 6. occurrit argumento deſumpto à contrario ſenſu , ex apoſtilla *Andr. de Barulo , & in tract. de cauſ. feudalib. q.* 3. *Intrigl. de feud. cent.*1. *q.*45. *num.* 90. *Hier. de Leon. deciſ. Valent.*77. *num.*19. *tom.* 1. *Milan. deciſ.*6. *à num.* 40. *lib.* 1. Etenim ſemper actio prædicta tangit feudum , cum experiatur conditione, ex *l.conſtit. Conſtitutionem Divæ Memoriæ*,quæ eſt rei perſecutoris , *Affl. deciſ.* 162. *Amat. conſ.* 11. *n.*42. *Maſtril. dec.*200. *num.*29.*Anton. de Amat. variar. cap.*2.*num* 49. *lib.*1. *Conſ. Theodor. alleg.* 7. *Reg. Rov. in prag.*25. *in fin. de feud.* Et proindè fit executio contra tertium poſſeſſorem ſuper fructibus feudi , ut ex illis ſatisfiat paragium,quod præfertur creditoribus fratris cum aſſenſu ſuper feudo , *Regens Capyc. Latr. conſult.*121. *num.*17.*Reg. Marcian. diſp.*77. *num.*8. *lib.*2. *Reg.Tapia dec.* 48. *Vivius deciſ.*285 *num.*8. Et quamùis fructus feudi dicantur acceſſorii, tamen habent naturam feudalem uti ſubrogati ſatisfactioni portionis feudi , à qua fœmina dicitur remota , loco cujus ſucceſſit paragium , *Andr. in dict. conſtit. Conſtitutionem, Montan. in repet. l.Imperialis , §. præterea ducatus num.*107. *Bambac. in cap. omnes filii q.*6.*num.*70. *& 71. ſi de feud. defun. & controv. fuer.* qui de communi teſtatur , dicens , vitam , & militiam, non admittere compromiſſum , quia eſt loco portionis feudi , prout eſt paragium , quod debetur etiam ratione privationis feudi . Unde lis feudalis dicitur , ſivè ſit mota in actione perſonali , ſivè reali , ſivè mixta , ſivè in rem ſcripta , vel officio Judicis, ex lege feudi,vel ratione feudi dependens, *Schrader. p.*10.*ſect.*1. *num.*68. *tom.*2.*Petr. Gregor. addit. quaſt.* 37. *& in tract. cauſar. feudal. q.* 5. *&* 7.

Unde ſub die 20. Decemb. 1660. relatore *Conſil. D. Joſepho de Roſa* (qui ex Advocato primario, Conſiliarius creatus,haùd multo poſt Regis juſſu cui optimè tanti viri indoles , doctrinæ præſtantia , virtutum copia pernotuerat, ſuique patrimonii Regii rebus , ac ſubditis populis, maximè utilem fore intelligebat Advocatus Fiſcalis delectus eſt,& poſſeſſionem cæpit die 14.Novembris 1661.) è S. C. manavit decretum , quod procedatur in S. C.petito compromiſſo non obſtante,penès Actuar. de Licto ; quod altero decreto ſub die 4. Junii 1661. confirmatum extitit,ipſomet referente,cum interventu *Reg. Conſiliarii Eraſmi de Ponte* adjuncti.

Sed nùm proferri poſſit laudum per Arbitros,
11 quamvis ſuper compromiſſo non fuerit impetratus aſſenſus, & ſat ſit , ſi ille poſtmodum impetretur ſuper laudo.

*Dom. Reg. de Marinis lib.*1. *quotid. reſolut. cap.* 67. tuetur aſſenſum poſſe validè expediri ſuper laudo , quamvis ſuper compromiſſo nullus fuiſſet antea impetratus.

Verum tanti viri opinio mihi non arridet , & communi omnium noſtratum traditioni , perpetuoque rerum judicatarum uſui adverſatur , *Affl. in conſtit. Conſtitutionem D.M. num.*52. manifeſtè docuit compromiſſum de re feudali eſſe nullum, abſque Regio aſſenſu , quia expreſsè reperitur prohibitum per eam *Conſtitutionem* . Undè cum laudum ſit ſequela compromiſſi (ut noſtri dicunt) ſi latum ſit ab iis , qui nullam habeant juriſdictionem arbitrandi , conſequens eſt , ut nullum ſit ipſo jure , ac minimè ideò poſſit per ullum ſupervenientem aſſenſum confirmari,& propterea idem *Affl. in dec.*285.*num.*16.teſtatur nos hoc jure uti, ut aſſenſus debeat impetrari ſuper compromiſſo, nec ſatis ſit illum impetrari ſuper laudo , dum inquit : *Super compromiſſo de re feudali debet intervenire Regius aſſenſus , & non ſuper laudo , & hoc jure utimur , quia laudum deſcendit ex compromiſſo , & eſt exequutio compromiſſi* . Unde cum in cauſa Principis Sulmonis , cum Univerſitate,fuiſſet impetratus Regius aſſenſus , quamvis (quod magis eſt) antequam laudum ferretur , fuiſſet facta relatio per Arbitros in Coll.Conſil. adhuc tamen fuit judicatum laudum fuiſſe nullum , ut deciſum per Cameram, facta relatione in Collateral. Conſil. teſtatur *Dom Reg. Moles deciſ.* 163. quia aſſenſus nil aliud agit , quàm removere obſtaculum , quod oritur ex prohibitione Regis , at non ideò dat ullam validitatem actui , qui alioquin fuiſſet nullus , prout nullum fuiſſet laudum , ſi à non habente poteſtatem fuiſſet prolatum , quam ſententiam optimè probat *Dom. Reg. de Ponte to.*2. *conſ.* 52. qui ita reſpondit in cauſa D. Ferdinandi Gonzaghæ , cum Reg.Fiſco.

Quod ſanè adeò verum eſſet, ut ſciliòet aſſenſus debeat impetrari ſuper compromiſſo, & non ſuper laudo , ut inoleverit praxis in Collaterali Conſilio concedendi aſſenſum cum clauſula , dummodò ante promulgationem laudi fieret prius relatio in eodem Conſilio , ut teſtatur *Dom.. Reg. Loffredus in ſua paraphraſi feudor. fol.*57.*ver. compromiſſum,* his verbis : *Hodiè in Regia Cancellaria ſignamus ſupplicationem aſſenſus cum reſervatione , quod laudum proferatur facta prius relatione Majeſtati Regiæ , vel , ea abſente , Ill. D. Locumtenenti* . In eandemque ſententiam *Camerarius in repet. l.Imperialem , fol.*51. *lit.Q.* cum inquit : *Nè ſuper ſententia cenſeatur præſtitus aſſenſus , quando præſtatur in compromiſſo , Regentès in aſſenſu dicere ſolent*

lent, ità tamen, ut antè prolationem sententiæ Arbitri referant, quid indè determinare volunt. Prout etiam testati sunt *Quintil. Mandos. ad Lapum alleg.*102. *verb. Vassallus in fin. Jo. Vincent. de Anna in constit. Constitutionem Div. Mem. num.* 180. *& Laratha par.*8. *dilucid.*57. *num.*5. *&* 6. ubi refert *Bammacarium in cap. si vassallus si de feud. def. controv. fuer. num.* 16. qui inquit, ità se pluries vidisse servari, & hanc opinionem insectantur *Ursill. ad Affl. dec.* 143. *&* 138. *Roman. cons.* 369. quos, reprobato *Bal. in l. fin. Cod. commun. de leg.* insequitur *Avus meus ad Capyc. dec.*93. *num.* 1. *Cornaz. dec.*66. *Milan. dec. Sicil.* 1. *Schrader. de feud. tom.*2. *par.* 10. *sect.* 1. *Monac. ad Minad. dec.* 3. *num.* 3. *Thor par.* 1. *compend. verb. compromissum, Roland. à Vall. consil.* 22. *num.* 1. *vol.* 4. *Reg. Lanar. cons.*33. *n.*5. *&* 6. *Borrell. in summ. decis. tit.* 163. *num.*109. *Consil. Staib. resolut. for. lib.*1. *cap.* 57. *num.*39.

Nec rationibus in contrarium adductis difficilè nimis esset respondere; Nam quod dicitur certum esse, communi feudorum Jure attento, assensum super compromisso facto de re feudali nullatenus esse necessarium, ac *Iserniam*, qui contrarium scripserat, communiter fuisse reprobatum, id non videmus, quo pacto possit substineri, cum pro *Andrea* frequentior stet Feudistarum omnium cōsensus, ut colligere licet ex dinumeratione Doctorum, qui pro utraque sententia allegantur per *Schraderum d. par.*10. *sect.*1. *n.*166. & per *Laratham d. par.*12. *dilucid.*80.

Quod additur, in Regno nostro, non fuisse prohibitum compromissum, sed tantùm Arbitria ex compromisso; quasi ob id assensus non debeat requiri super compromisso, sed super laudo, Id falsum dignoscitur, si advertatur ad causam illius prohibitionis, quòd scilicet hujusmodi causarum cognitio Magistro Justitiario, & Justitiæ tantùm ex Regiis Constitutionibus esset delata; quo fit ut non minus compromissum, quàm laudum censeatur prohibitum, cum non possint partes sub quibusvis clausulis firmare jurisdictionem ubi Jus denegat, ut in propriis terminis, inquit *Afflict. in d. l. constit. Constitut. Div. Mem. num.* 56. *versic. Quinto quaro.* Quinè verbum illud *Arbitria, in constit.* adiectum, debet intelligi de ipso compromisso, non de laudo, cum regulariter illud denotet compromissum, ut probat *rubr. de recept. arbitr. & qui arbitr. recip. & sentent. dica. cum tex. in l.* 3. §. 1. *ff. eod. tit. & aliis concordantib.* ubi arbitrium, tam respectu Judicum, quàm partium dicitur compromissum, *Alciat. lib.* 1. *par. cap.*45. *Coras. lib. miscellan.*2. *cap.*11.

Et demùm quod subjungitur, rationem prohibitionis non vigere in compromisso, sed in laudo, quòd res transferatur per laudum, non per compromissum, id parùm obstabit, nedum ex ea regula, quòd prohibito aliquo, censeatur prohibitum omne id, per quod pervenitur ad illud, sed etiam quia ratio prohibitionis non pendet ex rei translatione, ut modò diximus, sed ex concessione Jurisdictionis facta certis Judicibus, quam noluit lex ex partium consensu aliis posse demandari. Ex quo apparet prohibitionem compromissi in Regno nostro respectu feudalium, esse magis arctam, quàm prohibitionem alienationis: Alienatio enim non aliter est prohibita, quàm nisi de speciali Regis licentia confirmetur, quam ideò communis est Feudistarum traditio, non posse à Principe denegari absque justa causa. Arbitria verò ex compromisso super feudalibus facta, absque ulla reservatione nulla esse censentur, nec credimus regulariter teneri Regem assentiri super cōpromisso de re feudali, quando ejusmodi jurisdictionem soli M.C. vel S.C. concessit, eamque cunctis aliis Regni Magistratibus ademit.

Ut hinc constet nil in causa esse, cur magis nos movere debeat illorum Advocatorum authoritas, qui in prædicta causa Principis Sulmonis responderunt pro validitate laudi, quàm authoritas longè major totius Regiæ Cameræ, quæ facta relatione in Collater. Consil. laudum illud nullum esse declaravit. Præcipuè cum doctissimus ille cùm Romani, tùm feudorum J.C. *Jo: Franc. de Ponte,* quem tanquam unum ex prædictis Advocatis nominat idem *Regens de Marinis in cit. loco*, post Reg. Cam. decisionem sententiam mutaverit, ut constat ex *d. consil.*52. *to.*2. Imò in causa illa contra Principem pro Universitate doctissimi quoque viri calamum arripuere, nempè Sylvester Anselmus P. Paulus Theodorus, Octavius Niger, & Bartholomæus Baldinus, quorum manuscripta servo.

12 Feudum quaternatum de quo Ritus, de jure communi haud cognitum, teste *Capyc. in investit. feudal. verb. quaternatum*, quem insequitur *Capyc. Latr. consult.* 74. *num.* 1. *lib.* 1. & advertit *Reg. Rovit. in rubr. pragm. de feud. num.* 51. & post eum *Reg. de Marinis lib.*1. *quotid. resolut. cap.* 233. *num.*28. est illud, cujus concessio spectat ad Regem, *Isern. in cap. Imperialem, vers. quaternatum de prohibita feud. alien. per Feder. & cap.* 1. *vers. Sed nonnè quo temp. miles*, sequiturquè *Jacobut. de Franch. in prælud. feud. num.*174. *Afflict. dec.*282. *num.* 1. ibidemque *Ursill. num. etiam.* 1. *Maur. sen. allegat.*21. *Maraut. in singul. verbo Feudum quaternatum, Fusc. sing.*4. *lit. F.* Nam eo ipso, quod Rex concessit in feudum, dicatur quaternatum, multorum est sententia quos idem memorat *Affl. num.*3. & iterum addit *num.*4. si alterum
13 de duobus concurrat; Primum nempè, quod expressè, sivè per æquipollens concesserit in feudum quaternatum, & sequitur *Franc. de Amicis in tit. de iis, qui feud. dar. poss.* §. *secundum autem num.* 2. *&* §. *tertia differentia pag.* 56. *ac Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit.* 7. *num.* 5. necnon alii plures citandi *tit.*52. *num.*2. Alterum verò, ut sit ca-
14 strum, ea suffultus ratione, quod in Regno omne castrum censetur feudum quaternatum, idque deducitur ex *Glos. ordinaria in Constit. Regni Justitiariis nomen, & normam, vers. præter*, ibidemque *Isern. ad verb. de feu.* aliiq; additionantes, *Frec. indic. author.*29. *num.*3. *Vivius dec.*401. *num.* 11. atque *Reg. Galeot. lib.*1. *controv.*7. *num.*2. nisi tamen esset castrum ab Ecclesia possessum, quia non in feudum sed in allodium datum censetur, teste *Isern. super addnct. constit. & Affl. num.*29. *Capyc. in investit. feud. vers. feudales appellationes in ultimis verbis*, iterumque *in verb. Feudorum clausula, vers. & castra omnia in Regno*, ac tertiò *in repet. l. Imperialem, vers. quarta conclusio est, quod is, qui tenet à Barone, Frecc. ead. auth.*

auth.29. ſub num.5. & lib.3. verſ. inter quaternata feuda ſub num.34. addentes ad Iſern. in cap. 1. verſ. item ſi ſit de controverſ. int.maſcul.& famin. de Ponte conſ.30. arbitror nu.6. vol. 1. Jo. Andreas Georgius vir apprimè eruditus, alleg.10. à num.6. Jutrigl. centur.1. de feud. cap.43.num.62. Ac ſpeciatim in caſtro cum juriſdictione, ſcribit citatus Freccia in dict. lib.3. verſ. inter quaternata feuda ſub num. 34. ubi rem pro comperto habet, ex Iſernia, & peritis Regni, cujus Freccia auctoritatem citat, & ſequitur Peregr. conſ. 1. propè num. 23. vol.1. atque ita fuiſſe judicatum, & paſſim obſervari, dicit idem de Ponte in dec. 2. num. 19. Thor. par.1. compend. dec. verb. feudum quaternatum, & declarat Reg.Galeot. add. controv.7. num. 3. & nonnulla adnotat Laganar. ad Rovit. ſup. prag.3. lit.A. de ordin. Judic. Dicitur autem ſimpliciter quaternatum, quia deſcriptum in quinter-
35 nionibus Regiæ Curiæ, teſte Andr.Iſernien. multis in locis, inſequiturque Jacobut. num. 176. dictorum prælud. Ann. conſ. 44. num. 53. & Frecc. memor. author.29. Conſil. Paul. Staiban. centur. 2. reſol. forenſ.175.num.13. necnon Reg. Capyc.Latro conſult.74.num.4. lib.1. ibique nonnulla de quinternionibus quoque ſubnectens, Jo:Andr.de Georg. add.alleg.10.num.4. Camill. de Medic. conſ.49.nu. 4. Reg. Galeot. controv. jur.memor.controv.7. num. 2.& controv.24. Reg. de Marin. in obſervat.ad Reverter. dec.69. num.1. lib.1. & indic. cap.233. nu. 18. Novar. de gravamin. vaſſall. lib.3. gravam.83.

At ſecundum quid, & impropriè illud denomina-
36 tur, quod à Barone in capite, & immediatè tenetur, licet mediatè à Rege, Camer. in cap. Imperialem, fol.69. Afſl. deciſ.282. Reg. Conſtant. in l. 1. C.de vendit. rer. fiſcal. lib.10. poſt num.34. Reg. de Marin. lib.1. quotid. reſolut. cap. 126. num.83. Quin? in Regno ſemper dici quaternatum, quamvis in quinternionibus Regiæ Cameræ deſcriptum non reperiatur, dummodò conſtet non teneri à Barone, & proindè in eo ſuccedi ſecundum Conſtit. Regni ut de ſucceſſionibus, quæ bonorum feudalium ſucceſſionem ad tertium gradum reſtrinxit, deciſum tradit Reg. Revert. deciſ. 399. & ibidem obſervat Reg. de Marin. num. 1. & dixerat obſerv. 60. num. 1. quamvis contrarium ſcripſerit Jacob. Anton. de Manr. in ſuis allegat. 20. & 21. Nàm in aliis feudis non quaternatis, & ſic in eſcadentialibus ſucceditur uſque ad ſeptimum gradū, ſivè geniculum, Staib. ſen. conſ.62. num. 4. & 5. & junior centur.2. reſol. forenſ. 104. num. 50. Et quando Regis aſſenſus, qui in alienatione intervenit, dicatur feudum quaternare ad interpretationem Iſerniæ in Conſtit. Regn. ſi quis Baro, & in capit. 1. §. ſimiliter de Capit. qui cur. vendid. lato calamo inquirit Capyc. Latr. addit. conſult.74.

Barones autem nequire in feudum dare, quæ
37 ſunt de demanio, colligit Iſern. in cap.1. de controv. feud. ſub num. 10. ſed tantum quibus excadentias, quandò ſcilicet quæ in baronia ſua excidunt, & vacant l. fin. C. de bonis vacant. lib.10. l. omnes Cod. de delat. eod. lib. Franc. de Amic. in cap. 1. de his qui feud. dar. poſſ. & in hoc diſcurſu ſubnectens, excadentiarum nomine complecti, feuda plana ruſticana, athenaſia, cenſualia, & his ſimilia, quæ in feudum dari poſſe à Barone inſinuat, Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. par.1. qu.2. Ann. in cap. 1. num. 247. de vaſſall. decrep. ætatis Reg. de Curte in ſuo diverſ. par. 1. num.27. pag. 12. quod nec mirum, cum ea legibus feudorum haud regantur, Gloſ. in conſtit. de ſucceſſionibus, ibidemque Andr. qui idem aſſeverat in cap. 1. num.14. de natur. ſucc. feud. Luc. de Penn. in l. unic. C.de impon.lucr. deſcript. Frecc. de ſubfeud. lib.3. de diff. int. feud.quatern.& alia quæ de tab.nu.3. & 4.

18 Feuda verò nobilitatem conferre, & paradogium, vulgatum eſt apud noſtrates, Andr. in cap. 1. §. perſona per quos fiat inveſt. Capyc. in inveſt. feudal. verb. Feudum nobile, Tiraq. de nobil. cap.7. Luc. de Penn. in l. mulieres C.de dignit. lib.12. Marant. in ſuis ſingul. verb. Feudum quaternatum, Hieronym de Roſis in alleg. impr. poſt dec. Viv.225.n.133. Reg. de Mariniis ad cit.dec. Revert. 69.nu.4.

Id autem, an in feudo empto obtineat, non
19 inſulsè queri poteſt; feuda etenim emi poſſe, & empta eſſe propria feuda alterata tantùm in hoc feudi natura, non dubitatur, Andr. in cap. 1. de inveſt. in marit., facta in cap. 1. circa fin. de frater. de nov. benefic. inveſt. Camill. de Curte add. par.1. diverſ. feud. verſ. tenet ergo inveſtit n. 42. cum ſeq. licet pluribus placuerit feudum pecunia quæſitum, etſi adſit verbum concedimus dici allodium, Camill. de Curte loco adduct. verſ. licet autem diffinitio propoſita in princip. Videamus ergò, nùm, & in eo quoque alteretur natura, quoad nobilitatem, & paradogium pertinet, & videtur affirmandum, & per conſequens negandum, feudum emptum nobilitatem emptori afferre poſſe; quandoquidem nobilitas pecuniis comparari minimè poteſt, ut, & in hac ipſa facti ſpecie eſt obſervatum à Tiraq. qui proindè intra dentes ſentit feudum pecunia emptum minimè emptorem nobilitare, addi cap. inſequiturque Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 4. cap. 2. num. 3. Garsia de nobilit. Gloſ.18. nu.28. Paſchal de patr. poteſt. par. 4. cap. 2. num. 40. Huc fortè ſpectat Parid. effatum de reintegr. feud. verſ. fuit alias pag.31. ater. feudum novum non nobilitare. Hæ autem ſubtilitates, etſi ſatis coloratæ compareant omninò tamen nobilitatem à feudis, etſi emptis, auferre non valent, ſiquidem, aut opponimus feuda empta à Rege, vel alio Principe, qui jus conferendæ nobilitatis habeat, & eo ipſo nobilitas conceſſa videatur, Angel. in l. quidam conſulebant, ff. de re judic. Tiraq. ibidem, aut verè feuda empta dicimus ab aliis feudatariis, puta vendentibus, & eo caſu licet non videamus, quomodo emens nobiletur, cum vendenti id jus non ſit, aſſenſus tamen Regis, ſeù Principis, qui intervenit ſupplet ex vi confirmationis, nobilitatis defectum, ex his apparet periculoſum eſſe qui titulum emerint, Surg. de Neap. illuſtrat. cap. 13. ſecundùm quod numerus titulatorium hujus Regni reduceretur ad nihilum, quomodocunque ſit negari non poteſt hujuſcemodi nobilitatem, & paradogium non habentem veram naturam nobilitatis & paradogii Andr. in cap.1. §. ſi verò de nat. feud. vel ex eo nam ex aditu paſſim omnibus,

etiam vilissimis ad prædicta concesso, Princeps videretur inferre injuriam non concedendo, quod omnibus concedere solet *l.1. §.promittitur, ff. de aqua pluvia, & estin.* Tandem non potest quis per pecuniam lucrari nobilitatem, sed benè emere, & sic nobilis dicetur titulo oneroso non lucrativo, ut præterea rusticos ex illius emptione nobilitatem assequi, adversus *Lucam*, amplectitur *Andr.* quem laudat *Franch. de Petr. festivar.*
20 *lect. lib. 1. cap. 7. num. 11.* modo illi sordidos exuant mores tametsi modicum illud sit, plus enim, & minus specie minimè differunt, cujus ultimo assumpto *auth. Isern. & Luc.* fretus contradicit *Auus meus ad Capyc. dec. 32.* quin pro feudo exiguo, nec juramentum fidelitatis deberi, ex *Ardix. in summ. und. dicat feud.* subnectit aliaque modicitatem concernentia cumulat, necnon ad *Gramm. dec. 34. num. 2.* Sed an feudatarius, qui nobilis fuit effectus ex feudo acquisito, deindè illo vendito; vel aliter dimisso nobilitatem amittat. Negativè tradunt *Reg. Rovit. tit. de mercat. official. probibit. prag. 1. num. 9. Giurba de success. feud. prælud. 3. num. 9. vers. contrarium* & affirmativè *Tiraq. add. tract. de nobilit. cap. 7. nu. 18 Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 3. num. 28.* quos refert *Franc. Mar. Prat. ad Paschal. loco cit. nu. 40.*

RITUS LI.

ITem, quod Curiæ ipsæ, & quælibet ipsarum, cognoscant de excessibus officialium, si deliquerint in officiis eorum, ea exercendo, & non aliter.

SUMMA RERUM.

1 *Eadem in hoc ritu relata verba habentur rit. 49. & 61.*
2 *Quorum dispositio ea est ratio, quia injuria facta officiali fit domino.*
3 *Clausula non aliter, quid operetur.*
4 *Quid verò cum addita sunt alia verba, alias, & alio modo potissimum in legato.*
Casus, in quibus ob alienationem invito domino, emphyteota minimè jure suo privetur, remissivè.

EAdem in hoc Ritu relata verba habentur in *rit.* 49. necnon *rit. 61.* ut propterea dispositio ista
1 nedum appareat duplicata, sed triplicata, & de his Ritibus memor extitit *Pras. de Franc. decis.* 407. subnectens solam M.C. cognoscere de excessibus officialium, tametsi in nullo ex tribus prædictis hoc verbum, sola, adsit, ut observat *Reg. Tap. lib. 2. jur. Regni de offic. Magistr. Justitiar. in constit. magister justitiarius num. 7.* & latè inquirit *Danz. tom. 1. de pugn. DD. de praemin. Reg. Aud. cap. 1.* potissimum *num. 15.* cujus dis-
2 positionis ea est ratio, quia injuria facta officiali fit domino, cujus personam repræsentat, & sic Regi, *Andr. in constit. beneficium*, & proindè de injuria facta Regni non convenit, quod alius cognoscat, præterquam M. C. quin, & Baronum officiales Regii etiam dicuntur, ut probat *Caravit. in memor. rit. 49. num. 7.* & in terminis perpendit *Reg. Rovit. in rubr. pragmat. de official. num. 8.* & an activè, & passive *Carleval. lib. 1. de judic. tit. 1. disput. 2. qu. 7. sect. 1. nu. 796. Pras. Merlin. lib. 2. controv. foren. cap. 71. num. 31.* quodque nos longa serie scripsimus *ritu* 49. quare nè dicamur eandem canere cantilenam, tacitè super ea re transimus, lectoremque relegamus ad ibidem notata. Nosq; ad clau-
3 sulam *non aliter* ultimo positam advolamus, quamq; multum operari omnium est consensus, tantæque virtutis esse monemus, quantæ, & altera, aliis additis verbis concepta, illis nempè, *alias, & alio modo*, teste *Cavalc. decis. 8. num. 22.*
4 *par. 2.* exemplum recensens in alienatione facta reservato consensu domini nec aliter, nec alio modo, quando nec directus dominus possit declarare caducitatem venditori, veriorem que, magisque communem opinionem esse probat, explosa contradicente *Grammat.* sententia *in decis. 49.* quam amplecti videntur *Pras. de Franch. decis. 267. Episcop. Isern. Genuens. in prax. Archiep. cap. 44.* insequitur *Minad. decis. 24. Costa de retrotract. cas. 1. cap. 8. num. 23. Molin. disp. 459. nu. 9. Galganet. de condit. & demonst. p. 1. q. 52. nu. 3. Intrigliol. cons. 21. num. 35. Thesaur* latè *lib. 1. quæst. forens. qu. 53. Trentaciaq. var. res. lib. 3. tit. de jur. emphyt. resol. 8. num. 3. Anton. Gamm. decis. Lusit. 147. num. 4.* ibidemque *Diaz. de Mena Reg. de Marin.* determinationes Rotæ subnectens *lib. 2. quotid. resolut. cap. 73.* quæque verba conditionem important formãque inducunt *Cons. Georg. alleg. 31. num. 3. Montan. de regal. offic. num. 65. pag. 238. Consil. Marcian. cons. 25. num. 8.* cæterique quos laudat *Barbosa de claus. usufrequen. claus. 81. num. 18. Gratian. lib. 3. discept. forens. cap. 587. num. 10.* quique *eod. lib. 3. cap. 515. num. 1. & 18.* ex tali clausula resolutionem contractus oriri absque moræ purgatione, subjungit *Borrel. p. 3. summ. decis. tit. 13. de fidejuss. caut. num. 154.* necnon potentiam negant, consensumque, removent itaùt si aliter contra tenorem gestum fuerit nullitate careat *Reg. Capyc. Galeota lib. 1. controver. illustr. 11. num. 31. Gratian. lib. 3. discept. forens. cap. 532. num. 21.* Scribit idem *Cavalc. add. decis. 8.* id ipsum subsistere, si dictũ dumtaxat fuisset accedente consensu domini, & non aliter fretus præsertim *cons. Caphal. 118. num. 9. & 10. Rimin. jun. cons. 285. num. 5.* opitulatur ejusdem *Cavalc.* conclusio, quæ (nostra sententia) vim rationis substinebit ad probandam statutam paritatem ei enim, quia protestatio salvo jure domini, & non aliter operatur reservationem prioris juris directi *in dec. 41. num. 15. par. 5. authorit. Baverii sing. verb. protestatio nu. 3. &* aliorum complurium. Ut propterea dicendum existimemus clausulam non alias, aliter, aut alio modo non esse majoris virturis, quam simplicem relatam, non aliter, aut cum adjunctis memoratis illis verbis, aut alio modo atque ideò aut simplicibus aut geminatis verbis ut supra cõcepta sit, adeò præcisa erit, ut non recipiat aliquam interpretationem, nec aliam modificatio-

nem

nem à verbis separatam, ex *Bal. in l. si quidam num. 3. C. de except. & cap. 1. §. denique propè finem, qua sit prima cauf. ben. amitt.* admisi quæ Rota *in Bononien. de Bocciis 20. Febr.* 1598. *coram Cardinali Mellino*, atque altera *in Romana domus 9. Decembris* 1588. *coram Seraphino* quorum authoritates insequutus *Martha*, & quidem perutili sermone id ipsum scripsit *in tract. clauf.* 76. & in terminis feudalibus *par.* 2. *clauf.* 37. & iterum *voto* 196. *& in rub. ff. solut, matrim. q.* 2. *num.* 23. aliqua adjungit. Casus verò nonnullos in quibus ob alienationem invito domino emphytheothæ jure suo minimè priventur, extricant *Avus meus ad Gramm. memor. decif.* 49. *nu.* 8. *de Marin. add. cap.* 37. necnon alia conferentia addunt *Novar. decif.* 177. *Episcopus Maranta lib.* 4. *resp*onf. 85. & præfata clausula, non aliter, nec alio modo, quid in legato operetur, indicat *Giptius ad decif. lib.* 1. *Reg. Capyc. Latr.* 99. *num.* 11.

RITUS LII.

Nullitates, & appellationes inferiorum Judicum ad ipsam M. C. devoluantur immediatè, idest omissis mediis.

ITem quod Curiæ ipsæ, & quælibet ipsarum cognoscant, & cognoscere possint de appellationibus, & nullitatibus omnium processuum inferiorum Judicum immediatè, & etiam si inferiorum res ipsi Judices fuerint officiales prælatorum in terris Ecclesiarum; dum tamen terræ ipsæ teneantur in feudum à Curia, vel alio domino temporali.

SUMMA RERUM.

1 *An sit vera sententia, quod tempore Reginæ Joannæ distincta fuerint Magna, & Curia Vicaria.*

2 *Jurisdictionis gradus sunt distincti, & quilibet infrà suos limites jurisdictionem sibi demandatam exercere compellitur.*

3 *Septima præeminentia M. C. V. tributa cognoscendi immediatè de appellationibus à Curiis inferioribus restringitur in causis Baronum, qui privilegium cognitionis secundarum causarum retinent.*

4 *Barones possunt edicere pœnalia banna, ni vassalli Regia adeant Tribunalia, omissa eorum Curia.*
Sed an valeant pœnas exigere.

5 *Vassalli nullo modo quibunt, invito Barone, ad Regias Curias confugere.*

6 *Barones non valent ad eorum libitum in præjudicium subditi, causas à suo officiali avocare, alteri delegando.*
Nec in præjudicium ipsius dumtaxàt officialis.

7 *Textus dispositio in l. Judicium solvitur, ff. de Judic. restringitur in superiore demandante, dato Judici totaliter vices suas. Vendicat ille locum in Judice delegato, non in ordinario.*
Procedit in Judice jurisdictionem habente ad nutum revocabilem.

8 *Marchiones, Duces, cæterique jura Imperii habentes, & hujus Regni Proreges, an possint ad nutum sine causa cognitione, Judices, non completo officio destituere, & quid in foro poli.*

9 *Cognoscit M. C. V. hujus Ritus vigore de sententiis Judicum inferiorum, tametsi illi officiales fuerint Prælatorum.*
Officiales Episcopi Baronis, tenentur stare syndicatui, ut alii.
Appellationis materia ab illis, remissivè tangitur.

10 *Feudalis sit res non sufficit, nisi probetur, datam fuisse in feudum.*

11 *In dubio res, quæ possidetur ab Ecclesia, præsumitur libera, & allodialis, & non in feudum.*

12 *Cavendum à Cavensi, qui vel terra tenetur in feudum, vel in allodium, vel simus in dubio, semper ab officialibus, & Curiis prælatorum Baronum, appellatur ad Curias Regias.*

1 QUamvis sit vera nostra sententia in *ritu* 1. quod tempore Reginæ Joannæ distinctæ fuerint Magnæ, & Curiæ Vicariæ, eas tamen illius mandato unitas fuisse, apertè probant nostri *Ritus* verba; *Item quod Curia ipsa*, & *rit.* 49. ut insuper dicamus, etiam tempore compositionis horum rituum separatas perdurasse, neque tunc ipsius Reginæ Joannæ, & Compilatorum rituum intentionem fuisse uniendi; eum illis, & cuivis ipsarum tunc jurisdictionem concedant, ut proptereà credamus, expleta compilatione prædicta decrevisse unire illas, & effecisse in postremo Ritu, atque ideò in illorum emanatione apposuisse titulum, qui in eis legitur: *Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ*, quare potuissent compilatores, nisi labori, & expensis in illis rescribendis parere voluissent, ex his ritibus delere verba illa, *& quælibet ipsarum*, tantùmque dicere: *Item quod Curia ipsa*, quemadmodum, & in *rit.* 61. hoc idem statuente asseritur, ut meritò illos negligentiæ, nota censuerimus dignos *in rit.* 64. *&* 192.

2 Cum autem jurisdictionum gradus sint distincti, & quilibet infra suos limites demandatam sibi jurisdictionem exercere compellatur, ut ordinis confusio cesset *cap. de personis* 11. *q.* 1.

3 septimam præeminentiam M. C. tributam cognoscendi immediatè de appellationibus à Curiis ininferioribus, tùm ex hoc *Ritu*, tùm ex *Const. Regni cum nova* & altera *appellationum tempora*, cuius *Rit.* præceteris memor extat *Sigismund. Scacc. de appellat. qu.* 7. *nu.* 99. *limitat.* 9. *Carav.* recensens cujus nomine suppresso firmat *Borrell. in summa decif. tom.* 1. *tit.* 33. *de appellat. num.* 55. teste *Francis. Maria Prat. ad Muscat. par.* 2. *Glos. debet ad num.* 20. necnon *Marant. par.* 6. *act.* 2. *tit. de appellat. num.* 344. hujus *ritus* & alterius 62. non recordatur, quod admirationem tribuit *Muscatel. in prax. par.* 1. *lib.* 2. *Glos. tenebitur num.* 4. quique insignis Athleta omnes limitationes traditas per *Carav.* dispungit, nonnullaque memorabilia tradit *Capiblanc. in prag.* 8. *à num.* 95. *de Baron.* Jure restringit, præceteris idem *Carav.* in causis Curiarum Baronum, qui privilegium cognitionis secundarum causarum retinent, & in hujusce ritus terminis perpendit *Gallupp. in prax. S. C. par.* 3. *cap.* 4. *num.* 16. *Caravit.* memor, ut pro-

propterea valeant ipsi ædicere pœnalia banna, ne
4 ipsorum declinent jurisdictionem, & Regia adeant Tribunalia, omisso eorum Judice primarum, secundarum causarum *Marin. Frecc. de sulfeu. In author. baron. 9. & 10. Capyc. decis. 9. num. 14. Capiblanc. de baron. prag. 3. num. 127.* & post *Parid.* insequitur *Foller. in pract. censuali ver. & submissione cujuscunque fori num. 4. & in pract. crimin. ver. audiantur excusatores num. 162. Ursill. ad dec. 154. Afflict. num. 4. Boer. dec. 114. Ann. singul. 62. Giurba decis. 96. nu. 22. Cancer. var. resol. cap. 10. tit. de content. jurisd. nu. 31. Reg. Tap. 1. tom. jur. Reg. lib. 2. tit. de off. Magistr. Justitiarii num. 33. ver. recursum habuerunt Mandos. in tract. de inhibition. q. 123. Franc. Maria Pract. observ. 3. per tot.* qui quo in casu esse accipiendum *Annæ* dictum, *add. singul. 62.* insinuat *Consil. Hodiern. ad Surd. decis. 147. Novar. de gravam. vassall. tom. 3. gravam. 21.* pœnas tamen in casu contraventionis applicantur Baroni, *Barbat. de divis. fruct. par. 1. cap. 2. à num. 71. ex Capibl. in memor. prag. 3. num. 129. Prat. add. observ. 3. num. 18.* illas tamen exigere, nequire Barones, advertit *Tartagl. in pract. cap. 2.* quem insequitur *Grimald.* additionator, & servari testatur *Annus meus ad Gramm. decis. 30. num. 2. Thor. par. 1. compend. verbo vassallus baronis* quasque quoque evitabunt si pœnituerint ante litis contestationem, *glos. in cap. si diligenti verb. perdant* ubi *Innoc. & Joan. Andr. de for. compet.* & explanat *de Ang. ad foller. in fragm. num. 161.* alios adducens, & sicuti nullo modo qui-
5 bunt invito Barone ad illa confugere, *Franc. dec. 417. num. 2. & 541. num. 3. Reg. Sanfelic. decis. 20. num. 4. lib. 1 Horat. Montan. de regal. pag. 144. num. 27.* ità nec ipsi Baroni ad sui libitum in præjudicium subditi licebit causas à suo officiali a-
6 vocare, alteri delegando, *de Franch. decis. 511. Arend. de exequend. mandat. Reg. cap. 5. num. 12. Schrader. consil. 16. inter consil. Borcholt. par. 2. col. antepend. ver. antepen. Annus meus ad Gram. decis. 30. num. 56. Reg. Rovit.* distinctione utens *in prag. 5. num. 22. de suspic. official. Reg. Sanfelic, dec. 29. sub num. 5. lib. 1. & decis. 244. num. 3. lib. 2.* quem laudat *Halis. Danza ad Gramm. decis. 104. num. 11.* quodque protendunt citati authores nec licere in prejudicium officialis dumtaxat ipsius, haud refragante *tex. regula in l. judicium solvit ff. de judic. & cap. ut nostrum de appellat.* judicium solvitur vetante eo qui judicare jusserat quicquid illi inherentes *Alber. ibidem num. 2. Bal. in 1. lect. Covarr. pract. qq. cap. 9. num. 4.* & post alios *Gars. Mastrill. de magist. lib. 4. cap. 17. num. 15.* in contrarium astruant, restringitur
7 siquidem *textus præfata l. Judicium* in superiore demandante dato Judicii totaliter vices suas, ut cantat in Regno communis forma literarum commissionalium, quas Barones faciunt, advertit *Angel. ibidem sub nu. 1.* & non dissentit *Castrens. sub num. 3.* & concinunt per *Felin.* exarata *in cap. si quis contra num. 5. de foro competent.* in delegato, qui si recusatus alteri commiserit causam in totum, ad eum appellari minime poterit, licet alias secus esset, non commissa cum dicta clausula in totum. Insuper vendicat ille locum in Judice delegato, non in ordinario, qualis est Capitaneus, & quilibet in dubio præsumitur ab *Afflict. in Const. autoritate num. 3. Castr. in l. nemo C. de jurisd. omnium Judic.* aliique quos laudat *Capiblanc. add. prag. 3. num. 128.* quin procedit in Judice jurisdictionem habente ad nutum revocabilem, advertit *Frezza add. author. 9.* jam diu versatus in decidendis gravaminibus vassallorum contra Barones teste *Rovite sup. pragm. 5. num. 19. de suspic. official.* Electus autem in Regno officialis, durante anni curriculo amoveri haud poterit, *Franch. decis. 216. & 409. Annus meus ad Capyc. decis. 121. 3. notab.* & latè diximus *rit. 2.* & proindè nec pro partè, ut eveniret, si ex universitate causarum, quas ex vi generalis commissionis ad illud spectant, subtraheret Baro aliquas, vel non adhuc cœptas delegando, vel cœptas avocando, *arg. l. quæ de tota ff. de rei vendic.* cum jurisdictio illa individua indiminutè sit conservanda usque ad officii finem, arguit *Capibl. de Baron. prag. 3. num. 138. & prag. 6. num. 4.* quique distinctionem doctè subnectit, juxta quam sensum recipiunt tradita per *Consil. Marcian. cons. 43. sub num. 5. tom. 1. DD.* verò
8 ad diversam aleam sustinentes fateri certum est de Marchionibus, Ducibus, cœterisque jura Imperii habentibus, ac legis condendæ authoritatem, prout generaliter de non habentibus superiorem, saltem de facto loquitur *Felin. in cap. quæ in Ecclesiarum sua num. 32. de constit.* in Duce Mediolani, tradit *Castrens. cons. 34. sup. 1. dub. num. 3. in fin.* Ducis Mantuæ memores extant *Alex. cons. 15. lib. 4. num. 5. Dec. in cap pastoralis sub num. 2. & 3.* Ducis Mediolani meminit, cæteris omissis, *Rolan. à Valle cons. 29. num. 26. lib. 1. post Brun. cons. 45.* id quod protendimus ad Proregem Regis Vicarium, *Mastrill. de magist. lib. 5. cap. 6. num. 1. Borrell. de præstant. Reg. Cathol. in præfat. num. 6.* qui ad nutum sine causæ cognitione suos Judices privare, eosque non completo officio destituere quibit, *Gramm. decis. 46. Franch. dec. 45. num. 2. Jo. Redin. de Majest. Princip. ver. sed etiam per legitimos tramites à num. 177. tom. 16. tract. pag. 166.* aliiq; laudati à *Reg. Cap. Latro tom. 1. consult. 47. à nu. 20.* quodque tamen in foro poli absque causa non admittunt, post alios *Mastrill. lib. 1. cap. 27. num. 16.* nec non *P. Fragos. Jesuita Lusitanus de regim. Reipub. Christ. part. 1. lib. 3. disp. 5. num. 42.* quæ nullo pacto ad Barones, cœterosque inferiores adaptari possunt.

9 Cognoscit quoque M. C. hujus ritus vigore de sententiis judicum inferiorum, tametsi illi Officiales fuerunt Prælatorum, ad quod vide *textum,* & ejus decisionem in *cap. Romana, §. debet de appell. in 6. & cap. si duobus §. denique de appell. Glos. fin. in cap. fin. de delict. puer. Specul. in tit. de appell. §. 4. num. 22.* & quæ *Capibl.* scripsit ex hoc *ritu in prag. 1. num. 33. de baron.* nec non *Reg. de Ponte dec. 2.* quod verò ad syndicatum attinet, non secus ac reliqui syndicantur, *Ann. singul. 460.* cui se remittit *Reg. Rovit. in prag. 1. sub num. 2. de Eccles. personis,* nec non *Thorus in compend. decis. verb. officiales clerici,* quorum insuper officialium deputatorum à Baronibus Ecclesiasticis, aliqua scribunt *Zerul. in prax. Episcop. verbo Judex §. 12. & 13.* atque *Carruba sing. 60. & 171.* neuter verò aliquid addit, quod pertineat ad hanc speciem, si

teue-

teneantur,ut cæteri ſtare ſyndicatui apud eandem Univerſitatem.

10 *Dùm tamen teneantur terræ in feudum* ſubnectit *ritus* nàmque ſatis non eſt rem eſse feudalem, niſi in feudum datam fuiſse pateat ex notatis à nobis ritu 50. colligiturque pariter ex *Ancharano in mem. cap. Romana verſ. decimo quarto ſub num. 4. Franch. in §. debet poſt num. 2. Gemin. poſt num. 3. citat. capit. Romana de appell. in 6. Innoc. in cap.* ſolitæ ibique *Panorm. num. 9. Bellam. 10. Felin. num. 8. de major. & obed. Franch. in Rub. de appell. num. 36. & Præpoſ. nu. 53. Panor. in cap. 2. in fin. verb. de delict. puer. in cap. veniens num. 4. de accuſat. & cap. licet in ſuſcepto num. 15. & cap. verum num. 25. de foro compet. Franc. Marc.* ſi bene conſiderentur ejus verba *dec. 233. num. 1. & 2. Conſil. de Georg. alleg. 10. Carol. de Graſſ. de effect. cleric. effec. 1. num. 510. & 512. Maur. ſeu. alleg 2. num. 19. & alleg. 26. Angel. Clavaſ. in ſum. verbo Epiſcopus num. 25. Reg. de Ponte indic. deciſ. 2. ſub num.* 19. in qua latè agit de juriſdictione,
11 quæ poſſidetur ab Eccleſia, & ſubtilitèr fundat in dubio præſumi liberam, & allodialem, & non in feudum, tradit etiam egregia in utroque caſu, & ſemper appellandum eſse ad Superiorem Regium, quod etiam comprobat peritiſſimus *Præſ. Regiæ Cameræ Fulv. Lanar. in addit. ad repet. Reg. patrui in cap. 1. de his, qui feud. dar. poſſ. ſub num. 90. & 91.* & ità in hoc Regno ſervatur. Sed tu cave à Cavenſi in hoc *ritu*, relato a *Caravit. num. 8.* quia vel terra teneatur in feudum, vel in allodium, vel ſimus in dubio, ſemper ab officialibus, & curiis Prælatorum Baronum appellatur ad M.C. vel ad Regiam Audientiam, & ita obſervatum vidiſſe teſtatur inſignis vir *Reg. Scipio Rovit. in apoſtill.* ejus manu, quam ſervo, præſertim in Curiis Terræ Carboni, quæ erat Eminentiſſimi Cardinalis Pamphilii Abbatis Sancti Eliæ quoad juriſdictionem civilem, criminalem, & mixtam, exceptis tantùm tribus caſibus, ſcilicet mortis naturalis, civilis, & abſciſſionis membri, & Terræ Boſci, quæ era Reverendiſſimi Capituli Canonicorum Sancti Petri de Urbe, nec non in Curia Sancti Joannis ad Pirum poſſeſſæ à Reverendiſſimo Præſepio de Urbe. Videas *Amod. de Ponte in tit. quis ſit Jud. in cauſ. feud. in princ. poſt tract. de laudem.* & an poſſit ad Papam provocari à ſententia Regis Siciliæ, inquirit *Abb. in prælud. Conſtitut. q. 21. num. 2.*

R I T U S LIII.

Regens M.C.V. cum uno Judice poteſt cauſas expedire.

ITem quod in curiis ipſis magiſter juſtitiarius, & ejus locumtenens cognoſcat, & pronunciet, & cognoſcere, & pronunciare debeat cum uno ex judicib is ad m nus, tamen cum duobus qui inveniuntur in c ria, aliorum abſentia non obſtante, nec in al quo uo exinde requiſito, & expectato.

S U M M A R E R U M,

1 *Proceres nonnulli Cenſorem aliquem apud ſe continuò eſſe jubebant, & cur?*
Rationi eſt conſentaneum, ut Regens M.C. cum uno ad minus ex Judicibus ſententias proferat.
Dedecet Præſidem juris ignarum arbitrio ſuo tantùm aliquid agere.
2 *Judicum numerus quis olim, quis verò hodie ſit.*
3 *Hujus ritus decreti ratio non videtur illa, qua Caravita utitur; quod Judicum officium ſit auctoritate, & utilitate publicum.*
4 *Judices omnes, tum ordinarii, tum delegati conjuncti, ac ſimul conſedentes judicare regulariter debent.*
5 *Laudum prolatum per duos ex tribus arbitris electis abſque tertii interventu nullitati ſubjacere juribus, DD. & noviſſima rei judicatæ authoritate in famigerata cauſa author oſtendit.*
Nec non occurrit in contrarium adductis à peritiſſimo viro Reg. Donato Antonio de Marinis lib. 1. reſol. 239. quin? illum loqui in arbitro malo animo, & voluntariè abſente, demonſtrat.
6 *Judex & arbiter votare tenentur, quamvis alii in unam juverint ſententiam cum ratione id decidendi.*
Solet aliquando in reſcripto delegatorio aliqua clauſularum addi, quæ præportat, eorum aliquem poſſe.
7 *Præſidentes Regiæ Cameræ, & Judices M.C.V. fauguntur juriſdictione ordinaria.*
Eis facta commiſſio dicitur potius partitio, & quid operetur.
8 *Cauſæ quando expediendæ à Conſiliariis unius, vel plurium Aularum.*
Unio Aularum, quo tempore fiat.
Ordo illat uniendi jure Romano minimè ignotus.
Si unus ex Conſiliariis alterius Aulæ tantum adſit, ipſe ſolus, qui alioquin ſeparatis aulis inutilis eſſet, aulam conſtituit.
9 *Votum in ſcriptis dari ab abſente, nec ne poſſit.*
10 *Vota cum ſunt paria, quid agendum.*
11 *Quid in cauſa ſuſpicionis.*
Deciſio R. C. apud R. Tap. ſuper pragm. 22. de offic. S. C. etſi primo aſpectu videatur dura omnino tamen jure prolata fuit.
12 *Judicibus omnibus, & Auditoribus licet cauſis omnibus finem imponere abſque Regentis, & Præſidis præſentia.*
13 *Quæ M. C. Regens valeat terminare cum voto unius Judicis, & Præſes cum voto Auditoris, remiſſivè.*

SI quem virum ante oculos nobis propoſitum, noſtraque geſta accuratè ſcrutantem intueremur, mirum ſanè quantum nos juvaret ad mores, arceret à vitiis, impelleret ad virtutes, inflammaret ad gloriam, ajebat morum Præceptor, & vitæ integritatis Dux *Seneca*; Pudet nos coram aliis inhoneſtè operari; hinc fit, ut unius viri præſentia intra humanitatis limites detineat homines, & pri-
1 vatis affectionibus indulgeri vetet. Quamobrèm ſapientiſſimi nonnulli Proceres Cenſorem aliquē apud

apud se, continuò esse jubebant, ut si quid ab ipsis, aut immoderatè factum, vel non prudentèr excogitatum, ac dictum fuisset consilio hic, & vocibus demonstraret. Conicitur hinc facilè, quàm par sit, & rationi consentaneum, ut in foro locumtenens Magistri justitiarii, hodie nuncupatus Regens Magnam Curiam cum uno ad minimum ex Judicibus sententis proferat, ac pronunciet, non.n. ex jure dicere existimatur is, qui arceat à se Judices, & privatus agat in causis, quæ Judicum discussiones expostulant, si testem actionum suarum quilibet habere debet, quantò sanè decentius erit & testem & Judicem apud se esse in judicando publicæ felicitatis amatori, nè privatis animi propensionibus indulgere dicatur; dedecet namque Præsidem juris ignarum (qualis ferè semper eligi consuevit) arbitrio suo aliquid agere, cum tot, tantosque judices sibi per curiam constitutos habeat, *arg. l. nemo C. de decurion. l. prohibitum C. de jure fisci.* & in terminis nostri *ritus*, advertit *Constant. Papa ad arbitr. M. C. V. cap. 2. num. 78. & 79.* nec non *Danz. tom. 1. de pugna DD. tit. de offic. Præsid.*

At cum ipse Regens præesse consueverit sem-
per Rotæ criminali, atq; interesse decisionibus
dictarum causarum, jure hujusce ritus verba in-
telligere debemus, procedere, in decidendis Cau-
2 sis capitalibus, verum cum adauctus deindè fuerit
numerus Judicum criminalium ad quinque, civi-
lium verò ad sex juxta *prag. 28. §. nunc verò de*
offic. S. C. imò postremis his nostris temporibus
octo incumbant expeditioni causarum crimina-
lium, sex verò civilium, quod plenius annotavi
super *ritu* 2. porrò nunquam, aut perrarò eveni-
3 re poterit, quod in hoc ritu disponitur. Cujus
ritus decreti, licere Regenti cum uno ex Judici-
bus ad minus pronunciare, ratio videtur, quia
sic Principi placuit disponere, non illa, qua *Prosp.*
Carav. utitur sub *num. 2. laudatus à Danz. de*
pugn. DD. tit. de offic. Auditor. num. 4. & 58.
tit. 1. quod eorum officium est auctoritate, &
utilitate publicum; etenim illam tametsi veritate
niti alibi copiosè scripserimus; ea tamen huic ca-
sui quomodo adaptari possit, non videmus pro-
babilem rationem ab aperta jura in hoc specifico
sancientia omnès tùm ordinarios tùm delegatos
4 Judices debere, ut saltem omnes adsint decisioni
causarum tametsi plurium tunc sententia preva-
leat, *l. Pomponius cum duabus sequent. ff. de re*
judic. id ipsum in procuratoribus *Glos. in l. plu-*
ribus ff. de procurat. tùm *in cap. si duo de procu-*
rat. atque in arbitris statuens est *tex.* qui tergi-
versari nequit *in l. si interes ff. de receptis arbitr.*
concinnunt *l. item si unus §. fin. eod. tit. l. duo ex*
tribus ibiq; *Bar. Alex. Jas.* & cœteri *ff. de re ju-*
5 *dicat.* quibus fretus in famigerata illa discepta-
tione successionis Josephi Præite nullis confectis
tabulis supremis, nec susceptis liberis, defuncti
orta inter Jacobum Figliola actorum Magistrum
Sacr. Cons. & Elionoram Preite conjuges, &
mortui sororem, quæ in fratris gratiam amplam
emiserat renunciationem omnibus clausulis valla-
tam, & Antoniam Preite uxorem Hyeronimi
Petrone Josephi prædefuncti quoque sororem,
quæ minimè renunciaverat compromissa in perso-
nas U. J. D. D. Julio Cæsaris Cajafa, D. Jose-
phi Caravita, & D. Fulvii Caracciolo fuit per duos ex tribus absque Doctoris Julii Cæsaris interventu prolatum laudum in beneficium Elionoræ, aperto marte contendi, illud nullitate scatere, ex *Blanc. de commiss. quæst. 9. num. 35. Abb. cons. 77. num. 3. Specul. tit. de arbitr. §. sequitur vers. sed pone*, *Marant. in Specul. tit. an sit judec. civil. vel crimin. num. 32. Bal. cons. 6. vol. 6. & cons. 32. vol. 4.* præcisè sermocinante de laudo trium quarto absente, *Cardin. Tusc. pract. conclus. lit. A. concl. 464.* autumante non esse satis legitima citatione fuisse tertium interpellatum, cum omninò de jure civili illius exquiratur interventus, *Jo: Bapt. Ciarlino controvers. forens. cap. 27. num. 1. Anton. Fabr.* decisum attestante *in ejus Senatu lib. 2. tit. 38. de arbitr. diffinit. 3.* quique advertit interpellationem minimè sufficere, sed dùm compromissum receperat cogendum non interpellandum fore, & tandem adduxi *Vivii dec. 280.* hecnon *Nigrum Ciriac. controv. 559. tom. 1. & cap. 471. Borrell. in summ. decis. tit. 63. num. 346.* haud refragante Brogardico illo contumaciam pro præsentia haberi, ad *text. in Authen. qua in provincia vers. sed si nec ipse, C. ubi de crim. agi oport.* quod locum vendicare in ipsiusmet contumacis damnum, non in tertii præjudicium certum est; Nostroque arbitrio haud refragatur canonicum jus legitimam tantum interpellationem exquirens, in *cap. fin. de arbitr. in 6. Abb. cons. 77. col. 3. lib. 2. Tusc. add. conclus. 464. num. 13.* cum illud servandum sit in terris Ecclesiæ, non Imperii, peculiari Juris civilis sanctione repugnante, & cumque de animæ præjudicio non agatur ut *Glos. Abb. Anchar.* aliisque laudatis, perpendit citatus *Viv.* nec non insequitur memoratus *Ciarlinus cap. 27.* quin *Bar. in indic. l. item si unus §. item si plures* Jus Canonicum in arbitris tantùm necessariis admittit non voluntariis, ut erat nostri facti species *Bar* distinctionem amplectuntur, *Bal. Franch.* & alii à *Vivio* laudati, pluries *indic. decis. 280. num. 16.* & in praxi receptam exclamat *Cavens. in commentar. prag. odia col. 3. vers. electo tertio.*

Hinc contra rerum judicatarum authoritates dicebam esse quod doctissimus *Reg. Donat. Anton. de Marin. quotid. resolut. lib. 1. cap. 239. num. 9.* animadvertit jus civile haud adversari Juris Canonici Sanctioni, cum illud nitatur regulæ ordinariæ hoc vero malitiosæ absentiæ, & propterea utroque jure attento, existente voluntaria coarbitri latitudine posse ex tribus electis duos compromissis controversiis finem imponere, ea quippè ratione, quod latitudo, & contumacia arbitri parti damnum afferre non valeat, teste *Fabro cit. definit. 3. num. 3.* quamque idem eruditiss. Vir. *Regens de Marinis* agnoscens difficultatem *num. 14.* præbet regulam, quam observatam testatur à majoribus, quod in compromisso facultas arbitris concedatur, ut valeant duo ex tribus electis altero votum dare renuente laudum proferre; Quid quod? ipsum peritissimum D. R. ab U. J. DD. Julio Capone, & Antonio de Ponte paris ex adverso patronis adductum, si rectè intueretur, justitiam Antoniæ Preitæ solidissime comprobare affirmabam loquitur ille namque in arbitro, qui cum fuerit requisitus, intervenire ab-

abnuit; & malo animo ac voluntariè abest, & data opera, ut conveniri nequiret, secus verò in arbitro impedimento detento, vel qui non latitat sed de facili à judice cogi potest ad arbitrium poferendum *arg. l. §. 1. de recept. arbitr.* Tandem die 10. mensis Octobris 1657. facta relatione in S. Consil. per *Dominum Consiliarium Aloysium Gamboa* votantibus D. D. Consiliariis Antonio Capiblanco, Erasmo de Ponte, & Francisco Rocco, fuit ejusmodi latum decretum S.C. declarat, laudum esse nullum, & proindè procedatur in S.C. pœnès actorum Magistrum Anellum de Fusco.

6 Nec tantum arbiter, ut Judex interesse debent, sed votum proferre, idque dato quod priores votantes in unam iverint sententiam, cujus contrariam ipse sectetur; & nolit proferre ob majoris partis in unam sententiam; quandoquidem, & suum tenetur dicere votum, quia fieri potest quod eos trahat in aliam à se proditam sententiam ex ultimis, & perjucundis verbis addictæ *legis si in tres*, idque pluries mihi accidit in circulo cum collegis meis, cum primo illic juniores quoque votum proferant, mihique post, & meam, & aliorum recensitas sententias, motivum addere competiisset, doctissimi viri illi dedignati haud fuerunt ab eorum, quod dixerant arbitrio proselire meæq; opinioni adhærere.

Solet tamen in rescripto delegatario nonnunquam aliqua clausularum addi, quæ præportat eorum aliquem posse, quarum congruentiori loco erit sermo, ac præceteris illa est, *quatenùs vos, vel duo vestrum*, &c. cujus veritatem declarat *Martha tractat. de clausul. part. 1. clausul. 274. & Borgnin. Cavalc.* de ea scribens respectu brevis, si in evidentem, in *decis. Fivizana 46. à num. 381. par. 1.*

Quamobrèm ubicumque cœtus adest judicantiū in loco aliquo, prout in Regiis Audientiis, Magna Curia, Regia Camera Summariæ, & Sacro Consilio, qui quidèm omnes constituunt respectivè unum corpus in eodem Tribunali, quod insupèr omnes Consiliarii facerent, nisi Regis mandato in plures aulas distincti essent, in duas quippè antiquitus per *Cæsar. Majest. Caroli V. in prag. 41. ver. quamobrem de off. S. R. C.* in quatuor verò postmodùm aucto numero Consiliariorum, *ex pragm. 73. eod. tit.* itidemque Judices civiles Magnæ Curiæ in duas, *ex ead. pragmat. num. 3.* & etiam Judices M.C.V. in criminalibus *ex pragm. 48. de offic. Mag. Just.* atque ideò omnes Judices unius aulæ, tanquam unum corpus convenire debeant, & jus conjunctim dicere, eorumque duo saltèm vota conformia concurrant in causa ducatorum citrà ducentorum; tria verò abinde supra, ut eadem *in pr. 41. sancitur §. 3. Reg. Rovit. decis. 81.* tametsi uni eorum committatur, qui illam finiat *ex altera prag. 8. §. 3. de officio Magist. Justit.*

7 quæ partitio situs, quam commissio dicitur, teste *de Franch. dec. 143.* loquente in Judicibus Magnæ Curiæ; quia ordinaria funguntur jurisdictione, necnon *Visconti in addit. ad eand. 143. Præsid. decis. in nov. ver. 3. memore Garav.* hoc in *ritu*, qui hoc ipsum insinuat *rit. 165. num. 28. Reg. Rovit. in prag. 1. de offic. M. Justit.* quæ cum subsistat etiam in Præsidentibus Regiæ Cameræ, *Rovit. in prag. 1. sub num. 3. de caus. decidend.* id ipsum dicendum quoque in causis à Locumtenente Regiæ Cameræ distributis inter eosdem Præsides, de quo latè nos alibi; quin ? aliquando causæ, quas circumspectus S.C. Præses pro earum qualitate, junctis aulis S. C. ad partis supplicationem determinari jubet, juxta *pragm. 4. 41. & 65. de offic. S.C.* quod ibidem declarat *Reg. Rovit.* nec non *Thor. par. 2. compend. decis. verb. unio aularum*, expediuntur junctis Consiliariis duarum aularum. Unde moris est in Sacro Regio Consilio, statutis per singulas hebdomadas diebus aulas jungi, simulq; convenire duarum, aut plurium aularum Consiliarios, qui causis prædictis expediendis vacent, ex mem. *pragm. 41. num. 8.* Ordo sanè pulcherri-

8 mus est, quando infra quindecim dierum spatium universæ, quatuor Sacri Regii Consilii aulæ, invicem, altera alteram audiente, mutuo quoque altera alteram fæcundo alloquuntur. Romano autem jure minimè ignotus, quo quidem jure societate in judicando sæpè sæpiùs contingente diversarum Curiarum Judices simul conveniebant, *l. 1. C. de offic. Vicar.* Id quoque in aularum unione observatum animadverti, & si unus tantùm ex Consiliariis alterius Aulæ adsit, ipse solus, (qui alioquin, separatis aulis, inutilis esset) tunc aulam constituat, quod ex jure descendit, exemplo Universitatis, & Collegii, quæ, & in uno supersunt, *l. sicut municipum 7. §. in decurionibus*, ubi *Glos. & DD. ff. quod cujusque univers. nom.* & nos tangimus in *rit. 60.* Ex quibus sic breviter collectis, deducit quisquam multos constitutos officiales in aliquo Senatu una simul convenire debere, & judicare, atque ità statutum fuisse à D. Petro à Toledo anno 1532. refert *Foller. sup. hoc rit. sub. tit. de magist. Justitiar.* subnectens ex hoc li-

9 mitari hujus ritus dispositionem. Idque adeò, ne quidèm in scriptis dare queant absentes, ut notavit *Reg. Rovit. in prag. 7. num. 1. & 8. de suspicion. official.* nisi legitimo impedimento detentus sit, & intra Regnum reperiatur Judex, juxtà *pragm. Comitis de Lemos Junioris*, quæ est 77. *de off. Sac. Consil.* & tangimus *rit. 98.* Quàm sit igitur minus stabilis Caravitæ ratio, ex hactenùs recensitis facilè diudicabitur, & quod si, vera esset, illa militaret etiam in omnibus Senatibus, & tamen cessare probavimus, quamvis vendicet sibi locum sanctio præfatæ *l. Pomponius*, eique annexarum.

10 Quod si vota paria sint, quid fieri debeat, *Thesaur.* explicat *dec. 1. Molfes. ad consuet. Neap. p. 10. q. 22.* demumque veritas est, etiam nostris temporibus, quod ii dissonæ sententiæ in S.C. proferantur, alii adjunguntur Judices, si verò in R. C. S. Tribunali reus actori præfertur, ex juris communis dispositione in *l. inter pares ff. de re judic.* teste *Vincen. de Franch. dec. 252.* hicque reorum favor protenditur etiam ad reum, qui per accidens est actor, *Menoch. lib. 2. præs. cap. 90.* ut præterea primo aspectu dura videatur decisio in Regia Came-

11 ra facta, dum in articulo suspicionis propositæ per reum principaliter conventum, adversus unū ex Judicibus, paribus votis prolatis, sententia lata fuit contra suspicionem, cujus memor extat *R. Tapia de jur. Regni sup. prag. 22. de off. procur. Cæsar.* tantò magis cum hujuscemodi suspicionum pro-

propositiones legitimæ vocentur exceptiones, *Muscatell. in prax. S.C. par. 2. Glos. competens à n. 17.* quæ propter sunt reorum, Verum cum indifferentèr, & reis, & actoribus competant, omni jure sunt omninò separatæ à judicio principali proprio judicio conclusæ, ut ipse *Reg.* differit. Addimus etiam talem favorem, quo rei donantur, cessare quoties dubitatur super jurisdictione Judicis, *Alex. & Jas. in l. de die §. qui satisdar. cogant. Alciat. de præsumption. regul. 3. præsumpt. 44. Menoch. adduct. capit. 90.* Meritò igitur suspitio non militavit, atque ad exornatum *tex. in l. inter pares*, quique actor, vel reus sit; relego lectorem ad *Covar. var. lib. 1. capit. 2. num. 6. Cujac. lib. 12. observat. cap. 16. Reg. de Pont. dec. 31. num. 6. Ojasc. decis. 151. Posth. de manuten. observ. 5. num. 13. Anell. Amat. consi. 27. Cavalcan. dec. 17. Rot. Roman. dec. 417.*

12 Et tandèm adverto licere Judicibus omnibus causis finem imponere, absque Regentis præsentia, quidquid autumet *Petr. de Monteforte in Constitut. justitiarii non per Calendar.*, Judices multa modica causarum civilium, & criminalium expedire sine magistro Justitiario, teste *Parid. de syndic. verbo Assessor sub num. 27.* sicuti, & Auditores quibunt absente Præside, ut quoque advertit *Caravit. rit. 64. num. 3.* & in praxi receptum memorat *Judex de Angelis in prato jupl. tres 4. C. de Episcop. audient. n. 9.* extantque *pragm. nona de offic. Justit.* & altera *1. de caus. decid.*

13 Quæ autem M. C. Regens valeat terminare cum voto unius Judicis, & Præses cum voto auditoris, explanant *Muscatell. in prax. lib. 1. par. 1. glos. petitur sub num. 41. Carav. ritu 168. sub num. 5. vers. & ideo testificatur Thor. ad Jo. Grand. de Bello exul. in 53. specul. vers. ibi num. 2. pag. 45.* & quod *Carav.* tradit hoc licere Præsidi, etsi pars petat expectari adventum alterius Auditoris absentis, non admittit de facto, *Foller. sup. hoc ritu pagin. 151.* dicens sæpius M. C. V. rescribere, quod expectetur adventus alterius Auditoris, & non contradicit *Thor. ad Joann. Grand. addit. loca in fin.* & de Prorege Regni loquitur *Reg. de Ponte in tractat. de potestat. Proreg. tit. 12. per tot. & num. 25.*

RITUS LIV.

Magna Curia cognoscit de præsentationibus instrumentorum.

ITèm quod nulla alia, præter ipsam Curiam Magnam Vicariæ, cognoscere possit, & valeat de præsentationibus instrumentorum: & interrogationibus, fiendis super ipsis, & circa præfata servetur laudabilis Ritus dictæ Curiæ hactenus observatus, & superiùs expressus.

SUMMA RERUM.

1 *Octava præeminentia M. C. V. est cognoscendi de præsentationibus instrumentorum privativè, quoad omnia Tribunalia.*
Prag. 72. de offic. S. C. inter pratir. uti directa &. C. non comprehendit supremum Collaterale Consilium.

2 *Instrumentum liquidari in Curiis Baronum de consuetudine potest.*
Dispositio Prag. 1. de Instrum. liquidat. examinatur.
Decisio adducta à. Dom. Reg. Rovito sup. ead. prag. 1. in dubium revocatur.

3 *Reginales Curiæ Regni, num cognoscant de ejusmodi causis liquidationis instrumentorum.*

4 *In Curiis bajulorum non liquidantur instrumenta.*

5 *Utique verò in Curia Admiratiæ.*
Quid in Curia Nundinaria.
An in S. C. contra Magistros Actorum.
Contra porterios S. C. sint ne liquidanda instrumenta in ipso S. C. vel coram illius Preside.
De delictis per ipsos patratis est Judex Præses privativè ad M. C.

6 *Atque etiam in Curiis Regiarum Audientiarum liquidari possunt.*
Verus intellectus add. pragm. 1. circa hoc traditur.

7 *Clausula de potestate liquidandi in omni Curia, & foro, quid operetur, & an sit valida.*
Cedens, qui sibi reservavit jus liquidandi instrumentum contra debitorem, ad omnem instantiam Cessionarii, invitus an cogatur id agere in loco per ipsum Cessionarium petito.
Non obstante facultate impartita creditori in omni Curia liquidandi instrumentum, debitor conveniendus est loco, in quo fuit solutio promissa.

8 *Nona præeminentia M. C. est, quod sit Judex apocarum, etiam contra Vassallos Baronum inibi conventos, cum declarationibus.*
Via executiva an protendatur ad apocas bancarias, alteri giratas.
Et an ad giratarium giratarii.

9 *Undecima præeminentia M. C. est in dando torturam ex processu informativo.*
Qua non utitur contra Neapolitanos, & homines Casalium, nisi communicato negotio Collaterali Consilio.
Nec contra Barones, sive Regnicolas, sive exteros in Regno feuda possidentes.

10 *Hoc arbitrium an sit denegatum Curiis Baronum.*
Non Regiis Audientiis.

11 *Vigore præeminentiæ repetatur ut tortura ex processu informativo.*
Quibus in causis, & personis hoc arbitrium locum habeat, & an sit favorabile, vel odiosum, remissivè.

12 *Ardua, magnaque res est quæstio, præcipuè ex processu informativo.*
Facili evenire potest, ut quis in tormentis deficiat, vel quod innocens delicta confiteatur.
Pulchra dicta Quintil. & Ciceron. & exemplum apud Valer. Maximum adducuntur.

1 OCtava præeminentia M. C. V. in hoc Ritu describitur, ut scilicet ipsa sola, & nulla alia Curia de præsentationibus instrumentorum cognoscat contra quaslibet etiam personas quovis titulo, & dignitate decoratas, *Reg. Rovit. in cons. 90. vol. 2. Reg. de Ponto de potest. Proreg. tit. de assens.*

assns. Reg. §. 7. *per tot.* & *conf.* 48. *num.* 5. *vol.* 2. *Tasson. de antefat. vers.* 3. *observ.* 3. *num.* 162. *Reg. Capyc. Latro tom.* 2. *decis.* 200. *num.* 42. hujusce Ritus memor, illæque privativè pertinent ad M.C.V. nedùm quoad Baronum Curias, sed etiā quoad Tribunalia suprema in Regno, S. C. nimirùm, Regiæ Cameræ, & Consilii Collateralis, *Anichin. de prævent. instrum. cap.* 3. *sub num.* 4. idque confirmatur ex *pragm.* 72. *de offic. Sacr. Consil. ius. prater.* Verùm hanc *pragm.* uti Sacr. Consil. directam non comprehendere Collaterale Consilium, quod est Tribunal Supremum, & in concernentibus justitiam habet omnimodam, & absolutam potestatem, advertit *Reg. Capyc. Latro add. decis.* 200. *à num.* 46.

2 Itidèm consuetudine obtentum esse, ut Baronales Curiæ cognoscant de instrumentorum liquidatione probant complures Regnicolæ, adducti per *Caravitam*, qui memorat *Paridem de Puteo* inter alios, ut propterea *Constantinus Papa* eundem allegare non debuerit, maximè cum nihil aliud addiderit huic ritui, ipse verò *Muscatell.* adjungo hanc consuetudinem attestantem *in prax. civil. par.* 2. *Glos. competentis sub num.* 100. *Carleval. de Judic. to.* 2. *disp. jur. lib.* 1. *tit.* 3. *disput.* 14. *num.* 20. *Reg. Tap. ad rit.* 166. *Glos.* 1. *ad verb. Item quod si debitores, vers. adde quod præsentatio*, & *num.* 6. *lib.* 3. *Jur. Regn. rub.* 5. *Galter. in prax. instrum.* 3. *par. rubr. præsentet instrumentum num.* 4. *Reg. Rovit. in pragm.* 1. *de offic. Bajuli sub num.* 33. *vers. primum igitur motivum*, *Dana. de pugn. DD. to.* 1. *tit. de remiss. causar. cap.* 2. & *c.* 1. *de præmin. Reg. Audient. n.* 48. *Carol. Rot. in florileg. practic. conclus.* 19. *num.* 23. & certi juris hodie esse deducco, ex *pragm.* 1. *sub rub. de instrum. liquid.* de qua infra eloquar, & meminit *Carav. in ritu* 166. 12. *quæst. num.* 75. Nam prohibet remissionem fieri in causa liquidationis à Regia Audientia ad Baronem, illam ob causam, quia asseritur Regiam Audientiam esse in possessione cognoscendi, qua possessione innixa, sanxit supersedendum esse in remissione, donec aliter fuerit provisum; ergo, non quia, in Curia Baronis præsentari nequit, ut potius concedat liquidationem in illis fieri. Imò ejusdem *Muscatelli* scripta nos insequentes advertimus usum prædictum, & Baronum privilegia restringenda esse, ubi quis comparuit in Baronali Curia super tenore instrumenti, quod si in Magna Curia præsentasset, non posset propterea peti remissio ad Curiam Baronalem, idque neque ex persona propria ejusdem citati ob renunciationem fori passim solitam apponi in obligationibus omnibus: neque ex persona Baronum ob citatam *prag.* 1. prohibentem remissionem in materia ista liquidationis instrumenti, nisi tamen virtute privilegiorum haberent specificam auctoritatem cognoscendi de causis liquidationis instrumentorum, eo etenim casu non obstante adducta *pragm.* ei esse remittendam causam, dicit *Reg. Rovit.* adjungens obtinuisse in Sacro Consilio super ipsa *pragm.* 1. *in fine*, quamque decisionem rescribit *Novar. sup. ead. pragm.* quiq; meminit *in prax. elect.* & *variat. fori q.* 27. *sect.* 2. facto tamen deposito, vel constituto debitore in vinculis, juxta *pragm.* 63. *de offic. Procur. Cæsar.* advertit *Loganar. ad Rovit. super d. prag.* 1. *lit. A*, & notat *Capiblanc. in prag.* 8. *part.* 1. *num.* 84. *de Baron.* At ipse vehementer dubito, si præfata decisio justitia innitatur, quandoquidem Doctores omnes, inter quos *Freccia, Paris de Puteo, Carav.* & *Muscatell.* concludentes dispositionem hujus Ritus recessisse ab aula, suffulciuntur usu proficiscente ex privilegiis, illo itaque deficiente non modo remissio cessabit, verùm, & ipsa cognitio ex illorum sententia, ut propterea dicamus, quod ubi *citata pragm.* inhibet remissionem, intelligatur in casu, quo virtute privilegiorum cognoscunt, alioqui si jure cognoscendi carent, multo magis, & jure petendi remissionem carerent sine prohibitione pragmaticæ; Ob quam eandem rationem dubito, si aliæ reginales Curiæ

3 Regni cognoscere possint de ejusmodi causis liquidationis instrumentorum, accedente præsertim dispositione *ritus* 302. interdicente Curiæ Capitanei Neapolis cognoscere super tenoribus instrumentorum, & miror, quomodo *Freccia* relatus, & commendatus à *Caravit. in princip. suorum commentariorum, ad hunc ritum* statim post illa verba, *quod Curia Baronum cognoscant ex forma privilegiorum suorum*, adnectit alia, & *sic etiam omnes aliæ Curiæ Capitaneorum Regiorum*, cum istas nullum obtinere privilegium non ignoremus, etsi de consuetudine quoque hac prærogativa fruantur. Quo verò ad bajulos nequire pro-

4 nunciavit Regia Camera, teste *Rovito*, qui in gratiam bajuli scripserat, & videre licet in suis *comment. ad prag.* 1. *de offic. bajuli à num.* 32. conferuntque quæ tradit *Horat. Persius consult. crim.* cujus meminit *Thor. in supplem. compend. decis.*

5 *verb. liquidatio instrumenti*. In curia etiam admiratiæ licere decreto S. C. decisum fuisse memorat *Frecc. de subfeud. lib.* 1. *de offic. Magn. Admirati num.* 31. sequiturque *Thor. in compend. decis. ver. instrumentum an præsentari*, *Reg. Sanfelic. decis.* 419. *num.* 22. *lib.* 3. *Reg. Tap. sup. hoc ritu pag.* 281. Non secus, & in Sacro Consilio contra illius magistros actorum. prout decisum ait *Reg. Tap. in annot. ad prag.* 24. *num.* 3. *de off. Sac. C.* & *sup. hoc ritu lib.* 2. *jur. Regn. d. pag.* 281. *n. etiam* 3. idemque *Thor. part.* 1. *ver. instrumenta an possint liquidari*.

Id quod ipse protenderem ad porterios Sacri Regii Consilii, contra quos liquidanda sunt instrumenta in ipso S. C. seu apud ipsius Præsidem. Etenim de delictis ab ipsis porteriis patratis, ipse Præses cognoscit privativè, quoad M.C. indecens enim visum fuit Collaterali Consilio apud *Reg. de Ponte dec.* 36. quam refert *Reg. Sanfelic. dec.* 260. *num.* 2. & *dec.* 291. *num.* 19. *lib.* 2. quod M. C. V. cognosceret de Porteriis addictis Tribunali S. C. quiq; sunt appendices officii Præsidis, cujus officii jura, illud tunc obeunte D. Petro de Vera ab Aragonia, tutatus fuit R. Scipio Rovitus, qui divorum Valentiani Theodosii, ac Archadii Cæsarum rescriptum allegavit, quo cautum, *si quis curialem de auferendis privilegiis putaverit lite pulsandum, intelligat se Curiæ interpellare debere Judicem in l.* 1. *C. de curialib. Urb. Rom. lib.* 11. cujus rescripti tenor insertus est in *Cod. Theodosiano lib.* 18. *l.* 3. §. *fin. interpres glos. in d. l.* 1. *verbo Judicem*, gratiosissimè verbum *Judicem*, exponit, idest *Præsidem*, qui præest curiæ, & hujus *tex.* meminit *Sanfelic. add. dec.* 299. *num.* 23. de cujus

cujus intellectu quid sentiam, aliàs fortasse monstravero. An verò debeat fieri in S. C. vel coram Præside, tangit *Franc.Mar.Prat. lib.2. disceptat. forens. cap.*10. firmans causas scribarum S. C. determinationi subesse Regiorum Consiliariorum, non autem Præsidis S. C. jurisdictioni subjacere, & memor extitit *num.*21. *indic. decis.* 36. *Reg. de Ponte*, & quid in Curia nundinaria, extricat *Maraut. in specul.*4. *par. dist.*9. *num.* 133. Posse autem liquidationes fieri in Curiis Regiarum Audientiarum, constat ex *prag.*6. § 14. *de off. justit.* si
6 tamen sint in possessione, deducitur ex adducta *prag.* 1. nisi dicamus possessionem illic non respicere potestatem Audientiæ procedendi, sed possessionem procedendi contra vassallos baronum, non obstante remissione petitâ, qui, ni fallimur, videtur verus intellectus, cum regulariter possit ob aliam supradictam pragmaticam.

7 Quod autem in instrumentis prædictis asseritur de facultate liquidandi in quacumque curia, loco, & foro; restringitur ad omnem curiam habentem facultatem liquidandi, & competentem, scilicet habentem jurisdictionem in loco stipulati instrumenti, ut in materia electionis fori scribit *Capiblanc. tom.*1. *sup.add. prag.* 9. *de baron. num.* 165. quod si creditum fuerit alteri cessum cum omnibus juribus reservata tantum cedenti instrumentum liquidandi facultate, ad cessionarii simplicem instantiam, valeat cogi cedens à cessionario ad liquidandum in loco, & foro domicilii debitoris, vigore mentionati pacti, an verò jus foveat cedens abnuens velle liquidare in curia loci ubi ipsemet inhabitat, dispungit *Carol. Anton. Moccia in sylva casuum forens.cap.*10. subnectens M. C. & S. C. decisionem in gratiam cessionarii emanatam sub die 24.Novemb.1614. quin *num.* 4. tradit tali facultate impartita creditori in omni curia liquidandi haud obstante debitorem conveniendum fore in loco, in quo fuit solutio promissa, ad evitandum inutilem circuitum, nam ille conventus in alio foro excipere quibit pecuniam promptam, & paratam in loco promissæ solutionis habere, conferunt tradita à *Jo Bapt. Thor. par.* 2. *compend. decis. ver. remissio causæ liquidationis*, quod ipse non admitto dum quotidiè contrarium servari videmus, & num subsistat memoratum pactum, ut possit debitor conveniri omni curia, loco & foro, inquirit *Franch. de Petris*, tradens nullam à S. C. fuisse declaratam incusationem, *cons.*25. insequitur *Thor. par.* 3. *compend. decis. verb. instrumentum, & voto* 84. *num.* 155. *Jo. Mar. Novar.add. prag.* 1. *nu.*4. *de instrum. liquid.* & conferuntur scripta à *Carthar. decis. Rot. Gen.* ● *&* à *Dom. Reg. de Marin. lib.*3.*quotidian. resolut. cap.*108. firmante instrumentum incusari posse in foro creditoris ex pacto precedente, sed de his hactenus.

8 Convolemus modò ad novam præeminentiam M. C. V. juxta *Carav.* ordinem, quæ est Judex apocarum, etiam cotra vassallos baronum inibi conventos, qui non recognitis priùs apocis haud remissionem ad Baronem consequuntur, id, quod peroptimè distinctione explanat *Reg. Rovit. in pragm.* 64. à 39. *cum seq. de offic. procur. Cæsar.* ultra *Præs. de Franch. decis.*590. *nu.*3. *Tartagl.in prag.civil. cap.* 2. *num.* 19. *& Carav. hoc in ritu* à quo recedit *Foller.sup. hoc ritu pag.*152.& quid, expetente Barone privilegium habente recognoscendi, etiam causas, de quibus sola M. C. decisum memorat *Thor. in supplem. compen. ver. remissio causæ apodixariæ*, quique alia cumulaverat *p.*3. *compend. sect.*3. *verbo recognitio apocæ*. Sed prædicta, prout, & via executiva, an protendantur ad apocas bancarias alteri giratas, itaùt, quæ in gratiam creditorum contra debitorem jura municipalia indulsere, amplectantur quoque creditorom giratarios, quæstio est inter nostrates, & affirmativè resolvit *Laganar. ad Rovit. in add. pragm.* 64. *lit. A.* amplians etiam ad secundum, tertium, & deinceps giratarium, quod non admisit *Bursat.* si rectè perpendatur *cons.*374.*num.*6. & contra secundum giratarium determinatum in S.C. tradit *Avus meus in annot.novis ad Capyc.decis.*75. *num.* 1. hoc idem firmans, etiam in literis cambii, pluriès decisum memorat *Jo. Jacobus Annecchinus in prævent. instrum. cap.*1. *num.* 58. & ostendit *Barbat. in prag. de assistentia glos.*7. *n.*75. *&* 76. & advertit *Thor. ad Reg. Salernit.decis.*46. *num.* 27. & ego obtinui in Regia Camera Summariæ.

9 Undecima, quam *Carav.* recenset, præeminentia M.C. in dando torturam ex processu informativo usque ad hæc nostra tempora invaluit, *Campagn. in cap. si cum sceleratis num.* 3. *Grammat. consil. crimin.*64. *num.*4. *voto* 3. *num.* 24. *& voto* 30. *num.*23. *Carrer.in prax.crimin.tit.de indit. & tortur.ver.qua autem num.*15.*pag.*40. *Fab. Montell. in prax. arbitr.p.*7. *num.*11. *Const. Papa in suo opusc.ad arbitr.M.C.V. cap.*4. *Capiblanc. pragm.* 8. *num.* 54. *de Baron.* qua tamen non utitur contra Neapolitanos, & homines, teste *Præs.de Franch. dec.* 316. *&* 459. nisi, communicato negotio in Collaterali Consilio, eodem *Præs.* attestante *dec.* 143. quem insequitur *Avus meus ad Capyc. decis.* 145. *num.*2.*in fin.& ad Gramm.dec.*34. *sub n.*37. *Thor. par.*1. *compend ver. appellatio*, *Præs. Merlin controver. forens. lib.*1. *cap.*51. *num.*5. nec contra Barones, sivè Regnicolas, sivè exteros in Regno feuda possidentes absq; Proregis licentia, *Tasson. de antefat.vers.*3. *observat.*4. *num.*157. *&* 162. vigore *prag. fin. de Baron.* quam laudat *Avus meus ad Capyc. in memor. decis.* 145. *in novis*, quique *sub num.*1. meminit de Dom. Jo. Leonardo Petra Barone Vasti Girardi ejus patre, meoque proavo, qui obiit die Jovis 20.Martii 1586. ipsum adhuc puerum relinquens. Hoc autem arbitrium
10 prorsus Curiis Baronum denegatur, *Tapia dec. S.C.* 22. qui *num.* 5. hujusmodi torquendi ex processu informativo modum in Etruria, Civitate Lucana, & Regno Hispaniarum servari subnectit, quod scripserat quoque *Avus meus add. loco ad Gramm. in fin.* ut ibidem observat *Danza nu.* 19. Regiis verò Audientiis indistinctè talis facultas est elargita, *Avus meus add. loco num.* 4. *& in fin. Caravit. ritu* 259. *num.* 10. nec non citat. *Danza num.* 20. Attamen *Carol. Rot. in memor. conclus.* 19. *ejus florileg. num.* 14. veriorem existimat opinionem, reprobato *Campagn.* ut in enormibus per quoscunque Judices possit ad torturam procedi ex informativo processu, ex

Gram-

Grammat. voto 3. *num.*26. *conſ.*17. *num.*16. *conſ.* 34. *num.*12. *& conſ.*40 *num.*5. optimum tamen idem *Rota* reputat *Regens Tapiæ* , *& Capiblanc.* conſilium ut priuſquam minores officiales ad torturam ex informativo deveniant , impetrent à Collaterali Conſilio aſſenſum, ſeù licentiam.

11 Quod autèm vigore præeminentiæ repetatur ex proceſſu informativo , poſt *Campagn.* voluit *Vivius deciſ.*143. quibus *Auus meus ad Gramm. indic. deciſ.*24. *num.*5. authoritate *Regen. Tapiæ in cap. cum ſceleratis* , fretus contradicit, quibus autem in caſibus , atque perſonis hoc arbitrium locum habeat & an favorabile , vel odioſum judicari debeat diſceptant idem *Conſt. Papa cap.* 3. *Jacob. Gall. conſ.* 115. quem laudat *Thorus compend. deciſ. par.*2. *verbo Tortura Mauſon. de controband. quæſt.* 10. *&* 13. *Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. qu.*24. *num.*7. *&* 8. *& qu.* 100. *num.* 34. *Crrrab. ſingul.* 245. *Novar. in pragmat. collect.* 197. *& de gravam. vaſſall. tom.*1. *gravam.* 181. *&* 182. & iterùm *tom.*2. *gravam.*200. *Taſſon. add. tract. verſ.*12. *obſerv.* 1. *num.* 51. *Baldaſſ. de Angel. ad Foller. pract. crimin. tit. rei indurati*

12 *torqueatur* ; Et tandem recordor arduam quippè , magnamque rem eſſe quæſtionem , & præcipuè ex proceſſu informativo , appellationeque minimè recepta , tametſi S. C. ſæpè ſæpiùs illam admittat etiam à comminata tortura *Caravit. rit.* 259. *Thor. par.* 1. *compend. verbo appellatio à decreto* , *Auus meus ad Grammat. add. deciſ.*34. *num.*38. cum facilè evenire poſſit, ut quis in tormentis deficiat , *l. aut damnum ff. de pœnis*, vel quod innocens delicta , quæ ne cogitaverit quidem confiteatur , id quod *Quintil. lib* 5. *inſt. orat. c.*40. reſtrinxit dilemmate . Mentietur , qui tormenta ferre poteſt, mentietur, qui non poteſt, quia aliis patientia facile mendacium facit aliis infirmitas neceſſarium , & I. C. aureis ſcriptum reliquit in *l.* 1. *§. quæſtioni ff. de quæſtion.* cujus effati ratio traditur a patre eloquentiæ latinæ *Cic. pro Sylla* ; *Tormenta illa gubernat dolor* , *moderatur natura cujuſcun que tam animi tum corporis* , *regit quæſitor* , *flectit libido corrumpit ſpes* , *infirmat metus, ut in tot rerum anguſtiis nihil veritati loci relinquatur*: exemplum etiam abemus apud *Valer ium Maxim. lib.* 8. *tit. de quæſt. cap.* 3. Magri Argentari ſeruus , Alexandrum Titi Fannii ſeruum occidiſſe , inſimulatus eſt eoque nomine tortus à domino , admiſiſſe id facinus conſtantiſſimè aſſeveravit , itaqe Fannio deditus , ſupplicio adfectus eſt , paruulo deinde tempore interiecto , ille cujus de nece creditum erat, reddiit . Ut propterea non mirum , ſi perraro M. C. hoc utatur arbitrio , & non torqueat ex proceſſu ſolo informativo , niſi dumtaxat maleficos inſignes, & latrones valdè diffamatos , & in notoriis criminibus deprehenſos teſte *Parid. de ſyndic. ver. tortura* , *§. & an ſi quis nu.* 8. *&* 9. *Afflict. deciſ.* 391. & remiſſivè in *Conſtit. Regni ſuper inciſionibus num.* 26. & ita innuunt verba capitulorum Regni *in cap. proviſa Juris ſanctio* , ibi *Frequentiſſimiſque peccantibus in cap. creſcit culpa* , *Aggreſſiones ingeminant, & in cap. ſi cum ſceleratis. Quos crebra commiſſio criminum dat inſignes Maſtrill. dec.*166. *Guazzin. ad defenſ. reor. defenſ.*21. *c.*1. *nu.*6. *Ricc. collect. dec.*641.

Aufertur enim ex illo defenſio (quod nec à Principe fieri valet juribus apud *Affl. add. deciſ.* 391. *& Præſ. Merlin. centur.*2. *controverſ. forenſ.* 33.) Nec quemquam movere debet illud quod ajunt DD. apud eundem *Merlin. cit. cap. num.* 28. nempè non auferri , ſed differri , eo quod valeant Reus poſt tormenta ſeipſum defendere nam bracchia retorqueri non poſſunt: fert Reus pro incerto ſcelere certiſſimos acerbiſſimos cruciatus, & majus eſt tormentum torturæ, quam utriuſq; manus abſciſſio dicebat *Marſi. in pract. crim. §. expedita n.*59.

Miror itaque a *Præſ. Merlino loco cit. num.* 29. rideri *Regentem Rovitum* , qui *in prag.* 1. *de bon. prodit.* doctiſſimè more ſuo , juxtà juris rationem & æquitatem defendit torquere Reum ex proceſſu informativo eſſe illi auferre defenſionem cujus *Regens Roviti* ſententiam amplectitur *Franc. Mar. Prat. lib.* 3. *diſceptat. forenſ. cap.* 45. *num.* 23. tametſi *num.*25. recuſet inter *Rovit. & Merlin.* ſuum interponere judicium , & pollicetur *in* 2. *vol. reſponſ. crim.* illorum diſſidentes opiniones diſpungere . *Nec nos* inquit Pontifex *in cap.* 1. *de cauſ. poſſ. & propriet contra inauditam partem poſſumus aliquid diffinire* . Quo pacto namque quiſpiam , aut jus rectè dicere , aut homines rectè judicare poteſt ſi utrumque litigatorem non audierit ? *Siquidem fieri poſſet* : inquit Lipſius, *ut quod juſtum eſt ex priori ratione cognoſceretur, nihil opus eſſet Reos cauſam dicere* , *ſed cauſa indicta mori* ; *verùm quia fieri poteſt* , *ut accuſatores* , *ut teſtes mendacia dicant* , *ſanè convenit, ut audita utraque parte* , *ita demum juſtitiæ feramus ſuffragium* , *nam id propriè decretum dicitur* , *quod cauſa utriuque cognita pronunciatur à Judice* . Hinc Ammianus ait ; *Nec viſum hominem* , *nec auditum damnare* , *nefas ultimum eſt* . Menander verò : *Qui ſtatuit aliquid parte inaudita altera, æquum licet ſtatuerit haud æquus fuit.*

Boni viri igitur arbitrio hoc liberum remittitur arbitrium , *Jaſ. in l. ſi legatum num.*24. *ff. de legat.*1. *Marſil. conſil.* 40. *num.* 9. *conſ.* 50. *num.* 3. *conſ.* 53. *num.* 6. *& conſ.* 93. *num.* 4. *Bal. in tract. de ſtatut. verb. arbitrium* monetque *Menoch. de arbi. q* 9. *n.*5. hoc eſſe notandum ad interpretationem ſtatuti concedentis liberum arbitrium in quæſtionibus adhibendis.

Requiſita verò decem , & octo ad hoc , ut tortura ex proceſſu informativo inferri poſſit , enumerat *Jo Anton. de Nigr. in memor. cap. ſi cum ſceleratis* , quem refert *Jo: Grand. de Bello exul. pag. mihi* 27. *nu.*14. duo ſufficere tradit *de Franc. add. deciſ.*143. nempè urgentiam Judiciorum , & gravitatem delicti , ſed *Tap. deciſ. S. C.* 42. *cit.* advertit, attendi etiam qualitatem perſonarum, & ita hodie ſervari , tam in M. C. V. quam in S.C. ſubdit , & inſequitur *Præſ. Merlin. dict. cap.* 43. *num.*2. & dixerat *Scac. de Judic. cauſ. civil. & crimin. cap.*97. *nu.*88. *Farinac. de indit. & tortur. q.*39. *nu.*31.

Hinc inquiſito , & carceribus mancipato U. J. D.Pom-

D. Pompilio Gagliano utili domino Terræ Sancti Mauri in M. C. V. de homicidiis patratis à Barone Marianellæ, & complicibus in personam illorum de Carrafa prodiit lectum à Regia Juncta deputata, ex rescripto Excell. Regni Proregis, referente *Dom. Consil. Antonio Capiblanco*, esse questioni sivè torturæ subjecendum dictum Pompilium ex processu informativo, adversus, quod decretum propositis nullitatibus, ex quo non concurrebant, requisita prædicta, facta relatione per *Dom. Consil. Franc. Roccum*, in Juncta, scissa fuerunt vota, ad quorum conciliationem idem Excell. Dominus selegit D. D Consiliarios D. Didacum Soria, & Joseph de Rosa, ac D. Judicem M. C. in criminalibus Octavium de Palma; & tandem die 27. mensis Octobris 1660. coram eodem Excell. Prorege fuit dirempta paritas in beneficium inquisiti, nempè *nullitates obstare* poenès Scribam fiscalem de Piatta, quia in causa duo extant responsa peritissimi *Francisci Mariæ Prat. lib. 3. disceptat. forens. cap. 46. & 47.* & alterum edidit eruditissimus *Dominicus de Rubeis.*

RITUS LV.

ITem, quod Capitaneus Civitatis Neapol. non possit cognoscere, nec se aliquatenùs intromittere debeat de causis merè civilibus, cum non debeat neque possit.

SUMMA RERUM.

1 *Effatum Caravit. insinuans Capitaneum Civitatis Neapolis præsedisse M. C. V. an veritati congruat, remissivè.*

2 *Præsens ritus enixè interdicit prædicto Capitaneo procedere in causis merè civilibus.*
Quid in causis liquidationis instrumentorum.

3 *Ejusmodi causæ liquidationis instrumentorum sint nè criminales, mixtæ saltèm, an civiles.*

4 *Illæ competunt habenti tantùm jurisdictionem civilem.*

5 *Adversus clericum conjugatum exerceri an possit judicium liquidationis instrumenti.*

6 *Nuntius Apostolicus in Regno cognoscit causas criminales subcollectorum, etiam finito officio.*

C*Aravita hoc in ritu num. 1.* insinuat Capitaneum ejusmodi Civitatis Neapolis præsedisse Curiæ Vicariæ, an verò illius assertio veritati
1 congruat sermo erit *ritu* 302. ibique prolixe ratiocinabimur tamen ad notata per eundem *Caravitam num. 1. & 3.* videas *Gramm. in cap. Regni si cum sceleratis nu. 6. Frecc. de præsent. instrum. par. 15. num. 8. Constant. Papa in tract. ad arbitr. M. C. V. cap. 2. num. 81. Capibl. Carav.* memorem *prag. 8. num. 55. & 221. de Baron. Jo. Crispin. in add. ad cap. inaccusatis in fin Thor. in præfat. ad 1. tom. compend. fol. 6. àt.* de potestete Vicarii olim Regni, ejusque prærogativis, loquitur *Camerar. in l. Imperialem de prohibit. alienat. feud. per Imper. lit. P. & O. pag. 79.*

2 Quam tamen enixe præsens *Ritus* interdicat Capitaneo prædicto procedere in causis merè civilibus præseferunt non tantum *Ritus* verba, *nec se aliquatenus intromittere debeat de causis merè civilibus*, scilicet, *dictio, nec & aliquatenus*, itemque subsequens illud verbum, *non debet*; verum etiam, & alia, quæ subiiciunt, illa nempè, *cum non debeat neque possit*; Grandis quippè res est, ut credere possimus altercationem maximam super ea re fuisse cum Capitaneo ipso, prætendente posse in eis manus apponere; Verùm isthæc prohibitio non exilem admirationem nobis præbet; quandoquidem, si cognitionem non habebat causarum merè civilium, utique criminalium, & mixtarum, & tamen *Ritus* 302. neque illis manus apponere licere sanxit in causis liquidationis in-
3 strumentorum quas criminales esse tutatur *Affl. decis. 64.* insequiturque *Marcus Anton. Pulverin. in sua add. ad eandem Affl. decis.* & denique resolutioni inhæret; *de Franch. sub num. 16.* postquam ad probandum esse civiles multa jura compluresque ritus retulerat in *decis. 162. num. 6. Frecc. de præsent. Instrum. par. 6. num. 1. & par. 11. q. 3. num. 4. Caravit. in ritu 182. num. 9. & 309. M. nad. decis. 2. Galter. de præsent. instrum. verbo audiantur excusatores num. 1. pag. 132. Muscatell. de fidejussor. p. 2. q. 2. num. 12. Ricc. decis. Cur. Archiep. par. 3. Novar. qq. forens. q. 79. num. 6. & 7. Dom Regens de Marinis resolut. quotid. lib. 1. cap. 58. num. 15. Reg. Galeota contro ver. 54. num. 17. lib. 1. Reg. Capyc. Latro decis. 45. num. 17. & decis. 58. num 5. vol. 1. & consult. 48. nu 10. vol. 1. Episcopus Teanensis Squillant. de privil. Cleric. cap. 7. num. 27. vers. est tamen, Præs. Merlin. tom. 2. controvers. forens. cap. 22. num. 2. & cap. 24. num. 16. & 17. Franc. Maria Prat. lib. 1. discept. for. cap. 15. à num. 72. & ad Pascal. de patr. potest. p. 2. cap. 9. vers. quod autem*, vel saltem mixtas esse deducitur apertè ex ejusdem *de Franchis verbis num. 15.* & altrerutrum sit verior sententia, de quo alibi, si fata sinent, erit sermo certum videri debet non abdicari jus liquidandi à potestate Capitanei Neapolis, cujus manus o-
4 bligatæ erant dumtaxat virtute hujus ritus circa cognitionem merè civilium nisi dicamus, & hoc ideo contingere, quia merè civiles sunt juxta *Rit.* alios eosque perplures id præportantes, quos idem *de Franchis* memorat *ead. decis. 162. à num. 6.* idque toto pectore conatur defendere *Reg. Rovit. in pragmat. 1. de offic. Bajuli à num. 34. sub num. 38.* Regnicolas omnes quotquot de hac re scripsere, concedere propterea cognitionem talium causarum habenti jurisdictionem civilium tantum, quique *Rovit.* in gratiam Cæsaris de Nobilibus Civitatis Cantazarii bajuli scripsit cujus objectis in eademmet causa occurrens *Camill. Villanus* contrariã aleè sustinuit in *responso transcripto à R. Tap. lib. 3. Jur. Rep. in Rub. de Instr. liquid. n. 20. cum seq.* Nos autem assentimur esse criminales, cui, & idem *Rovit.* inhærere videtur *super prag. 4. num. 33.* & apertiùs sub *num. 42. vers. denique de instrum. liquid.* vel saltèm mixtas non tamen propterea improbamus illorum cognitionem, cui cæteri adducti se subscribunt, potissi-

mùm

num Poller. in prax crimin. verbo audiantur excuſatores num.174. Reg. Capyc. Latro tom. 1. conſult. 39. num. 58. & 59. & tom. 1. deciſ. 58. & & tom.2. deciſ. add.200. num. 42. Regens de Marinis videndus ad Reverter deciſ. 568. ſub num.2. idque propter uſum ſic vigentem à tempore antiquo, cujus cauſa ſancitum fuiſſe credimus in illo ritu 302. minimè licere Capitaneo Civitatis Neapolis in illis aliquatenus ſe ingerere, cui procedendi auctoritas in cauſis merè civilibus interdi-
5 cta erat hujus ritus ſanctione. Hinc ut criminale hoc judicium exerceri haud poſſe adverſus clericum conjugatum ex noſtratibus reſpondere, Ricc. deciſ. 170. par. 3. Novar. q. forenſ.79. num. 7. & in prag.1. de Cleric. ſalvat. nu.12. Squillant. ad tract. cap.7. num. 28. Mari ad Gramm. deciſ. 10. num.3. Reg. de Marinis lib.1. quotid. cap. 58. num.15. necnon Jo. Franc. Capiblanc. pragmat.8. de Baron. par.3. n. 58. quique ſe corrigere tametſi in nova impreſſione videatur, hoc ex impreſſoris menda ad levitatem evitandam emanaſſe fatemur hujuſque queſtionis veritatem alio in loco inveſtigabimus.

6 His etiam fulciri minimè poſſe Curiam Nunciaturæ in hoc Regno in conſeſſu doctiſſimorum virorum reſpondimus, prætendentem contra ſub collectores Apoſtolicos procedere ad liquidationem inſtrumentorum, contra quos vigore Brevis Gregorii XIII. procedere dumtaxat poteſt in cauſis criminalibus quamvis, & poſt functum officium in eos jus dicendi quoque retineat ejuſdem brevis virtute; Etenim quotquot hactenus recenſuimus, vel Ritus ſunt Magnæ Curiæ vel Doctores illius innixi, vel conſuetudines in laicalibus Curiis exiſtentes, ut propterea in Eccleſiaſticis recurrendum ſit ad juria communia, quorum ſanctio cui faveat opinioni noſtrum non eſt intentum hic adiicere.

RITUS LVI.

ITem Curia ipſa cognoſcat de guerra mota, privato carcere, & omnibus aliis pœnis fiſcalibus, nullus verò deferens de præfatis, admittitur, niſi Curiæ ad certam pœnam ſe obliget de probando, & proſequendo, & idem ubicunq; aliquid fiſcale eidem Curiæ nuncietur, conventio tamen ipſius pœnæ fieri debeat cum advocato, & procuratore.

SUMMA RERUM.

1 *Civilis ſeditio grande malum, belloq; eſt calamitoſius.*

Majora in ſeditione ſcelera, quàm in Bello committuntur, nihilque civili bello deteſtabilius.

2 *Deploranda illa menſium interſtitia, in quibus nonnullorum Urbis Neapolitanæ plebicularium plus æquo ſeſe efferentium audacia eo devenit, ut confuſo Civitatis jure, in commotionem venerit, recenſentur.*

Summatim memoratur, quid illis temporibus, Authoris domui contingerit.

3 *Acta facta plebicularibus commotionibus durantibus, an, iis ceſſantibus, habeant ſubſiſtentiam.*

Ethymologia Tyranni unde ortum habuerit, quis talis propriè dicatur, quamque tetros, tyrannis parias effectus, remiſſivè?

4 *Inquilinus an teneatur ad integram penſionem, ſi in domo conducta habitare non potuerit, integro locationis anno, abſque ejus culpa.*

Quid ſi ampliſſimis clauſulis ille omnes caſus fortuitos in ſe ſuſceperit.

5 *Penſio domus an integra à conductoribus propter peſtem, vel alio juſto periculi timore emigrantibus, ſolvenda ſit.*

Examinatur deciſio Affl. 258.

6 *Seditioſi, & turbantes pacificum ſtatum Civitatis, qua pœna mulctentur, remiſſivè.*

Statutum puniens elevantem rumorem haud includit inimicum, cujus cauſa rumor elevatus eſt.

7 *Pœna privati carceris, quæ ſit à jure ſtatuta.*

8 *Illam aufugis committens privatum carcerem, in multis caſibus, qui recenſentur.*

Potiſſimùm excuſantur detinentes furem, aut alium delinquentem paucis horis, ut Superiori conſignarent.

Itidem Vir Zelotipus, & Amaſius, & nonnulla de amore viri erga uxorem traduntur.

9 *Qui valeant uti carcere privato, & an tale jus cedi poſſit, remiſſivè.*

10 *Pœna pecuniariæ, & tranſactiones factæ, & faciendæ in Juncta contrabannorum applicari debeant fiſco, vel conſignatariis, inquiritur.*

Pœna fraudatæ Gabellæ firmariis, ſivi Gabellariis applicantur.

Dom. Conſil. & Præſes R. C. Aſcanius Raetanus laudibus celebratur.

D. Conſil. Decanus Aloyſius Gamboa, & D. Antonius ejus filius laudantur.

1 SErmocinati ſumus *rit.47.* de bello, nunc aliqua de civili ſeditione ſubiiciemus, quæ, ut omnium fert opinio, Grande malum, eoque eſt calamitoſius, cum pars Scilicet Reipublicæ contra partem, aut contra Principem inſurgit. Unius ejuſdem corporis membra, quæ niſi conſenſu ſalva eſſe non poſſunt, inter ſe colliduntur, mutuoque conflictu ſeſe interimunt; Majora ſanè in ſeditione ſcelera, quam Bello committi ſapientium teſtatur Judicium; conſulat quilibet Romanæ hiſtoriæ vetuſtatem, nihil civili bello, deteſtabilius memoriæ proditum eſt; Reducat in mentem, quæ Nicetas de Adrönico Imperatore civilibus armis acriter vexato, ipſaque orbato lucis uſura, literis obſignavit, nullum quòd meminiſtis, calamitatis monumentum horribilius poſteritati reliquiſſe civilem furorem perveſtigabit; adhuc Urbium cadavera civili ferro dirutarum ſuiſmet rudenibus conſepulta non ſiccis inſpectantur oculis.

2 Sed quid priſca commemorem? viva adhuc ſeminecis hujuſce Inclytæ Urbis Imago veſtros ante oculos obverſatur; Quis veſtrum in memoriæ paginis civiles tumultus obliteravit? cum è piſcatoria arundine ad Urbis ſceptrum tractandum homuncionem cætariumque illum terræ filium, *Mas'Aniello*, vulgò nuncupatum, temera-

rio

rio ausu, & ad insaniam manus transtulisse, & contemptis retibus, & velis è navicula solio, fascibus, ac purpuræ inhiasse vidimus; quæ tunc fuit rerum facies? quæ calamitatum illuvies? Septima Julii dies infelicioris anni 1647. seditioni initium attulit; vidisses hominem, non pisces amplius, sed nobiles viros ad necem venari, non hamiotam amplius, sed conchytam divitum margaritas deprædari, non retia minutis pisciculis, sed vincula magistratibus intexentem, qui, ut seditionis libertatem ostenderet, obtruncari Proceres, vectigalia abrumpi, magistratuum domos incendio, atque armis vastari jussit. Verùm dum cæteros designabat ad cædem, ut tanti sceleris pœnas lueret, ad sextum diem à civibus, quos ad Urbis exitium inflammarat, ex inopinato funestissimè interficitur. Resederant jam res sceleris antesignani cæde; cum excitari denuo tumultus; & insultari cives Augusti mense conspeximus; Corruisset ad exitium Urbs, ni Joannes Austriæ cognomento, Serenissimus, cui Deus, & potiri semper hostium, & victoriam consequi dedit pro pietate bellantis, opem attulisset. Is enim, ut Cives armatos opprimeret; adeò gravem commisit pugnam, ut alii à Rege starent, alii verò partes plebis tuerentur.

Domi ego meæ cum parentibus habitabam extra januam Regiam, cum rebellis populus in D. Dominici è Sariano Conventu stationem posuit; Nos nè à Rege nostro deficere diceremur, ultrò Regis militibus domum tradidimus, quibus cum aliquot dies degimus; tandem ut belli exitus postulabat, fugere illinc statuimus, domum nostram, fortunas omnes, suppellectilem, & bona omnia, quæ summa decem millia aureorum colligebat, reliquimus, quam, & incendio, & direptionibus depopulati sunt, non sine magno tamen, & totius Urbis, & Regiæ militiæ emolumento, quæ & domui meæ stationem posuit, ut hostes, vel cives refractarios opprimeret, & ex eadem domo rebellantium obtudit vim, indeque nè majores in seditione progressus facerent hostes, facillimè impedivit, quod totum fidei nostræ, ac amoris erga Invictissimum Regem significationem præferre volumus.

Octavo idus Aprelis, qui Dominico Palmarum triumpho dies sacer erat, seditiooi interpositus est finis, cum Hispani Milites, & Patritii homines cæteriq; nobilitate clati, pientissimo Joanne Duce triumphum suum supremi exercituum omnium domini trophæis conjunxerunt, oppressis interim hostibus; & Guisæ Duce, qui Roma rebellibus frustra venerat opem laturus, in fugam sese conjicere adacto.

Id quoque civilium bellorum crudelitatem ostendit, quod omnia victis solatia auferuntur à seditiosis: in bellis externis crudelitatis aciem obtundit utilitas servitutis, cum maline apud se victores, ut sibi serviant, quam eorum calcare cadavera, sic Persas, & Getas ad cyathos statuunt, Ethyopes faciunt Atrienses, Alemanni Equites curum ante ambulant; seditiosi sola cæde triumphent. Nobilitati, & virtuti parcere, sæpè solent hostes, Alexander Porum victum regnare mandavit; Darii filias, matremque consolatus non inferius sua dignitate matrimonium sperare, jussit. Civilis furor bonos insequitur, nobiles, ac divites designat ad necem; virtutem tanquam veneficia persequitur. Adderem hoc loco, si vacaret, rationes alias, quibus seditionis immanitas innotesceret, ut acrius Principes ad hoc malum eliminandum, arcendumque inflammarentur; subnecterem eruditissima seditionum exempla, sed nè historicus dicar, cui vacat *Adamum Contzen è Societate Jesu lib. 9. politicor.* videat, qui à Romanis exordium duceos ad nostrum ferè sæculum atrociores tumultus, ac seditiones elegantissimè describit.

Nos dumtaxat nonnulla usui forensi perutiles
3 quæstiones casticabimus, & primo, acta facta plebicularibus commotionibus durantibus coram Judicibus ab ipso populo, vel Duce Guisæ, ipsius malo Duce, deputatis, nullam habuisse subsistentiam, iis cessantibus, coram Regiis Magistratibus, non inconcinnè expedit *Franc. Maria Prato observat. 46.* insinuans determinationem è Supremo Collaterali Consilio emanatam, quin differtè tradit unde ortum habuerit ethymologia Tyranni, quis talis propriè dicatur, quæq; mala ingerat, quamq; tetros tyrannis pariat effectus. Fuit quoque per id tempus, excitata controversia inter inquilinos, & domorum dominos, an il-
4 li obstringerentur ad integram pensionem, dum in domo conducta habitare non potuissent, integro locationis anno, absque eorum culpa, pro quibus adversus dominos calamum arripuit, idem *Franc. Maria Prato altera observ. 73.* summatim faciens memoriam ærumnarum, quæ ex plebis commotione irrepserint, de quibus memor extitit quoque *in epist. ad lectorem in 2. disceptat. forens. vol. 2.* & casus perstringendo *dec.* compilavit *Reg. Capyc. Latro 162. lib. 2.* Conductori namque regulariter pensionis diminutionem fieri, si re conducta frui non valuerit ob tempestates, ac calamitates insolitas, insinuant *Carondas respons. lib. 10. resp. 58. & lib. 4. respons. 102. Renatus Coppinus ad leges Andegavenses lib. 3. cap. 2. tit. 2. num. 20. & de Sacra Politia lib. 3. cap. 7. Christineus in Consuet. Mechlinensibus tit. 8. artic. 14. in addit. pag. 309. Surd. decis. 326. Card. Mantic. decis. 35. num. 5. Franc. de Ponte in centur. causar. fiscal. caus. 44. quæst. unica, Cons. Marcian. cons. 69. num. 5. vol. 1.* quibus non contradicunt *Cabed. dec. 92. par. 1. Camill. de Laratha cons. 57. Noviar. in prag. de locato num. 21.* necnon, *Thor. in compend. decis. par. 3. tit. 1. fol. 392. & in supplem. verb. conductor,* conferuntq; quæ de computo ad beneficium debitoris tempore mutationis monetarum scripsere *Reg. Capyc. Galeota respons. fiscal. 17. Reg. Capyc. Latro consult. 40. par. 1.* & ante ipsos ootavit *Reg. Revert. decis. 473.* insequitur *Larrea resp. fiscal. 1. allegat. 18.* confirmatq; *Thor. par. 1. compend. verbo Excomputum, & verbo conductor.*

Et nedum illam in gratiam conductorum emigrantium, sed & illorum quoque, qui domus inhabitaverunt, absque tamen ullo commercio, & negotiis propriis, ad quæ sanè negotia gerenda eas conduxerant, fieri; respondimus ea quippè ratione, quia uti illas non valent ad destinatum usum, ex *l. ex conducto, §. si viis tempestatis, ff. locati*, ibidemque in terminis *Paul. de Castro à Camill. de Medices laudato cons. 141.* quod antea observaverat *Bess. de remiss. merced. num. 40.* & pro-

tendit

tendit An baran. conſ.88. ceſsante bello,ſed ipſius timore adhuc perſeverante, comprobat Jo: Baptiſta Gargiareus 1.tom. conſ. 96. à num.79. concinnunt optimè tradita per Giurb. integr. obſerv. 24. Ripoll. var. reſol.cap.12. à num.325. Maſtrill.dec. 299. tom.3. Viv. commun. opin. in opin.131.& Jo. Bapt. Coſta conſ. 6. Quamvis, & peculiari pacto, ampliſſimis cum clauſulis, conductor ipſe omnes caſus fortuitos ſuſceperit, cum inſoliti, & penitus inopinati non veniant, Bar. anteſignana eſt doctrina in l. ſed & ſi quis §. quæſitum, ff. ſi quis caver. necnon Bal. in l. falſus, Cod. de furtis ex l. ſi ſtulas §. fin. ff. de contrah.empt. ampliat Alex.conſ. 28. num.9.verſ.capto ſecundum vol.1. tametſi clauſula exiſtat (de omnibus aliis caſibus, qui cogitari poſſent) Bar. author. fretus in l. ſcio, §.medico, ff. de an. 1. legat. inſequuntur Gomeſ. variar. reſol. tom.2. cap.3. num.9. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 534. n.45. par.2. Franc. Marc. dec.62. Pautſcham. pract.99. par. 1. q. 12. num 21. Reg. Capyc. Latro conſult.135. Cyriac. controv. 166. num. 34. Avendan. de met. lib.2. cap. 32. num. 36. Peguer. deciſ. 214. num.15. Cavall. comm. contr.com. q.702.lib. 1. & determinatum in S. C. anno 1573. referente eximio Viro Vincentio de Franchis in cauſa Hieronymi Montenigro, cum Jo. Andrea de Oria, teſtatur Conſil. de Bottis in memorat.l.ſed & ſi quis §. quæſitum, Anton. de Amato latè tradit reſol.18. Conſ. Staiban. reſol.forenſ. centur. 2. reſolut. 148. & Reg. de Marin. lib. 2. quotid. reſol. capit. 186. num.6.

5 Hoc ipſum in iis, qui ob peſtis timorem anni 1656. à domibus conductis emigrarunt cenſuit ſtatuendum, P. de Afflict.controv. jur. in ſupplem. add. ad cap.22. tametſi mobilia, vel famuli in domo remanſerint, vel ipſi quoque conductores habitaverint, quoties principale intentum habitationis finem conſequi non valuerunt, exploſa Matth. de Affl. deciſ.258. quin è in calce ſupplem. fol.35. allegationes inſignis Advocati Ferdinandi de Afflicto in themate proprio editas reſcribit, tandemque in fine teſtatur ipſum Ferdinandum palmam reportaſse cum RR. PP. S. Mariæ Majoris, necnon Judicem M.C. Alexandrum Conſalonum in alia cauſa, in Banca Licti, At confiteri oportet me actipercunctaſſe, & cauſa minimè diſcuſſa, in illa thæſi fuiſse tantùm domi per Conſil. Jo. Bapt. Muſcettula decretum proviſionale emanatum, licere inquilinis prædictis exfractare cum obligatione de ſolvendo, & proindè deciſum dici haud poteſt, quod minimè diſcuſſum fuit. Quod ſcio eſt me in cauſa propria, aliorumque Cuentum, & Advocatos longè me præſtantiores, nunquam obtinere potuiſſe, ex add. Affl.dec.258.quæ tametſi juri communi adverſetur, juxta tradita à P. Philiber. Marchino de Bello Divino, ſeù Peſte par.9.cap.3. & Francíſ. Anſaldo conſ. 88. illius tamen authoritas terruit jus dicentes.

Cæterum, quòd probato ſaccomanno, depopulatione, incendio, naufragio, juramento partis de ſcripturis, illarumque tenore, ac amiſſione ſtetur; ſcripſi in cauſa propria fretus Affl. dec.13. num.10. Surd. conſ.245. num.30. volum. 2. Thor. par. 1. compend. verſ. probatio ſcripturæ, Tepat. var. ſentent. tit.323. cap.9. vol.1. Gratian.diſcept. forenſ. cap.262. tom.2. Theſaur. qq. forenſ. lib. 3.

q.94. Dom. Reg. de Marinis in obſerv.ad deciſ.180. Reg. Revert. num. 2. maximè aliis concurrentibus adminiculis, ad l.1.C. locati, Specul. lib.4. tit. de pignor.num.15.

6 Qua verò pœna ſeditioſi mulctentur, indicat Carrer. in pract. crim. in l. obſervare n.97. necnon Boſſ. in tit.de ſeditio. Capyc. dec. 130. Gram. voto 19. Clar. §.fin. q.98. ibidemque Bajard. & præſertim de Religioſis loquitur Menoch. de arbitr. Jud. caſu 437. quiq; caſu 266. num.5. extricat pœnam contra turbantem pacificum ſtatum Civitatis, aliaſque adjungit Fab. de Monteleone in prax. ſua arbitr. par.4. num.879. Verùm in hac materia notabilitèr deflectit Marſil. ſing. 247. ad ſtatutum mulctans elevantem rumorem, quod haud includat inimicum, cujus cauſa rumor elevatus eſt, ejuſque meminit Avus meus ad Capyc.. deciſ. 62. num.4.

Et ut ſtemus promiſſis rit. 47. num. 14. pauca
7 de privato carcere, de quo fatur Ritus adnotabimus, qui nedum Jure Regni vetitus eſt in cap.incip. contra effrenatas, & in altero incip. amplius nulli, Rub. de non capiend. vaſſall. atque in capit. incip. Terrerii rub. de Terrer. Affl.in Conſtit.Regn. Auram. num.7. Campagn. in add. cap. contra effrenatas, & in cap. incip. quod de Vicariis num. 16. ſed, & jure quoque communi l.1.C.de privat.carcer. quæ pœnam etiam ſtatuit adverſus contrafacientes, quam non obſervari aſtruit Clar. §.fin. q. 68. verſ. privatum carcerem, nonnulla advertunt Bar.in l.l.capite quinto, ff.de adulter.Boſſ. tit.de carcer. num.26. & Caſtill. ſcribit luculentèr conſ. 13. ſub num.24.reliqua huc ſpectantia congerunt Farinac. in prax. crimin.quæſt.27. à num.8. titul.de carcer. & carcerat. & Tuſch. concluſ.94.lit.C.non tamen pœnam aliquam mereri recordor, qui juſta
8 cauſa adductus, conſtrinxerit aliquem, puta furem, aut alium delinquentem, eumque detinuerit viginti horis, & ſuperiori conſignaverit, teſte Julio Claro add. q.68. ſub num.33. Pariſ. de Synd. §. officiales deſtinati, Laderch. conſ.205. Rovit. in rub. de exul. num. 3. Franc. Mar. Prat. reſp. crimin.7. num.26. adducens num. 37. præceteris Carav. in ritu 47. num.14.in 2.quæſt. Illud inſuper, & pulchrum quippè dictum, prætorire nolo, licere ſcilicet viro zelotipo, & citra pœnam, detinere privatim carceratam uxorem,per Gloſſas orem ſtatutorum Bononiæ, cum de privato carcere fatur, inſequitur Jodoc. in pract.crimin. cap.64.pag. 156. laudatus à Bajard. ad memor. Clari q.68. nu. 101. confirmatque Avus meus ad Gram. deciſ.34. num.11.ſubnectens, non licere ipſi viro acritèr illam verberare, & verberatam poſſe illam agere ad thori ſeparationem; pluraque contra ſimiles viros invehunt Sylv. nupt. in princ. num. 36. Reg. Valenz. conſ. 41. à num. 14. lib. 1. & tradunt idem Avus meus ad Capyc. dec. 7. num. 4. Giurb. conſ. crim. 43. Reg. Galeot. tom.2. controv.61. num.46. Hinc illud in Barbaris reprehenditur ab Ariſt. lib. 1. polit. cap. 1. quod fœminas, & ſervos pari habeant gradu, & Numidæ ab Hiſtoricis, ob id malè audiunt,quod uxoribus perindè ac ſervis utantur, ut ſcribit Heraclides in polit. apud Apul. in lib. 1. metam. Hoc & Ethnici præcipiebant, ex quorum inſtitutis, qui Junoni ſacrificabant,felin ſacris non adhibebant, ſed è victima exemptum,

apud se, continuò esse jubebant, ut si quid ab ipsis, aut immoderatè factum, vel non prudentèr excogitatum, ac dictum fuisset consilio hic, & vocibus demonstraret. Conijcitur hinc facilè, quàm par sit, & rationi consentaneum, ut in foro locumtenens Magistri justitiarii, hodie nuncupatus Regens Magnam Curiam cum uno ad minimum ex Judicibus sententis proferat, ac pronunciet, non .n. ex jure dicere existimatur is, qui arceat à se Judices, & privatus agat in causis, quæ Judicum discussiones expostulant, si testem actionum suarum quilibet habere debet, quantò sanè decentius erit & testem & Judicem apud se esse in judicando publicæ felicitatis amatori, nè privatis animi propensionibus indulgere dicatur; dedecet namque Præsidem juris ignarum (qualis ferè semper eligi consuevit) arbitrio suo aliquid agere, cum tot, tantosque judices sibi per curiam constitutos habeat, *arg. l. nemo C. de decurion. l. prohibitum C. de jure fisci.* & in terminis nostri *ritus*, advertit *Constant. Papa ad arbitr. M. C. V. cap. 2. num. 78. & 79.* nec non *Danz. tom. 1. de pugna DD. tit. de offic. Præsid.*

At cum ipse Regens præesse consueverit semper Rotæ criminali, atq; interesse decisionibus dictarum causarum, jure hujusce ritus verba intelligere debemus, procedere, in decidendis Cau-
2 sis capitalibus, verum cum adauctus deindè fuerit numerus Judicum criminalium ad quinque, civilium verò ad sex juxta *prag. 28. §. nunc verò de offic. S. C.* imò postremis his nostris temporibus octo incumbant expeditioni causarum criminalium, sex verò civilium, quod plenius annotavi super *ritu* 2. porrò nunquam, aut perrarò eveni-
3 re poterit, quod in hoc ritu disponitur. Cujus ritus decreti, licere Regenti cum uno ex Judicibus ad minus pronunciare, ratio videtur, quia sic Principi placuit disponere, non illa, qua *Prosp. Carav.* utitur sub *num. 2. laudatur à Danz. de pugn. DD. tit. de offic. Auditor. num. 4. & 58. tit. 1.* quod eorum officium est auctoritate, & utilitate publicum; etenim illam tametsi veritate niti alibi copiosè scripserimus; ea tamen huic casui quomodo adaptari possit, non videmus probabilem rationem ab aperta jura in hoc specifico sancientia omnès tùm ordinarios tùm delegatos
4 Judices debere, ut saltem omnes adsint decisioni causarum tametsi plurium tunc sententia prevaleat, *l. Pomponius cum duabus sequent. ff. de re judic.* idipsum in procuratoribus *Glos. in l. pluribus ff. de procurat.* tùm *in cap. si duo de procurat.* atque in arbitris statuens est *tex.* qui tergiversari nequit *in l. si interes ff. de receptis arbitr.* concinnunt *l. item si unus §. fin. eod. tit. l. duo ex tribus* ibiq; *Bar. Alex. Jas.* & cœteri *ff. de re ju-
5 dicat.* quibus fretus in famigerata illa disceptatione successionis Josephi Præite nullis confectis tabulis suprem's, nec susceptis liberis, defuncti orta inter Jacobum Figliola actorum Magistrum Sacr. Conf. & Elionoram Preite conjuges, & mortui sororem, quæ in fratris gratiam amplam emiserat renunciationem omnibus clausulis vallatam, & Antoniam Preite uxorem Hyeronimi Petrone Josephi prædefuncti quoque sororem, quæ minimè renunciaverat compromissa in personas U. J. D. D. Julio Cæsaris Cajasa, D. Josephi Caravita, & D. Fulvii Caracciolo fuit per duos ex tribus absque Doctoris Julii Cæsaris interventu prolatum laudum in beneficium Elionoræ, aperto marte contendi, illud nullitate scatere, ex *Blanc. de commiss. quæst. 9. num. 35. Abb. cons. 77. num. 3. Specul. tit. de arbitr. §. sequitur vers. sed pone, Marant. in Specul. tit. an sit jndec. civil. vel crimin. num. 32. Bal. cons. 6. vol. 6. & cons. 32. vol. 4.* præcisè sermocinante de laudo trium quarto absente, *Cardin. Tusc. pract. conclus. lit. A. concl. 464.* autumante non esse satis legitima citatione fuisse tertium interpellatum, cum omninò de jure civili illius exquiratur interventus, *Jo: Bapt. Ciarlino controvers. forens. cap. 27. num. 1. Anton. Fabr.* decisum attestante *in ejus Senatu lib. 2. tit. 38. de arbitr. diffinit. 3.* quique advertit interpellationem minimè sufficere, sed dùm compromissum receperat cogendum non interpellandum fore, & tandem adduxi *Vivii dec. 280.* necnon *Nigrum Ciriac. controv. 559. tom. 1. & cap. 471. Borrell. in summ. decis. tit. 63. num. 346.* haud refragante Brogardico illo contumaciam pro præsentia haberi, ad *text. in Authen. qua in provincia vers. sed si nec ipse, C. ubi de crim. agi oport.* quod locum vendicare in ipsiusmet contumacia damnum, non in tertii præjudicium certum est; Nostroque arbitrio haud refragatur canonicum jus legitimam tantum interpellationem exquirens, in *cap. fin. de arbitr. in 6. Abb. cons. 77. col. 3. lib. 2. Tusc. add. conclus. 464. num. 13.* cum illud servandum sit in terris Ecclesiæ, non Imperii, peculiari Juris civilis sanctione repugnante, & cumque de animæ præjudicio non agatur ut *Glos. Abb. Auchar.* aliique laudatis, perpendit citatus *Viv.* nec non insequitur memoratus *Ciarlinus cap. 27.* quin *Bar. in indic. l. item si unus §. item si plures* Jus Canonicum in arbitris tantùm necessariis admittit non voluntariis, ut erat nostri facti species *Bar* distinctionem amplectuntur, *Bal. Franch.* & alii à *Vivio* laudati, plurica *indic. decis. 280. num. 16.* & in praxi receptam exclamat *Cavens. in commentar. prag. odia col. 3. vers. electo tertio.*

Hinc contra rerum judicatarum authoritates dicebam esse quod doctissimus *Reg. Donat. Anton. de Marin. quotid. resolut. lib. 1. cap. 239. num. 9.* animadvertit jus civile haud adversari Juris Canonici Sanctioni, cum illud nitatur regulæ ordinariæ hoc vero malitiosæ absentiæ, & propterea utroque jure attento, existente voluntaria coarbitri latitudine posse ex tribus electis duos compromissis controversiis finem imponere, ea quippè ratione, quod latitudo, & contumacia arbitri parti damnum afferre non valeat, teste *Fabro cit. definit. 3. num. 3.* quamque idem eruditiss. Vir. *Regens de Marinis* agnoscens difficultatem *num. 14.* præbet regulam, quam observatam testatur à majoribus, quod in compromisso facultas arbitris concedatur, ut valeant duo ex tribus electis altero votum dare renuente laudum proferre; Quid quod? ipsum peritissimum D. R. ab U. J. DD. Julio Capone, & Antonio de Ponte paris ex adverso patronis adductum, si rectè intueretur, justitiam Antoniæ Preitæ solidissime comprobare affirmabam loquitur ille namque in arbitro, qui cum fuerit requisitus, intervenire ab-

abnuit; & malo animo ac voluntariè abest, & data opera, ut conveniri nequiret, secus verò in arbitro impedimento detento, vel qui non latitat sed de facili à judice cogi potest ad arbitrium poferendum *arg. l. §. 1. de recept. arbitr.* Tandem die 10. mensis Octobris 1657. facta relatione in S. Cons. per *Dominum Consiliarium Aloysium Gamboa* votantibus D. D. Consiliariis Antonio Capiblanco, Erasmo de Ponte, & Francisco Rocco, fuit ejusmodi latum decretum S.C. declarat, laudum esse nullum, & proindè procedatur in S.C. pœnès actorum Magistrum Anellum de Fusco.

6 Nec tantum arbiter, ut Judex interesse debent, sed votum proferre, idque dato quod priores votantes in unam iverint sententiam, cujus contrariam ipse sectetur; & nolit proferre ob majoris partis in unam sententiam; quandoquidem, & suum tenetur dicere votum, quia fieri potest quod eos trahat in aliam à se proditam sententiam ex ultimis, & perjucundis verbis adductæ *legis si in tres*, idque pluries mihi accidit in circulo cum collegis meis, cum primo illic juniores quoque votum proferant, mihique post, & meam, & aliorum recensitas sententias, motivum addere competiisset, doctissimi viri illi dedignati haud fuerunt ab eorum, quod dixerant arbitrio profelire meæq; opinioni adhærere.

Solet tamen in rescripto delegatario nonnunquam aliqua clausularum addi, quæ præportat eorum aliquem posse, quarum congruentiori loco erit sermo, ac præceteris illa est, *quatenùs vos, vel duo vestrum*, &c. cujus veritatem declarat *Martha tractat. de clausul. part. 1. clauf. 274. & Borgnin. Cavalc.* de ea scribens respectu brevis, si in evidentem, in *decis. Fiviaana 46. à num. 381. par. 1.*

Quamobrèm ubicumque cœtus adest judicantiū in loco aliquo, prout in Regiis Audientiis, Magna Curia, Regia Camera Summariæ, & Sacro Consilio, qui quidèm omnes constituunt respectivè unum corpus in eodem Tribunali, quod insupèr omnes Consiliarii facerent, nisi Regis mandato in plures aulas distincti essent, in duas quippè antiquitus per *Cæsar. Majest. Caroli. V. in prag. 41. ver. quamobrem de off. S. R. C.* in quatuor verò postmodùm aucto numero Consiliariorum, *ex pragm. 73. eod. tit.* itidemque Judices civiles Magnæ Curiæ in duas, *ex ead. pragmat. num. 3. & 1* etiam Judices M.C.V. in criminalibus ex *pragm. 48. de offic. Mag. Just.* atque ideò omnes Judices unitis aulæ, tanquam unum corpus convenire debeant, & jus conjunctim dicere, eorumque duo saltèm vota conformia concurrant in causa ducatorum citrà ducentorum; tria verò abinde supra, ut eadem in *pr. 41. sancitur §. 3. Reg. Rovit. decis. 81.* tametsi uni eorum committatur, qui illam finiat ex altera *prag. 8. §. 3. de officio Magist. Justit.*

7 quæ partitio citius, quam commissio dicitur, teste *de Franch. dec. 143.* loquente in Judicibus Magnæ Curiæ, quia ordinaria funguntur jurisdictione, necnon *Visconti in addit. ad eand. 143. Præsid. decis. in nov. ver. 3.* memore *Garav.* hoc in *ritu*, qui hoc ipsum insinuat *rit. 165. num. 28. Reg. Rovit. in prag. 1. de offic. M. Justit.* quæ cum subsistat etiam in Præsidentibus Regiæ Cameræ, *Rovit. in prag. 1. sub num. 3. de cauf. decidend.* id ipsum dicendum quoque in causis à Locumtenente Regiæ Cameræ distributis inter eosdem Præsides, de quo latè nos alibi; quin? aliquando causæ; quas circumspectus S.C. Præses pro earum qualitate, junctis aulis S. C. ad partis supplicationem determinari jubet, juxta *pragm. 4. 41. & 65. de offic. S.C.* quod ibidem declarat *Reg. Rovit.* nec non *Thor. par. 2. compend. decif. verb. unio aularum*, ex prediuntur junctis Consiliariis duarum aularum. Unde moris est in Sacro Regio Consilio, statutis per singulas hebdomadas diebus aulas jungi, simulq; convenire duarum, aut plurium aularum Consiliarios, qui causis prædictis expediendis vacent, ex mem. *pragm. 41. num. 8.* Ordo sanè pulcherri-

8 mus est, quando infrà quindecim dierum spatium universæ, quatuor Sacri Regii Consilii aulæ, invicem, altera alteram audiente, mutuo quoque altera alteram secundo alloquuntur. Romano autem jure minimè ignotus, quo quidem jure societate in judicando sæpè sæpiùs contingente diversarum Curiarum Judices simul conveniebant, *l. 1. C. de offic. Vicar.* Id quoque in aularum unione observatum animadverti, & si unus tantùm ex Consiliariis alterius Aulæ adsit, ipse solus, (qui alioquin, separatis aulis, inutilis esset) tunc aulam constituat, quod ex jure descendit, exemplo Universitatis, & Collegii, quæ, & in uno superfunt, *l. sicut municipum 7. §. in decurionibus*, ubi *Glos. & DD. ff. quod cujusque univers. nom.* & nos tangimus in *rit. 60.* Ex quibus sic breviter collectis, deducit quisquam multos constitutos officiales in aliquo Senatu una simul convenire debere, & judicare, atque ità statutum fuisse à D. Petro à Toledo anno 1532. refert *Foller. sup. hoc rit. sub tit. de magist. Justitiar.* subnectens ex hoc li-

9 mitari hujus ritus dispositionem. Idque adeò, ne quidèm in scriptis dare queant absentes, ut notavit *Reg. Rovit. in prag. 7. num. 1. & 8. de suspicion. official.* nisi legitimo impedimento detentus sit, & intra Regnum reperiatur Judex, juxta *pragm. Comitis de Lemos Junioris*, quæ est 77. *de off. Sac. Cons.* & tangimus *rit. 98.* Quàm sit igitur minus stabilis Caravitæ ratio, ex hactenùs recensitis faciè diudicabitur, & quod si, vera esset, illa militaret etiam in omnibus Senatibus, & tamen cessare probavimus, quamvis vendicet sibi locum sanctio præfatæ *l. Pomponius*, eique annexarum.

10 Quod si vota paria sint, quid fieri debeat, *Thesaur.* explicat *dec. 1. Molfes. ad consuet. Neap. p. 10. q. 22.* demumque veritas est, etiam nostris temporibus, quod si dissonæ sententiæ in S.C. proferantur, alii adiunguntur Judices, si verò in R. C. S. Tribunali reus actori præfertur, ex juris communis dispositione in *l. inter pares ff. de re judic.* teste *Vincen. de Franch. dec. 252.* hicque reorum favor protenditur etiam ad reum, qui per accidens est actor, *Menoch. lib. 2. præs. cap. 90.* ut præterea primo aspectu dura videatur decisio in Regia Came-

11 ra facta, dum in articulo suspicionis propositæ per reum principaliter conventum, adversus unū ex Judicibus, paribus votis prolatis, sententiæ lata fuit contra suspicionem, cujus memor extat *R. Tapid de jur. Regni sup. prag. 22. de off. procur. Cæsar.* tantò magis cum hujusemodi suspitionum pro-

propositiones legitimæ vocentur exceptiones; *Muscatell. in prax. S.C. par.2. Glos. competens à n. 17.* quæ propriæ sunt reorum, Verum cum indifferentèr, & reis, & actoribus competant, omni jure sunt omninò separatæ à judicio principali proprio judicio conclusæ, ut ipse *Reg.* differit. Addimus etiam talem favorem, quo rei donantur, cessare quoties dubitatur super jurisdictione Judicis, *Alex. & Jas. in l. de die ff. qui satisdar. cogant. Alciat. de præsumption. regul.3. præsumpt.44. Menoch. adduct. capit.* 90. Meritò igitur suspitio non militavit, atque ad exornatum *sex. in l. inter pares*, quique actor, vel reus sit; relego lectorem ad *Covar. var. lib.1. capit.2. num.6. Cujac. lib.12. observat. cap.16. Reg. de Pont. dec.31. num.6. Osasc. decis. 151. Posth. de manuten. observ. 5. num. 13. Anell. Amat. cons.27. Cavalcan. dec.17. Rot. Roman. dec.417.*

12 Et tandèm adverto licere Judicibus omnibus causis finem imponere, absque Regentis præsentia, quidquid autumet *Petr. de Monteforte in Constitut. justitiarii non per Calendas*, Judices multa modica causarum civilium, & criminalium expedire sine magistro Justitiario, teste *Parid. de syndic. verbo Assessor sub num.27.* sicuti, & Auditores quibunt absente Præside, ut quoque advertit *Caravit. rit. 64. num. 3.* & in praxi receptum memorat *Judex de Angelis in prato sup. l. tres 4. C. de Episcop. audient. n.9.* extantque *pragm. nona de offic. Justit.* & altera *1. de caus. decid.*

13 Quæ autem M. C. Regens valeat terminare cum voto unius Judicis, & Præses cum voto auditoris, explanant *Muscatell. in prax. lib.1. par.1. glos. petitur sub num.41. Carav. ritu 168. sub nu. 5. vers. & ideo testificatur Thor. ad Jo: Grand. de Bello exul. in 53. specul. vers. ibi num.2. pag.45.* & quod *Carav.* tradit hoc licere Præsidi, etsi pars petat expectari adventum alterius Auditoris absentis, non admittit de facto, *Follor. sup. hoc ritu pagin. 151. at.* dicens sæpius M. C. V. rescribere, quod expectetur adventus alterius Auditoris, & non contradicit *Thor. ad Joann. Grand. addit. loco in fin.* & de Prorege Regni loquitur *Reg. de Ponte in tractat. de potestat. Proreg. tit. 12. per tot. & num.25.*

RITUS LIV.

Magna Curia cognoscit de præsentationibus instrumentorum.

Item quod nulla alia, præter ipsam Curiam Magnam Vicariæ, cognoscere possit, & valeat de præsentationibus instrumentorum: & interrogationibus, fiendis super ipsis, & circa præfata servetur laudabilis Ritus dictæ Curiæ hactenus observatus, & superiùs expressus.

SUMMA RERUM.

1 *Octava præeminentia M. C. V. est cognoscendi de præsentationibus Instrumentorum privativè, quod omnia Tribunalia.*

Prag.72. de offic. S.C. inter prætir. uti directa S. C. non comprehendit supremum Collaterale Consilium.

2 *Instrumentum liquidari in Curiis Baronum de consuetudine potest.*

Dispositio Prag. 1. de Instrum. liquidat. examinatur.

Decisio adducta à Dom. Reg. Rovito sup. ead. prag. 1. in dubium revocatur.

3 *Reginales Curiæ Regni, num cognoscant de ejusmodi causis liquidationis instrumentorum.*

4 *In Curiis bajulorum non liquidantur instrumenta.*

5 *Utique verò in Curia Admiratiæ.*

Quid in Curia Nundinaria.

An in S. C. contra Magistros Actorum.

Contra porterios S. C. sint ne liquidanda instrumenta in ipso S. C. vel coram illius Preside.

De delictis per ipsos patratis est Judex Præses privativè ad M. C.

6 *Atque etiam in Curiis Regiarum Audientiarum liquidari possunt.*

Verus intellectus add. pragm. 1. circa hoc traditur.

7 *Clausula de potestate liquidandi in omni Curia, & foro, quid operetur, & an sit valida.*

Cedens, qui sibi reservavit jus liquidandi instrumentum contra debitorem, ad omnem instantiam Cessionarii, invitus an cogatur id agere in loco per ipsum Cessionarium petito.

Non obstante facultate impartita creditori in omni Curia liquidandi instrumentum, debitor conveniendus est loco, in quo fuit solutio promissa.

8 *Nona præeminentia M. C. est, quod sit Judex apocarum, etiam contra Vassallos Baronum inibi conventos, cum declarationibus.*

Via executiva an protendatur ad apocas bancarias, alteri giratas.

Et an ad giratarium giratarii.

9 *Undecima præeminentia M. C. est in dando torturam ex processu informativo.*

Qua non utitur contra Neapolitanos, & homines Casalium, nisi communicato negotio Collaterali Consilio.

Nec contra Barones, sivè Regnicolas, sivè exteros in Regno feuda possidentes.

10 *Hoc arbitrium an sit denegatum Curiis Baronum.*

Non Regiis Audientiis.

11 *Vigore præeminentiæ repetatur nè tortura ex processu informativo.*

Quibus in causis, & personis hoc arbitrium locum habeat, & an sit favorabile, vel odiosum, remissivè.

12 *Ardua, magnaque res est quæstio, præcipuè ex processu informativo.*

Facilè evenire potest, ut quis in tormentis deficiat, vel quod innocens delicta confiteatur.

Pulchra dicta Quintil. & Ciceron. & exemplum apud Valer. Maximum adducuntur.

1 Octava præeminentia M. C. V. in hoc Ritu describitur, ut scilicet ipsa sola, & nulla alia Curia de præsentationibus instrumentorum cognoscat contra quaslibet etiam personas quovis titulo, & dignitate decoratas, *Reg. Rovit. in cons. 90. vol. 2. Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de assens.*

aſſ-uſ. Reg. §.7. per tot. & conſ. 48. num. 5. vol. 2. Taſſon. de antefat. verſ. 3. obſerv.3. num.162. Reg. Capyc. Latro tom.2. deciſ.200.num.42. hujuſce Ritus memor, illæque privativè pertinent ad M.C.V. nedùm quoad Baronum Curias,ſed etiã quoad Tribunalia ſuprema in Regno, S.C. nimirùm, Regiæ Cameræ, & Conſili. Collateralis, *Anichin. de pravent. inſtrum. cap.3. ſub num.4.* idque confirmatur ex *pragm.72. de offic. Sacr. Conſil.int.prater.* Verùm hanc *pragm.* uti Sacr.Conſil. directam non comprehendere Collaterale Conſilium, quod eſt Tribunal Supremum, & in concernentibus juſtitiam habet omnimodam, & abſolutam poteſtatem, advertit *Reg. Capyc. Latro add. deciſ.* 200. *à num.46.*

2 Itidèm conſuetudine obtentum eſſe', ut Baronales Curiæ cognoſcant de inſtrumentorum liquidatione probant complures Regnicolæ, adducti per *Caravitam*, qui memorat *Paridem de Puteo* inter alios, ut propterea *Conſtantius Papa* eundem allegare non debuerit, maximè eum nihil aliud addiderit huic ritui, ipſe verò *Muſcatell.* adjungo hanc conſuetudinem atteſtantem *in prax. civil. par.2. Gloſ. competeat·s ſub num.*100. *Carleval. de Judic. to.2. diſp.jur. lib. 1. tit. 3. diſput. 14. num. 20. Reg. Tap. ad rit.166. Gloſ.1.ad verb.Item quod ſi debitores, verſ. addo quod praſentatio, & num. 6. lib.3. Jur.Regn. rub. 5. Galter. in prax. inſtrum. 3.par. rubr. praſentet inſtrumentum num. 4. Reg. Rovit. in pragm.1. de offic. Bajuli ſub num.33.verſ. primum igitur motivum, Dans. de pugn. DD. ta. 1. tit.de remiſſ. cauſar. cap.2. & c. 1. de praemin. Reg. Audieat. n.* 48. *Carol. Rot. in florileg. practic. concluſ.19. num.23.* & certi juris hodie eſſe deduco, ex *pragm. 1. ſub rub. de inſtrum. liquid.* de qua infrà eloquar, & meminit *Carav.in ritu* 166. *12. quaſt. num.75.* Nam prohibet remiſſionem fieri in cauſa liquidationis à Regia Audientia ad Baronem, illam ob cauſam, quia aſſeritur Regiam Audientiam eſſe in poſſeſſione cognoſcendi, qua poſſeſſione innixa, ſanxit ſuperſedendum eſſe in remiſſione, donec aliter fuerit proviſum; ergo, non quia, in Curia Baronis præſentari nequit,ut potius concedat liquidationem in illis fieri. Imò ejuſdem *Muſcatelli* ſeripta nos inſequentes advertimus uſum prædictum, & Baronum privilegia reſtringenda eſſe, ubi quis comparuit in Baronali Curia ſuper tenore inſtrumenti,quod ſi in Magna Curia præſentaſſet, non poſſet propterea peti remiſſio ad Curiam Baronalem, idque neque ex perſona propria ejuſdem citati ob renunciationem fori paſſim ſolitam apponi in obligationibus omnibus; neque ex perſona Baronum ob citatam *prag. 1.* prohibentem remiſſionem in materia iſta liquidationis inſtrumenti, niſi tamen virtute privilegiorum haberent ſpecificam auctoritatem cognoſcendi de cauſis liquidationis inſtrumentorum, eo etenim caſu non obſtante adducta *pragm.* ei eſſe remittendam cauſam, dicit *Reg. Rovit.* adiungens obtinuiſſe in Sacro Conſilio ſuper ipſa *pragm.1.in fine,* quamque deciſionem reſcribit *Novar.ſup.ead. pragm.* quiq; meminit *in prax. elect. & variat. fori q.27. ſect.2.* facto tamen depoſito, vel conſtituto debitore in vinculis, juxta *pragm.63. de offic. Procur. Caſar.* advertit *Laganar. ad Rovit. ſuper d.prag.1. lit.A,* & notat *Capiblanc.in prag.8. part. 1. num.84. de Baron.* At ipſe vehementer dubito, ſi præfata deciſio juſtitia innitatur, quandoquidem Doctores omnes, inter quos *Freccia, Paris de Puteo, Carav. & Muſcatell.* concludentes diſpoſitionem hujus Ritus receſſiſſe ab aula, ſuffulciuntur uſu proficiſcente ex privilegiis: illo itaque deficiente non modo remiſſio ceſſabit, verùm, & ipſa cognitio ex illorum ſententia, ut propterea dicamus, quod ubi *citata pragm.* inhibet remiſſionem, intelligatur in caſu, quo virtute privilegiorum cognoſcunt, alioqui ſi jure cognoſcendi carent, multo magis, & jure petendi remiſſionem carerent ſine prohibitione pragmaticæ; Ob quam eandem rationem dubito, ſi aliæ reginales Curiæ

3 Regni cognoſcere poſſint de ejuſmodi cauſis liquidationis inſtrumentorum, accedente præſertim diſpoſitione *ritus* 302. interdicente Curiæ Capitanei Neapolis cognoſcere ſuper tenoribus inſtrumentorum, & miror, quomodo *Freccia* relatus, & commendatus à *Caravit. in princip. ſuorum commentariorum, ad hunc ritum* ſtatim poſt illa verba, *quod Curia Baronum cognoſcant ex forma privilegiorum ſuorum*, adnectit alia, *& ſic etiam omnes alia Curia Capitaneorum Regiorum*, cum iſtas nullum obtinere privilegium non ignoremus, etſi de conſuetudine quoque hac prærogativa fruantur. Quo verò ad bajulos nequire pro-

4 nunciavit Regia Camera, teſte *Rovito*, qui in gratiam bajuli ſcripſerat, & videre licet in ſuis *comment. ad prag.1. de offic. bajuli à num.*32.conferuntque quæ tradit *Horat. Perſius conſ.ult.crim.* cujus meminit *Thor. in ſupplem. compend. deciſ.*

5 *verb. liquidatio inſtrumenti*. In curia etiam admiratiæ licere decreto S. C. deciſum fuiſſe memorat *Frecc. de ſubfeud. lib. 1. de offic. Magn. Admirati num.31.* ſequiturque *Thor. in compend. deciſ.ver. inſtrumentum an præſentari, Reg. Sanfelic. deciſ. 419. num.22. lib.3. Reg.Tap. ſup.hoc ritu pag.*281. Non ſecus, & in Sacro Conſilio contra illius magiſtros actorum. prout deciſum ait *Reg. Tap. in annot. ad prag.24. num.3. de off. Sac. C. & ſup. hoc ritu lib.2. jur.Regn. d.pag.281.n.etiam 3.* idemque *Thor. part. 1. ver. inſtrumenta an poſſint liquidari.*

Id quod ipſe protenderem ad porterios Sacri Regii Conſilii, contra quos liquidanda ſunt inſtrumenta in ipſo S. C. ſeu apud ipſius Præſidem; Etenim de delictis ab ipſis porteriis patratis, ipſe Præſes cognoſcit privativè, quoad M.C. indecens enim viſum fuit Collaterali Conſilio apud *Reg. de Ponte dec.36.* quam refert *Reg. Sanfelic. dec. 260. num.2. & dec.291. num.19. lib.2.* quod M. C.V. cognoſceret de Porteriis addictis Tribunali S. C. quiq; ſunt appendices officii Præſidis, cujus officii jura, illud tunc obeunte D. Petro de Vera ab Aragonia, tutatus fuit R. Scipio Rovitus, qui divorum Valentiani Theodoſii, ac Archadii Cæſarum reſcriptum allegavit, quo cautum, *ſi quis curialem de auferendis privilegiis putaverit lite pulſandum, intelligat ſe Curia interpellare debere Judicem in l. 1. C. de curialib. Urb. Rom. lib. 11.* cujus reſcripti tenor inſertus eſt in *Cod.Theodoſiano lib.18. l. 3. §. fin. interpres gloſ. in d. l. 1. verbo Judicem*, gratioſiſſimè verbum *Judicem*, exponit, ideſt *Præſidem*, qui præeſt curiæ, & hujus *tex.* meminit *Sanfelic. add. dec. 299. num. 23.* de

cujus intellectu quid sentiam, aliàs fortasse monstravero. An verò debeat fieri in S. C. vel coram Præside, tangit *Franc.Mar.Prat. lib.2. disceptat. forens. cap.* 10. firmans causas scribarum S. C. determinationi subesse Regiorum Consiliariorum, non autem Præsidis S. C. jurisdictioni subjacere, & melior extitit *num.*21. *indic. decis.* 36. *Reg. de Ponte*, & quid in Curia nundinaria, extricat *Marant. in specul.*4. *par. dist.*9. *num.* 133. Posse autem liquidationes fieri in Curiis Regiarum Audientiarum, constat ex *prag.*6. § 14. *de off. justit.* si
6 tamen sint in possessione, deducitur ex adducta *prag.* 1. nisi dicamus possessionem illic non respicere potestatem Audientiæ procedendi, sed possessessionem procedendi contra vassallos baronum, non obstante remissione petitâ, qui, ni fallimur, videtur verus intellectus, cum regulariter pollit ob aliam supradictam pragmaticam.

7 Quod autem in instrumentis prædictis asseritur de facultate liquidandi in quacumque curia, loco, & foro; restringitur ad omnem curiam habentem facultatem liquidandi, & competentem, scilicet habentem jurisdictionem in loco stipulati instrumenti, ut in materia electionis fori scribit *Capiblanc. tom.*1. *sup.add. prag.* 9. *de baron. num.* 165. quod si creditum fuerit alteri cessum cum omnibus juribus reservata tantum cedenti instrumentum liquidandi facultate, ad cessionarii simplicem instantiam, valeat cogi cedens à cessionario ad liquidandum in loco, & foro domicilii debitoris, vigore mentionati pacti, an verò jus foveat cedens astruens velle liquidare in curia loci ubi ipsemet inhabitat, dispungit *Carol. Anton. Moccia in sylva casuum forens.cap.*10. subnectens M. C. & S. C. decisionem in gratiam cessionarii emanatam sub die 24.Novemb.1614. quin *num.* 4. tradit tali facultate impartita creditori in omni curia liquidandi haud obstante debitorem conveniendum fore in loco, in quo fuit solutio promissa, ad evitandum inutilem circuitum, nam ille conventus in alio foro excipere quibit pecuniam promptam, & paratam in loco promissæ solutionis habere, conferunt tradita à *Jo Bapt. Thor. par.* 2. *compend. decis. ver. remissio causæ liquidationis*, quod ipse non admitto dum quotidiè contrarium servari videmus, & num subsistat memoratum pactum, ut possit debitor conveniri omni curia, loco & foro, inquirit *Franch. de Petris*, tradens nullam a S. C. fuisse declaratam incusationem, *cons.*25. insequitur *Thor. par.* 3. *compend. decis. verb. instrumentum, & voto* 84. *num.* 155. *Jo. Mar. Novar.add. prag.* 1. *nu.*4. *de instrum. liquid.* & conferunt scripta à *Carthar. decis. Rot. Gen.* ● *& à Dom. Reg. de Marin. lib.*3.*quotidian. resolut. cap.*108. firmante instrumentum incusari posse in foro creditoris ex pacto precedente, sed de his hactenus.

8 Convolemus modò ad novam præeminentiam M. C. V. juxta *Carav.* ordinem, quæ est Judex apocarum, etiam cotra vassallos baronum inibi conventos, qui non recognitis priùs apocis haud remissionem ad Baronem consequuntur, id, quod peroptimè distinctione explanat *Reg. Rovit. in pragm.* 64. *à* 39. *cum seq. de offic. procur. Cæsar.* ultra *Præs. de Franch. decis.*590. *nu.*3. *Tartagl.in prag. civil. cap.* 2. *num.* 19. *& Carav. hoc in ritu* à quo recedit *Foller. sup. hoc ritu pag.*152.& quid, expetente Barone privilegium habente recognoscendi, etiam causas, de quibus sola M. C. decisum memorat *Thor. in supplem. compen. ver. remissio causæ apodixariæ*, quique alia cumulaverat *p.*3. *compend. sect.*3. *verbo recognitio apocæ*. Sed prædicta, prout, & via executiva, an protendantur ad apocas bancarias alteri giratas, itaùt, quæ in gratiam creditorum contra debitorem jura municipalia indulsere, amplectantur quoque creditorum giratarios, quæstio est inter nostrates, & affirmativè resolvit *Luganar. ad Rovit. in add. pragm.* 64. *lit. A.* amplians etiam ad secundum, tertium, & deinceps giratarium, quod non admisit *Bursat.* si rectè perpendatur *cons.*374.*num.*6. & contra secundum giratarium determinatum in S.C. tradit *Avus meus in annot.novis ad Capyc.decis.*75. *num.* 1. hoc idem firmans, etiam in literis cambii, pluriès decisum memorat *Jo. Jacobus Annecchinus in prævens. instrum. cap.*1. *num.* 58. & ostendit *Barbat. in prag. de assistentia glos.*7. *n.*75. *&* 76. & advertit *Thor. ad Reg. Salernit.decis.*46. *num.* 27. & ego obtinui in Regia Camera Summariæ.

9 Undecima, quam *Carav.* recenset, præeminentia M.C. in dando torturam ex processu informativo usque ad hæc nostra tempora invaluit, *Campagn. in cap. si cum sceleratis num.* 3. *Grammat. consil. crimin.*64. *num.*4. *voto* 3. *num.* 24. *& voto* 30. *num.*23. *Carrer.in prax.crimin.tit.de indit. & tortur.ver.quæ autem num.*15.*pag.*40. *Fab. Montell. in prax. arbitr.p.*7. *num.*11. *Const. Papa in sua opusc.ad arbitr.M.C.V. cap.*4. *Capiblanc. pragm.* 8. *num.* 54. *de Baron.* qua tamen non utitur contra Neapolitanos, & homines, teste *Præs.de Franch. dec.* 316. *&* 459. nisi, communicato negotio in Collaterali Consilio, eodem *Præs.* attestante *dec.* 143. quem insequitur *Avus meus ad Capyc. decis.* 145. *num.*2.*in fin.& ad Gramm.dec.*34. *sub n.*37. *Thor. par.*1. *compend ver. appellatio*, *Præs. Merlin controver. forens. lib.*1. *cap.*51. *num.*5. nec contra Barones, sivè Regnicolas, sivè exteros in Regno feuda possidentes absq; Proregis licentia, *Tasson. de antefat.vers.*3. *observat.*4. *num.*157. *&* 162. vigore *prag. fin. de Baron.* quam laudat *Avus meus ad Capyc. in memor. decis.* 145. *in novis*, quique *sub num.*1. meminit de Dom. Jo. Leonardo Petra Barone Vasti Girardi ejus patre, meoque proavo, qui obiit die Jovis 20.Martii 1586. ipsum adhuc puerum relinquens. Hoc autem arbitrium
10 prorsus Curiis Baronum denegatur, *Tapia dec. S.C.* 22. qui *num.* 5. hujusmodi torquendi ex processu informativo modum in Etruria, Civitate Lucana, & Regno Hispaniarum servari subnectit, quod scripserat quoque *Avus meus add. loco ad Gramm. in fin.* ut ibidem observat *Danza nu.* 19. Regiis verò Audientiis indistinctè talis facultas est elargita, *Avus meus add. loco num.* 4. *& in fin. Caravit. ritu* 259. *num.* 10. nec non citat. *Danza num.* 20. Attamen *Carol. Rot. in memor. conclus.* 19. *ejus florileg. num.* 14. veriorem existimat opinionem, reprobato *Campagn.* ut in enormibus per quoscunque Judices possit ad torturam procedi ex informativo processu, ex

Gram-

Grammat. voto 3. num.26. conſ.17. num.16.conſ.
34. num.12. & conſ.40 num.5. optimum tamen
idem *Rota* reputat *Regens Tapiæ*, *& Capi-*
blanc. conſilium ut priuſquam minores officia-
les ad torturam ex informativo deveniant, im-
petrent à Collaterali Conſilio aſſenſum, ſeù licen-
tiam.

11 Quod autèm vigore præeminentiæ repetatur
ex proceſſu informativo, poſt *Campagn.* voluit
*Vivius deciſ.*143. quibus *Auus meus ad Gramm.*
indic. deciſ.24. num.5. authoritate *Regen. Tapiæ*
in cap. cum ſceleratis, fretus contradicit, quibus
autem in caſibus, atque perſonis hoc arbitrium
locum habeat & an favorabile, vel odioſum ju-
dicari debeat diſceptant idem *Conſt. Papa cap.* 3.
Jacob. Gall. conſ. 115. quem laudat *Thorus com-*
pend. deciſ. par.2. verbo Tortura Mauſon. de con-
troband. quæſt. 10. *&* 13. *Maur. Burg. de mod.*
proced. ex abrupt. qu.24. num.7. & 8. *& qu.* 100.
num. 34. *Crrab. ſingul.* 245. *Novar. in pragmat.*
collect. 197. *& de gravam. vaſſall. tom.1. gravam.*
181. *&* 182. & iterùm *tom.2. gravam.*200. *Taſſon.*
add. tract. verſ.12. obſerv. 1. num. 51. *Baldaſſ. de*
Angel. ad Foller. pract. crimin. tit. rei indurati
12 *torqueatur*; Et tandem recordor arduam quip-
pè, magnamque rem eſſe quæſtionem, & præci-
puè ex proceſſu informativo, appellationeque
minimè recepta, tametſi S. C. ſæpè ſæpiùs illam
admittat etiam à comminata tortura *Caravit.*
rit. 259. *Thor. par. 1. compend. verbo appellatio à*
decreto, *Auus meus ad Grammat. add. deciſ.*34.
*num.*38. cum facilè evenire poſſit, ut quis in tor-
mentis deficiat, *l. aut damna ff. de pænis*, vel quod
innocens delicta, quæ ne cogitaverit quidem
confiteatur, id quod *Quintil. lib* 5. *inſt. orat.*
*c.*40. reſtrinxit dilemmate. Mentietur, qui tor-
menta ferre poteſt, mentietur, qui non poteſt, quia
aliis patientia facile mendacium facit aliis infir-
mitas neceſſarium, & I. C. aureis ſcriptum reli-
quit in *l.1. §. quæſtioni ff. de quæſtion.* cujus effa-
ti ratio traditur a patre eloquentiæ latinæ *Cic. pro*
Sylla; *Tormenta illa gubernat dolor, moderatur*
natura cujuſcunque tam animi tum corporis, re-
git quæſitor, flectit libido corrumpit ſpes, infir-
mat metus, ut in tot rerum anguſtiis nihil verita-
ti loci relinquatur: exemplum etiam abemus apud
Valer um Maxim. lib. 8. tit. de quæſt. cap. 3. Ma-
gri Argentari ſeruus, Alexandrum Titi Fannii
ſeruum occidiſſe, inſimulatus eſt eoque nomine
tortus à domino, admiſiſſe id facinus conſtantiſ-
ſimè aſſeveravit, itaqe Fannio deditus, ſuppli-
cio adfectus eſt, paruulo deinde tempore interie-
cto, ille cujus de nece creditum erat, reddiit. Ut
propterea non mirum, ſi perraro M. C. hoc uta-
tur arbitrio, & non torqueat ex proceſſu ſolo
informativo, niſi dumtaxat maleficos inſignes, &
latrones valdè diffamatos, & in notoriis crimini-
bus deprehenſos teſte *Parid. de ſyndic. ver. tortu-*
ra, §. & an ſi quis nu. 8. *&* 9. *Afflict. deciſ.* 391.
& remiſſivè in *Conſtit. Regni ſuper inciſionibus*
num. 26. & ita innunt verba capitulorum Regni
in cap. proviſa Juris ſanctio, ibi *Frequentiſſimúſ-*
que peccantibus in cap. creſcit culpa, *Aggreſſiones*
ingeminant, *& in cap. ſi cum ſceleratis*. *Quos crebra*
*commiſſio criminum dat inſignes Maſtrill. dec.*166.
Guazzin. ad defenſ. reor. defenſ.21. c.1. nu.6. Ricc.
*collect. dec.*641.

Auſertur enim ex illo defenſio (quod nec à
Principe fieri valet juribus apud *Affl. add. deciſ.*
391. *& Præſ. Merlin. centur.2. controverſ. foren-*
ſis 33.) Nec quemquam movere debet illud quod
ajunt DD. apud eundem *Merlin. cit. cap. num.*
28. nempè non auferri, ſed differri, eo quod
valeant Reus poſt tormenta ſeipſum defendere
nam bracchia retorqueri non poſſunt; fert Reus
pro incerto ſcelere certiſſimos acerbiſſimos cru-
ciatus, & majus eſt tormentum torturæ, quam u-
triuſq; manus abſciſſio dicebat *Marſi. in pract.*
*crim. §. expedita n.*59.

Miror itaque a *Præſ. Merlino loco cit. num.* 29.
rideri *Regentem Rovitum*, qui *in prag. 1. de bon.*
prodit. doctiſſimè more ſuo, juxtà juris rationem
& æquitatem defendit, torquere Reum ex pro-
ceſſu informativo eſſe illi auferre defenſionem cu-
jus *Regens Roviti* ſententiam amplectitur *Franc.*
Mar. Prat. lib. 3. diſceptat. forenſ. cap. 45. num.
23. tametſi *num.*25. recuſet inter *Rovit. & Mer-*
lin. ſuum interponere judicium, & pollicetur *in*
2. vol. reſponſ. crim. illorum diſſidentes opinio-
nes diſpungere. *Nec nos* inquit Pontifex *in cap.*
1. de cauſ. poſſ. & propriet contra inauditam par-
tem poſſumus aliquid diffinire. Quo pacto nam-
que quiſpiam, aut jus rectè dicere, aut homi-
nes rectè judicare poteſt ſi utrumque litigatorem
non audierit? *Siquidem fieri poſſet*: inquit Li-
ſias, *ut quod juſtum eſt ex priori ratione cognoſcere-*
tur, nihil opus eſſet Reos cauſam dicere, ſed cauſa
indicta mori; *verùm quia fieri poteſt, ut accuſa-*
tores, ut teſtes mendacia dicant, ſanè convenit,
ut audita utraque parte, ita demum juſtitiæ fe-
ramus ſuffragium, nam id propriè decretum di-
citur, quod cauſa utrinque cognita pronunciatur
à Judice. Hinc Ammianus ait; *Nec viſum ho-*
minem, nec auditum damnare, nefas ultimum
eſt. Menander verò: *Qui ſtatuit aliquid parte*
inaudita altera, æquum licet ſtatuerit haud æquus
fuit.

Boni viri igitur arbitrio hoc liberum remitti-
tur arbitrium, *Jaſ. in l. ſi legatum num.24. ff. de*
legat.1. Marſil. conſil. 40. num. 9. conſ. 50. num.
3. conſ. 53. num. 6. & conſ. 93. num. 4. Bal. in
tract. de ſtatut. verb. arbitrium monetque *Menoch.*
de arbi. q 9. n.5. hoc eſſe notandum ad interpreta-
tionem ſtatuti concedentis liberum arbitrium in
quæſtionibus adhibendis.

Requiſita verò decem, & octo ad hoc, ut tor-
tura ex proceſſu informativo inferri poſſit, enu-
merat *Jo Anton. de Nigr. in memor. cap. ſi cum*
ſceleratis, quem refert *Jo: Grand. de Bello exul.*
*pag. mihi 27. nu.*14. duo ſufficere tradit *de Franc.*
*add. deciſ.*143. nempè urgentiam Judiciorum, &
gravitatem delicti, ſed *Tap. deciſ. S. C. 42. cit.*
advertit, attendi etiam qualitatem perſonarum, &
ita hodie ſervari, tam in M. C. V. quam in S.C.
ſubdit, & inſequitur *Præſ. Merlin. dict. cap.* 43.
*num.*2. & dixerat *Scac. de Judic. cauſ. civil. &*
crimin. cap.97. nu.88. Farinac. de indit. & tortur.
*q.39. nu.*31.

Hinc inquiſito, & carceribus mancipato U. J.
D. Pom-

D. Pompilio Gagliano utili domino Terræ Sancti Mauri in M. C. V. de homicidiis patratis à Barone Marianellæ, & complicibus in personam illorum de Carrafa prodiit scitum à Regia Juncta deputata, ex rescripto Excell. Regni Proregis, referente *Dom. Consil. Antonio Capiblanco*, esse questioni sivè torturæ subjecendum dictum Pompilium ex processu informativo, adversus, quod decretum propositis nullitatibus, ex quo non concurrebant, requisita prædicta, facta relatione per *Dom. Consil. Franc. Roccum*, in Juncta, scissa fuerunt vota, ad quorum conciliationem idem Excell. Dominus selegit D. D. Consillarios D. Didacum Soria, & Joseph de Rosa, ac D. Judicem M. C. in criminalibus Octavium de Palma, & tandem die 27. mensis Octobris 1660. coram eodem Excell. Prorege fuit directa paritas in beneficium inquisiti, nempè *nullitates obstare* pœnès Scribam fiscalem de Piatta, quia in causa duo extant responsa peritissimi *Francisci Mariæ Prat. lib. 3. disceptat. forens. cap. 46. & 47.* & alterum edidit eruditissimus *Dominicus de Rubeis.*

R I T U S LV.

ITèm, quod Capitaneus Civitatis Neapol. non possit cognoscere, nec se aliquatenùs intromittere debeat de causis merè civilibus, cum non debeat neque possit.

S U M M A R E R U M.

1 *Effatum Caravit. insinuans Capitaneum Civitatis Neapolis præsedisse M. C. V. an veritati congruat, remissivè.*

2 *Præsens ritus enixè interdicit prædicto Capitaneo procedere in causis merè civilibus.*
Quid in causis liquidationis instrumentorum.

3 *Ejusmodi causæ liquidationis instrumentorum sint nè criminales, mixtæ saltèm, an civiles.*

4 *Illæ competunt habenti tantùm jurisdictionem civilem.*

5 *Adversus clericum conjugatum exerceri an possit judicium liquidationis instrumenti.*

6 *Nuntius Apostolicus in Regno cognoscit causas criminales subcollectorum, etiam finito officio.*

C*Aravita hoc in ritu num.* 1. insinuat Capitaneum ejusmodi Civitatis Neapolis præsedisse Curiæ Vicariæ, an verò illius assertio veritati
1 congruat sermo erit *ritu* 302. ibique prolixe ratiocinabimur tamen ad notata per eundem *Caravitam num.* 1. *& 3.* videas *Gramm. in cap. Regni si cum sceleratis nu.6. Frecc. de præsent. instrum. par. 15. num.8. Constant. Papa in tract. ad arbitr. M.C.V. cap. 2. num. 81. Capibl. Carav.* memorem *prag.8. num. 55. & 221. de Baron. Jo. Crispin. in add. ad cap. innocentis in fin Thor. in præfat. ad 1. tom. compend. fol.6. at.* de potestete Vicarii olim Regni, ejusque prærogativis, loquitur *Camerar. in l. Imperialem de prohibit. alienat. feud. per Imper. lit. P. & O. pag. 79.*

2 Quam tamen enixe præsens *Ritus* interdicat Capitaneo prædicto procedere in causis merè civilibus præseferunt non tantum *Ritus* verba, *nec se aliquatenus intromittere debeat de causis merè civilibus*, scilicet, *dictio, nec & aliquatenus*, itemque subsequens illud verbum, *non debet*; verum etiam, & alia, quæ subiiciunt, illa nempè, *cum non debeat neque possit*; Grandis quippè res est, ut credere possimus altercationem maximam super ea re fuisse cum Capitaneo ipso, prætendente posse in eis manus apponere; Verùm isthęc prohibitio non exilem admirationem nobis præbet; quandoquidem, si cognitionem non habebat causarum merè civilium, utique criminalium, & mixtarum, & tamen *Ritus* 302. neque illis manus apponere licere sanxit in causis liquidationis in-
3 strumentorum quas criminales esse tutatur *Affl. decis.64.* insequiturque *Marcus Anton. Pulverin. in sua add. ad eundem Affl. decis.* & denique resolutioni inhæret; *de Franch. sub num.* 16. postquam ad probandum esse civiles multa jura compluresque ritus retulerat in *decis.* 162. *num.* 6. *Frecc. de præsent. Instrum. par.6. num. 1. & par. 11. q. 3. num.4. Caravit. in ritu* 182. *num. 9. &* 309. *M. nad. decis. 2. Gutier. de præsent. instrum. verbo audiantur excusatores num.1. pag.* 132. *Muscatell. de fidejussor. p.2. q.2. num.12. Ricc. decis. Cur. Archiep. par.3. Novar. qq. forens. q. 79. num. 6. & 7. Dom Regens de Marinis resolut. quotid. lib.1. cap.58. num.15. Reg. Galeota contro ver. 54. num. 17. lib.1. Reg. Capyc. Latro decis. 45. num. 17. & decis. 58. num 5. vol.1. & consult. 48. nu 10. vol. 1. Episcopus Teanensis Squillant. de privil. Cleric. cap.7. num.27. vers. est tamen, Prus. Merlin. tom.2. controvers. forens. cap. 22. num. 2. & cap. 24. num.16. & 17. Franc. Maria Prat. lib.1. discept. for. cap. 15. à num. 72. & ad Pascal. de patr. potest. p.2. cap.9. vers. quod autem*, vel saltem mixtas esse deducitur apertè ex ejusdem *de Franchis verbis num.*15. & alterutrum sit verior sententia, de quo alibi, si fata sinent, erit sermo certum videri debet non abdicari jus liquidandi à potestate Capitanei Neapolis, cujus manus o-
4 bligatæ erant dumtaxat virtute hujus ritus circa cognitionem merè civilium nisi dicamus, & hoc adeo contingere, quia merè civiles sunt juxta *Rit.* alios eosque perplures id præportantes, quos idem *de Franchis* memorat *ead. decis.*162. *à num. 6.* idque toto pectore conatur defendere *Reg. Rovit. in pragmat.*1. *de offic. Bajuli à num.* 34. *sub num.* 38. Regnicolas omnes quotquot de hac re scripsere, concedere propterea cognitionem talium causarum habenti jurisdictionem civilium tantum, quique *Rovit.* in gratiam Cæsaris de Nobilibus Civitatis Cantazarii bajuli scripsit cujus objectis in eademmet causa occurrens *Camill. Villanus* contrariā aleè sustinuit in *responso transcripto à R.Tap.lib.3.Jur.Reg. in Rub. de Instr. liquid. n.*20. *cum seq.* Nos autem assentimur esse criminales, cui, & idem *Rovit.* inhærere videtur *super prag. 4. num.* 33. & apertiùs sub *num.* 42. *vers. denique de instrum. liquid.* vel saltèm mixtas, non tamen propterea improbamus illorum cognitionem, cui cæteri adducti se subscribunt, potissi-

mùm

mùm *Faller. in prax crimin. verbo audiantur ex-*
*cuſatores num.*174. *Reg. Capyc. Latro tom.* 1. *con-*
ſult. 39. *num.* 58. *&* 59. *& tom.* 1. *deciſ.* 58. *&*
*& tom.*2. *deciſ. add.*200. *num.* 42. *Regens de Ma-*
rinis videndus ad *Reverter deciſ.* 568. *ſub num.*2.
idque propter uſum ſic vigentem à tempore anti-
quo, cujus cauſa ſancitum fuiſse credimus in illo
ritu 304. minimè licere Capitaneo Civitatis Nea-
polis in illis aliquatenus ſe ingerere, cui proce-
dendi auctoritas in cauſis merè civilibus interdi-
5 cta erat hujus ritus ſanctione. Hinc ut crimina-
le hoc judicium exerceri haud poſse adverſus cle-
ricum conjugatum ex noſtratibus reſpondere,
Ricc. deciſ. 170. *par.* 3. *Novar. q. forenſ.*79. *num.*
7. *& in prag.*1. *de Cleric. ſalvat. nu.*12. *Squillant.*
*ad tract. cap.*7. *num.* 28. *Mari ad Gramm. deciſ.*
10. *num.*3. *Reg. de Marinis lib.*1. *quotid. cap.* 58.
*num.*15. necnon *Jo. Franc. Capiblanc. pragmat.*8.
*de Baron. par.*3. *n.* 58. quique ſe corrigere tametſi
in nova impreſsione videatur, hoc ex impreſsoris
menda ad levitatem evitandam emanaſse fatemur
hujuſque queſtionis veritatem alio in loco inve-
ſtigabimus.

6 His etiam fulciri minimè poſse Curiam Nunciaturæ in hoc Regno in conſeſsu doctiſsimorum virorum reſpondimus, prætendentem contra ſub collectores Apoſtolicos procedere ad liquidationem inſtrumentorum, contra quos vigore Brevis Gregorii XIII. procedere dumtaxat poteſt in cauſis criminalibus quamvis, & poſt functum officium in eos jus dicendi quoque retineat ejuſdem brevis virtute; Etenim quotquot hactenus recenſuimus, vel Ritus ſunt Magnæ Curiæ vel Doctores illius innixi, vel conſuetudines in laicalibus Curiis exiſtentes, ut propterea in Eccleſiaſticis recurrendum ſit ad juria communia, quorum ſanctio cui faveat opinioni noſtrum non eſt intentum hic adiicere.

R I T U S LVI.

ITem Curia ipſa cognoſcat de guerra mota, privato carcere, & omnibus aliis pœnis fiſcalibus, nullus verò deferens de præfatis, admittitur, niſi Curiæ ad certam pœnam ſe obliget de probando, & proſequendo, & idem ubicunq; aliquid fiſcale eidem Curiæ nuncietur, conventio tamen ipſius pœnæ fieri debeat cum advocato, & procuratore.

SUMMA RERUM.

1 *Civilis ſeditio grande malum, belloq; eſt calamitoſius.*
Majora in ſeditione ſcelera, quàm in Bello committuntur, nihilque civili bello deteſtabilius.
2 *Deploranda illa menſium interſtitia, in quibus nonnullorum Urbis Neapolitanæ plebicularium plus æquo ſeſe efferentium audacia eo devenit, ut confuſo Civitatis jure, in commotionem venerit, recenſentur.*
Summatim memoratur, quid illis temporibus, Authoris domui contingerit.
3 *Acta facta plebicularibus commotionibus durantibus, an, iis ceſſantibus, habeant ſubſiſtentiam.*
Ethymologia Tyranni unde ortum habuerit, quis talis propriè dicatur, quamque tetros, tyrannis pariat effectu, remiſſivè?
4 *Inquilinus an teneatur ad integram penſionem, ſi in domo conducta habitare non potuerit, integro locationis anno, abſque ejus culpa.*
Quid ſi ampliſſimis clauſulis ille omnes caſus fortuitos in ſe ſuſceperit.
5 *Penſio domus an integra à conductoribus propter peſtem, vel alio juſto periculi timore emigrantibus, ſolvenda ſit.*
Examinatur deciſio Affl. 258.
6 *Seditioſi, & turbantes pacificum ſtatum Civitatis, qua pœna mulctentur, remiſſivè.*
Statutum puniens elevantem rumorem haud includit inimicum, cujus cauſa rumor elevatus eſt.
7 *Pœna privati carceris, quæ ſit à jure ſtatuta.*
8 *Illam aufugit committens privatum carcerem, in multis caſibus, qui recenſentur.*
Potiſſimùm excuſantur detinentes furem, aut alium delinquentem paucis horis, ut Superiori conſignarent.
Itidem Vir Zelotipus, & Amaſius, & nonnulla de amore viri erga uxorem traduntur.
9 *Qui valeant uti carcere privato, & an tale jus cedi poſſit, remiſſivè.*
10 *Pœna pecuniaria, & tranſactiones factæ, & faciendæ in Juncta contrabannorum applicari debeant fiſco, vel conſignatariis, inquiritur.*
Pœnæ fraudatæ Gabellæ firmariis, ſive Gabellariis applicantur.
Dom. Conſil. & Præſes R. C. Aſcanius Raetanus laudibus celebratur.
D. Conſil. Decanus Aloyſius Gamboa, & D. Antonius ejus filius laudantur.

SErmocinati ſumus *rit.* 47. de bello, nunc ali-
1 qua de civili ſeditione ſubiiciemus, quæ, ut
omnium fert opinio, Grande malum, eoque eſt calamitoſius, cum pars Scilicet Reipublicæ contra partem, aut contra Principem inſurgit. Unius enim corporis membra, quæ niſi conſenſu ſalva eſſe non poſſunt, inter ſe colliduntur, mutuoque ictu ſeſe interimunt; Majora ſanè in ſeditione ſcelera, quam Bello committi ſapientium teſtatur Judicium; conſulat quilibet Romanæ hiſtoriæ vetuſtatem, nihil civili bello, deteſtabilius memoriæ proditum eſt; Reducat in mentem, quæ Nicetas de Adrönico Imperatore civilibus armis acriter vexato, ipſaque orbato lucis uſura, literis obſignavit, nullum quòd meminiſtis, calamitatis monumentum horribilius poſteritati reliquiſſe civilem furorem perveſtigabit; adhuc Urbium cadavera civili ferro dirutarum ſuiſmet ruderibus conſepulta non ſiccis inſpectantur oculis.

2 Sed quid priſca commemorem? viva adhuc fœminecis hujuſce Inclytæ Urbis Imago veſtros ante oculos obverſatur; Quis veſtrum in memoriæ paginis civiles tumultus obliteravit? cum è piſcatoria arundine ad Urbis ſceptrum tractandum homuncionem cætanumque illum terræ filium, *Mas'Aniello*, vulgò nuncupatum, temera-

rio

rio ausu, & ad insaniam manus transtulisse, & contemptis retibus, & velis è navicula solio, fascibus, ac purpuræ inhiasse vidimus; quæ tunc fuit rerum facies? quæ calamitatum illuvies? Septima Julii dies infelicioris anni 1647. seditioni initium attulit; vidisses hominem, non pisces amplius, sed nobiles viros ad necem venari, non bamiotam amplius, sed conchytam divitum margaritas deprædari, non retia minutis pisciculis, sed vincula magistratibus intexentem, qui, ut seditionis libertatem ostenderet, obtruncari Proceres, vectigalia abrumpi, magistratuum domos incendio, atque armis vastari jussit. Verùm dum cæteros designabat ad cædem, ut tanti sceleris pœnas lueret, ad sextum diem à civibus, quos ad Urbis exitium inflammarat, ex inopinato funestissimè interficitur. Resederant jam res sceleris antesignani cæde; cum excitari denuo tumultus; & insultari cives Augusti mense conspeximus; Corruisset ad exitium Urbs, ni Joannes Austriæ cognomento, Serenissimus, cui Deus, & potiri semper hostium, & victoriam consequi dedit pro pietate bellantis, opem attulisset. Is enim, ut Cives armatos opprimeret; adeò gravem commisit pugnam, ut alii à Rege starent, alii verò partes plebis tuerentur.

Domi ego meæ cum parentibus habitabam extra januam Regiam, cum rebellis populus in D. Dominici è Sariano Conventu stationem posuit; Nos nè à Rege nostro deficere diceremur, ultrò Regiis militibus domum tradidimus, quibus cum aliquot dies degimus; tandem ut belli exitus postulabat, fugere illinc statuimus, domum nostram, fortunas omnes, suppellectilem, & bona omnia, quæ summa decem millia aureorum colligebat, reliquimus, quam, & incendio, & direptionibus depopulati sunt, non sine magno tamen, & totius Urbis, & Regiæ militiæ emolumento, quæ & domui meæ stationem posuit, ut hostes, vel cives refractarios oppimeret, & ex eadem domo rebellantium obtunderet vim, indeque nè majores in seditione progressus facerent hostes, facillimè impedivit, quod totum fidei nostræ, ac amoris erga Invictissimum Regem significationem præferre volumus.

Octavo idus Aprelis, qui Dominico Palmarum triumpho dies sacer erat, seditioni interpositus est finis, cum Hispani Milites, & Patritii homines cæteriq; nobilitate clati, pientissimo Joanni Duce triumphum suum supremi exercituum omnium domini trophæis conjunxerunt, oppressis interim hostibus; & Guisiæ Duce, qui Roma rebellibus frustra venerat opem laturus, in fugam sese conjicere adacto.

Id quoque civilium bellorum crudelitatem ostendit, quod omnia victis solatia auferuntur à seditiosis: in bellis externis crudelitatis aciem obtundit utilitas servitutis, cum malint apud se victores, ut sibi serviant, quam eorum calcare cadavera, sic Persas, & Getas ad cyathos statuunt, Ethyopes faciunt Atrienses, Alemanni Equites currum ante ambulant; seditiosi sola cæde triumphent. Nobilitati, & virtuti parcere, sæpè solent hostes, Alexander Porum victum regnare mandavit; Darii filias, matrémque consolatus non inferius sua dignitate matrimonium sperare, jussit. Civilis furor bonos insequitur, nobiles, ac divites designat ad necem; virtutem tanquam veneficia persequitur. Adderem hoc loco, si vacaret, rationes alias, quibus seditionis immanitas innotesceret, ut acrius Principes ad hoc malum eliminandum, arcendumque inflammarentur; subnecterem eruditissima seditionum exempla, sed nè historicus dicar, cui vacat *Adamum Contzen è Societate Jesu lib. 9. politicor.* videat, qui à Romanis exordium ducens ad nostrum ferè sæculum atrociores tumultus, ac seditiones elegantissimè describit.

Nos dumtaxàt nonnulla usui forensi perutiles
3 quæstiones casticabimus, & primo, acta facta plebicularibus commotionibus durantibus coram Judicibus ab ipso populo, vel Duce Guisæ, ipsius malo Duce, deputatis, nullam habuisse subsistentiam, iis cessantibus, coram Regiis Magistratibus, non inconcinnè expedit *Franc. Maria Prato observat. 46.* insinuans determinationem è Supremo Collaterali Consilio emanatam, quin disertè tradit unde ortùm habuerit ethymologia Tyranni, quis talis propriè dicatur, quæq; mala ingerat, quamq; tetros tyrannis pariat effectus. Fuit quoque per id tempus, excitata controversia inter inquilinos, & domorum dominos, an il-
4 li obstringerentur ad integram pensionem, dum in domo conducta habitare non potuissent, integro locationis anno, absque eorum culpa, pro quibus adversus dominos calamum arripuis, idem *Franc. Maria Prato altera observ. 73.* summatim faciens memoriam ærumnarum, quæ ex plebis commotione irrepserint, de quibus memor extitit quoque *in epist. ad lectorem in 2. disceptat. forens. vol. 2.* & casus perstringendo *dec.* compilavit *Reg. Capyc. Latro 162. lib. 2.* Conductori namque regulariter pensionis diminutionem fieri, si re conducta frui non valuerit ob tempestates, ac calamitates insolitas, insinuant *Carondas respons. lib. 10. resp. 58. & lib. 4. respons. 102. Renatus Coppinus ad leges Andagarenses lib. 3. cap. 2. tit. 2. num. 20 & de Sacra Politia lib. 3. cap. 7. Christineus in Consuet. Mechlinensibus tit. 8. artic. 14. in addit. pag. 309. Surd. decis. 326. Card. Mantic. decis. 35. num. 5. Franc. de Gaperiis in centur. causar. fiscal. cons. 44. quæst. unica, Cons. Marcian. cons. 69. num. 5. to. 1.* quibus non contradicunt *Cabed. dec. 92. par. 1. Camill. de Laratha cons. 57. Novar. in prag. de locato num. 21.* necnon *Thor. in compend. decis. par. 3. sb. 1. fol. 392. & in supplem. verb. conductor,* conferuntq; quæ de computo ad beneficium debitoris tempore mutationis monetarum scripsere *Reg. Capyc. Galeota respons. fiscal. 17. Reg. Capyc. Latro consult. 40. par. 1.* & ante ipsos notavit *Reg. Revert. decis. 473.* insequitur *Larrea resp. fiscal. 50. 1 allegat. 18.* confirmatq; *Thor. par. 1. compend. verbo Excompotum, & verbo conductor.*

Et nedùm illam in gratiam conductorum emigrantium, sed & illorum quoque, qui domus inhabitaverunt, absque tamen ullo commercio, & negotiis propriis, ad quæ sanè negotia gerenda eas conduxerant, fieri, respondimus ea quippè ratione, quia uti illas non valent ad destinatum usum, ex *l. ex conducto, §. si viis tempestatis, ff. locati*, ibidemque in terminis *Paul. de Castro à Camill. de Medices laudato cons. 141.* quod antea observaverat *Boss. de remiss. merced. num. 40.* & pro-

tendit

tendit *An. karan. conf.* 88. cessante bello, sed ipsius timore adhuc perseverante, comprobat *Jo: Baptista Gargiarens* 1. *tom. conf.* 96. *à num.* 79. concinnuni optimè tradita per *Giurb. integr. observ.* 24. *Ripoll. var. resol. cap.* 12. *à num.* 325. *Mastrill. dec.* 299. *tom.* 3. *Viv. commun. opin. in opin.* 131. *& Jo. Bapt. Costa conf.* 6. Quamvis, & peculiari pacto, amplissimis cum clausulis, conductor inse omnes casus fortuitos susceperit, cum insoliti, & penitus inopinati non veniant, *Bar.* antesignana est doctrina *in l. sed & si quis §. quæsitum, ff. si quis caver.* necnon *Bal. in l. falsus, Cod. de furtis ex l. si stulat §. fin. ff. de contrab. empt.* ampliat *Alex. conf.* 28. *num.* 9. *verf. capto secundum vol.* 1. tametsi clausula existat (de omnibus aliis casibus, qui cogitari possint) *Bar.* author. fretus *in l. seio, §. medico, ff. de an. legat.* insequuntur *Gomes. variar. resol. tom.* 2. *cap.* 3. *num.* 9. *Gratian. discept. forens. cap.* 134. *n.* 45. *par.* 2. *Franc. Marc. dec.* 62. *Pantscbam. pract.* 99. *par.* 1. *q.* 12. *num* 21. *Reg. Capyc. Latro consult.* 135. *Cyriac. controv.* 166. *num.* 34. *Avendan. de met. lib.* 2. *cap.* 32. *num.* 36. *Peguer. decis.* 214. *num.* 15. *Cavall. comm. contr. com. q.* 702. *lib.* 1. & determinatum in S. C. anno 1573. referente eximio Viro *Vincentio de Franchis* in causa Hieronymi Montenigro, cum Jo. Andrea de Oria, testatur *Consil. de Bottis in memorat. l. sed & si quis §. quæsitum, Anton. de Amato* latè tradit *resol.* 18. *Conf. Staiban. resol. forens. centur.* 2. *resolut.* 148. *& Reg. de Marin. lib.* 2. *quotid. resol. capit.* 186. *num.* 6.

5 Hoc ipsum in iis, qui ob pestis timorem anni 1656. à domibus conductis emigrarunt censuit statuendum, *P. de Afflict. controv. jur. in supplem. add. ad cap.* 22. tametsi mobilia, vel famuli in domo remanserint, vel ipsi quoque conductores habitaverint, quoties principale intentum habitationis finem consequi non valuerunt, explosa *Matth. de Afflict. decis.* 258. quin è *in calce supplem. fol.* 35. allegationes insignis Advocati *Ferdinandi de Afflicto* in themate proprio editas rescribit, tandemque in fine testatur ipsum Ferdinandùm palmam reportasse cum RR. PP. S. Mariæ Majoris, necnon Judicem M.C. Alexandrum Consalonum in alia causa, in Banca Licti, At confiteri oportet me actipercunctasse, & causa minimè discussa, in illa thæsi fuisse tantùm domi per Consil. Jo. Bapt. Muscettula decretum provisionale emanatum, licere inquilinis prædictis exfractare cum obligatione de solvendo, & proindè decisum dici haud potest, quod minimè discussum fuit. Quod scio est me in causa propria, aliorumque Clientum, & Advocatos longè me præstantiores, nunquam obtinere potuisse, ex *add. Afflict. dec.* 258. quæ tametsi juri communi adversetur, juxta tradita à *P. Philiber. Marchino de Bello Divino, seù Peste par.* 9. *cap.* 3. *& Francis. Ansaldo conf.* 88. illius tamen authoritas terruit jus dicentes.

Cæterum, quòd probato saccomanno, depopulatione, incendio, naufragio, juramento partis de scripturis, illarumque tenore, ac amissione stetur; scripsi in causa propria fretus *Afflict. dec.* 13. *num.* 10. *Surd. conf.* 245. *num.* 30. *volum.* 2. *Thor. par.* 1. *compend. verf. probatio scripturæ, Tepat. var. sentent. tit.* 323. *cap.* 9. *vol.* 1. *Gratian. discept. forens. cap.* 262. *tom.* 2. *Thesaur. qq. forens. lib.* 3. *q.* 94. *Dom. Reg. de Marinis in observ. ad decis.* 180. *Reg. Revert. num.* 2. maximè aliis concurrentibus adminiculis, ad *l.* 1. *C. locati, Specul. lib.* 4. *tit. de pignor. num.* 15.

6 Qua verò pœna seditiosi mulctentur, indicat *Carrer. in pract. crim. in l. observare n.* 97. necnon *Boss. in tit. de seditio. Capyc. dec.* 130. *Gram. voto* 19. *Clar. §. fin. q.* 98. ibidemque *Bajard.* & præsertim de Religiosis loquitur *Menoch. de arbitr. Jud. casu* 437. quiq; *casu* 266. *num.* 5. extricat pœnam contra turbantem pacificum statum Civitatis, aliasque adjungit *Fab. de Monteleone in prax. sua arbitr. par.* 4. *num.* 879. Verùm in hac materia notabilitèr deflectit *Marsil. sing.* 247. ad statutum mulctans elevantem rumorem, quod haud includat inimicum, cujus causa rumor elevatus est, ejusque meminit *Avus meus ad Capyc. decis.* 62. *num.* 4.

Et ut stemus promissis *rit.* 47. *num.* 14. pauca
7 de privato carcere, de quo fatur *Ritus* adnotabimus, qui nedum Jure Regni vetitus est *in cap. incip. contrà effrenatas*, & in altero *incip. amplius nulli, Rub. de non capiend. vassall. atque in capit. incip. Terrerii rub. de Terrer. Afflict. in Constit. Regn. Auram. num.* 7. *Campagn. in add. cap. contra effrenatas, & in cap. incip. quod de Vicariis num.* 16. sed, & jure quoque communi *l.* 1. *C. de privat. carcer.* quæ pœnam etiam statuit adversus contrafacientes, quam non observari astruit *Clar. §. fin. q.* 68. *verf. privatum carcerem*, nonnulla advertunt *Bar. in l. capite quinto, ff. de adulter. Boss. tit. de carcer. num.* 26. *& Castill.* scribit luculentèr *conf.* 13. *sub num.* 24. reliqua huc spectantia congerunt *Farinac. in prax. crimin. quæst.* 27. *à num.* 8. *titul. de carcer. & carcerat. & Tusch. conclus.* 94. *lit. C.* non tamen pœnam aliquam mereri recordor, qui justa
8 causa adductus, constrinxerit aliquem, puta furem, aut alium delinquentem, eumque detinuerit viginti horis, & superiori consignaverit, teste *Julio Claro add. q.* 68. *sub num.* 33. *Paris. de Synd. §. officiales destinati, Laderch. conf.* 205. *Rovit. in rub. de excul. num.* 3. *Franc. Mar. Prat. resp. crimin.* 7. *num.* 26. adducens *num.* 37. præceteris *Cavaro in ritu* 47. *num.* 14. *in* 2. *quæst.* Illud insuper, & pulchrum quippè dictum, præterire nolo, licere scilicet viro zelotipo, & citra pœnam, detinere privatim carceratam uxorem, per *Glosas orem statutorum Bononiæ*, cum de privato carcere fatur, insequitur *Jodoc. in pract. crimin. cap.* 64. *pag.* 156. laudatus à *Bajard. ad memor. Clari q.* 68. *nu.* 101. confirmatque *Avus meus ad Gram. decis.* 34. *num.* 11. subnectens, non licere ipsi viro acritèr illam verberare, & verberatam posse illam agere ad thori separationem; pluraque contra similes viros invehunt *Sylv. nupt. in princ. num.* 36. *Reg. Valenz. conf.* 41. *à num.* 14. *lib.* 1. & tradunt idem *Avus meus ad Capyc. dec.* 7. *num.* 4. *Giurb. conf. crim.* 43. *Reg. Galeot. tom.* 2. *controv.* 61. *num.* 46. Hinc illud in Barbaris reprehenditur ab *Arist. lib.* 1. *polit. cap.* 1. quod fœminas, & servos pari habeant gradu, & Numidæ ab Historicis, ob id malè audiunt, quod uxoribus perindè ac servis utantur, ut scribit *Heraclides in polit. apud Apul. in lib.* 1. *metam.* Hoc & Ethnici præcipiebant, ex quorum institutis, qui Junoni sacrificabant, felin sacris non adhibebant, sed è victima exemptum,

juxtà aram infodiebant, quare oftendebatur, bilem prorfus, iramq; atque odium, & amaritudinem à conjugali jucunditate effe fequeftrandam. Juno enim Dea nuptialis erat, virique, ac mulieris conjunctam vitam fignificabat, cujus rei auctor eft *Plutarch. in lib. de pracept. connub.* Proindè Summus Pontifex quempiam Tyrannum vocat, qui uxorem feverius tractaret *in capit. 1. extr. de his, qua vi met. cauf. fiunt*, cujus rei rationem autumat *Plutarch. add. loco cap.* 34. in illis verbis: *Praeffe maritum uxori par eft, non ut dominum pecoribus, fed ut animam corpori confpiratione quadam naturali per benevolentiam cum ipfe coniunctam.*

Licebitque quoque, & Amafio meretricem retinere privatim carceratam, *Salycet. in l. unica n.* 5. *Cod.de rapt. virg.* & illic *Marfil. num.*19.*&* 26. atque *Bar. in l.verum, ff. de furtis. Nevizzan. in Sylva nuptial. lib.*4. *num.*46. quas duas noviffimè relatas reftrictiones complexus eft præcitatus *Tufch. num.* 11. *&* 13. quamvis, & in fecundo cafu de amafio puniendum illum effe pœna extraordinaria, eamque extendi poffe ad mortem ufque dicat *Carrer. in pract. pag.*453. cujus dictum reiicitur facilè, quia ordinaria pœna eft mortis, juxta *Aviles* effatum *in lib. Prator. cap.*5. *Glof. Muerte*, ubi omnes etiam fubnectit cafus morte dignos. Patri quoque licebit filium retinère *Urfill. ad Affl. decif.* 149. *num.*4. *Jodoc. in add. prax. crim. capit.* 64. *num.* 2. etiam fi Clericus ille foret, *Rayn. in fumm. tit. de fentent. excommunic. §. fequitur, & in tract. carcer.*6. *coll. Ricc. dec. Cur.Archiep.*141. *&* 186. *par.*1. qui autem uti valeant carcere pri-
9 vato, & tale jus an cedi poffit, aliaque feriosè congerunt *Decian. in trac. cri. lib* 7. *c.* 10. *t.* 2. *Boer. dec.*275. *Gig. de crim. Lafa Majeft. lib.*1. *tit. qualiter, & à quibus cap.*35. octo reftrictiones regulæ *add. l.*1. addens, *Girl. in tract. de relax.carcer. fub rubr. de fug. in carcer. num.*164. necnon *Bajard. ad Clar. cit. quaft.* 68. *num.* 85. *Carav. ritu* 47. memor.

10 Cùm de pœnis quoquè Fifcalibus in hoc Ritu fermo fit; excitatam noviffimè quæftionem indicare non omittam. Utri pœnæ pecuniariæ, & tranfactiones, tàm factæ, quàm faciendæ in Juncta contrabannorum applicari debeant fifco nè, an Confignatariis?

Hoc pro facto fuppofito, quod cùm Regia Curia teneretur correfpondere Confignatariis, qui ipfius Arrendamenta emerant, ad rationem ducatorum feptem pro fingulis centenariis, hac conditione, ut fi Arrendamenta oneri Confignatariorum pro rata non refponderent, deberet ipfa Curia ex aliis fuis bonis fupplere hujufmodi defectum: eadem Curia Arrendamenta jam dicta infolutum Confignatariis, non fine fuo maximo emolumento, affignavit, feque omninò eo vinculo, atque obligatione fuppleudi de fuo exemit.

Hinc eft, quod Gubernatores Arrendamentorum, ac præfertim ejus, quo vulgò dicitur *delle fete di Calabria* propter continua contrabanna, quæ in iis Provinciis contingunt, maximoperè extenuati, atque exhaufti, contenderunt, ut omnes mulctæ ex contrabannis exactæ, aut exigendæ per condemnationes, aut tranfactiones ad Arrendamentum prædictum, ipfiufque Confignatarios fpectarent.

Hanc fuam contentionem fulcientes, *text. in l. fin. §. divus, ff. de publican. in l. fi quis fine C. de vectigal.* quibus ftatuitur, ut tàm res, quæ in contrabanno capitur, quàm mulcta, conductoris fit, quod multò magis intelligendum videtur de eo, qui non folùm conductor eft, fed in folutum accepit, & *Baldi* eft fententia *in dict. l. fi quis*, mulctam, etiam ftatuto impofitam, vectigalium locatori, feù firmariis, fivè Gabellariis deberi; ipfum infequuntur *Cyn. & Salicet. ibidem, Bar. in l.Creditor ff. de action. empt. in l.fi provinc. §. fi ego, ff. de nov. oper. nunciat. Afflict. in capit.* 1. *qua fint Regalia, verb.vectigal. num.* 36. adducens *Bal. in Rub. C. de rer. divif.* 3. *col.* dicentem, quod qui emit Gabellam, videtur emiffe pœnam delinquentium, idem *Bal. in cap.*1. *§. fciendum, num.*2. *de feud cognit. & in l.*1. *C. fi adverf. Fifc. Roman. in l. commiffa, ff. de public. & vectigal. Ang. in l. at ubi, ff. de petit. hared. Alex. in l. fi quis id quod, ff. de jurifd. omn. Judic. Bertacch. in tractat. de gabell. part.*2. *quaft.*9. *Dec. conf.*36. *num.*12. *Beff. in tit. de fraudant.Gabell. num.*17. *Schrader. de feud. part.*3. *cap.*4. *num.*16. tradens, quod vectigalibus conceffis in feudum, etiam pœnæ videntur conceffæ, quas illi incurrunt, qui illas, quas vehunt, aut portant, merces non profitentur, vel de profeffis vectigal non folvunt, latè *Boer. decif.* 180. *Guid. Papa in fuo fingul.*455. *Peregr. de jure fifci. tit. de pœnis, & mulctis, num.*6. *verf. limita, & in tit.de conduct.Gabellar. num.*31. *&* 32. *Rofenth. de feudis capit.* 5. *de Regal. conclus.* 40. tradens, quod commiffa, & pœnæ, ob omiffam profeffationem, & vectigalium non factam folutionem fifco applicantur, fi per fuos exigit vectigal, fed fi aliis locavit, aut vendidit conductoribus, & emptoribus debentur, *R. Reverter. decif.*18. *part.* 1. *Paffet. conf.* 109. *fub num.* 1. *Farinac. in prax. crim. tit. de furt. quaft.* 172. *num.* 2. *Maftrill. de Magiftrat. lib.*3. *cap.* 10. *num.* 132. *Barbof. in Collec. ad d. l. fi quis fine num.* 5. *C. de vectigal. & commiff.*

E contrario D. Afcanius Raetanus, qui pro Fifco calamum arripuit, & noviter ex Confiliario (quod munus per aliquot annos digniffimè obierat) admirabili doctrina, vitæ probitate, morum fuavitate prædito, Regii patrimonii adminiftrator cum Præfidentis R. C. dignitate, ab ipfo Rego D. N. conftitui meruit, illiufq; poffeffionem cœpit in hoc menfe Novemb. 1661. contendebat etiam ftante præfatæ opinionis veritate, (cui tamen *Angel. in dict. l. fi quis id quod*, & alii plures contradicunt) id folum evenire quando civiliter agitur pro confecutione rei, vel mercis commiffæ, fivè pretii illius, non quando criminaliter agitur ad criminis vindictam, ad tradita per *DD. in Rub. extr. de Judic. & in l.*3. *ff. de fepul.viol. Gl. in l.aut damna, ff. de pœn. & in l.*1. *C.de rapt.Virgin. d. Reg. Moles decif.*36. *quaft.*7. qui dicit, Regiam Cameram femper judicaffe caufas intercepti effe civiles, & probari in *dict. l.commiffa ff.de public. & in l. fraudati vectigalis, & l. Cajus, ff. ad Sillan.* & ideo datur actio contra hæredem ad rei, vel pretii perfecutionem, licèt debitæ ex præcedenti facto contra legem, ex *Bart. in l. ex judiciis*,

citi, num. 7. ff. de accusat. l. 3. §. quod autem , ff. quod cujusq; jur. in l. 1. ff. de privat. delict. & perpenditur *tex. in l. 2. §. item divi fratres , ff. de Jure Fisci.*

At Regia Juncta Contrabannorum Fisco instante procedit criminaliter , & ad publicam vindictam contra inquisitos nedùm fraudati vectigalis , sed illicitarum extractionum contra quos ultra pœnam commissi , per *Reg. Pragm. 25. 27. 38. 39. & 40. sub tit. de exact.* sunt inflictæ pœnæ nedùm pecuniariæ , sed corporales , relegationis nimirum , vel triremium , vel contra nonnullos etiam mortis , & contra Barones suspensionis jurisdictionis , & cum inquisitis fiunt compositiones , sivè transactiones de dubio criminis statu, pro quantitate pecuniæ pro patrato crimine oblato , ut advertit *Mauson. de contraband. qu. 16. num. 4. 5. & 26.* quæ pecuniarum quantitates ad fiscum pertinent , si quidem succedunt in locum pœnæ legali , & statutariæ , & ejus vice fungi debent , *l. si donat. §. 1. de donat. int. vir. & uxor. Paris. de syndic. verbo compositio cap. 5. num. 5.* quæ , vel quia respiciunt publicam vindictam, & constituunt judicium criminale , ut ex *Bar.* insinuavimus *in l. 3. ff. de sepulcr. viol. Alber. & Salic. in t. 1. Sod. eod. Peregr. de jur. fisc. tit. 8. de mulctis , & pœnis num. 8.* vel quia expressè pœnæ pecuniariæ pro crimine inducuntur , quale est feudali vectigalis , *add. l. commissa , ff. de publicis & vectigal. l. 1. ff. de his , quæ pro non script. habent.* semper sunt ad fiscum pertinent , ut *in tit. ff. ff. de privat. delict. de furtis , & de vi bonor. raptor & l. fin. §. fin ff. de injur.* vel quia quando statutum pro aliquo facto pœnam imponit, si non exprimit cui sit applicanda , pertinet ad Fiscum, *Bar. in l. Agraria, ff. de term. mon. Rosental. de feud. conclus. 50. de regal.*

Instabant verò Consignatarii, ea ratione quòd dictæ mulctæ dependent ex bannis Proregum, & banna sunt fructus jurisdictionis , quia jurisdictio est eorum productiva , toties , quoties expedit, qui præ aliis Consignatariis attributi intelliguntur , quibus insolutum Arrendamentum ipsum tributum est una cum omnibus ejusdem redditibus : atque adeò etiam multas attributas intelligi oportere; cum nullum aliud discrimen sit inter redditus , qui percipiuntur ex rebus concessis , atque eos , qui ex vectigalium fraudationis hoc est mulctis nisi quod illi immediatè , mediatè isti percipiuntur, Emptores propterea Gabellarum lucrantur pœnas , & banna , quia sunt in fructu & redditu *l. creditor* & ibi *Bar. ff. de action. emp. Bar. in l. 1. num. 15. C. de fructib. & lit. expens. Bar. & alii in l. fin. ff. solut. matr.* & istæ pœnæ ex quo quotidiè possunt imponi , censentur quotidiè renasci, *Bar. in l. fi. & in l. quædā §. 1. & in l. si quis ex argentariis, §. fin. ff. de edend. Peregr. add. tract. & empt. Gabellar. nu. 3. add. tit. de pan. & mult. num. 9.* & pœna in dubio illi applicanda venit qui principaliter offenditur , *l. fin. ff. de litig. Gulielm. de Cun. in l. si Ecclesia , C. de Episcop. & Cleric.* offenduntur itaque consignatarii, quibus data est in solutum habella, eis propterea debet pœna applicari , *l. post legatum , §. admittere de coll. bo-*

norum *l. si legatarius , C. de leg. l. fin. ff. de publ.* maximè quia tales pœnæ dependent ex novo delicto invento a statuto, quo casu parti læsæ applicari debent , *Bal. in d. l. Ecclesia , C. de Episc. & Cler.* ibique advertit *Gulielm. de Cuneo* pœnam legalem , etiam , quod non explicetur , sicut applicanda sit , semper spectare ad illum , qui leditur ex illo actu , propter quem pœna imponitur , *ex l. fin. ff. de litig. Bal. in l. jubemus, §. sanè num. 2. C. de Sac. Eccles.*

Addebant ipsi Consignatarii hoc rescriptis Regni Proregum R. C. S. directis decisum reperiri sub die 2. Decembris 1644. & 7. Januarii 1645. per R.C. executoriatis die 6. Mensis Martii 1650. ut licet ex *Registro par. 15. Regiæ Dohanæ fol. 64.* quod conservatur , penès Act. Franciscum Mancum.

Alia pro Arrendamento scripsit Antonius Gamboa Advocatus apprimè doctus Aloysii consiliarii Decani filius , qui vitæ eandore doctrinæ præstantia morum suavitate omnium sibi amorem conciliaverat altiùs gradum facturus nisi mors præpedisset ereptus nobis est die 6. Martii 1658. omniumque, qui eum notant animos multa mestitudine affectos relinquens , in celebri Basilica S. Claræ hujus Urbis omnium Ministrorum multitudine , ac frequenti nobilitatis caterva funus prosequente , humatus est ante aræ Deiparæ Virginis Imaginem , cui à Gratia miraculorum, ac beneficiorum multitudo nomen fecit insignem quam vivens adeò coluerat, ut nullum diem prætereire unquam passus fuerit, quin ad eam piissimi animi sui obsequium non deferret.

Hæc porrò quæstio , cum in Juncta Contrabannorum discutienda esset , *Commissario Dom. Consiliario Francisco Rocco* , eumque Exc. Sua ipsius gravitatem rei , & Consignatariorum ingentia damna optimè intelligeret , mandavit ab eadem Regia Juncta una cum Collaterali Consilio agi, ac decidendi . Nihil tamen ad hanc diem decisum scimus ; si quid intereà , dum hæc in lucem damus , decidetur , alius non deerit memorandi locus.

Illud unum Ministros obsecro , atque obtestor ut ad Arrendamenta ipsa respicere velint ad nihilum jam tandem redacta , nullumque fructum reddentia : animadvertant innumeram hominum multitudinem damnis maximis afficit tot Orphanos , tot Religiosos, tot pia loca, quorum in eisdem Arrendamentis tota vitæ ac rei familiaris ratio posita erat , quibusque jam superest nihil, unde summæ egestatis , ac necessitati consulant Respirare autem aliquantulum videbuntur , si ad Consignatarios prædictarum multarum emolumenta spectare fuerit decisum . Quod licet in ambigua controversia versaremur) pro Arrendamento tamen oporteret fieri decisio : annuente Rege Domino nostro (quem superi nobis diu servent) ut in rebus dubiis, contra se feratur judicium pro sua incredibili erga hanc Urbem, ac Regnum, clementia, munificentia, charitate.

Ejusmodi verò pœnæ pecuniariæ provenientes ex interceptis fraudati vectigalis , sivè ex contraventione bannorum , nùm sub generali Regia abolitione comprehendantur tractat *Regens Rever. decis.*

decis. 549. decisum tradens esse remissas confirmant *Mastrill. de indult. cap.* 19. *à nu.* 10. *D. Berardinus de Sancta Cruce* qui in memorata *decis.* fuit unus ex Judicibus in voto impresso, apud *D. Reg. de Marin. lib.* 1. *quotid. resol. cap.* 183. & refert idem *Reg. in observ. ad mem. Rever. dec.* 549. & nùm per generalem abolitionem censeantur remissæ pœnæ pecuniariæ provenientes ex incusationibus instrumentorum, & obligationum penès acta M.C.V. inquirunt, *Reg. Moles dec. manuscript.* 25. *&* 27. *tit. de jur. Dobanæ in alleg.* 32. *divers. post dec. Reg. Salernit. Reg. de Marin. in add. observ.* 549.

An pœnæ maleficiorum in fructu esse censeantur, adeòut in feudi alienatione nulla declarata ob Regii assensu defectum, in restitutione fructuum facienda venditori veniant pœnæ pecuniariæ, quas emptor ex jurisdictione consequutus est, affirmativè lepidè resoluit *Dom. Reg. Donat. Ant. de Marinis lib.* 2. *quotid. resol. cap.* 84. & meminit *in observat: ad decis.* 28. *Revert. num.* 2. etsi nullatenus veniant in liquidatione relevii *Dominus Reg. Constant. in l.* 1. *num.* 67. *Cod. de pæn. fisc. cred. præfer. Dom. Reg. Moles decis.* 9. *in tit. de Relev.*

RITUS LVII.

M. C. non cognoscit causas adversus Curiam absque licentia.

ITem in Curia ipsa non moventur quæstiones reales contra Curiam, seù procuratores sine mandato.

SUMMA RERUM

1 *Magistri Camerarii in Provinciis, de quibus causis antiquitus cognoscebant; Et usquequo.*
2 *Quid statuat hic ritus, ostenditur.*
3 *Illius dispositio in usu id temporis minimè versatur.*
4 *Ad Regiam Cameram spectat cognitio litium inter fiscum, & privatos contractarum, & non ad M. C. V.*
5 *Tribunal Regiæ Cameræ Summariæ olim vocabatur Audientia rationum.*
6 *Regii patrimonii cura ab usque Regis Ladislai temporibus ad rationales Siclæ pertinebat.*
7 *Regia Camera Summaria à Carolo Primo translata fuit.*
8 *Sententia à Tribunali Regiæ Cameræ prolata in appellationibus ab eodem recognoscuntur.*
9 *Sacri titulo rectè nominari illud Tribunal, indicatur.*
10 *Supremum Collaterale Tribunal non avocat ad se causas in Regia Camera vertentes, vocat tantum illud Tribunal, ut illas ipsi referat.*
11 *Quando Collaterole Consilium valeat causas avocare, remissivè tangitur.*
12 *Regiæ Cameræ Summariæ Præsidentes laudantur, illorum bonitas, ac prudentia recensentur.*
13 *Quibus exosum illud Tribunal videatur.*
14 *Fisci pecunia conservada pro publico bono.*
15 *Tributa nova imponendi, defectus redituum regalis patrimonii necessitatem inducit.*
16 *Philippus II. Rex gloriosæ memoriæ contra Fiscum, ac contra se ipsum in dubio responderi, pluries præcepit, ejusq; præceptum observari desideratur.*
17 *Ita quoque Innocentius IX. & contra Cameram mandavit.*
18 *Id priùs Trajanus, Adrianus, & Justinianus statutis, Constitutionibus decrevere.*
19 *Modestini verba in l. non puto ff. de jure fisci recensentur.*
20 *Andr. de Isernia veracissimus scriptor, & feudorum Evangelista pluriès confirmavit dictum, in dubio contra fiscum pronunciandum, ejusque effatum alii insectantur.*
21 *Nonnulli distinctionis fædere antinomiam conciliant, si agatur de lucro captando, vel damno vitando.*
22 *Isernia à Præsid. D. Gregor. de Ganaverro decis.* 1. *incropatus, defenditur.*
Novus intellectus ex Alberici lectura traditus text. in l. non puto de jure fisci reiicitur.
In dubiis contra fiscum judicare, nedùm crimini non tribuitur, sed oppositum facere est illicitum.
Fiscus, quamùis sit Respublica, & contra causam publicam illicitum sit respondere, non sequitur pro fisco pronunciandum fore, cum incomporabiles sint termini, ratioque redditur.
23 *Principes Romani, nedùm dubia, sed proprias suas fortunas ad populorum feliciearem donavere.*
24 *Invictissimus noster Philippus IV suorum æmulatus vestigia, qui innumeras subditis confert gratias, largitur munera, in dubiis contra seipsum pronunciare optat.*
25 *Quæ de Trajano testatus est Plinius, nos de nostro Rege pleniùs, & alacriùs dicere debemus.*
Pulchrum Constantini effatum, Dioclesiano obiicienti, quod cum subditis parceret, nihil in thesauris conditum haberet, memoratur.
Theoderici egregium dictum recensetur.
Regnantis facultas tunc fit divitior, cum remittit, & acquirit nobiles thesauros famæ, neglecta pecuniæ utilitate.
Hæc optimè Catholicus Monarcha novit, eumq; quæ dubia sunt subditis remissurum dubitare non licet.

SI quæ olim vel reales, vel personales disceptationes inter fiscum, & privatum ortæ fuissent, vigore Regni *Constitutionis causas*, usque ad sen-
1 tentiam per magistros Camerarios, qui in provinciis residebant cum eorundem justitiario cognosci poterant, dùm nè lites de feudis, aut feudalibus rebus, vel etiam burgensaticis, & quæ magni momenti forent immobilibus inferrentur. Mobilia enim, vel immobilia, quæ parvi fierent, dumtaxat agebant, in quibus neque institutæ rei exitum expedire licitum fuerat, sed ex Regio foro exquirendum linquebant. Regem igitur adire oportebat, si gravis alicujùs causæ exitus
2 optaretur. Id ipsum statuere videtur hic Ritus,

dùm

dùm reales quæſtiones, quæ adverſus Curiam ha-
berentur à M. C. cognoſci vetat abſque licentia,
quod tamen de immobilibus magni ponderis re-
bus intelligendum eſt ; mobilibus enim , vel im-
mobilibus parvi momenti Magiſtri Camerarii
decreti ſunt , ut ex Affl. in memor. conſtit. cauſas
1. not. admonet noſter Caravit. num. 1. Hujuſce
Ritus diſpoſitio in uſu id temporis minimè ver-
ſatur , dum nullas inter fiſcum , & privatos con-
4 tractas lites Vicariæ forum cognoſcit ; Spectant
enim ad Regiæ Cameræ Tribunal abſque ſpecia-
li mandato , nimirum ad hunc finem inſtructum,
5 Reg. Tap. lib. 2. de jur. Reg. ſup. hoc rit. pag. 178.
Quod olim Audientia rationum appellabatur,
6 etenim Regii patrimonii cura ad Rationales Siclæ
pertinebat Ladislai Regis temporibus , poſtea
7 à Carolo Primo in Regia Camera Summariæ
translata fuit ſi Marc. Ant. Surg. vera ſatur de
Neap. illuſtr. lib. 1. cap. 7. num. 2. inſequutus à
Reg. Tapia de jur. Regn. lib. 2. rub. 6. de off. procur.
Cæſar. & Reg. Galeot. reſponſ. fiſcal. 1. nu. 48. noſ-
que alibi diximus.

Plurima ſunt hujuſce Tribunalis privilegia,
8 inter , quæ illud eſt præclariſſimum , ut prolatæ
ab ipſo ſemel ſententiæ , in reclamationibus ab
eodem recognoſcantur à Ferdinando Sereniſſimo
tributum in pragm. 37. §. 10. ibidemque Reg. Rov.
de offic. procur. Cæſar. de Franch. deciſ. 60. num.
8. Mari ad Grammat. deciſ. 9. num. 8.
Regens Galeot. ad Conſil. Camill. de Medic. 103.
lit. A. de Angel. in ejus prato C. de prac. Imper. offe-
ren. l. ſi quis 5. num. 2. Maſtrill. deciſ. 158. num.
2. D. Reg. Galeot. in diſſertatione unica in calce
primi reſponſi fiſcalis n. 55. Propterea non minùs
9 lepidè , quam doctè Franc. Maria Prat. lib. 1. obſer.
50. Tribunal hoc Sacrum appellat magna Vin-
centii Anni authoritate innixus in repet. cap. 1. de
vaſſall. decrepit. ætat. num. 217. & deciſ. Reg. Re-
verter. 7. cujus memor eſt Reg. Rov. dec. 74. num.
7. & eos laudat Reg. Sanfel. deciſ. 291. ſub num.
9. tom. 2. in qua examinat articulum, nùm Regia
Camera ſummariæ juriſdictionē privativè habeat
de cognoſcendis ſcribis extraordinariis , etiam de
delictis commiſſis extra officium , & meminit
D. Reg. de Marin. in obſervat. ad cit. dec. 7. Regens
Reverter.

Quamvis verò Supremum Collaterale Tribu-
nal , in quo reſidet Prorex , cum imminet expe-
ditio cauſæ, ad ſe referri à Camera litem præcipiat,
10 nihil tamen ei derogatur , quia vocat Tribunal
Cameræ, non avocat ab eo cauſam , quam utrique
diſcutiendam ſuſcipiunt , teſte Præſide D. Grego-
rio de Ganaver. deciſ. 30. Quando verò Collaterale
11 Conſilium omnimodam , & abſolutam retinens
poteſtatem valeat ad ſe cauſas avocare, inquirunt
Reg. Sanfelic. deciſ. 299. & in ſua prax. judiciar.
ſe. 1. 3. num. 3. necnon Reg. Capyc. Latro dec. 200. à
num. 46. tom. 2. Reſident in Camera præſtantiores
12 integritate morum , & politioris literaturæ Vi-
ri , adeò ut nihil , quod grave, quod juſtum, quod
13 ſanctum non ſit , conſtantia ſumma conſilii, pru-
dentiaque decernatur, & quod de S. C. dixit Dec.
terrētum ſe fuiſſe illius veneranda authoritate
conſ. 379. de quo optimum perhibent teſtimonium
Reg. Carolus Tapia in ejus epiſt. ad dec. S. C. Præſ.
Merlin. cap. 5. num. 58. to. 2. controv. forenſ. Franc.
Mar. Prat. obſer. 32. num. 1. & 3. & lib. 3. diſcept.
forenſ. cap. 41. nu. 1. de hoc tribunali optimè etiam
dici poteſt , cujus authoritas veneranda , & me-
tuenda eſt . Ex quo fit , ut ſceleſtis hominibus,
quique indulgeri ſibi vellent in vitiis , iis etiam,
qui commodis ſuis vacant , aſperum nimis, ac ſe-
verum illud videatur , eique indocti , & Principis
facultatis parùm ſtudioſi impudentiſſimè obtre-
ctent , ut tradit peritiſſimus , ac ſummæ religionis
vir P. Cæſar de Afflicto controv. jur. 6. num. 14.
14 Neſciunt enim hi , quæ habenda ſit Regii patri-
monii cura , nè ſcilicet minuatur , dilapidetur, ef-
fundatur , pereat , ſed totum ad fidei Chriſtianæ,
& populorum tutamen ſervetur , nam ſi partæ
obliguriantur fortunæ, & Principis Ærarium ex-
15 hauriatur , novis vectigalibus ad publicæ felici-
tatis perniciem cives opprimere oportebit ; vel ut
invadentes arceat hoſtes , vel alterius mali vim
funeſtiùs ingruentem facilè retundat , ad tex. in
l. nemini in fin. C. de Sacroſ. Eccleſ. Natta conſil.
183. num. 11. & alii tradunt , quos enarrat Jo.
Bapt. Larrea alleg. fiſcal. 59. num. 7. & dixerat al-
leg. 8. per tot. confirmatque D. Franciſc. de Alfa.
de offic. fiſcal. gloſ. 9. num. 15. & Oſorius lib. 1. de
Reb. Emanuelis , inquit : Nec bellum geri, nec pa-
cem conſtitui , nec jus adminiſtrare commodè li-
cet , ubi Regis pecunia , quæ debet eſſe publicæ ſa-
lutis inſtrumentum , aut à privatis avertitur, aut
ab ipſo Rege ſine ullo fructu conſumitur. Et Tacit.
lib. 2. annal. dicit : Si Ærarium exhauſerimus , per
ſcelera ſupplendum erit , quin Affl. in Conſtit. Re-
gni ſcire volumus admonet , conſtitutionem illam
in bona Regis patrimonii tuentem, non avaritiæ in-
tuitu, ſed ob publicam utilitatem conditam fuiſſe,
cujus meminit Taſſon. de antefat. verſ. 3. obſer. 3.
num. 56.

Præceptum tamen illud magni Regis Philippi
II. cujus animæ felix , fauſtumq; ſit , indiſcrimi-
16 natim ab omnibus obſervari vellem , cum Car-
dinalem Spinoſam Conſilii Regalis Præſidentem
in dubiis quæſtionibus contra Fiſcum , ac contra
ſeipſum ſententiam proferre juſſit , & Valaſco Ju-
riſperito Conſilii Supremi , & Cameræ Senatori,
cauſam ſemèl , qua Regium patrimonium auge-
batur ad ipſum relaturo , reſpondit anno 1570.
cum degeret in Villa de Eſcurial. Scito legum pe-
rite , atq; hoc etiam Senatui denuncia . In dubiis
contra me ſemper judicandum fore. O dignam tan-
to Rege ſententiam memoratam à Porreno de di-
ctis , & factis Philippi II. cap. 10. verſ. Eſtando, nec-
non ab Epiſcop. Marant. par. 5. controv. jur. reſp.
79. num. 67. & Franc. Mar. Prato ad Paſchal. de
patr. poteſt. p. 1. cap. 2. verſ. cui modo initendum, ut
meritò exclamaverit Larrea in proœm. alleg. Fiſcal.
tit. de Fiſco nu. 9. in fin. O pulcherrimum dictum! Uti-
nam Principes hodie imitarentur?

Id ipſum Innocentius IX. Pontifex Maximus,
17 decretum jam literis conſignavit , mandavitque
Cameræ Apoſtolicæ Miniſtris , ut in dubio con-
tra Cameram dicerent , referente Botero in apo-
phegmatibus , verb. Juſtitia lib. 1. to. 2. pag. 42. quæ
ipſe Italica lingua ſub titulo Detti memorabili,
prælo præſſit.

18 Idemq; priores his Trajanus , Adrianus , Juſti-
nianus ſtatutis , & conſtitutionibus decrevere, Si-
manc. de Cathol. inſtitut. 11. num. 54. ut prætereà
Modo-

Modestinus in l. non puto 10. *ff. de jure fisci*, non
fine acri judicio acclamet : *Non puto delinquere*
19 *eum, qui in dubiis quæstionibus contra fiscum*
facilè responderit, quod pluribus in locis veracis-
simus scriptor, ac feudorum Evangelista *Andreas*
de Isernia, à cujus opinione hodiè in Regno nò di-
scedimus, testibus *de Franch. decis.* 100. *num.* 4.
Camil. de Cur. in diversf. feud. par. 1. *fol. mihi* 58.
in princ. Gramm. decis. 28. *num.* 17. *Ann. alleg.* 67.
num. 42. qua de re invaluit enunciatum illud, non
expetimus, quod *Isern.* dixerit, sed an dixerit
Ann. in rub. de vassall. decrepit. ætat. num. 122.)
elegantissimè pluries confirmavit *in §. sed, & plu-*
res num. 10. *per quos fiat investitur. & per quos re-*
cipiat, hocque effatum in illius ore frequentissi-
20 mum erat, teste *Liparulo Episcopo* apud eundem
Isern. ibid. lit. P. amplexatum à *Peregr. de jur. fi-*
sci lib. 6. *tit.* 6. *num.* 22. *Alex. Turamin. in l.* 1. *ff.*
soluto matrim. Covar. var. resol. lib. 1. *cap.* 10. *An-*
neo Robert. lib. 1. *rer. judic. c.* 12. *vers. quod si cri-*
minis pag. 213 *Menoch. cons.* 230. *nu.* 131. *Gioagn.*
cons. 58. *num.* 48. quod alii admittunt, quando
21 Fiscus agit de lucro captando, videlicet de pe-
na, cui in dubio haud favendum esse, non verò
si de damno vitando, probant *Menoch. cons.* 1007.
num. 49. *Mastrill. dec.* 44. *num.* 59. *par.* 1. *Jas. in §.*
si quis agens sub num. 11. *vers. sed contra, inst. de*
action. aliique, quos conglomerat *Emin. Mantic.*
de tacit. & ambig. lib. 11. *tit.* 25. *à num.* 19. Im-
22 meritò quidèm a *Præs. D. Greg. Ganaver. decis.*
supr. Trib. R.C.S. 1. *à num.* 104. *Isern.* reprehen-
ditur, teste *Franc. Mar. Prat. respons. crim.* 24. *à*
num. 51. quique *Præs. Ganaver.* contrariam secu-
tus opinionem ex lectura *Alberici* laudati ab
Aragonensi Anton. Augusti lib. 1. *emendatio. capit.*
3. *pag. penult. textum* illum *in d. l. non puto*, sic
explicat, *non puto facilè*, idest, sed graviter *de-*
linquere, quæ declaratio contra communem sen-
sum videtur, dum ly *facilè*, intelligitur, ut so-
nat *tex. facilè conntra fiscum responderit*, quid-
quid laborent in dando alios intellectus *textui*
Dec. in l. in ambiguis la 1. *num.* 2. *ff. de regul. jur.*
& Merend. lib. 3. *controver. jur. cap.* 18. *par.* 1. &
non solùm in dubiis contra fiscum judicare crimi-
ni minimè tribuitur, sed etiam oppositum facere,
illicitum arbitraretur, tametsi aliter servari in
Regia Camera insinuet *Reg. Rovit. cons.* 102. *num.*
18. *lib.* 2. neque ex eo, quod Respublica fiscus
est, & contra publicam causam pronunciare in
dubio prohibetur, sequitur pro fisco decernen-
dum fore, ne scilicet minoris conditionis sit hic,
quam privatus ipse, à quo in dubiis vinceretur,
incomparabiles enim inter se videntur, ejusmodi
termini, dum adversus se ipsum dispositionem
23 istam in dubiis haberi Princeps constituit, ut
animi sui magnitudinem, pietatem, ac liberalita-
tem in populos exerceret.

Legerat quoque, ut arbitror, sapientissimus
Rex Philippus II. Romanorum historias, eorum-
que Principum imitatus munificentiam, non mo-
do, quæ sibi dubia forent, sed veras fortunas su-
as ad populorum felicitatem amantissimè donan-
das esse in animo habuit.

Id ipsum sensurum quoque Invictissimum Phi-
24 lippum IV. cui Deus, & vitam, & Regna for-
tunet semper, facilè conjicitur, suorum namque
æmulatus majorum vestigia, dum innumeras cō-
fert subditis gratias, largitur munera, totumque
in populos se se profundit, quis unquam inficias
eat, velle liberalissimum Regem in dubiis contra
se judicari? in sublimi enim locavit illum natura,
ut magnitudinem suam benefaciendo demonstret,
& quæ de Trajano testatus est *Plinius in panegyr.*
de Rege nostro facilè intelliguntur, nimirùm,
25 *quæ præcipua tua gloria est sæpè vincitur fiscus,*
cujus mala causa nunquam est, nisi sub bono Prin-
cipe, adderem egò, sub amantissimo, & optimo
parente pessissima erit. Constantini paupertatem
exprobabat Diocletianus, eique obiiciebat, quod
cum subditis parceret, nihil in thesauris conditum
haberet, respondit Constantinus, *facilè divitem*
fore Principem benevolum Theodoricus Rex dixit
illud, *amplius nostris utilitatibus applicamus,*
quod misericordi humanitate concedimus. Re-
gnantis enim facultas tunc fit divitior, cum remit-
tit, & acquirit nobiles thesauros famæ, neglecta
utilitate pecuniæ. Novit hæc optimè Philippus
noster Rex, tantisque munificentiæ monumentis
superiorem se præstat, quantò satius. Igitur quæ
dubia sunt, eum subditis remissurum dubitare
poterimus?

RITUS LVIII.

ITem de donis Curiæ in Curia ipsa non cogno-
scitur sine speciali mandato : & cum causa ipsa
agitur, ostenso privilegio donatarii : non autem
procurator, & Advocatus Curiæ donatario tenen-
tur assistere, & Advocatum donatarius sibi habeat
aliunde : si habet undè solvat eidem, alioquin Ad-
vocatus Curiæ gratis patrocinetur eidem, sed ubi
solvendo est, & vult quod Advocatus Curiæ pro
ipso principaliter advocet, debet sibi salarium sol-
vere : quod potest cum ipso convenire.

SUMMA RERUM.

1 *Quanti fuerit semper apud jura, & Doctores Ad-*
vocatorum munus, ostenditur.
2 *Illud ea animi magnitudine suscipi debet à Pa-*
tronis, ut non auri, argentiqui fulgor, ad ob-
eundem alliceret.
Ex Advocatorum cætu tanquàm ex equo Trojano
innumerabiles prodierunt viri, & Heroes.
3 *Majores Romani legem Cinciam, seù Titiam con-*
stituere, qua neminem ex Advocatis unum, aut
pecunia, aut doni aliquid accipere jubebant.
Nonnulla in laudem linguæ traduntur.
4 *Advocatis patere semper Principis domus de-*
bet.
5 *Qui primus patrocinantibus justam mercedem*
instituit.
6 *Nullæ ab Advocatis contrahendæ sunt lites pro*
patrocinio.
Satius putare debent pro modica quantitate litē
pro palmario instituta cedere, quam odiosam
disputationem sustinere.
7 *Salarium Advocatis qualiter constituatur, tùm*
de Jure Communi, tùm Regni.
Computatio quantitatis centum aureorum pecunia
antiqua

antiquæ advocato debitæ remiſſivè,

Hodiè ſtipendium excedere, an poſſit ſummam aureorum cèntum, cum declarationibus.

Attendendum eſt tempus, quo lis agitata fuit, non autem quo conquievit.

8 *Civilis ſapientia qaemadmodum nummario pretio dehoneſtatur, ita, & vili honorario vileſcit.*

Advocati, hodiernis temporibus, pluribus indigent, & max mis expenſis.

Magnum eſt Clientum ingratitudo, illi mulabus comparantur.

9 *Advocato ſtipendium debetur, etſi pro Principe oret.*

Etiam ex pacto nudo, vel ſi cauſa tranſactione terminetur.

10 *Totius quoque anni ſalarium annuum certum ad hæredes tranſmittit, etſi infra annum mori contingerit.*

Etiam ſi nallas eo anno defenderit cauſas.

11 *Debetur itidem merces, imò major, tametſi litem amiſerit.*

Diſtinctio Speckh. cent. 2. concl. 4. num. 42. in cauſa habente plura capitula, reiicitur.

12 *Palmarium, ultra ſalarium debetur pro victoria cauſæ dumtaxàt principalis, non puri incidentis.*

13 *Lege cavendum eſſet, nè quid à Clientibus patroni acciperent, priuſquam lis finem ſortita foret.*

Advocatus vi pecuniæ promiſſæ, an teneatur proſequi cauſam in Judicio appellationis.

14 *Poſſunt Advocati in principio anni ſalarium expetere.*

15 *Habent Advocati pro eorum ſalarii tacitam hypotecam, cum priviligio prælationis, etiam ſi bona obnoxia ſint fideicommiſſo, & feudalia illa ſint, juxta communem DD. ſententiam*

Nec dotis privilegia ſumma juvant niſi deductis expenſis neceſſariis pro re reparanda, & ſervanda.

Creditor qui dedit pecuniam ad rem reficiendam præferatur nè doti.

16 *Advocati ex cauſa eorum ſalarii ob præſtitum laborem in caſu liberationis depoſiti non tenentur præſtare cautionem de reſtituendo cui, quibus, & quando.*

17 *Salarium Advocato, tametſi non promiſſum debetur.*

Quid autem Procuratori ad lites, & ſollicitatori.

Utrum verò Vicario Epiſcopis, famulis, & tutori, inquiritur.

18 *Emptor à Fiſco, & conventus à privato, an jure petat cauſam cognoſci in Regia Camera.*

19 *Fiſcus nedum tenetur tueri emptorem rei Fiſcalis, ſed etiam ejus donatarium à quavis moleſtia cum declarationibus.*

20 *Abſque Proregis licentia informatio capi nequit de ſervitiis præſtitis à militibus petentibus remunerari.*

Donatio Regis à conceſſione in feudum ſatis differt.

1 QUanti fuerit ſemper apud Jura, & Doctores Advocatorùm munus, quantiſque laudibus celebratum, & leges teſtantur, & omnium admiratione probatur, ex quo fit, ut imminuere potius ejus dignitatem, quam luculentius commendare, viſurus ego ſim, ſiquid iis addere velim, *l.laudabile 4. C.de Advoc. diverſ. Judicum, l. Advocati 14. Cod.de Advocat. diverſorum Judiciorum cap. quia Epiſcopus*, ibi:*Laudabiles actus ſupra, quaſt.3. Bar.in l.miles num.2. ff.de re judic. & in l. penul. C.de poſtulan.Jaſ.in l.1. §. hujus ſtudii num.8. ff. de juſtit. & jur.Bal.in l.1.§.ait prætor n.3. ff. de poſtul. & in ead. l. Advocati num. 1. Alex. in add. l.miles num.2. & in l.centurio num. 6. ff.de vulgar. Alber. de Roſatis in rub. ff novi nu. 23. & in rub. num. 6. de offic. Proconſulis, & Legati, & in l.ſi qui num.16. Cod.de ſuffragio, Odofred. in l.providendum, C.de poſtulando, Anton. de Alexandr. in l.quiſquis, ff. de poſtuland. Gulielm. Roville in tit.de juſtit.& jur. cap. 5. de Advocatis, Speculat. tit.de Advocat. §. ſequenti circa princip. Luc. de Penn. Jo. de Platea, ac Rebuff. in l. Sacris num. 3. & 4. Cod. de proximis ſacror. ſcriniorum lib.12. Bovadill. cap.14.lib.3. num.60. & 61. Caſſan. in catal. Gloriæ Mundi par.7. conſider.29. Tiraquel. de nobilit.cap.29. num.10. Gratian. diſcept. 284.num.60. Guid. Papa quaſt.88. & 388. Franc. Marcus quaſt.649. Fab.in Cod.lib.lib.9. tit.28. deſin.9. & 10. Surd. conſ.122. Tepat. var. ſentent.to. 1.tit.86. Marta in compend. deciſ.tom.1. verb. Advocatus, Schenar. integro conſ.1. lib.2. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic. tom.2.tit.6. dec.99.num.9.uſque ad 20. Ann. Robert. rer. judic. lib. 2. cap.19. Fredericus Oltropius in ſuo proceſſu judiciario par. 2. tit.de Advocatis, Tobias Paurmeiſterius de juriſdic. Imper. Romani lib.2. cap.10. Jo: Paul. Xammar. in tit.de offic.Judic. par.2.q.2.de prærogativ. Advocat. Eromeus de jur. publico to.2. cap.27. pag.821. in fine, Caballin. milleloq.540. Reg. Rovit.in rub. de poſtul.* ibidemque *Novar. Barboſ. in collect. C. lib. 2. tit.6. in add.l.providendum, l.Advocati, & l.laudabile, Franc.de Petr. feſtiv.lect.lib.1. cap.8. ſub n. 7. & integro conſ.1.Conſ.Petrus Caravita in reſp.edito pro M. Cancellario*, quod tranſcribit *Laganar. ad Rovit. pragm.22.de offic. S. R. C. num.10.* quiq; *Laganar.* multa cumulat *Franc. Maria Prat. ad Muſcat.in prax.tit.de doctor.quidditat.& dignit. cap. 2.verſ.Eſt etenim.*

Illud optarem ea animi magnitudine munus
2 hoc adeò præclarum ſuſpicerent Patroni, ut non auri argentique fulgor, qui mentem magis, quam oculos perſtringit ad obeundum allicere; ſed veræ gloriæ laudiſque amor, quæ immortalitatem hominibus impertitur, facillimè impelleret, cecinit *Ovid.*

Si modo non cenſus, nec clarum nomen avorum,
Sed magnum probitas, ingeniumque facit.

Et *Ann.Robert. add. loco* inquit:*Etenim ex hoc Advocatorum Curia cætu, tanquam ex equo Trojano innumerabiles prodierunt viri aut Heroes potius quos ardens evexit ad æthera virtus.*

Hancq; Advocati dignitatem noverant majo-
3 res Romani; quam nè pecuniæ cupiditas adumbraret, *legem Cinciam*, vel ut *Cornel. Tac.lib.11. & lib. 13. annal.* ſentit *legem Titiam* conſtituere, qua neminem de Advocatis unum, aut pœcuniæ

cuniæ, aut doni aliquid accipere jubebant, ut notant *Alex ab Alex.ex Tac to, dierū genialium lib.6. c.11.vers.Marcus Cintius, Tiraq.in add.Petr Greg. in syntagm. jur. univers. par.3. lib.49. cap.8. nu. 6.* propterea *Plinius lib.5. epist.* à *Caravit.* laudatus *rit. 99. num.3.* ad Valerianum scribens gaudet ipsum majorum leges secutum, orationes suas venales esse nunquam voluisse, & *in eod.lib.* idem *Rufo* significavit, priscis nimirum temporibus, qui negotia tractabant, jurare, priusquam agere jubebantur, nihil se ob advocationem cuiquam dedisse, cujus memores sunt *Quintil. lib.2. cap.7. orator. Tiraq. memor. tit. de nobilit. cap. 9. num.23. Bovadill. add. loco nu. 69. & 99. & Cassan. consid. 29.* quod jure optimo quidem factum existimo, ut enim preclarior est hominis pars lingua, ita, & Reipublicæ Advocatus, proindè nec venalem esse nec pretio, lucroq; subjectam oportet, quæ ad gloriosiora facinora destinatur. Unde *Ovid.lib.1 elegiar.*

Turpe reos empta miseros defendere lin-
3 *guâ.*
Quod faciat magnas turpe Tribunal
opes.

Et *Eccl:siast. Dedit enim mihi Dominus præmio linguam, qua laudo ipsum*, Et *Isajas*, *Dominus dedit mihi linguam eruditam*. Et *Beatus Jacobus Minor*, *Lingua modicum quidem membrum est, & magna exaltat*. Et *Ugo lib. 3. de anima lingua dicitur quia lingit.* Et propterea ob linguæ Excellentiam Sanctissimum Paraclytum in formam linguæ ignis in Apostolos discendisse, advertit *Ambros.Sanctus lib.1.de offic.*

4 Hinc patere advocatis semper, & Principum domus, Regumque aula debere, exclamant *Marsha loco cit. cap.7. & Franc. Marc. decis.650.* Ipsi enim, & Reipublicæ causas, & Civium salutem defendunt, ipsi pacem animorumque concordiam servant inter æquales, ipsi miseris solamē egenis subsidium, perditisq; hominibus vitam, honoremq; restituunt inter orandum.

5 Noverunt deindè posteri necessarios esse pro Advocato sumptus, hinc Nero, crudelem nè in hoc etiam, an pietatis specie indultum, dixerim justum pretium ac mercedem Advocatos suscipere jussit, teste *Sueton. in Neron. cap. 17.* eoque priorem Claudium Cæsarem pecuniarum pro advocatione instituisse effirmant *Tacit.lib.11.annal.* & post ipsum *Alex. ab Alex. c.t.* primusque omnium Antufus Rannusinus quæstibus orationes addixit, & confirmant, aliis laudatis *Menoch.de arbitr.Judic.lib.2.cent.6. c.513. & Borrell. in summ. dec.tit.65.lib.1.per tot.*

Hinc factum est etiam, ut sacrosanctæ leges certa stipendia constituerent, plurimaque in hac re decreta sancirent Primum videlicet nullas ab
6 Advocato contrahendas esse lites pro patrocinio, sed quod liberaliter darent pro mercede reciperent, *Fontanell. decis. Cathal. 426. nu.19. par. 2. ex l. quisquis, C. de postuland. §. nemo ex iis*, ibi: *Nemo ex iis, quos licebit acciper, vel decebit aspernantèr habeat, quod sibi semel officii gratia libero arbitrio obtulerit litigator*, & addit, *nemo ex industria protrahat jurgium* reddit rationem Imperator ibidem *Nam si lucro pecuniaque capiantur veluti abjecti atque degeneres inter vilissimos numerabuntur*, & satius putare debet pro modica quantitate liti pro palmario institutæ cedere, quam odiosam disputationem sustinere *Jo; Petr. Fontanell. add. dec. 426. num.10. par. 2. Franc. Mar. Prat. pract. observ. 65. num. 34.* infertque *Jo. Barclai in Icone animorum cap.15. Merces autem propter gloriam magnifice rei*, & subdit *Mox publico vitio os quoque*, & deindè *saltem modum constituerent certamque pro mercenaria eloquentia pensionem, & Ann. Robert. ex Lamprid. add. loco*, inquit, *Gloria finis sit, non avaritia.*

7 Propterea *Ulpianus in l.1. §. in onorariis, ff. de var. & extraord. cognit.* loquens de magnitudine causæ de Advocati facundia, ac Tribunalium consuetudine apposuit, dummodò licitum honorarium quantitas non egrediatur, licita autem quantitas, subdit *in §. si cui cantum est*, intelligitur pro singulis causis usque ad centum aureos quos ut *Bodei de Asse lib.5.* sententia refert, ducenterum centussium summa collegerat *Alciatus* vero *lib.3. disputation. cap. 9.* affirmat mille litas amplect, liræ enim viginti solidis, hoc est semestre illud aut annum æs, quod singulis militibus dabatur, subductæ, plus pretii, minusvè ducentis centussibus summa conficiebant, *Gasp.Thesaur. de augum. & diminut.monetar. par. 1.nu. 43.* quo tempore nondum cambiis corrupto quatuor, & viginti asse è lira subducebantur.

Ejusmodi summam justissimam esse, asseruit *Menoch. add. centur.6. cap.513. num. 6.* insequitur *Alciat. memor.cap.9 lib.3.* majorem hac execrandam, ac turpem apellavit *Anton. Consins disp. lib. 1. cap. 15. in fin.* necnon *Guido Papa decis. 190.* ibidemque *Ranchin. add. Guli lm. de Roviel. indic. tit. de justit. & jur. tit. de Advoc. cap 5.n. 8.* Imò, & restitutioni obnoxiam esse idem *de Roviel.* protendit, *Paul. Cristin.* confirmat *decis. 99. vol.2. num.32. Jo: Paponius in collect. arrestor. lib.6. tit.3. arresto 20. Schenard. cons.1. lib.2. nu. 16. Auus meus, ad Capyc. dec. 5. num. 2.* restringens in causis criminalibus, in quibus cum de hominis vita agatur merces laboris extimari nequit Verum de computatione quantitatis centum aureorum pecuniæ antiquæ advocato debitæ fusius sermocinantur *Christofor. de Pax ad l. stylii textu 18. schcol. 1. & 2. vers. hodie autem Fontanella decis. Cathal. 327. à n.13.*

Ex jure vero *Constitutionis Regni Hac adictali*, à Federico Imperatore emanatæ Advocatos pro honorario sexagesimam habere mandatum est, & *Glos.* inquit: *Addt quod tales non debent excedere summam centum florenorum Bal. & Gl.* authoritate freta *in rub.C.mandati*, & affirmat *Affl. in ead.Const.num. 4. & 7.* subditque *num.8.* quod Judici debetur trigesima, Advocato Autem sexagesima, quia Judex est dignior Advocato, *Reg. Rovit. in prag. 1. num. 6. de postul.* quamque *Constitutionem hac adictali*, haud servari scripsit *Castilll. decis.226.*

Communionis hujusce, & municipalis legis severitas, ut mea fert opinio patitur exceptionem in causis quoque civilibus, cum plus nimiò laborat Orator in causa, cujus articuli, vel acta implicatissima forent, & rationes utriusque partis

adeò

adeò æqua lance ſtarent, ut ex advocati dumtaxat ingenio litis victoria dependeret, quo caſu,& ſtipendium, & palmarium longè majus eſſe deberent, cum neque loquacitatis, neque multum ſcriptionis habeatur ratio, ſed nimius ſolum labor, ſummaque doctrina, atq; ingenii præſtantia præſtanda ſit.

Unde *Freder.Oldoprius in cit.ejus proceſſ. informativo tit.de Salario Advocator. num.*19. palmarium deberi inquit; non quia multum ſcripſerat ſed ingenii, & eximii laboris, & *Gayll. lib.*1. *obſerv.*151. *num.*3. ſcripſit, non habetur foliorum & loquacitatis ratio annulatis rugis pagina turgeſcat, quadere *Reg. Tap. de Jur. Reg. lib.* 2. *fol.* 402. *Taſſon. de antefat. verſ.*3. *obſerv.*3. *num.*218. *verſ. nota tamen.* Hoc igitur pendere ex Judicis arbitrio dicimus, qui ſtatuat ſalarium correſpectivuum tum ad laborem, ex *Rot. deciſ.* 291. reſcripta per *Farin. tom.* 1. *par.* 2. atque altera *Romana ſalarii* 17. *Novemb.* 1568. *coram Seraphino Caſtill. deciſ.* 226. *tom.* 2. tùm ad tempus quo lis perduravit ex *Toletan. mercedis* 14. *Maii* 1568. *coram Aldobrand.* alteraque *Leodien. ſalaris* 19. *Decembr.* 1610. *coram Piovano*, eo ſcilicet tempore perſpecto quo lis agitata fuit non quo conquievit, nihilque in ea ille geſſit nullamque impendit operam, *Surd. conſ.*42. *num.* 9. & 10. *lib.* 1. aliiſque ſuffulta auctoribus *ead. deciſ.* 191. *ſub num.* 3. *Menoch. de arbitr. caſ.*513. quodque extra ordinem parte quoque non citata Judicis officium taxabit, *Milan. deciſ.*5. *num.* 25. *Muta deciſ. Sicil.* 66. *num.* 15. mentiri propterea quæſo faciant Patroni *Bud. in adnot. ad l. ſolet, §.quantum ad Xenia, ff. de offic. Proconſul.* qui dixit hodie non honorarium, ſed neceſſarium dici debere, quaſi ſtatuatur arbitratu eorum qui accipiunt, non eorum, qui præbent, & fallax reddant effatum *Leoncill. de privileg. pauper. par.* 1. *q.* 2. *num.*24. quod clientis chiragra, ſit Caulidici podagra,

8 Unum tamen addam, quod quemadmodum civilis ſapientia nummario pretio dehoneſtatur, ita, & utili honerario vileſcit, Undè *gloſ. in cap. infames verſ. nihil ſi lucro* 3. *q.* 7. *verb. pecunia*, dixit, vileſcentem facere Advocatum juris inſignem prudentiam, qui pecuniam, ſed parvam & modicam, quaſi tantæ rei competens, & adequatum prætium accipiat. Hinc legimus *Calcaneum* pro una quæſtione lucratum fuiſſe mille, ipſo teſte, *conſ.*81. *Jaſ.* quoque, & *Alciat parerg.* 12. *c. ult.* millenis aureis ſe a clientibus donatos gloriantur, *Roman.* præterea *ſingul.*441. duabus tãtum legibus adductis ſcutos aureos coronatos octo percipiſſe tradit.

Potiſſimùm his noſtris temporibus ex quo maximas Advocati ſubeunt expenſas; ut eorum ſcientiam nobilitent, & domum conſpicuam ſuſtineant, & ſæpeſæpius à clientibus pro ſuſceptis laboribus rependantur ingratitudines, quod deteſtabatur *Hypol. de Marſil. in tract. de fidejuſſ. in fin.* cujus verba refer. hic *Franc. Mar. Prat. pract. obſer.*65. *num.*36. necnon *Urſill. ad Afflict. deciſ.* 123. *in princip. Mazon. deciſ. Floren.* 11. *num.* 3. *Andr Kutchen. in commen. de Saxonic. non provoc. jur. cap.* 2. *num.*162. & obiter (non tamen extra theſim) reſcribamque legali epiſtola menſibus decurſis cuidam eximio Advocato meo familiari conquerenti de clientis ingratitudine obſignavi. Advocatus mulioni comparatur, nam quemadmodum mulionem ſi propter imperitiam impetum mularum retinere non potuerit, culpæ nomine teneri, vulgò dicitur, *l. idem juris §.*1. *ff. ad leg. Aquil.* idem juris eſſe in Advocato qui per imperitiam, vel negligentiam perdit cauſam, ad inſtar mulionis voluere *Hoſtien. in cap. calumniam de pœn. Novar. in manual. conf. cap.* 25. *num.*29. Advocatus ergo, qui impetum neſcit retinere mularum culpæ nomine tenentur, nec mireris clientes mulabus comparari; quemadmodum enim hæ dentium morſu, vel pedum ictu offendunt, vel cauda ſaltim mulionis candelam extingunt, ita clientes verboſitate, & ingratitudine Advocatos lædunt, vel ſaltim ſui quadam præſumptione Advocati conſilium negant.

Ejuſmodi verò ſtipendium Advocato debetur
9 tametſi pro Principe oret, *Paris de Puteo de ſyndic. verbo poteſtas, num.* 3. etiam ex pacto nudo, *Bald. in l.* 1. *C. de ſuffrag.* vel cauſa ſi tranſactione terminetur ex *Bart. Alex. & Speculat. Bertachin. par.* 1. *verb. Advocatus pag.* 77. *in princip. de Franch. deciſ.*265. *num.*1. *Gayll. obſerv.*44. *lib.* 1. *nu.* 12. Totius quoque anni ſalarium annum
10 certum, etſi infra annuum mori contingerit, *Petr. Roizius deciſ. Luſitan.* 4. *num.* 384. *Natta conſ.* 452. *Gayll. obſervat.* 44. *lib.*1. *num.*12. *Reg. Rovit. in pragmat.*1. *de poſtuland.num.*9. *Farinac. deciſ.*339. aut ſi nullas eodem anno defenderit cauſas *Reg. de Marinis lib.*2. *quotid. reſol. cap.* 152. quamvis ille fuerit infirmitatibus detentus, *Affl.*
11 *in dict.Conſt. hac adictali num.*6. debetur itidem merces, tametſi litem amiſerit: idem *Affl. num.* 4. *Mut. in cap. Sicil. cap.* 62. *tom.* 7. & *cap.* 243. *tom.*5. *num.*10. Quin, imò major tunc eſſe deberet cum enim vicerit cauſam victoria maximum illi præmium eſt, è contra verò quæ ex jactura oritur verecundia, opprobrium ipſi eò intolerabilius eſſet, quod, & honorem, & patrocinium ſimul amiſerit *Xamar. add. tract. par.*2. *quæſt.*9. *de ſalar. Advocat. num.* 8. & *in fine*, ut proindè haud amplectendam diſtinctionem dicimus, qua *Speckhan. cent.* 2. *concl.* 4. *num.* 42. & refert *Kvalterm. in tract. jurid. hiſtor. politic. ac ſtat. & privil. DD. omn. facul. cap.* 18. *quæſt.* 84. teritur in quæſtione illa, ſi cauſa plura habeat capitula, & in uno vicerit, & in altero ſuccumbuerit patronus integram nè, an partem ſalarii accipiat? quod ſi capitulum in quo vicit majus ſit cæteris, & prævaleat, totum lucretur ſin minus, nihil habeat, ex *L. dominus* 57. *ff. de contrah. empt. l. Scio* 4. *ff. de integr. reſtit.* cum & hoc caſu integrum debere, certum ſit.

Palmarium verò ultra ſalarium non dari ultro
12 affirmamus, pro victoria puri incidentis, & decreti, quod vocant, proviſionalis, ſed cauſæ dumtaxat principalis, vel incidentis magni momenti & colligimus ex *Navar. conſ.* 4. *num.* 1. *de pact. Farinac. quæſt.*106. *num.*48. *Barboſ. in collect. ſuper C. lib.*2. *tit.*6. *de poſtuland.num.*19. *Petr. Ruizio deciſ. Luſit.*5. *num.*6. & 34. & *Erumeo deciſ.*

C c lib.

lib.2. dec.11. num.65. si enim pro meris inciden-
tibus, citra salarium, palmarium quoque dari
deberet, gravius putaremus eum *Joan. Barcl. in
Argen. pag.* 341. sic vincere quam confestim dam-
nari, aiticulatim, & lentè discerperentur, qui
semèl perire putuerant, sic lites senesce-
rent, sic anni abirent nec adhuc litis con-
testatio audiretur, hærerent, forsan causarum
patroni in causis minoribus, quæ nunc sponte,
nunc eorum studio nascerentur è prima, sic du-
bia ex dubiis sererentur, sic immani dilatione
perirent litigantes, in summa tàm sumptuoso
itinere conficerentur, ut procumberent deniquè
lassi

Salutare igitur suadebat *Ibburanes* apud *Barc-*
13 *lai in dict. Arg. fol.*342. Regi, lege cavendum
esse, nè quid a clientibus acciperent, priusquam
lis finem sortia forut, id quod exclamat *Fontanell.
dec. Catal.*278. *num.*5. sed non placuit *Cæsari Ur-
sillo ad Afflict. decis.* 123. *in princip. & magon.
decis.Florens.* 11. *num.* 3. quos memorat *Andreas
Knichen in commentar. de Saxonic. non provocat.
jur. cap.* 2. *num.* 161. quin *Bonacina disput.* 10.
*quæst. propos.*4. *num.*10. *in* 8. *præcept. decal.* scri-
psit teneri Advocatum vi pecuniæ promissæ,
non solum prosequi causam in primo judicio,
verùm etiam interposita appellatione; quam-
vis enim inquit, hæc sint distincta judicia,
tamen clientis nondum causam vicisse censetur
cum interposita appellatione suspendatur jus pri-
mæ sententiæ concinitque *Glos.* responsum *in l.
invitus Cod. de procur.* quam communem fatur
Curt. jun. in l.Imperium, ff. de Jurisd. omn. Jud.
quibus contradicit *Cavall. quæst.* 597. affirmans,
pomittentem patrocinium teneri etiam præstare
in causa appellationis, ea quippè ratione, quia
cum sepiùs causa appellationis ventiletur in alio
loco, & judicio, non videtur quis se obligasse
prosequi alibi hancque opinionem dubiam esse
apud Legistas, asserunt *Glos. in l.*1. *Cod. ut caus.
post pub. tut. adsit Dyn. sing.* 45. *Roman. singul.*
273. Quando autem hæc ratio cessat, cum appel-
lationis judicium in eodem loco, & coram eis-
dem Judicibus agitatur, prima affirmantium erit
sequenda opinio, videas verò *Xamar.p.*2. *q.*9.*nu.*
59. *Annichin. de prævent. inst. cap.* 2. *dub. unic.
nu.*52.*fol.*194.
14 Valent etiam in principio anni Advocati sala-
rium expetere, *Cagnol. in l. diem functo, ff. de
offic. assess. num.* 56. *Franc. de Petr. fest. lect.
lib.* 3. *cap.* 7. Habent quoque omni jure hypote-
cata bona ab ipsi patrocinata, cum privilegio
15 prælationis cæteris habentibus expressa, & an-
teriorem, quin hypotheca hæc assensu pro feuda-
libus indiget, nec vinculum, vel fideicommis-
sum, aut quælibet prohibitio legis, vel hominis
in ea operatur, ut concludunt DD. omnes lau-
dati è *Reg. Capyc. Latro consult.*117. *lib.*2. *& Reg.
Sanfel. decis.* 113. *vol.*1. *Donad. de renunc. c.* 27.
*à num.*29. & ultra ipsos revideri possunt *Christof.
Mart. dec. Sen.*19. *Paul. Durad. dec. Rot. Roman.*
53. *vol.*1. *Gratian. cap.* 257. *à num.* 35. *discept.
forens. Castiil. decis.* 64. *post. Ann. sing.* 203. *Ber-
lich. decis.* 124. *num.* 9. 1. *par. Peregr. de fidei-
comm. art.*50. *num.*12. prò indubitato firmat su-
per. feudalibus absque assensu, & tametsi
contrarium in illa thesi judicatum subnectat
id provenit, quia non fuit plenè dedu-
ctum fuisse pecuniam verè, & realiter ex-
pensam pro litis sumptibus, firmat *Giurba decis.*
108.*num.*10. latiusque more suo prosequitur *An-
ton. de Amatovar. resol. cap.* 3. & allegat *Larrea
alleg.* 105. *num.* 2. necnon *Borrel. in summ. dec.
tit.*65. *num.*104. *Castill. decis.* 64. *num.* 32. *Mer-
curial. Merlin. de pignor. lib.* 3. *tit.*1. *quæst.*5. *nu.*
33. Unde nec dotis privilegia summa juvant, ex
*vulg. l. assiduis, & §. is consequens, Auth. de
æqual. dot.* nisi deductis expensis necessariis pro
re servanda reparanda, aut reproducenda, sunt
jura expressa *in l.*1 *& seq. & l. quod dicitur, &
penè tot. tit. ff. de impens. in reb. dot fact.* ex qui-
bus prorsus nescimus, quomodo in casu repara-
tæ rei cum requisitis à parte creditoris dantis pe-
cuniam ad id dubitari possit de opinione ma-
gis communi, de qua *Cevall. comm. contr. com-
mun. q.* 744. *Anton. de Amat. add. cap.* 3. *Fon-
tanel. de pact. nuptial. claus.* 6. *Glos.* 2. *par.* 9. *nu.*
14. *Rodriq. de privil. creditor. par.*1. *art.* 7. *num.*
15. *Parlador. quotid. lib.*1. *q.* 18. *num.* 3. *& alii,*
quod recensct *Reg. Capyc. Latro add. consul.* 117.
*à num.*41. ut creditor qui dedit pecuniam ad rem
reficiendam, vel servandam, & voluit dando,
rem sibi obligatam servare, juxta terminos *l. in-
terdum, ff. qui potior. in pign. habeant.* præfera-
tur etiam doti habenti anteriorem expressam, si
res illa, vel non esset, vel peritura absque impen-
sa cum illius pecunia, qui ad recuperandum ve-
nit, quod impendit.

Inde fit ut in concursu creditorum solitam
16 cautionem sicuti cæteri creditoris de restituen-
do pecuniam, cui quibus, & quando, & ad om-
nem ordinem Tribunalis, sivè Commissarii præ-
stare in liberatione pecuniæ pro patrocinio haud
patroni obstringantur, cum cæteris aliis ipsi sint
semper anteriores, *Franc. Mar. Prat. add. observ.*
65. *ex num.*23. *& iterum ad Pascal. de patr. po-
test. par.* 4. *cap.* 6. *ad num.* 67. quidquid dicant
*Florez. Diez de Mena var.qu. lib.*1. *q* 8. §.1.*nu.*70.
14. *concl.* cæterique ab eodem *Prato* laudati, *d. ob-
serv.* 85. *nu.*11. *vers. negant tamen, & à Castillo
controv. jur. tom.*4. *cap.*61. necnon *Reg. Reverter.
dec.*270.

Et tandem deflectentes ad nostri *Ritus* verba,
17 *quod potest cum ipso convenire*, quorum occasio-
placuit adducta adnotare] dicimus tùm ante. tùm
post litem quandoquidem conventionem salarii
antecedere non oportet, eum Advocato debeatur
etiam non promissum, *l.* 1. *§. Advocatis, ff. de
var. & extraord. cognit. Putent decis.*44. *lib.*2. *&
decis.*11. *lib.*2. *& decis.*11. *lib.*3. *Matthias Berlich.
decis.*134. *num.*9. *part.* 1. & altera ejusdem *Rot.
decis.* apud *Farinac. decis.* 124. *Feder. de Senis
cons.*118. *Tusch.verb. Advocatus concl.* 230. quod-
que ex taciturnitate, neque remissum cēletur post
alios indicat *Franc. Maria Prat. lib.*2. *discept. fo-
rens. cap.*5. *num.*78. Aliis vero ministris, sive fa-
mulis utrum debeatur non pollicitum, relego
Lectorem ad *Granutium in theoremate* 12. *decisio-
nem* presertim rotalē *in una Tholosana mercedis* 14.
Maii 1658. rescribentem *Jo: Bapt. Antonellum
cons.* 17. sed procuratori ad lites debeatur nè
salarium non promissum, contentio inter DD.
videtur esse, teste *Rota in Valentina salarii* 22.

Fe-

Februarii 1611. *num.* 1. coram *Lugdonenſi*, re-ſcripta per *Farinac. add. to.*1.*p.*2. *dec.* 291. & negativè reſpondet *Gloſ. in d.l.*1. *§. Advocatus*, & eruitur ex *l.qui mutuum*, *§. ſalarium*, *l. ſalarium*, *C. mandati*, *Guid.Pap. dec.*68. relato per *Surd de aliment. tit.* 1. *q.* 61. *num.* 6. *Reg. Revert. deciſ.* 571. ſubdunt verò præfati Authores, cæterique, contentionem ipſam ceſſare, ubi ſit in Civitate conſuetudo, in qua ſalaria procuratoribus ſolent perſolvi, aliaſque *Rota*, & plures idipſum firmantes recenſet *deciſiones*, illam præſertim in *Oſcen. ſalarii* 21.*Maii* 1600. coram *Cardinali Lancelloto*, quæ in *eod. to.*1. *Farinac. eſt dec.*238. cujus verba legantur quæſo, *Golin. de procurat. par.* 4. *cap.*5. *num.* 18. *Ricc. deciſ. Cur. Archiepiſc.* 85. *part.* 1. quem refert *Reg. de Marin. in obſerv. ad mem.dec. Reverter.* 571. idque ad ſollicitatorem cauſæ extendit, deciſumq; refert *Hipp. Maja Siculus in ſuo conſ.*19. *per tot.*

De Vicario Epiſcopi, quod ſalarium illi debeatur, etſi à principio non conſtitutum, loquitur *Rota* apud *Seraphin. dec.* 74. *Reg. de Marin. lib.*1. *quotid. reſol.cap.*311. *num.*11. & quid in famulo, idem *Reg. de Marinis* extricat *add. cap.*311. *nu.*4. Tutori verò quod non debeatur, ſi ab initio non fuit à tutore, vel Judice conſtitutum, deciſum tradit *Præſ. Vincent. de Franch. deciſ.* 122. & ſcripſere *Viv. dec.*40.*num.*4. *Menoch.de arbitr. Judic. lib.*2.*cent.*6. *caſ.*512. *num.*1. *& conſ.*228. *nu.* 37. *lib.* 3. *R. de Marin. add. obſer.* 572. adverſus quam *Præſ. deciſ.* calamum arripuit *Franc. Maria Prat.* (quem non meminit *Reg. de Marin. in add. noviſſ. obſer.*) *lib.* 2. *diſcep. forenſ. c.* 5. ſigillatim occurrens fundamentis omnibus, quibus deciſio prædicta ſubſtinere ſecernitur, enucleatis *text. in l. à tutoribus*, *§. quemadmodum*, *ff. de adminiſtr. tutor. & in l.eos*, *ff. de tutelis à Præſid.* adductis, necnon *tex. in l.qui negotium in fin. ff. de admin. tutor. & in l.ſi is qui*, *ff. de eo qui pro tutor. negot. ger.* allegatis per *Guttier. in tract. de tutel. & cur. par.*3.*cap.*2.

Caveat tandem Advocatus à *Gloſ.* effato, necnon *Erman. de Claris Aquis ſing.*253. *ac Marc. de Mant. ſing.* 286. autumantium, ipſi licere ad aliā partem tuendum tranſire, ea ratione, quia ſibi ſalarium ſolutum non ſit, nam prævaricatoris notam non effugiet, ſed de his ſatis.

18 Cæterum ad *Ritus* ornatum obſervo emptori à Fiſco, convento à privato licere petere cauſam cognoſci à Cæſaris Procuratore, ſeù in Regia Camera, *Capyc. dec.*197. *in princ.* ibidemque *Muſull. Urſill. ad Afflict. dec.*366. *num.*3. *Amend. ad Franch. deciſ.* 377. poteſt namque Fiſcus nedum tueri emptorem rei fiſcalis remedio, *l. bene à Ze-*
19 *none C. de quatr. præſcript.* ſed etiam ejus donatarium à quavis moleſtia, quæ ei infertur à perſona quoque Eccleſiaſtica, *Affl. dec.* 2. *num.* 3. *Gram. deciſ.*65. potiſſimum *num.* 35. Videas *R. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de regal. impoſit. §.* 6. *Avum meum ad Gramm. add. dec.*65.*num.*31. ſubnectentes à pari paſſu procedere præfatam *l. bene à Zenone* cum *pragm. edita Thori*, regiſtrata *ſub tit. de poſſ. non turb. & eſt quarta*, ad cujus intellectum relego Lectorem ad *Urſil. deciſ.*128. 396. & 403. *Ann. alleg.*53. & 64. *Reg. Revit. ſup. dict. pragm.* & an habeat locum contra dotem, inquirit *Lipar. ad Iſern. in cap. unico quæ ſint regalia*, *verſ. & bona*
20 *committentium num.* 78. nonnullas tradens regulæ reſtrictiones, quaſque enarrat *Duena regul.* 238. Verum quod abſque Proregis venia de ſervitiis præſtitis à Militibus, petentibus remunerari, informatio capi nequeat, cavit *pragm.*3. *de offic. Secret.* & quod donatio Regis à conceſſione in feudum ſatis differat, monet *Poller. ſuper hoc ritu pag.*152.

RITUS LIX.

ITem Curia ipſa cum eſt in loco: cognoſcit, & pronunciat ibi de cauſis civilibus, & criminalibus quandocunque commiſſis, ſed dum eſt in loco: cauſa in Curia ipſa incipit per conteſtationem, non aliter: etiam ſi Curia inde recedit antequam cauſa in eadem Curia terminetur: & dum eſt in loco: & civiles, & criminales tacent, & non reddunt jus, niſi per ipſam Curiam permittatur eis.

SUMMA RERUM.

1 *Magnæ Curiæ Vicariæ advetu in aliquem locum ſilent Tribunalia illius, quod altero ex duobus modis intelligi poterit.*

2 *Cauſæ civiles quæ ſint, quæ criminales, quæ mixtæ.*

OLim Magna Curia Vicariæ ſecedere in Regni Provincias tenebatur, ibique morari aliquo temporis interſtitio, ex decreto Caroli II. *in cap. Regni* 184. exordiente, *inſuper*, de quo memor extat *Taſſon. de antefat. verſ.*3. *obſerv.*3. *num.*157. Verùm non accedebat ad Provinciam Calabriæ, ex quo ibi reſidebat Dux Calabriæ, qui erat primogenitus, & Vicarius Regis, idem *Taſſon. verſ.* 12. *obſerv.*1. *num.*105. *& verſ.*14. *obſerv.*1. hanc nimirùm ob cauſam ſancitur hoc in Ritu, & *rit.*
1 48. ut in illius adventu in aliquem locum, & Provinciam reliqua Tribunalia ſileant, quod altero ex duobus modis intelligi poterit. Primò quippè, ut ſileant, quia ceſſet juriſdictio ordinariorum, ex ſententia *Cavenſis in add. rit.* 48. *num.* 1. & hoc modo intellectus contradiceret doctrinæ *Bart. in l.*4. *§. penult. ff. de damno infecto*; niſi replicemus id contingere ob reverentiam majori Judici debitam, *Maſtrill. dec.*261. *num.*11. *& in tractat. de magiſtrat. lib.*5. *cap.*8. *num.*6. *Reg. Sanfelic. dec.* 290. *num.* 4. *in alleg.* ob quam id ipſum ſanxit *Frideric. Imperator in Conſtit. Honorem*, cujus verba ſunt, *honorem debitum, atque præcipuum noſtræ Curiæ reſervantes, edidimus, ut ſi quando etiam prædictus Magiſter Juſtitiarius Civitatem aliquam, vel locum intraverit, quouſque in eodem loco Magiſter Juſtitiarius ipſe, una cum Judicibus noſtris, Curiam noſtram tenuerit; Juſtitiarii Regionum, qui illic inventi fuerint, ſilere debebunt; utpotè minori lumine, per luminare majus ſuperveniens obſcurato*; Hactenus verba *memor. Conſtit.* cujus ſanctio, in quibus pugnet cum jure communi, in quibus verò conveniat, facilis erit indagatio, ſi *Gloſ.* verba *in ead. Conſtit.* percurran-

tur, ac si ubique subsistat, ut minoris Judicis conquiescat jurisdictio, ob majoris præsentiam, persunctoriè scripsit super ea *Const. Affl.* Imò, & Canones loquentes de insigniis, id ipsum præseferre videntur, & quidem in delatione crucis legitur apertus *text. in cap. antiqua de privil.* Secundus verò intellectus præsentis Ritus videtur, ut fileant Curiæ ordinariorum, ut procedat Magna Curia, præterquam in cæptis apud ordinarios, ita quippe dicit *Carav. ritu* 48. *num.* 1. quem insequitur *Foller. super eod. ritu* 48. *pag.* 150. *at.* & quidem benè, si intelligit, ut in illis minimè procedat Magna Curia; si verò ut tunc procedat Ordinarius, negamus, cùm illius Tribunal prorsus dormitet, in tempore, quo illic existit Curia, nisi habita licentia ejusdem Curiæ, idemq; *Carav.* admittit à *vers. Tertio noto sub nu.* 3. Quamobrem in hanc sententiam libenter descendimus ex antedictis, ac priori intellectui promptè assentimur, quem re vera ipsemet *Carav.* amplexatur à *prædict. notab.* 3.

2 Quæ verò sint causæ civiles, quæ criminales, tandemque, quæ in xte annecteremus, & quidem libenter, cum rem esse perutilem agnoscamus, Attamen quis eandem extricare, vel melius, vel abundantius, vel distinctius, quam fecerit *Prof. Farinac.* non posse confitemur, quo peritiorem, aut solidiorem, potissimùm criminalis materiæ authorem inter nuperos non inveniri, fatur *Franc. Maria Prat. ad Muscat. in prax. crimin. tit. de cognit. siu prob. delict. in proœm. ad num.* 4. ideò nè quæso neghgentiæ nostræ ascribatis, sed recto judicio noscendi nos ipsos, illius verò scripta referre, & tacito authore, quamvis paucis immutatis, quia puderet, semperque horruimus, in eosque similes fures excandu:mus plur es, Ideò relegamus ad eundem *Farinac.* adamussim *q.* 100. *cap.* 1. quinquaginta septem numeris explicantem occasionem nactum ex illa controversa quæstione sit, nè supersedendum in Judicio civili, donec pendeat criminale? quin, & *cap.* 2. alia multa prodit impulsus altera contradicente quæstione; criminali causa pendente an, & quando supersedendum sit in civili. Videtote igitur avidi, studiosique lectores illius scripta, nam quicquid menti in ea tractatione obvenerit, explicatum, ac delibatum saltem reperietis.

RITUS LX.

Item Curia cognoscit, de quacunque particula castri, vel alterius feudi quaternati, dummodò agatur de quota etiam transeunte ad tripondium. De feudis verò non quaternatis, vel singulari re feudi quaternati, Curia ipsa ex privilegio etiam non cognoscit.

SUMMA RERUM.

1 *Hac præeminentia ad hac usque tempora gaudet M.C.V.*
An illa procedat in re particulari.
Qua sit natura, & constitutio feudi quaternati, remissivè.
2 *Castri significatio refertur.*
3 *Illud separatum si fuerit, non est de Civitate, aut districtu.*
4 *Et tunc an amittat privilegium concessum Castro cui erat unitum.*
Unio Casalium, & Castrorum non præsumitur.
5 *Illud ædificare an liceat.*
6 *Illius venditio, aut donatio, quid contineat.*
7 *Solet concedi ea addita clausula, cum omnimoda jurisdictione, & tunc quid veniat in tali concessione, explicatur.*
Fiscales functiones particulari titulo quæsita, an veniant in venditione Castri, cum omnibus introitibus feudalibus, & allodialibus.
8 *Illius possessio apud illum esse dicitur, quem vassalli, & Coloni recognoscunt.*
9 *Dirutum si fuerit, an retineat jura, & si reædificatur teneantur ne homines, in quibus prius.*
10 *Si nomen Castri perdidit, & Civitatis assumpserit, eadem potiatur exemptione, qua antea gaudebat.*
11 *Alienatum, quando dicatur, si in contractu asservatur pro pretio ab expertis æstimando.*
Concessum cum facultate alienandi, cui dederis, mutare statum, & fieri allodiale, si alienetur, probatur, cum aliis similibus.

1 Hujusce præeminentiæ memores sunt *Reg. de Marinis lib.* 1. *quotid. resolut. cap.* 338. *num.* 4. *Reg. Sanfelic. decis.* 290. *in alleg. num.* 12. *t.* 2. in quo traditur ad hæc usque tempora M. C. cognoscere de omnibus causis feudalibus, exceptis dumtaxat illis, in quibus agitur de interesse Fisci, & comprobatur, quod adversus *Caravit.* & *Muscatell.* insinuavimus *in ritu* 50. *num.* 3. eadem, quæ iste referibente verba, & super eo reliqua ad hunc ritum spectantia notavimus. An autem hęc præeminentia procedat in re particulari feudi, negat *Carav. memor. ritu* 50. reprobatis *Affl.* & *Caveus.* sed distinguit *Foller. sup. eod. ritu à num.* 1. *pag. mihi* 151. qui *num.* 2. quota pars, quæ dicatur, declarat; quæ sit verò natura, ac constitutio feudi quaternati, tradunt *Reg. Rovit. in rub. de feud. à num.* 66. *Mentan. in cap. Imperialem in princ. à num.* 81. *Lanar. cons.* 60. *Reg. Capyc. Galeota in addit. ad consil. Camill. de Medic.* 152. Feudum ex pluribus membris, & juribus consistit *Consil. de Georg. alleg.* 8. *num.* 3. dicitur universitas rerum, idem *alleg.* 4. *num.* 6. & facti idem *alleg.* 6. *num.* 17. non autem juris, *Fusc. sing.* 70. *lit.* F. & successivè est quid universum continens sub se plura membra, idem *alleg.* 50. *à num.* 2. *Reg. de Ponte in lect.* 1. *feud. num.* 7. & *lect.* 21. *num.* 7. in quibus rebus constitui potest, *Reg. de Curt. in divers. feud.* §. *in hoc igitur*, libellus in materia feudali super conditione ex moribus quomodo formetur, *Petr. Jacob. in sua prax. tit. de cond. ex mor. num.* 1.

2 Quid verò sit Castrum, ac de multiplici illius significatione, dicit *Boer. dec.* 212. & *dec.* 320. quid ejus appellatione veniat, *Oldrad. cons.* 121. & *Menoch. cons.* 498. *num.* 34. *lib.* 1. quam jurisdictionem habeat; latè *Tusch. conclus.* 117. *lit. C.*, illud
3 separatum si fuerit, non est de Civitate, aut districtu; Idem *Tusch. conclus.* 118. Concesso verò pri-

4 vile-

4 vilegio alicui Caſtro , cui conceſſionis tempore
alii uerat unitum , ſi poſtea hoc ſeparetur ab illo,
non ideò amittere privilegium , firmat *Jo: Paul.*
Xammar. par.1. rer. judicat. definit. 20. de diver-
ſis verò ſpeciebus unionis , & quando veniat ad
aliquid acceſſoriè , vel principaliter , & de illa-
rum differentiis , & effectibus , *Seſſe* loquitur *tom.*
3. *dec.*323. Unio verò caſalium , caſtrorum , &
vicorum , non cohærentium Civitatis , & Oppi-
di muris non præſumitur, ſed potiùs independen-
tia , & realis eorum diſtinctio , ex *tex. in l. cum*
qui ædes §. fin. & l. rerum mixtura de uſucap. cap.
quia ſæpe de præbend. in 6. l. in rem , §. item qua-
cunque verſ. in iis de rei vendic. Bar. num. 7. *Ca-*
*g nol. num.*178. *in l. Imperium , ff. de juriſd. omn.*
Judic. Gloſ. & Bar. in l. ſi hæres juſſus 76. *§. in vi-*
*cis de legat.*1. *Reg. Rovit. in prag.*1. *à num.* 78. *de*
tit. abuſu ſublat. Reg. Tap. deciſ. 4. *Reg. de Ponte*
*conſ.*75. *lib.*1. *& conſ.*12. *à num.*42. *lib.*2. *Eraſm.*
Gokhier de juriſdict. in exemptos par. 1. *q.* 5. *num.*
22. *& par.*4. *q.*54. *à num.*1.
5 Illud reædificare , utrùm liceat , & quando,
diſcutit præcitatus *Tuſc. concl.*121. *& Boer. eadem*
*deciſ.*320. *Reg. de Marin. lib.* 2. *quotid. reſol. cap.*
214. *num.*6. *Avus meus ad Capyc. deciſ.* 1. *num.*
1. *& dec.*27. *num.*22. poteſt tamen habitantes in
villis ſub ſe exiſtentibus , ad ipſius cuſtodiam
aſciſcere , *Calderin. conſ.*446. alias 4. *de cenſib.* ſed
vendito , legato , aut donato Caſtro , etiam Ju-
6 riſdictio , aut ut uno verbo dicam , pertinentiæ
venditæ , legatæ , aut donatæ videatur , inquirit
Petr. Frider. de continent. cauſarum cap. 20. *§.* 5.
*n.*9. *Affl. dec.*122. & inibi addentes, *Boer. dec.*50.
*num.*11. *& Ann. alleg.* 29. *&* 52.
Quia autem Caſtrum eſt quid diverſum à Ju-
7 riſdictione Caſtri , juxta *deciſ. Bononienſ.* inter re-
collectas à *Farinac. eſt deciſ.*384. *par.*2. *tom.*1. *n.*1.
nimirùm, in illius conceſſione addi conſueverunt
verba illa , *cum omnimoda Juriſdictione*, quæ qui-
dem ob dictionem illam univerſalem adiectam,
tanquàm genus complectitur merum , & mixtum
imperium , *Gloſ. in clementina unica , verb. omni-*
modam , de foro compet. Abb. in cap. conqueſtus n.
4. *col. tit.* & poſt alios *Balzaran. in conſtit. ea qua*
ſub rub. quod nullus Prælatus , &c. ſub num. 27.
cujus initio dixerat non venire ſi eſſet conceſſum
cum omni juriſdictione , aſſentitur *Arnon dialogo*
55. quæ an vera ſint, examinant *Camill. de Medic.*
*conſ.*57. *num.*2. *Reg. Rovit. in pragm.* 2. *num.* 42.
*de juriſdict. invic. non turb. Reg. Tap. dec. S.C.*10.
*num.*13. *Reg. Capyc. Galeot. controverſ. lib.*1. *con-*
*trov.*8. *num.*7. *Reg. Revert. dec.*468. & ibi *Reg. de*
*Marinis in obſervat. Giurb. conſ. crim.*24.
Quin , & priora verba comprehendant reddi-
tus omnes cauſarum civilium , & criminalium,
atquè ideò pœnas , & mulctas , omneſquè propte-
reà competant habenti ejuſmodi conceſſionem,
dicit *Bald. in l.*3. *verſ. item nota quod ſi Princeps*
*ſub num.*3. *ff. de conſtit. Princip. & deciſ.*230. *At-*
*trebaten. in eod. tom. Farinac. n.*4. *&* 5.
Et vendito caſtro , cum omnibus introitibus
feutlalibus , & allodialibus , veniant functiones
fiſcales particulari titulo quæſitæ ; Negativè con-
tra emptorem deciſum tradit *Reg. Capyc. Latro*
deciſ. 37. *lib.* 1. & quamvis contrarium videatur
fuiſſe deciſum in cauſa Sereniſſimi Regis Polo-
niæ , in cujus gratiam calamum arripuere *DD.*
Fabius Marcheſius , Reg. de Ponte conſ. 63. *Conſil.*
*de Anna conſ.*100. *& Conſil. Georg. alleg.* 52. cum
Marchione Capurſii Legatario Sereniſſ. Reginæ
Bonæ Sfortiæ de Polonia , cujus partes tuebatur
D. Camill. de Medic. conſ. 7. non tamen quæſtio-
nem illam ex ſolùm juris articulo determinatam
fuiſſe , itaut ad exemplum illa adduci poſſet, poſt
eundem *Reg. Capyc. Latro* advertit *Gipt. in obſerv.*
*ad ejuſdem Capyc. Latro memor. dec.*37. *num.*5. id
comprobans ex voto manuſcripto *D. Conſil. Mar-*
ta , quod ibidem reſcribit , & miratur *D. Carolum*
Antonium Mocciam , qui *in ejus ſylva forenſ. cap.*
18. 19. 20. *&* 21. recolligendo ea , quæ in illa
cauſa allegata fuerunt per *D. Marcheſium*, imme-
morem fuiſſe de deciſione lata contra Sereniſſi-
mum Regem.
Et cum diſceptatur de poſſeſſione Caſtri dici-
8 tur apud illum eſſe quem Vaſſalli recognoverunt
in dominum taliſque recognitio ſola ſufficiat , ut
recognitus dicatur verus poſſeſſor , teſtatur
*Affl. deciſ.*325. *num.* 3. *Ruin. conſ.* 58. *num* 22.
lib. 1. *& Mantica deciſ* 127. *num.* 7. atque *in*
dec. Lugdunenſi quæ inter reſcriptas per *Farinac.*
eſt *deciſ.* 135. *par.*1. *tom.*1. *ſub num.*2. eo autem
diruto utrum retineat Jura , & Privilegia , *Ur-*
ſill. ad Affl. deciſ. 192. *num.* 3. *Avus meus ad Ca-*
*pyc. dec.*109. *nu.*2.
9 Illo poſtmodum reædificato teneantur homines
ad cuſtodiam , ut antea obnoxii edant , affirmat
idem *Urſill. ead. deciſ. num.*8. & citatus *Boer. dec.*
memor. 212. *num.*14. illud ſi exemptionis potia-
10 tur privilegio, gaudebit quippè, ſi nomen Caſtri
perdidit , nomenquè Civitatis aſſumpſerit , ejuſ-
que populus creverit , *Bald. in l cum fundus nu.*
2. *ff. de leg.*2. *& Laudenſ. tract. de Caſtellanis concl.*
32 & conceſſo Caſtro intelligatur conceſſum om-
ne , & totum auctum deindè territorium , & ju-
riſdictio in eos , qui novis conſtructis ædificiis il-
lud ampliarunt *Suar. alleg.*6. *num.*8. *Covarr. pract.*
qq. cap. 2. *num.* 1. *&* 8. *Menoch. conſ.* 201. *num.*
146. *lib.*3. *& Anna conſ.*61. *nu.*24. Sed Caſtrum
alienatum pro pretio ab æſtimatoribus æſtimando
11 utrum Dicatur venditum , & quando , decidit
Marta voto 208.
12 Illud ſi fuerit conceſſum in feudum , cum fa-
cultate alienandi, cui dederit feudatarius, & pro-
pterea donatum irrevocabiliter intervivos fuerit
mutare ſtatum , & fieri allodiale probat copiosè
idem *Martha vot.*110. *& vot.*132. *num.*12. adjun-
git tamen *num.* 13. id minimè ſi non conſtaret
feudatarios ipſos voluiſſe , ut propterea mutaret
ſtatum illudque retinere in allodialium , quia
tunc non deſineret feudale eſſe ; quin , & tunc
etiam ad hæredes extraneos tranſeat , juxta natu-
ram præfatæ clauſulæ , deducitur , ex his , quæ
longa ſerie congerit , idem *Marta in tract. clauſ.*
*par.*1. *clauſ.* 126. ſed in ſpecie ipſa feudali latior
eſt ejuſdem *Marthæ* ſermo *in eod. tract. p.*2. *clauſ.*
58, de cujus veritate nos alibi.

RITUS LXI.

ITem Curia ipsa cognoscit, & pronunciat de exceptione excommunicationis. Item Curia cognoscit de excessibus officialium, si delinquant in officiis, ea exercendo, & non aliter.

SUMMA RERUM.

1 *Hic Ritus ecclesiastico foro aliquid non detrahit, & quid intendat ostenditur.*
2 *Excommunicatus repellitur à Judicio, sivè Actor sivè testis, sivè defensor, sivè Judex sit.*
3 *Excommunicatio non est Juris Canonici Inventio, sed censura ab ipso Cristo relicta Ecclesiæ.*
4 *Barone publicè excommunicato, non possunt ejus officiales ad justitiam deputati jus dicere in causis vassallorum ipsius Baronis.*
5 *Uxor an teneatur cohabitare cum Marito excommunicato.*
6 *Excommunicationis exceptio opponenda necessariò est, alioqui acta valida.*
7 *Quin, & quocunque tempore opponi potest.*
8 *Illaquè oppositu removendus est etiam non denunciatus.*

VIdetur prima facie hic Ritus Ecclesiastico foro aliquid detrahere, cum scilicet excommunicationis exceptionem recognoscendum Curiæ committit, quæ ad illud pertinere debet Tribu-
1 nal, a quo profertur. Verum si finem inspiciamus, quo decretus est Ritus, summam in ipsius authorem, & in juris integritatem, ac justitiæ decus, laudem refundet, non eum præcipitur, ut excommunicationis validitas apud Judices expendatur, neque si devinciat, necnè perindè quasi Ecclesiasticos Magistratus in re tam gravi, vel negligentiæ velint arguere, vel imprudentiæ, hoc namque foret toti Ecclesiæ notam inurere, quæ divino afflatur numine, vel alienis messibus, ut vulgò dicam, falcem immittere; quod intendit Ritus est ut M. C. aliaque laicalia tribunalia cognoscant incidenter dumtaxàt ad finem se informandi super facto, & summariè videndi, si revera sit excommunicatus declaratus, aut in illo decreta excommunicatio, & ita repellat agentem à Judicio, prout in consimili materia relaxationis à juramento, scripsit *Episcop. Campanil. in divers. Jur. canon. rub.* 11. *cap.* 19. *num.* 32. Quid honestius hoc quid magis sanctum? quam eos qui fidelium conversatione privantur, à finibus quoque juris arcere, nè videlicet eorum actionibus ac præsentia, justitiæ sanctimonia quodammodo violetur; Quæ rerum perturbatio foret si excommunicationibus adstricti ad jus accederent deque eorum causis sanciretur, & cum censuris ligatos fuisse constaret validitas in actis in controversiam adduceretur, & quod pejus est, Judices inscitiæ accusaretur qui ejusmodi actores
2 apud se fuisse permiserint. Cognoscit itaque ut reicat servata forma concordantis *rit.* 238. tùm testes, ut illic dicitur, tùm principalem, ut utrobique asseritur, & probatur multis Canonibus nempè *cap. intelleximus de Judic. cap. exceptionem de exception. cap. excommunicavimus, §. credentes de hæret. cap. pia de exception. in 6.* interdicente excommunicato esse in judicio, & receptissimam Doctorem sententiam inquit *Plaza in emptione delict. cap.*44. *num.*10. *lib.* 1. *& Soccin.* qui aliis fusiùs hanc extricat tractationem quot quot excogitari possunt in ea re proponens quæstiones multis columnis digestas *in cap. fatris nu.* 283. *de senten. excommun.* Nostram itaque Principem conclusionem, ut à Judicio repellatur excommunicatus, in foro ipso seculari, observandam quoquo esse monet *Clarus §. fin. q.* 14. *sub num.*16. *& Marius Alterius tract. de censur. tom.* 1. *disput.*3. *lib.* 3. *cap.* 1. *vers. Tertiò notandum,* illa potissimum ratione quod excommunicatio non est Juris Canonici inventio, sed censurâ ab
3 ipso Christo relicta Ecclesiæ, idque probat *Tiraq. de utroq. retract. §.1. Gloss.*8. *num.* 275. atq; adeò quod si repellere minus curaverint ab Ecclesiasticis Judicibus compelli possint per censuras repellere excommunicatos ab agendo, patrocinando & testificando in suis curiis sanxerit apertis verbis *tex. in cap. decernimus de sentent. excomm. in* 6. *Reg. Rovit. in rubr. de postuland. num.* 15. *sup. pragm. Anton. de Padill. in l.* 1. *num.* 51. *C. de jur. & fact. ignor.* quin, & Judex quoque esse nequeat, aut constitui quivis censura excommunicationis ligatus reperitur, & constitutus ob illam supervenientem censuram repellatur, dicit multisque Doctoribus probat *Reg. Rovit. in prag.* 1. *de Ecclesiast. person. num.* 5. ibidemque *Laganar. in add. lit. A. Anus meus ad Gramm. decis.* 65. *num.* 21. ad arbitrum quoque protendens, & restringens, ut per *Blanc. de compromiss. q.* 2. *num.*9.
4 Imò Barone ipso publicè excommunicato minimè licere ipsius officialibus ad justitiam constitutis, jus dicere in subditorum causis expendit disertè *Franc.Maria Prat. pract. observ. centur.* 1. *observ.* cujus meminit *Giptius in observ. ad decis. Capyc. Latro* 90. *sub num.*3. *tom* 1. quique *Prat. num.*31. autumat inter excommunicationis effectus computari, quod haud tali vinculo adstrictus valeat eligere, neque eligi sub pœna nullitatis electionis, præsertim *Caravit.* authoritate fretus *in rit.* 256. quem insignem Doctorem; ac Juris Regni solertissimum enucleatorem præconixat.
5 Teneatur nè uxor cohabitare cum marito excommunicato, tangit *Masull. ad Capyc.decis.*134. *num.*2. remittens se ad *Boss.tit. de bonor. publicat. nu.* 75. qui sustinet teneri ex *c.inter alia de sentent.excommunic.* quod duobus in causis restringit *Danz. ad Grammat. decis.* 92. *sub num.* 62. post *Sayrxas. conscient. lib.*2. *cap.* 14. *num.* 5. *&* 7. *Ricciull. de jur. person. lib.*4. *cap.* 38. *num.*40. *&* 41.
6 Expedit autem, imò, & necesse est, ut apertè opponatur excommunicatio, alioqui valida sint cuncta acta, *cap.* 1. *de except. in* 6. & rejectis contrariis in hanc propendet resolutionem cetatus *Alex. eod.vers.*1. *Quamobrem*, & multis comprobat *Anus meus ad Grammat.decis.*66. *à num.* 1.of-

r. officio tamen Judicis repelli nonnunquam posse ille idem *Alter.* ostendit *in verf. Notandum est secundo.*

7 Sed opponi jam dictam exceptionem quocunque tempore posse, docet *Suar. tom. 5. de censur. disput.* 16. *sect.* 3. *num.* 1. ut proinde anomola nuncupetur advertit *Muscatell.* ibidemque *Prat. in prax. S. C. lib.* 1. *part.* 3. *Gloss. similes num.* 2. & ante ipsum *Marant. in specul. par.* 6. *in* 9. *membro nu.* 5. necnon *Foller. in prax. crim. rub. aud. excusat. nu.* 50.

8 Illamque proposita removendum prorsus esse excommunicatum ipsum à judicio, licet non denunciatum, etiam his nostris temporibus, nihil pugnante in contrarium evulgata constitutione ad evitanda scandala, si vera tradunt (ut creditmus) idem *Suar. ead. sect.* 3. *num.* 2. & 5. & *Marcus Alterius eod. cap.* 1. *vers. Et hac propositio, & vers. notandum est secunde.* Quandoquidem constitutio illa publicæ utilitatis causa, non ejusdem excommunicati manavit, ut illi addunt, ut meritò idem *Epicep. Campan. in cit. divers. rub.* 11. *cap.* 15. *num.* 54. scripsit, teneri quemquam tali censura devinctum vitare seipsum à communione fidelium, etiam excommunicationem, & nos adjungimus eundem peccare petendo Judicem, & coram eo judicialiter comparendo, eò quod sacros canones id sibi interdicentes violat, tametsi non semper mortiferum committat peccatum ex *eod. Alter. indic. cap.* 1. *vers. finali*; Nec eatnùm propria illius persona prohibetur esse in Judicio, & alter quoq; ejus nomine, nempè procurator, et non excommunicatus, *Gl. in c. cum inter de exceptionibus.*

Quid verò dicendum sit respectu rei tractat idem *Alter. cap.* 2. de procuratore autem, & advocato censuratis *cap.* 3. de actuario, seù rebellione *cap.* 3. *cap.* verò 5. de teste quod extricat quoque *Gabriel. comm. opin. tit. de testib. concl.* 19. Et de validitate rescripti impetrati ab excommunicato, sermocinantur *Ricc. collect. decis.* 1184. *Gratian. discept. forens. cap.* 118. *num.* 32. *tom.* 1.

RITUS LXII.

Item Curia ipsa cognoscit de appellationibus, & nullitate omnium processuum inferiorum Judicum, etiam immediatè, & etiam si inferiores ipsi Judices sint officiales prælatorum in terris Ecclesiarum.

SUMMA RERUM.

1 *Appellatio interponenda est ab inferiori ad superiorem proximum.*
2 *Restringi multis modis præfatam regulam subiicitur.*
3 *Præsertim, si interponatur ad Papam,*
4 *Et in Regno ad magnam Curiam*

Concordat *Ritus* 52. resistit autem regula juris quam constituit *Marant. par.* 6. *act.* 2. *nu.* 368. illa nempè, ut appellatio interponatur ab
1 inferiori ad superiorem proximum, non autem ad longinquum, etiam ad principem omisso medio, quam præterea tutatur, *Specul. in tit. de appellat. §. nunc tractemus in princip. & Ann. cons.* 51. *num.* 1. opitulaturque *text. vulgat. in l. Imperatores, ff. de appellat.* quæ quidem regula
2 plures admittit restrictiones videndas apud *Rebuff. tom.* 3. *constit. Franc. tit. de appellat. art.* 2. illaque præsertim, ut tantum jure civili inspecto procedat teste *Franc. Marco decis. Delfin.* 346. *à num.* 1. *par.* 1. & *decis.* 419. *num.* 3. Nam attento
3 Jure Canonico valide provocatur ad Papam ex eisdem mox adductis authoritatibus, atque etiam in Regno, ubi prætermisso immediato su-
4 periore, cuiquam provocare licet ad Magnam Curiam ex eodem *Marant. num.* 377. & *Const. Regni cum nova*, ibidemque *Affl. nu.* 6. & *const. Officiorum periculosa num.* 13. aperteque constat ex nostro præsenti *ritu*, alteroque predicto 52. ubi declaravimus; neque pugnat dictio illa, *immediate*, qua uterque utitur, quasi velint præfati *rit.* insinuare ad ipsam Curiam appellandum esse ab inferiori immediato; nam præter intellectum traditum à *Muscatello in prax. appellat. par.* 1. *Gl. tenebitur num.* 9. interpretaremur immediatè, scilicet recta via, sivè illicò ad ipsam Curiam, tametsi inferiores immediati non sint ob antecedentia verba illa *omnium processuum inferiorum Judicum*; nam qui omne dicit, neminem excludit. Cæterum alia, quæ ad hunc Ritus spectant pertingimus *in addit.* 52.

RITUS LXIII.

Item in Curia ipsa, Magister Justitiarius, vel ejus Locumtenens cognoscit, & pronunciat cum illo, & cum illis Judicibus, qui inveniuntur in Curia, aliorum absentia non obstante, nec aliquo exindè requisito.

SUMMA RERUM

1 *Regens Magnam Curiam dicitur Locumtenens Magni Justitiarii.*
2 *Illum tamen, neque idem Justitiarius neque Rex ipse eligit sed Prorex.*
3 *Esse non potest Advena Neapolitanus, cum declarationibus.*
4 *Si Deputetur Decurionibus competit jus oppugnandi.*
5 *Si receperunt num eisdem liceat postea obstare, ut removeatur.*
6 *Aliquando Patricii Neapolitani præsederunt in M. C.*
D. Fabritius Caracciolus Dux Girifalci laudatur.
7 *Officium in propria Patria exercere nemini licet.*
Etiam assessoris, & Commissarii, sivè Executoris & Fisci Advocati.
8 *Nonnulli exceptuantur casus.*

Petis-

Potissimum in viro eminentis scientia, & bonitatis.

D. Prosper Petra Antheris motu proprio Excell. Lemetsium Comitis convocatus fuit Auditor Provincia Comitatus Molisii, quamvis in illa terram Vasti Girardi possideret, qua sub dominatu Antheris domus est annis centum viginti, & nonnulla de illius vita, & morte traduntur.

9 *Advena Doctor eminentis scientia, an admittatur ad collegium, in quo vigeat statutum, ut non nisi orti in Civitate admittantur.*

10 *Forenses majorem partem bonorum possidentes non possunt ibi exercere officium.*

11 *Assessoris officio possit nè Clericus fungi in Curia laicali.*

12 *Utrum verò laicus in Curia Ecclesiastica.*

13 *Actuarii nequeunt in propria patria esse universitate tamen contradicente.*

14 *Locumtenens verò utrum possit esse in sua propria patria, latè discutitur.*

15 *In subsidium licet substituere aliquem de Provincia si alienigena non existat.*

16 *Civis potest judicare in proprio oppido parvo.*

17 *Cives in hac Civitate possunt esse officiales, prout in multis aliis locis.*

Maximè accedente loci consuetudine.

18 *In multis hujus Regni partibus viget consuetudo, quod ob Capitanei absentiam Ærarii Cives illius munus exerceant.*

NOnnulla hujusce Ritus occasionem nactus de Magistri Justitiarii Locumtenente delibabimus, qui pro priori nomine dicitur Locumtenens Magnæ Curiæ, ut dicemus *rit. seq.* constatque aperte ex *const. Regni statuimus, ut Magna Curia*, certè illius Locumtenens, cujus mentio fit in hoc Ritu erit ille idem, qui in prædicto *rit.* 39. nuncupatur Locumtenens Magnæ Curiæ, quique alio nomine dicitur his nostris temporibus Regens M. C. ut eodem in *ritu* 39. ostendimus.

2 Ipsum verò Regentem non eligit, constituitque idem Magnus Justitiarius, vulgò dictus, *il Giustitiero*, sed Rex tantùm, id attestante *Affl. indic. Constit. num. 7.* cujus attestationis secundam partem eo tempore viguisse credimus ob Regis interessentiam, quando Prorex tanta cum auctoritate non aderat: nunc Prorex eligit, nam inter officia ad Regis nominationem convenientia, non inseruntur *in prag. 2. de offic. ad Regis nominat. reservat.* maximè inter officia Magnæ Curiæ, memorata in §. 5. comprobatque continuus usus, quo à Prorege deputari, atque ad sex saltem menses, deinceps verò ad beneplacitum
3 experimur, dum tamen non Advenam Neapolitanum, qui si constitueretur, ejusdem Civitatis
4 decuriones, vulgò Electi nuncupati haberent jus
5 contradicendi, qui si reciperent advenam, nec tunc resisterent, dubitatum quandoque fuit, si deindè oppugnare liceret, ita quod illis instantibus, esset removendus, ut est videre apud *Capyc. dec.* 178. & cum eorum contradictio intervenire debuisset tempore electionis, seù potiùs receptionis, ex deductis per *Ann. alleg.* 15. utique postmodum non amplius licuit, neq; posthac licebit, si casus iterum eveniret, pro tempore tamen concesso à jure ad illud exercendum, existimamus, secus tamen pro tempore, quo beneplacitum intrat, ex tunc namque instare possent, ut removeretur, nam ità intelligi sententiam credimus, facto verbo in Collaterali Consilio prolatam decimo Februarii 1520. & rescriptam inter *Capitula Regni fol.* 80. *at.* cum enim reperiretur Regens ille in officio, accedente voluntate eorundem electorum, decisum fuit, quod perduraret in eo exercendo per totum mensem Augusti octavę indictionis, & ab inde in antea Civitas ipsa conservaretur in quasi possessione, quod nullus Ci-
6 vis sit Regens dictæ Magnæ Curiæ, quæ quidem possessio initium habuit ex supplicatione ejusdem Civitatis Neapolis, quæ cum indè anno 1558. petiisset revocari, ut in *capit.* 18. *pag.* 162. *at. in privil. & cap. Neap.* obtinere non valuit, ex quo per prius supplicaverat contrarium, laborando contra propria commoda, ut adsolet, sic exclamante *Tass. de antef. vers. 3. obs. 3. num.* 206. Verùm isthæc possessio, non tanti est, quin aliquando non præsederint in M. C. cum Regentis titulo Cives, patriciique Neapolitani, & præsertim anno 1586. exortis plebicularibus turbinibus ob mortem Vincentii Staracii Electi Populi, Carolus Spinellus Patricius Neapolitanus ad præfatum munus ascitus fuit, teste *eod. Tasson. add. num.* 206. cujus meminit *Top. par. 1. de Origin. Tribunal. lib. 3. cap. 9. de M. C. V.* quodque hisce nostris temporibus; vir ille morum candore, & integritate conspicuus Fabritius Caracciolus Miles Neapolitanus sessionis Capuanæ Dux Girifalci à die 12. Julii 1655. magna cum laude omniumque plausu exercuit, & de Proregente loquitur *Masull. ad Capyc. dec.* 98.

7 Prima verò Civitatis Neapolis petitio jure communi quoque innititur, prohibente incolis, atque etiam oriundis aliquod gerere in propria patria, vel Provincia officium, *l. fin. C. de crimin. Sacril. l. 3. C. de divers. official. lib. 12. & l. hi qui in Provincia, ff. ex quib. caus. major. Sola in Consuet. Saband. tit. de Castellan. §. prætereà num. 1. Franc. Marc. decis.* 624. *vol. 1. Lancellot. Corrad. de offic. Prætor. num. 17. Bovadill. lib. 1. politic. cap. 12. num.* 23. quin, & juribus quoque Regni *in Constit. Justitiarii per Provincias, & Constit. Magistri Camerarii*, idque ideò sancitum, nè amicis prodesse, & inimicis obesse possint, ex *Gl. in l. fin. ff. de offic. assess. Foller. in add. constit. Justitiarii per Provincias num. 6. Alciat. in tract. de præsumpt. par. 1. præsumpt. 37. Reg. Rovit. in prag. 9. §. item statuimus de offic. jud.* atq; ideò, tùm Justitiarius, idest Judex; tùm Assessor, tùm Bajulus, esse nequit ejusdem loci, namque in his omnibus loquentes, ita concludunt scribentes super adductis *constitution.* potissimùm *Affl. Foller. Gramm. Balzaran. & Tapia, Reg. Rovit. in prag. 1. num. 16. de official. Thor. p. 2. compend. decis. verbo Officialis in propria patria, Avus meus ad Capyc. decis.* 121. protendens ex *Rovito* ad Commissarium quemcumque, & executorem publici, vel privati negotii, *Danz. de pugn. DD. t. 1. cap. 6. de official. in genere num. 10. Bovadill. tom. 1. politic. lib. 1. cap. 12. num.* 23. ad Fisci Advocatum extendens, quod extricat idem *Danz. add.*

tit.

tit. 1. *tit. de offic. fisci cap.* 2.

8 Quibusdam tamen exceptis casibus recensitis per *Affl. indic. constit. Justitiarii*, *Thesaur. decis.* 268. cæterosque, potissimùm in viro eminentis scientiæ, & bonitatis, *Bal. in l. sed & reprobari, §. amplius, ff. de excusat. tutor. Mysinger. centur.* 3. *observ.* 30. *Masull. ad Capyc. decis.* 168. *num.* 11. Quod, nè longè abeam, exemplo planum facio domestico. Idem enim Avus meus Prosper Petra, ob singularem vitæ probitatem, ac doctrinæ, jurisque præstantiam, ab Exc. Lemensium Comite, Regni hujus tunc temporis clavum moderante, motu proprio accitus, quamvis ille repugnaret, Molisii tamen Comitatus Provinciæ Auditor esse jussus est: (ut ipsemet ad *Capyc. decis.* 121. *nu.* 3. *in novis* testatum reliquit) in qua sanè Provincia, Oppidum Vasti Girardi est, cujus per annos centum, ac viginti, ditio, in familia, ac domo mea perseverat. Quod honoris genus, ut diù vellet retinere, nullo unquam modo potuit adduci: sed Collateralis Consilii fultus diplomate resignavit, die 10. Junii 1617. registrato *in Cancell. in part.* 17. *fol.* 20. De quo viro quoniam plurium, ac nobilissimorum Doctorum testimonia, atq; elogia extant, quorum aliqua novissimè *Nicolaus Topius de Orig. Tribun. par.* 2. *de Orig. S. C. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 16. collegit, ac recensuit, non est, quod ego multa dicam. Hæc pauca ab Nepote de eo memoriæ tradi, non jactantiæ, sed pietati, Lector dato. Vitam ille auspicatus est anno salutifero 1572. clausit anno 1622. de mense Martii. Vitæ verò stadium ita decurrit, ut summam innocentiam, cum summa doctrina comites semper habuerit. Adolescentia, flosculis humanioris litteraturæ, quantum satis erat, colorata, Jurisprudentiæ mox candidatus esse cæpit; adeòque in ea brevi profecit, ut Doctoratus Laurea decimo octavo ætatis anno decorari meruerit die 25. Junii 1590. quod ipsemet ad *Capyc. decis.* 209. *nu.* 3. testatus est. A quo tempore, ad vitæ usq; suæ finem, Reipublicæ juvandæ, non indefessè minus, quàm gloriosè operam navavit; adeò ut inter viros sui temporis doctissimos nomen habuerit. Denique, cum multa præclarè gessisset, multa scripsisset, in Oppidum suum Vasti Girardi, animi, ac quietis causa se recepit: ubi cùm ageret, ad munus Consiliarii S. Claræ vocatur. Illud tamen antequam obire incipit, vita ipsa mortali defungitur; immortalem gloriam, optimè de republica, optimè de pietate, omniquè virtutum genere meritus, consecuturus. Eodemq; loco honorificè sepelitur; Nunc ad restrictionem redeo, cui concitit *Castellan.* aliorumq; ab eo relatorum *memor. jur. verb. statuta cavetur*, arbitrantium, admittendum Doctorem eminentis tamen scientiæ rectè ad collegium admitti, tametsi in eo vigeat statutum, ut non nisi orti in Civitate admittantur, quorum sententiam duram præconizat *Franc. de Petr. festiv. lect. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 29.

9

10 Dictarum verò *Constit. Regni Justitiarii*, & *Magistri Camerarii* vigore ampliari juris communis prohibitionem in duobus casibus advertimus, scilicet, ut non tantum prædicti habentes jurisdictionem contentiosam, verum insuper Notarius Actorum, idest Magister Actorum; ac secundò, non tantùm Cives, & Incolæ, sed etiam forenses, in loco, in quo larem, vel majorem partem bonorum possideant, si verba earundem *Constit.* & illas commentantium perlegantur, quorum vigore cavendum erit à doctrina *Parid. tract. de Syndicatu verbo Assessor cap.* 1. *num.* 19. existimantis, domiciliatum posse Assessoris fungi officio, in loco domicilii. Verùm non poterit esse assessor ultra quatuor menses, utique verò intra illos, *l. in Consiliariis*, *C. de assessorib.* Principe tamen permittente, inquit *eod. in cap.* 1. *Paris. n.* 16. Et nisi sit Assessor Cæsaris addit *n.* 17.

11 Sed Clericus poterit nè illo fungi in Curia laicali? & annuit primum, denegat postmodum *Specul. tit. de Assessore §.* 3. *num.* 3. quia sæpè oporteret ipsum interesse in consilio causarum sanguinis, ubicumque igitur ejusmodi ratio abesset, & conclusio quoque cessaret, ut omninò dicamus in causis, & Tribunalibus civilibus licere, & credimus opitulari verba *Jo. Andr.* ad eundem *Specul.* dum explicando verba illa (*In Curia*, inquit, *non dicit in causa civili*, insinuat itaque non posse esse in Curia civili, scilicet Tribunali laicali, utiquè verò in causa civili, quòd sine dubio usus admittit; potissimum in Tribunalibus Universitatum.

12 Verùm in casu contrario, si laico liceat esse in Curiis Ecclesiasticis, & quamvis *Gemin. in cap. statutum*, *§. Assessore de rescript. in.* 6. abnuat, tamèn *Bal.* assentitur *in l.* 1. *repet.* 2. *num.* 1. *de offic. assessor. Archid. in cap. plures* 16. *q.* 1. *Roman. in l.* 2. *ff. de offic. assess. & Felin. in cap. decernimus sub num.* 6. *de Judic.* ubi *add.* adjungit hanc esse cõmunem opinionem.

13 Ad Actuarium modò redeuntes recolimus, etiã aliis auctoribus comprobari in superioribus statutam conclusionem, nè queat in propria patria esse, ac pluriès decisum fuisse, memorat *Franch. decis.* 98. & aliis vicibus, *Amend. in annot. ad eand. dec. de Franchis*, *Capiblanc. pragm.* 5. *num.* 164. *de Baron. Ep. sc. Ricc. collect.* 1358. *Avend. de exeq. mand. Reg. cap.* 2. *num.* 1. *Thor. par.* 1. *compend. decis. verb. Actuarius*. Universitate tamen contradicente, ut ex eadem *de Franch. decis.* 98. observat *Dom. Reg. de Marin. lib.* 2. *quotid. resol. cap.* 149. *sub num.* 7. Ratio autem, qua prohibeatur esse Actuarius, videtur eadem, quin, & omnes illæmet, quibus, & officiales, admonet idem *de Franch.* adjungens, & alias plures, atque majores considerari posse in actuariis, quam in Judicibus, quarum aliquas commemorat *n.* 2. Ratio verò diversitatis, quarè Actuarius, & non Tabellio videatur, si deduci possit, ex notatis per *Affl. ead Constit Justitiarii n.* 5.

14 Dubitari etiam, quia potest, ut alias dubitatum fuit, si Civis possit esse Locumtenens in propria patria, multa in utramque partem cumulat *Jas. in l. si eadem à num.* 7. ibiquè *Dec. num.* 8. *de offic. assess.* Additio verò *Iacobi Anelli de Bottis ad Glos. in ead. Constit. Iustitiarii*, cui inibi assentitur *Balsaran. num.* 24. negat, fulciturque auctoritate *Bald. in l. Parabolani*, *C. de Episcop. & Cleric.* quemque insequitur *Affl. in constit. Magni Camerarii num.* 10. & dixerat *Bovad. tom.* 1. *polit. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 23. quod notandum esse advertit ipse *de Bottis* contra Capitaneos substituentes, & quidem male, Locumtenens ejusmodi

di loci, atque decisum attestatur in S. C. referente perdocto viro illo *Jo: Andrea de Curte* tunc Consiliario, postmodum ejusdem Consilii Præside meritissimo, die 16. Decembris 1560. in gratiam Universitatis Carinolæ, & contra Principem Hostiliani, ut longè magis veram censeamus ejusmodi decisionem, quam decreta alter;us eximii viri S. C. quoque *Præsidis Vincentii de Franch. dec.* 98. *sub num.* 4. quem iusequitur *Reg. Rovit. in pragmat.* 4. *de sindic. official. nu.* 3. permittentia, subdelegari ad modicum tempus; ad longum verò denegantia: quandoquidem negativa relata decisio est ipsius S. C. votis omnium Consiliariorum accedentibus, sivè auditis pleneque discusso negotio decreta, personam insuper Judicis aliqualem presefert considerationem, atque altera Principis, contra quem illa manavit, animadversionem quoque præbet, sanguine Illustrissimi ac ditissimi viri, frequentibus vassallis, multis nèdum Terris, & Castris, at Civitatibus quoque dominantis, Nec temporis ex'guitas tantæ erit virtutis, ut ratio, qtia ita decisum asseruimus, cesset, tantumque militet, cum longiori tempore præesset in brevi namque nonne amicis prodesse, & inimicis obesse quibit? ut propterea dicamus, noluisse peritissimum *de Franch.* decidere quæstionem, attentis terminis juris, quod ipsiusmet verba manifestant illa nempè, *Non providi expliciti sed dixi quod Civis substituatur in casu, quo absentia est modico tempore duratura* Citius enim amicabili, quam judiciario decreto providit. Perlegimus quoque Aviles *in lib. Prætor. cap.* 4. *in Glos. Tierra, num.* 4. *Avendan.* 1. *par. cap.* 3. *Prætor. sub num.* 5. *& Azeved. ad l.* 4. *Tauri tit.* 6. *lib.* 3. *num.* 5. atque *Joan. Guttierez.* integra *quæst.* 34. *lib.* 1. *pract. qq.* discutientem, omnesque in eadem deflectentes sententiam distinguentes, & admittentes subrogari ad modicum tempus confirmant *Borrell. de Magist. edic. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 39. *Capibl.* decisum tradens *in prag.* 5. *num.* 16. *de Baron. to.* 1. *de Angel. in prat. l.* 2. *C. de defensor. Civit. num.* 8. *Reg. Sanfelic. dec.* 362. Verum animadvertendum esse monemus illa ex causa adductum esse *Guttierez* ad id firmandum, quia difficile invenire extraneum, vel non sine maximo sumptu, quoquidem in casu non subsistere doctrinam *Bal. in d. l. Parabolani* affirmat, Nos quoque assentimur, (prout diximus *in rit.* 2. *num.* 49.) insequentes eundem *Baldum*, qui id ipsum concluserat *in l. certa forma, C. de jure fisci lib.* 12. inquiens licere in subsidium sub-
15 st tuere aliquem de Provincia: si alienigena non existat qui officialis velit gerere vices, quam postremam *Bal.* opinionem collaudat *Affl. in d. Const. Magistri Justitiarii sub num.* 10. observat *Prat. lib.* 1. *discept. forens. cap.* 46. *num.* 15. in-
16 sequunturque in parvis terris ob ante dictam rationem, *Episcop. Ricc. ad memor. de Franch.* 98. *dec. Auns mens ad Grammat. decis.* 34. *num.* 28. laudatus à *Dana. indic. tom.* 1. *de pugn. DD. cap.* 1. *de offic. actuar. num.* 20. *de Angel. in ejus prat. l. magistratus municipalib.* vel si in contrarium vigeret loci consuetudo, quam omnino esset servandam indicant *Capiblanc. tom.* 1 *pragm.* 3. *num* 121. *de Baron. & Dana. cit. tit. de official. in ge-*
17 *nere num.* 10. & altero *cap. de offic. act. num.* 26. Eamque vigere in hac Neapolis Civitate, advertit *Ricc. collect.* 1358. *& decis.* 180. *part.* 4. & in alma Urbe Romæ admonet *Amend. ad Franch. decis.* sepiùs *cit.* 98. *num.* 1. in quibus Cives in Senatores alliciuntur, m̃alcifque in hujus Regni locis ea viget, quod ob Capitanei absentiam
18 Ærarii Cives illius exerceant munus, & propterea quotidie expediantur a Baronibus patentes in personam Ærariorum cum præfata prærogativas Observari propterea multis aliis in locis, maximè apud Venetos, ut magistratus civibus dumtaxat conferantur, testatur *Cassan. in Cathal. glor. mund. par.* 11. *consider.* 22. & in Hispania refert *Gregor. Lopez Glos.* 10. *lib.* 9. *tit.* 19. *par.* 2. *Burg. de Pax in l.* 2. *thauri num.* 83. & ampliant etiamsi exteri concurrentes doctrina, & moribus celsiores essent, *Imbrian. de Judice Regni parte posteriori nu.* 1. *Reg. Valenz. cons.* 34. *num.* 73. *Gulielm. de Bened. in cap. Raynutius verb. Et uxorem nomine Adelasiam in* 5. *dec. num.* 489. *Petr. Gregor. Tholos. lib.* 47. *syntagmat. jur. cap.* 10. *num.* 13. *Mastril. de magistrat. lib.* 2. *cap.* 7. & conferunt tradita a *Reg. Tapia dec.* 14. *super Ital. Consil. & Gloritio resp.* 11. Prorex ne possit quis esse in Regno, in quo habet feuda inquirit *mastrill. de magistrat. d. cit. lib.* 2. *c.* 7. *nu.* 3.

RITUS LXIV.

Curia regitur etiam absente Locumtenente, secus absentibus Judicibus & Notariis.

ITem Curia ipsa ante, & in medio intelligitur, ubi tantum Magister Justitiarius, vel ejus Locumtenes mutatur de mutatione Judicum, & Notariorum Actorum Magnæ Curiæ.

SUMMA RERUM.

1. *Huic Ritui nullum prorsus accomodari posse intellectum, ostenditur.*
2. *Curia nomen quid significet, & quomodo in hoc Ritu sumatur.*
3. *Magni Justitiarii potestas remissivè tangitur.*
4. *Qui dicantur Justitiarii.*
5. *Regnum an pro una Provincia reputetur.*
6. *Recensentur DD. qui ratiocinantur de Justitiarii munere.*
7. *Valent Auditores absente præside à loco Judicii, causas terminare, quid verò eo infirmo, dispungitur.*
8. *Liceat ne ipsis Auditoribus per Provinciam vagantibus in causis præter commissas sese intromettere.*
9. *Non possunt discedere absque Proregis licentia.*
10. *Nec obsculenta, & poculenta recipere.*
11. *Excusantur, si perceperint aliquid tenue, etiam ob Universitate.*
12. *Quæ ipsos majores numerum equitum ducentes excusent.*

SI

1 SI vera scripserim *in ritu & 192.* clarescunt perplexa, diminuta, & obscura verba præsentis Ritus, qui nullum prosus admittit intellectum, ut optimè addictionator *Constant. Papa* inquit, & quem *Prosper Caravita* somniavit, insequutus à *R. Tap. lib. 2. Jur. Reg. tit. de offic. Mag. Justit. sup. hoc rit., & Foller. super eod. ritu pag. 152.* haud recipiendum insinuat.

2 Quid sit Curia quidvè significet, latè *Affl. sup. const. statuimus la 2. à num. 50.* & diximus fusè *rit. 1. à num. 1.* hoc autem in ritu sumitur pro Magna Curia, quæ tunc temporis distincta, & sejuncta erat ab altera Vicariæ, postmodum ambo unitæ ex his quæ scripsimus *eod. rit. 1. à num. 1.*

3 Magistri vero Justitiarii potestas, & auctoritas describitur in *const. statuimus ut Magnæ, & const. Magna Curia, & const. Post Magister Justitiarius, & de eo fantur Frecc. de subfeud. lib. 1. de Magistr. Justit. Regni fidelium num. 6. Capyc. in invest. feud. rub. feud. offic. verbo Magister Justitiarius, Muscat. in prax. S. C. tract. de doct. dignit. & decor. par. 3. num. 61. Tasson. de Antefat. vers. 3. observ. 3. à num. 198. Nicol. Top. par. 1. de orig. tribun. de M. C. V. lib. 3. cap. 7.* miro ordine Magistros Justitiarios, & *cap. 8. & 9.* eos, qui in eodem tribunali cum Capitanei, sivè Regentis titulo præsidere ad hæc usque tempora recensens, & quod unus debeat ille esse in Regno, *Affl.* advertit *in Constit. occupatis in 9. notab.* & ita illius Curia a Curiis Justitiariorum differt sicut Respublica Romanorum ab aliarum Civitatum, idem *Affl.* monet in *const. statuimus, sub*

4 *num. 54.* Justitiarii verò dicuntur Gubernatores sivè Præsides provinciarum, *Frecc. add. loco nu. 13. & 14. Afflict. in const. Præset provinciæ, num. 1. & in const. beneficium in 4. notab. Reg. Rovit. in prag. 3. num. 1. de offic. Justit. de Angel. ad Fol-*

5 *ler. prax. crimin. in fragm. num. 33.* & quamvis totum Regnum pro una provincia haberi asseratt *Luc. de Penn. in l. fin. Cod. de discussione l. omne C. de censib. & censit. lib. 10. Andr. in const. constitutionum, Capyc. in invest. feud. add. loco, & in l. Imperialem, de prohibit. feud. pag. 32.* tamen hodiè illud dividi in duodecim provincias, notat *Frecc. de subfeud. lib. 1. vers. Regnum Neapolitanum* & advertimus nos in *proem. num. 31.* & in unaquaque residet unus Præses, *Affl. in const. occupatis nu. 4. 5. & 6.*

6 De Justitiario, & ejus munere sermocinantur *R. Rovit. in prag. de offic. justit. Dan. to. 1. de pug. Doct. tit. de offic. Præsid. cap. 1. Thor. de Magistrat. Reg. tit. de justit., & Præsid. provinc. post Jo. Graud. de bello exul.*

7 Quod verò liceat Auditoribus omnes causas expedire absente Præside à loco judicii pro indubitato tradit *Dan. tom. 1. de pugn. Doct. tit. de offic. Audit. à num. 4.* quæstionem extricans, si illi obstringantur domum Præsidis infirmi adire ad ibi causas terminandas dictumque *Carav. hoc in ritu num. 3.* expendens. V deas *Prag. 7. & 9. de offic. Magistr. Justitiar.* quibus d sponitur in Aula Reg. Audientiæ causas definiendas Fisco audito insequitur *Borrel. par. 2 sum. dec. tit. 30. de sent. diffin. num. 415. Viv. dec. 37. num. 1. & 401. nu. 1.* & in quibus negotiis, non alitèr sibi committis

8 Auditores provinciam equitantes se intromittere valeant, explanat *Danza add. loco num. 14. ad 18.*

9 Hodiè verò absque Proregis licentia non licere discedere certum est, ex *pragm sanctione 7. de offic. Justitiar. & pragm. 10. de offic. Jud.* & notavimus latè *in rit. 7.* & in itinere non percipiant e-

10 culenta, & poculenta, altera statuit *prag. 1. de offic. Justit.* sed non nisi expensas à Curia, *Affl. in const. cum juxta, num. 6. in 5. notab. Foller. in prax. crim. in fragm. num. 102.* excusantur tamen, si in transitu itineris receperint aliquid co-

11 mestibile, moderatè tantum, etiam ab Universitate, à *Bovadil. lib. 5. politit. cap. 4. num. 48.* insequiturque *jud. de Angel. ad Foller. add. loco, ad n. 31. in fin.* Et ad excusandum Auditores vagan-

12 tes per provinciam, si duxerint majorem numerum equitum, nonnulla congerit *Joseph. Ludovic. dec. Perus. 105. nu. 11. & 12.*

RITUS LXV.

Citatus per Curiam, si dicat se Clericum, debet comparere, & de Clericatu docere, ut ad suum Judicem remittatur.

ITem si aliquis Clericus citatus fuerit, ut laicus, de mandato dictæ Curiæ, pro aliqua criminali causa, vel civili, bannitus, vel foriudicatus, & voluerit postea suam purgare contumaciam: ad purgandum suam contumaciam, debet in eadem Curia personaliter comparere, & ipsa Curia cognoscere de suo clericatu prædicto eum habitu, & tonsura demonstrato, & constito ipsi Curiæ de clericatu hujusmodi eadem Curia remittit ipsum ad suum Judicem competentem, & hoc quotidie observatur.

SUMMA RERUM

1 *Ritus iste etsi prima facie severus, & Ecclesiastico statui repugnare videatur tamen illius finis, & scopus justus, & laudabilis est.*

2 *Valentuè secularis Judex vigore hujus Ritus aliquid summatim cognoscere de Clericatu.*

3 *Ritus non procedit in Clerico, qui uti clericus citatus.*

4 *Clerico jàm comparente, si aliquid dubii ad spiritualitatem pertinens insurgeret, Ecclesiastico Judici decernendum id traditur.*

5 *Dispositio Ritus locum vendicat in Clericis habentibus Ordines minores, non in illis qui sacros ordines susceperunt.*

6 *Possitnè secularis Judex diplomatum falsitatem cognoscere.*

7 *Clericus literis testimonialibus ab Episcopo expeditis super clericatu illum validè probat, si sint in publicam formam redacta.*

8 *Testium depositionibus ordinum collatio probari an possit.*

Author affirmat etiam attento Ritus rigore, concludenter clericatum probari posse per testes ad interpretationem Rit. 235.

Huic opinioni non refragari decisionem R.Sanfel. 7.tom.1. ostenditur.

9 *Testibus standum esse, quoties Bulla Clericatus sunt deperditæ, communiter DD. concludunt, & ratio redditur.*

Probata amissione Bullarum satisfactum est Ritui, & cur?

Amissio scripturarum an solo juramento probetur.

10 *Clericus citatus non comparens, an possit contumax reputari cum declarationibus.*

11 *Agnatus admittitur ad præsentandum Bullas clericatus ad finem impediendi forindicationem.*

Enucleatur decisio 328. Præsid. Vinc. de Franchis.

12 *Caravit. malè reprehendit Gramm. tanquam hujus Ritus immememorem.*

13 *Multa à Clerico contumace, an, & quando exigi possit.*

Decis.237.& 277. apud Reg. Sanfelic. adducuntur.

Dom. Præs. Reg. Cameræ D. Joseph Filiù laudatur.

14 *Franc. Maria Prat. respons.crim.53. tradit exceptionem declinatoria fori per procuratorem in terminis ritus non admitti.*

15 *Clericus num in causa civili contumax possit à Judice seculari cogi, ad expensas parti solvendas.*

Notabilis Decii restrictio in cons. 241. adducitur.

16 *Author monet Judices, ut in ejusmodi re, qua par est circumspectione, prudentia, atque integritate se gerant, & quam citissimè examinent, Reus sit clericus necnè.*

17 *Author protestatur, ut ab ipso in hoc ritu dicta, ita accipiantur, ut si quid non benè dictum videatur, ipso volente, ac jubente omninò indictum habeatur.*

1 Ritus istè quod statuitur non audiendum esse Clericum, qui Judicis secularis forum declinare velit, nisi personaliter cum documentis compareat, prima facie severus nimis, & Ecclesiastico statui repugnare videtur, etenim à laicali foro prorsùs immunis est, nullisque illius Curiæ legibus subiicitur clericus, adeòut nec Princeps quidem oppositum præstare valeat, ut post alios admonet *Grammat. decis. 29. & 61. Præs. Merlin. lib.1. controv. forens. cap.49. num. 8. Reg.Rovit. decis.44. num. 1. de Graff. de effect. cleric. effect. 1. à num. 500. cum seq.* Verùm si quis rectè, & qua par est sapientia hujusce Ritus finem examinare velit fatebitur sanè istiusmodi dispositionem, sanctam justam, & laudabilem esse; qui quidem finis, ac scopus nullus alius fuit ut nisi fraudes evitarentur, quamplures enim à criminibus patrandis nunquam abstinuissent, si cum clericos se esse faterentur, à pœnis fuissent immunes quas seculares Principes imposuissent. Quamobrem dici potest ex hoc Ritu secularem Judi-
2 cem de Clericatu posse aliquid summatim cognoscere, cum scilicet cognitio eo tantum versaretur ut inquireret secularis nè, an Clericus existat sceleris Reus, adeòut statim ac in clericali statu eum esse cognoverit sine mora Judici suo tradat *de Franch. decis. 189. num. 1. de Graff. add. loco num.* 1559. In dubio enim quisque laicus presumitur, quia talis nascitur, *Glos. in l. 2. verbo intervenisse, C. de error. Advoc. Fulv. Pacian. de probat. lib.2. cap.34. num.72. Decian.tract. crim. cap. 9. num. 127. lib. 4. part. 3. Regens Sanfelic. decis. 143. num. 4. part. 1. Francisc. Maria Prat. in semicent. disceptat. forens. cap. 35. num. 20. lib.2. & ad Muscatell. in prax. part. 2. Glos. competentes ad num.13. Reg. Sanfel. decis. 143. num. 4. pàr. 1.*

3 Non procedit igitur Ritus in Clerico, qui uti Clericus citatur, in hoc enim casu laicus Judex nihil juris habet, cum ipsi innotescat num clericum esse agitur itaque in hoc, & in altero *ritu* 235. cum laicus citatur, aut capitur, qui clericum esse se fatetur, his namque sistere se, diplomata præsentare, & è carceribus remissionem expostulare tenetur, ut testatur *Reg. Tapia lib.1. Jur. Regn. de Episcop. & Cleric. super hoc Ritu* subnectens *num.* 3. extrajudicialem hanc cognitionem, nedùm in Regno isto ex antiquissima, & immemorabili præscriptione haberi, sed à pluribus DD. exteris quoque admitti, inter quos *Archidiac. in cap. frequens 54. dist. Bal. in l. si qua per calumniam, Cod. de Episcop. & Clericis Petr. Bellug. in Specul. Princip. §. videamus rub. 11. tit. de proposit. num. 5. vers. Et hæc videtur veritas Guid. Papa dec.* 138. *Decian. add. cap. 9. num.* 111.

4 Præterea, si cum ille jam comparuerit, aliquid dubii ad spiritualitatem pertinens, insurgeret, nimirum in recognoscendo, ritenè, rectèquè ad ordines promotus fuerit Reus Ecclesiastico Judici decernendum id traditur, eò interim in vinculis retento, qui Clericum se esse affirmat *de Franch. deCis.* 189. *Reg. Tap. add. tit. sup. rit.* 235. *num.6.*

5 Quæ diximus locum vendicant, cum de Clericatu in tonsuris, & de primis Ordinibus difficultas est, in quo casu nemo remitti potest, nisi ea, quæ ex *Concil. Trident.* requiruntur, is habeat tonsuram, .s. habitum ac servitium, & dùm extrinseca probatione hæc indigent, Clericus dici non potest, qui talem se esse solum fateatur, & donec id probet, justè ipsum retinet laicus Judex Verum cum de eo agitur, qui sacros ordines susceperit, immunis semper hic est nec alienis probationibus indiget satis enim est diplomata dumtaxat repræsentare, nihilque officiet, si illegitimè ob aliquem defectum ad ordines promotus esse dicatur, cum impressus jam sit nunquam delebilis character.

6. Possitnè secularis Judex diplomatum falsitatem cognoscere, in controversiam dictum fuit, cum hoc *rit.* 235. non exprimat, & diversimodè *sup.eod. ritu* decisum refert *memor. Reg. Tap.* qua in re nihil ego diffinio.

7 Disputatum insuper fuit utrum Clericatus probari possit literis testimonialibus Episcopi, qui ad ordines hominem promovisse testatur, & affirmativè determinatum reperio, quòd sanè procedit, cum in publicam formam testimonialium reda-

redactæ sit, quæ re vera eædem Bullæ sunt, *Episcop. Sperell. decis.* 17. *num.* 23. quarum formam rescripsit *Rebuff. in prax benef. tit. de form. liter. conf.* alterius verò generis fides, etsi testibus confirmata, minimè satis est, nec per testes probari quidquam suffragabitur, cum scripturam postulet lex, alioquin negotium hoc de Clericatu quod tanti est præjudicii in suspicionem venit cum diplomata non exibentur.

8 Hinc *Præs. Merlin. centur.* 2. *controv. forens. cap.* 91. asseveranter firmat Clericatum, stante *ritu* probari non posse principaliter per testes, casumque figurat in Clerico qui nunquam habuit Bullas, & probare intendebat suum Clericatum per septem testes de visu, qui in ordinatione interfuarunt cujus aleam sectati fuerunt *Scaglion. super hoc ritu num.* 1. *Ignatius Lopez de Salcedo in pract. crimin. cap.* 62. *num.* 18. *Jo: Bapt. Thor. to.* 3. *par.* 3. *compend. dec. verb. Remissio*. Verùm ipse absque ullo Ritus timore crederem Clericatum concludenter probari per testes, ex regula *text. in l. in exercendis, C. de fid. instrument. & Glos. in cap. cum venisset super verbo testimonia extra de testib. in princip.* æquiparantur enim testes, & instrumenta, *DD. in cap. cum Joannes extr. de fid. & instrum.* & in terminis firmarunt *Bellam. conf.* 10. *num.* 3. *Guideon. Papeus decis.* 474. *Ignatius Lopez ed Diazam. cap.* 62. *num.* 16. lateque explanat *Mascard. concl.* 303. *num.* 1. *cum seq. Farinac. qu.* 8. *num.* 91. & concinit *text. in in cap. tua de cleric. Peregrin. Bal. in l. licet el* 1. *post num.* 4. *de testib. Marsill. in l.* 1. §. *idem Cornelia num.* 4. *de quast. Petr. Gerard. sing.* 49. *Boer. decis.* 171. *num.* 24. *Rebuff. in tract. nominat. qu.* 14. *num.* 32. *Carol. de Graffis in prælud. ad suum tract. de effect. cleric. à num.* 197. *Covarr. pract. quæst. cap.* 33. *num.* 2. & ex nostratibus *Carav. rit.* 275. *num.* 8. quin *Affl. in const. Regni rub.* 3. *nu.* 12. Ausus fuit dicere, quod sufficit unus testis idoneus, & *text.* est capitalis *in cap. si Judex laicus de sent. excommun. in* 6. & ibi *Glos. singul. & in cap. tuæ fraternitatis de Cleric. Pereg. Aut. sing.* 40. quem insequitur *Masill. ad Capyc. decis.* 162. *num.* 2. ipse verò effatum *Carav. loco cit.* infectatus dicerem unicum testem sufficere in summaria tantummodò cognitione clericatus, quæ attento jure communi canonico fit per Judicem Ecclesiasticum juxta ritum *in add. cau.* expressum non verò in præjudicium Regiæ Jurisdictionis, *Bajard. ad Clar. q.* 36. *nu.* 23.

Imò *Thomas Grammaticus* criminalium rerum, & Regni Jurium per optimus enucleator absque ullo Ritus timore decisum refert *decis.* 81. nedùm plenam probationem per testes, sed solam possessionem habitus, & clericalis tonsuræ sufficere ad fori privilegium, adeoque Jus Regni non timuit, ut in Regnicola memoratam conclusionem locum vendicare docuerit, non autem in ultramontano, qui docere debet, ex *Boer. decis.* 171. *Joan. Gaill. in arrest. quæst.* 11. & aliis quos laudat, & hoc pariter si possederit beneficium subdit ex *dec. Rot.* 312. quæ possessio, & tolerantia infrà limites decem, vel viginti annorum continetur ex solemni doctrina *Innoc. in cap. super iis de accus.* relata *ab eod. Authore*, & quod demum est mirandum, Clericus, qui nuda, clericatus possessione remissionem obtinuit, erat illegitimè natus, & in habitu captus laicali ut videre est *in mem. decis. Grammat.* quem insequuntur *Aufrer. ad Cappell. Tholosan. decis.* 118. *Mascar. conclus.* 302. *num.* 7. *Menoch. de præs. lib.* 2. *præsupt.* 76. *num.* 11. *Tepat. var. sent. lib.* 1. *tit.* 3. *pag.* 5.

Prætereà ex mentis legislatoris in *d. rit.* 235. per illa verba; *Cum documentis*; deduci debet non sufficere nudam possessionem clericatus, & famam publicam, ut *in indicato cap. si Judex laicus* decidebatur, sed requiri titulum. Unde ly, *documenta*, intelligi debet ad exclusionem possessionis, secus verò ad exclusionem testium, ut docet *Prosp. Carav. ibid. num.* 20. Et proindè Ritus non requirit documenta, ut scripturas, sed ut titulum, adeòq; verum est legislatorem titulum clericatus, sin minus scripturam affectasse, ut non proprio, & strictò Bullarum nomine, sed latiori vocabulo, documentorum, nempè, loquutus fuerit potissimum in hoc *Ritu* illis verbis, ibi: *Demonstrate, & constituto*, quibus generice loquutus fuit de genere probationis.

Hisque non refragatur *decis. Reg. Sanfelic.* 7. *tom.* 1. quia ibi docet non sufficere quasi possessionem clericatus, ut voluit *Grammat.* (quem quoque refelluut *Pacian. in tract. cui incumb. onus prob. neg. lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 53. *Cravet. de antiq. temp. rub. solemn. extrin. ex temp. diutur. num.* 34. *Mar. ad eand. Grammat. decis.* 81. *num.* 14.) sed necesse esse titulum probatum per Bullas, Qua de re *Reg. Sanfelic.* dicta tendunt potiùs ad impugnandum probationem per possessionem, sed non per testes, nam alias, contradicerent expressè per ipsummet *Reg.* exarata *in decis.* 143. *num.* 9. in qua voluit, quod si testes ad informationem Curiæ advocati dicerent inquisitum esse Clericum, non per hoc sufficienter probatum fuisse Clericatum; ex eo quòd incidenter, & enunciativè de clericatu deposuerint Verùm si Judex interrogaret illos de causa scientiæ, illamque illi redderent, liquido constare de clericatu igitur in sententia *Reg. Sanfel.* clericatus probatur per scripturam pariterq; per testes, titulus proinde clericatus requiritur ex Rituum dispositione, sed non repugnat titulum probari posse etiam per testes.

Et hoc est, quod docuit *Anton. Capic. decis.* 77. *num.* 9. dicens Clericum, ut evadat Judicem secularem debere in primis docere de titulo clericatus, & quia dubium erat circa modum probandi, subdit, ut notatur *in cap. si Judex laicus de sent. excommun. in* 6. quasi diceret per testes, quia *in d. cap.* probatio per testes admittitur.

9 Sed quidquid fit de veritate excitatæ quæstionis, omnes tamen DD. conveniunt probari posse per testes Bullarum amissionem, *Præs. Merlin. add. cap.* 91. *à num.* 3. *Ursill. ad Affl. dec.* 274. *num.* 5. *ex Cassan. in consuet Burg. des judices rub.* 1. §. 7. *num.* 11. *Boer. decis.* 171. *Ant. Faber in C. lib.* 4. *tit.* 14. *definit.* 11. *de probat. Gidon. Pap. dec.* 474. *Covarr. pract. quæst. cap.* 33. *num.* 3. *Mascard. de probat. conclus.* 303. *Decian. adduct. cap.* 9. *nu.* 114.

114.*to.1.Farinac.in prax.crimin.titul.de inquisit. quæst.* 8. *num.*41. *Francisc. Marc. dec.* 1006. *nu.* 3. *volum.* 1. *Graff. de effect. cleric. in præl ud. nu.* 206. *&* 207. *Viv. comm. opin.* 974. *num.*2. *Sempron. Ascia determ.* 201. *Borrell. in summ. decis. tom.*1. *tit.* 7. *num.* 21. *Foller. & Reg. Tap. super hoc ritu*, ex juribus vulgaribus *in l. testium facilitatem*, §. *sin verò. C. de testibus*, *l. sicut l. in emancipatione, C. de fide instrum. l.*2. *C.de testam.* Ratioque est in promptu: non enim tam ad chartam debet attendi quam ad rei veritatem quæ cum nullis casibus, aut infortuniis obnoxia sit, charta, aut scripto pereunte, perire neutiquam potest: Contrà verò quam facile, quam non raro usu venire solet, ut scripturæ nobis, etiam maximi momenti quasque mille clavibus, mille scriniis diligentissime custodimus, depereant Quis locus adeò tutus esse aut reperiri possit, quo non ignis, non pluviæ non tineæ, non denique tempus omnium edacissimum irrumpere queat? quot Bibliothecæ nobilissimæ, quot Archivia refertissima, vel de Cælo tacta vel ingendio fortuito conflagrarunt? quot instrumenta tabulas, protocolla, inobservatum nonnunquam stillicidium corrupit? quot in civili tumultu, hostilivè impressione interire? quot etiam exiguus mus atq; hujusmodi pestes corrosere? & mirum videbitur si cui brevis chartula, per incuriam exciderit, tantique ponderis hæc culpa censebitur, ut omnem rei veritatem simul opprimat, nec remedii jam quicquam in humana fide, in auctoritate, in testibus reliquum sit? An magis levi papyro affirmanti, quàm gravissimorum testium vivæ voci credendum?

Quinimò probata amissione Bullarum, adhuc ritui satisfactum est, si quidem ipsarum tenore probato verum erit dicere clericatum in tali casu non ex testium depositionibus sed ex Bullarum lectura probari sicuti, deperdito testamento, duo testes sufficiunt ad probandum illius solemnitatẽ licet septem requirantur pro solemnitate, *Bald. in l.* 2. *Cod. de bonor. possess. secund. tabul.* quia ultima voluntas non recipit solemnitatem ex illis duobus testibus, sed tantùm ab illis declaratur solemnis, & *Bar.* magistraliter tradidit *in l.*1. *penul.col.ff. si certum pet.* quod quando testes deponunt in hac materia non probant factum, sed probant instrumentum, & instrumentum, sic probatum, probat factum.

Hinc in themate exarato à *Præs. Merlino* difficultas erat ex quo testes deponebant de visu in ordinatione, non autem de tenore Bullarum si quidem de collatione ordinis per negligentiam non fuit Bulla expedita, & intrat *Bald.* doctrina *in l. emancipatione in printip. C. de fide instrum.* dicentis, quod si scriptura actorum est deperdita, potest probari testibus, secus si nunquam fuerunt scripta.

Quin in casu deperditionis Bullarum, cessare videtur Ritus, & proinde recurrendm est ad jus commune, quo cavetur clericatum probari per possessionem, vel famam *in add. cap. si Judex laicus.*

Probari autem scripturarum amissionem solo juramento voluit *Glos. in cap. cum olim de privil.* & deducitur *ex l. si quando, C. unde vi, & in l. fin. C. de fid. instrum.* & advertit *Guid. Papa dec.* 244. ubi *Ranch. Ascia loco cit. num.* 12. concurrentibus tamen conjecturis declarat *Affl. decis.* 374. *in fin.nu.*6.*Mascard.de probat. vol.*2. *conclus.* 909. & probatione casus fortuiti addit *Gaspar. Thesaur. q. forens. lib.*2. *cap.*94. *num.*2. & quomodo deponere habeant testes de tenore scripturæ *Mascard. de probat. concl.*908 *Jas. cons.*42. *lib.*1. *Dec. cons.*82.

Redeamus nunc ad *Ritum*; Ille cum *altero* 235. Clericum documenta clericatus per procuratorem
10 præsentantem, & personaliter non comparentem, remitti non debere disponit sed non audet ultra procedere, & non dicit quod si clericus non compareat, possit M. C. procedere contra ipsum citatum ad ulteriora, & contumacem reputare; id enim minimè facere potuisset, eo quod, nec Judex laicus, nec princeps valeat legem personis Ecclesiasticis imponere, cum non sit nec esse possint de jurisdictiono laici ut tradit *Gramm. cons.*1. *post. decis. num.*26. *& voto* 18. 12. *vers. nec militat* qua authoritate motum S.C. apud *Præsid.*
11 *de Franchis decis.*329. determinavit recipiendas esse Bullas de manu Procuratoris ad impediendam forjudicationem non ex eo tantum quia foriudicatio est actus irreparabilis, sed quia exhibitis Bullis non licet Judici ad ulteriora procedere quia esset animadvertere in Clericum quod omnia jura detestantur, *cap. nullus Judicum* 11. *q.* 1. *& de Franch. decis.* insequuntur *Reg. Tap. in add. rit.*235. *Amend. ad eund. de Franch.* sed de illa mirantur *Michael Ferrer. observ.*173. *Mastrill. decis.* 143. *num.* 8. *Moderni Hispani in commentar. ad dict. rit.* 234. *num.* 281. *par.* 2. & videndi sunt *Præs. Merlin. lib.*1. *controv. forens. c.*48. *Prat. ad Muscat. in prax. par.* 2. *Glos. veniens ad num.*28.

Malè propterea *Carav.* hoc *in ritu num.* 3. re-
12 prehendit *Gramm.* tanquam hujus *ris.* immemorem, quia Ritus sermocinatur de Clerico citato non comparente, nec Bullas præsentante, quo casu indubium est posse banniri, & foriudicari *Gramm.* verò loquitur de Clerico, etsi non comparente, personaliter, Bullas tamen per Procuratorem exhibente, quo casu, Ritus non audet inquit, ultra procedere, quod si veritate niteretur *Carav.* argumentum sequeretur Bullarum productioue per excusatorem, foriudicationem non impediri quod minimè observatur. Etenim si Clericis coram Judice seculari non est licita comparitio, nec possibilis prorogatio, ex supra traditis, nunquam contumaciæ obnoxii dijudicandi erunt, quia *contumaces non videntur, nisi qui, cum obedire deberent, non obsequuntur, idest, qui ad jurisdictionem ejus, cui negant obsequi pertinent*, inquit *Hermogenianus in l. contumacia, ff. de re judicat.* nec latitare videtur qui præsens suscipere judicium non compellitur, *l. non videtur ff. de Judic.* & cum minimè obstringatur Clericus citatus à Judice seculare coram eo comparere non potest contumax, si non compareat reputari ex quo contumacia ipsa haud tenet, *Abb. in cap. si diligenti de foro compet.* cum contumacia sit delictum, *Glos. in l. si filius, ff. de*

in-

interrog. action. glos. in cap. fin. 11. q. 1. & Gl. in l. 1. ff. si quis jus dicent. non obtemperav. verbo *moram* ideòque non valet Judex sæcularis pœnam contumaciæ in Clericum infligere, *cap. 1. extr. de cleric. conjugat in 7.* etsi contumax reputetur & ex ea contumacia in banno deducta, non debet timere *Bald. in l. si quis ex consensu 3. col. vers. demum C. de Episc. audient.*

13 Hinc idem *Carav. hoc in ritu* solemniter defendit Clericum citatum, ut laicum à Judice ignorante illum esse Clericum, & contumacem reputatum, multari non posse, quàm sententiam tuetur *Guid. Papa decis. 450.* & ita conclusum refert *Grammat. voto 27.* suspenso decreto M. C. imò pignora deposita per ipsum Clericum, & aurea in manu Perceptoris, fuerunt eidem Clerico restituta de mandato M. C. & idem *Gramm.* confirmat *in voto 18. num. 15. In cons.* posito *post decis. num. 27. & in decis. 29. num. 4. & decis. 61. num. 15.* id quod probatur ex *ritu 235.* disponente esse Clerico personaliter comparenti cum documentis audientiam denegandam, non tamen esse multam solvendam dicit, quin *Gramm. in cons. civil.* 108. patrocinium præstante pro Magno Admirato, dicit se in M. C. V. obtinuisse remissionem recommendatorum ipsius Admiratie absque contumaciæ purgatione, tanquam nullæ & *Carav.* opinionem insectantur politicus *Bovad. lib. 2. cap. 19. cas. 92. num. 186.* quamplurimos DD. allegans sermocinantes circa pœnam ex contumacia incursam non autem circa expensas parti reficiendas de quibus ipse loquitur in figuratione casus, *Gratian. disceptat. forens. 190. nu. 18. ex Ignat. ad Diaz c. 62. nu. 6.*

Et *Reg. Sanfelic. dec. 237. & 277. p. 2.* decisum autumat in Clerico reputato jam contumace, ut laico, fuisse admissum excusatorem ad impediendam pœnam ducatorum decem mille contractam jam ex contumacia.

Ut propterea mandato domi injuncto Clericis D. Rodulpho Mastrillo, & D. Francisco de Januario Moccia, à D. D. Josepho Filiù Nobili Hispano, ex Equestri Ordine Calatravæ, viro interrigerrimo, singulari doctrina, admirabili religione, ac pietate, ut ex opusculis ab eo in lucem editis, satis apparet, eo temporis M.C.V. in criminalibus Judice, (post enim ad Reg. Cameræ Præsidentis munus ab Rege ipso ultro evocante gradu facto, in eo etiam nunc ita se gerit ut nihil ab se officii, nihil dignitatis desiderari permittat) ab hoc inquam Judice injuncto mandato, præfatis, ex auctoritate Excellentissimi Regni Proregis, ut sub pœna ducatorum mille ab unoquoque ipsorum Fisco Regio applicanda viginti quatuor horarum intercapedine comparere deberent in Palatio M. C. V. comparuit procurator dictorum Clericorum, & Judicis officium implorando, produxit bullas Clericatus, & beneficiorum ad contumaciæ cursum multaque ea consequentem impediendum, & recusante Regio Fisco illa de manu Procuratoris recipere personaliter comparere debere privilegium clericatus allegantes, *Ritu M. C. V. 235.* ejusque viridi observantia dictante, post longum certamen, non sine magno Fisci Patroni strepitu; Regia Juncta pro Clericis pronunciavit, verùm absque decreto, nè inposterum exemplo cæteris esset, de mense Junii 1651. pœnes Actuarium assumptum Augustinum Punzo, pro illis patrocinante D. Antonio de Gaeta, inter Principes tunc temporis advocatos rerum criminalium conspicuo; hodie verò in M. C. V. Regias defendente causas non minori diligentia, quam laude.

14 Adversus tamen prædicta multa in medium *Franc. Mar. Prat. resp. crim. 43.* tradens exceptionem declinatoriæ fori per procuratores non admitti in terminis ritûs, nec ad remorandum pœnæ multam, quicquid de jure communi Romanorum aliter reperiatur dispositum, decisionemque Rotæ M. C. ac pleraque alia ad rem peculiaria adnotat, quæ verò sit verior, & tutior opinio nostrum non est inquirere.

15 Sed num Clericus in causa civili contumax, debeat prius ad expensas parti solvendas adstringi, aliàs ipsi sit audientia deneganda, juxta commune fori adagium, quod contumax non auditur, nisi refectis expensis, *Camill. Salern. in addit. ad Napod. in proem. Consuet. pag. mihi 28. lit. A. ver. & successivè si Clericus* affirmativè respondet *ex cap. exceptionem de except.* & ibi *Felin. Bal. in l. generaliter C. de Episcop. & Cleric.* ubi idem de parte, quæ usque ad finem litis instrumenta producere distulit, verùm posteà pro illarum solutione, & coactione Ecclesiasticus Judex adiri debeat, *Gramm. voto 18. nu. 19.* cujus meminit *Carav. in hoc ritu nu. 8. & Ursill. ad Affl. dec. 2. num. 3. & 4.*

Unum tamen refert casum *Dec. in cons. 241. incip. scripsi alias*, in quo est opinionis, ut nec coram seculari, nec coram Ecclesiastico ad expensarum solutionem teneatur clericus nempè quando clericus fidem clericatus pœnes acta produxisset, & nihilominus actor ad ulteriora procedere voluit, quia tunc dolus cum dolo compensatur, cujus dictum *Camill. Salern. loco cit.* posse procedere dicit, quoad expensas factas post illius fidei in actis editionem non autem quoad illas erogatas ab Actore antequam clericus fori declinaturiam opposuisset, ex quo frustratio per Clericum facta impunita esse non debet, *arg. l. 3. §. fin. ff. de pen.*

Sed quod tàm in multa, quam in expensis nequeat Clericus per Judicem secularem condemnari, dicit expressè *Farin. q. 8. de inquis. num. 17.* adducens *Grammat. vot. 27.* non facta mentione de ipso *in voto 18.* ubi *num. 15.* multis adductis rationibus, de expensarum refectione loquitur quia sicuti principalem causam laicus decidere nequit, ita nec incidententem, *Farinac.* & alios ejusdem opinionis laudat *Gratian. addit. discep. 190. num. 18. & 19. Ann. singul. 131. Carol. de Grass. addit. tract. de effect. Cleric. effect. 1. num. 885.*

16 Illud postremò moneo ut in ejusmodi re, qua par est, circumspectione prudentia, atque integritate Judices se gerant, ut quam citissimè examinent, R us sit Clericus necnè? cumque Clericum esse illum deprehenderint, extemplo nulla interposita mora ut res postulat libentissimè remittant, & quo tempore in vinculis detinebitur, cum

cum eo benè agi, & pietatis significationem exhiberi curent; gratissimum enim Deo facient liberalissimè ipsos remuneraturo, justitiæ leges adimplebunt, & sacri Canones atque Ecclesię Jura, qua decet sanctimonia observari videbuntur. Curent prætereà Notorios Clericos, vel Monacos minimè citandos eorumque honoris cognomina, aut titulos *dominum* .f. aut *fratrem*, minimè prætereundos in citationibus, ne quid culpæ ex ejusmodi omissione patrare velint, & peccati notam sibi aliquam inurant. Malè etiam sese gerunt scribæ, cum in capiendis informationibus id scribere omittunt, quod Reus presbyter sit, ut asserunt testes, tenentur enim omnia per extensum litteris exarare, quæ à testibus afferuntur, quamvis hæc contra fiscum facere eique obesse videbuntur, juxta *Prag.9. sub tit. de Actuar. & scri. Niger. in cap. Regni si cum sceleratis num. 37. Gravat. ad vestr. lib.7. cap.2. num.44. Bajard.ad Clar. §. fin. q. 23. Guazzin. de Reor. defens. cap.2. defens. 14. Farinac. in pract. crim. q.74. num.16. Episcop. Ricc. decis. Cur. Archiep. Neap.*88. *par.4. Novar.de gravam. vassall. tom.2. gravam.*60. alioquin divinæ supremi Judicis sententiæ obnoxios sese ipsi præstabunt.

Hæc pauca de utraque Regia ac pontificia Jurisdictione, ex iis, quæ viri docti fusius scripserunt, mihi delibasse satis esto auribus (ut in ve-
[17 teri Proverbio est) Lupum tenere coacto; quandoquidem nec dimittere illa ratio Operis hujus ut Ritus interpretatio sine injuria nec tenere, hoc est stylo persequi sine summo offensę periculo, res ipsa pateretur. Neque enim me fugit quam difficile sit, ut inter hos limites tamen rectè quis progrediatur, quin pede in alterutram offendat; quamque periculosum in hoc æstuanti Jurisdictionum freto ut incidat in scyllam cupiens vitare Charybdim. Ego verò his quæstionibus, aliorum stylo, & judicio meo præstantiori libenter dimissis, ea solum tetigi, quæ certa videbantur, & plana; in quibus ità neutram partem offendere nolui, ut pro utraque devovere caput, mortemque non unam oppetere, paratissimus sim; ut optè fidelissimus, & Ecclesiæ Catholicæ filius, & Regis Catholici subditus, quorum alteri summam religionem, ac pietatem, alteri obsequiū, fidelitatem, & reverentiam, sempiternam debeo, & profiteor. Quamobrem hæc ipsa à me dicta ità accipias velim, candide Lector, ut si quid in alterutram partem non benè dictum videatur, id me volente, ac jubente omnino habeas inductum cum mei non fuerit consilii in has messes falcem meam inferre, Principibus viris, summisque Doctoribus reservatas sed Ritui tantummodo explicationem aliquatenus.

RITUS LXVI.

Clericus conjugatus non remittitur ad Judicem, Ecclesiasticum.

Item si aliquis citatus fuerit de mandato dictæ Curiæ, & ad citationem ipsam compareat in dicta Curia, allegans se esse Clericum conjugatum, & quod gaudeat propterea privilegio Clericali: hujusmodi privilegium per dictam Curiam sibi non admittatur, sed tanquam contra laicum, contra quem proceditur per Curiam memoratam.

SUMMA RERUM

1 *Ritui huic an contradicat Tex. in c. 1. de Cleric. conjug.in 6.*
Illius verba intelligenda sunt in causis criminalibus.
2 *Sanctio hujus Ritus procedat nè etiam in causis civilibus.*
Et quid nostris temporibus, vigore Concil.Triden. sess.23. c.6.
3 *Clericus conjugatus in Regno nostro potitur tantum privilegio can. Si quis suadente diabolo, & fori prærogativa in criminalibus, etiam civiliter intentatis.*
Et an contra illum ritè procedat instrumenti liquidatio in foro seculari.
4 *In Civilibus quoque quoad personalem districtionem gaudet prærogativa fori.*
5 *Clerici conjugati, ut cæteri laici, universitatum onera subeunt, functionesque fiscales, collectas, & gabellas persolvunt.*
6 *Clerici conjugati dignitatis Ecclesiasticæ sunt incapaces, & beneficio cap.Odoardus de solution. minimè fruuntur.*
7 *Clericus, qui celebravit sponsalia de futuro, dicatur nè conjugatus, itant beneficium amittat, & privilegium exemptionis à gabellis, aliisque muneribus.*
8 *Clericus conjugatus, ut privilegio Canonis, & fori fruatur, præter tonsuram, vestes, & servitium in divinis, requiritur etiam, quod non sit bigamus, & a qua specie bigamiæ procul esse debeat.*
9 *Bigamus nùm sit, quia uxorem cognoverit adulteram, etiam reddendo debitum, Judice mandante.*
Et nùm Clericus ità bigamus supradictis spolietur privilegiis.
10 *Pro delictis tempore Clericatus patratis, cujus judicis Jurisdictionem subibit tempore quo Clericus unicam duxerit & virginem.*
11 *Ad forum legitimandum inspiciendum nè sit tempus delicti.*
12 *Pro delicto commisso à Clerico, dum Clericus erat, & antequam nuptias celebraret, an Ecclesiasticus tantum sumat pœnam, latè inquiritur.*
13 *Delicta patrata a laico, effecto deinde Clerico*
Eccle-

Ecclesiasticus cognoscit , & cur?

14 *Pro contractibus, & obligationibus, antè Clericatum initis , num Judicium subeat ejusdem Ecclesiastici.*

Et quid in obstricto vigore instrumenti guarentigiati, tempore quo erat laicus.

15 *Fidejussio de Judicio sisti præstita à laico an extinguatur,illo effecto Clerico.*

Et an obliligatus penès acta M.C. si effectus sit clericus , remittendus sit, quo ad personam detinendus vero quo ad bona.

16 *Obligatio , ut exequatur , licet libellus non requiratur, nec partis citatio , requiritur tamèn creditoris contra debitorem ipsius obligationis incusatio.*

17 *Laicus certo tempore relegatus, si clericatum assumpserit, & deindè fines relegationis non servaverit , pro hoc delicto noviter patrato, debeat nè ab Ecclesiastico multari.*

18 *Uxor clerici conjugati sori gaudet privilegio, viro tamen vivo secus illo mortuo.*

19 *Clericis orientales gaudeant nè privilegiis clericorum conjugatorum.*

20 *Equites Militiæ S.Jacobi de Spada Alcantara, & Calatrava an gaudeant immunitatibus vectigalium, aliarum , que impositionum , uti milites S.Joannis Hierosolymitani.*

Adducitur determinatio Collateralis Consilii.

1 HUjusce Ritus sanctioni contradicit *text. in cap. de cleric. conjug. in* 6. quidquid aliqui concordare conentur , quorum dicta esse divinationes meritò *Prosper Caravita hoc in Ritu* advertit tametsi illud *Nigrè* , reprobato *Carav.* amplectatur *Petr. Foller. in cap. Regis Roberti Justitiaries num.*1.*sub tit. de episcop. & cleric.* clara namque sunt tergiversationemque haud admittunt verba *Ritus* , quin intelligenda sint in causis criminalibus , dum dicunt , *ad citationem ipsam compareant in ipsa curia* , quæ criminalis judicii vocationem prorsus indicant , *l. pen. §. ad finem ff. de pub. Jud.* & consentiunt tradita a *Capicio, & Avo meo ibidem decis.*5. nec non declaratio *Carav. in ritu* 235. *in princip.* quam ipse ad alium finem perpendit in hoc *rit.* teste eodem *Avo meo ad Grammat. decis.* 10. *sub num.* 1. *ver. secundum est* qui miratur *Carav.* versatum in Provinciis Principatus citra , & Basilicatæ , dixisse in Regno minimè clericos conjugatos adesse , quando pluribus in locis , & potissimum in illis perplures inveniuntur. Juris canonici dispositionem confirmavit , *Trid. Synod. in cap. nullus* 23. *session. de refor.* nec non jura Regni amp exata sunt, idque deducitur ex *cap. Regni non exigit*, quod est 248. *sub rubr. de cler. conjug. & pragmat. Regis Ferdin. nuper ad Majestatem* , quæ tametsi sub determinato numero minimè a *Gramm. decis.* 10. adducatur , & à *Carav.* registrata dicatur sub *tit. de vectigal.* inter tamen noviter impressas est *prag.* 1. *de cler. seu diacon salvat* cujus meminit *Muscatell.* videndus *in prax. par.* 2. *glos. intimato in add. lit. D.* quin , & omnium gentium mos , atque ita decisum memorat *Gramm. indic. dec.* 10. *Foller. in prax. crim. rubr. audiantur. excusatores num.* 165. *Episcop. Ricc. in prax. eccles. decis.* 292. *num.* 1. præceteris *Carav.* adducens , & *collectan. decis.* 308. *de Graff. de effect. cleric. effect.* 1. *à num.* 79. *ad* 88. *Reg. Rovit. in d. prag.* 1. *in princip.*

2 Verùm id procedat nè in civilibus negant *Marian cap.* 1. *prope finem de foro compet. Germon. de sacror. immun. lib.* 3. *cap.* 15. *à num.* 46. & fusiùs *Covar. prac. qq. lib.* 1. *q.* 5. *num.* 4 *Ansal. de jurisd. lib.* 2. *tit.* 11. *cap.* 8. *num.* 46. & 39. & alii innumeri laudati à *Dom. Consil. Rocco respons. legal. lib.* 2. *resp.* 58. *à num.* 1. memore *Avi meī add. loco , & Caravit. rit.* 166. Annuunt tamen *Lapus alleg.* 41. sibi contrarius *alleg.* 118. de quo miratur *Danz. tom.* 1. *de pagn. DD. cap. un. c. de cleric. conjug. num.* 8. *Mandos. in additi. ad Lap.* 1. *Specul. in rub. de compet. judic. edit. §.* 1. *num.* 4. necnon *Borrell. ad Belluc. in specul. princip. rub.* 11. *§. videamus* , & alii mille , quos memorat, commendatque *Cevaglior q.* 593. idque summota omni prorsùs contradictione certissimum esse his nostris temporibus vigore dispositionis conciliaris in *add. sess.* 23. asseverat *Carol. de Graff. indic. effect.* 1. *sub num.* 83. credens illius *textus* verbis sopitam esse quæstionem antea existentem inter DD. quorum insuper communiori sententia tunc etiam probari ostendit , *Joan. Garsia de Hispan. nobil glos.* 9. *nu.* 50. nec non *Duard. in comment. ad bull. cœn. cap.* 15. *q.* 4. *num.* 14. *concl.* 3. *Ricc. decis.* 170. *num.* 1. *part.* 3. & *decis.* 320. *num.* 5. *par.* 4. *Squillant. de privil. cleric. cap.* 7. *num.* 27. *P. Diana resol. moral. part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 59. Verum certum est in Regno potiori illum privilegiis dumtaxat *can. si quis suadente diabolo* , & fori
3 prærogativa in criminalibus , etiam civiliter intentatis , firmat *Avus meus* ad sæpiùs memor. *Grammat. decis.* 10. *num.* 4. *Lap. & Reg. Rovit.* authoritate frerus , quin objurgat *Borrell. loco cit.* contrariam opinionem in Regno practicari attestantem , ut præterea nec contra illum haud instrumenti liquidatio , ut pote criminalitatem sapiens , ritè , recteque procedat , respondet *Ricc. decis. alleg.* 170. *par.* 3. *Novar. quæst. forens.* 79. *num.* 7. & *in dicta pragm.* 1. *num.* 12. necnon *singular.* 73. *Mari ad Gramm. decis.* 10. *num.* 3. *Reg. de Mariu. lib.* 1. *quotidian. resolut. cap.* 58. *num.* 15. *Capiblanc. pragm.* 8. *par.* 3. *num.* 58. *de Baron. in* 1. *impress.* quibus contradicit *Consil. Rocc. memor. respons.* 58. potissimum *num.* 5. & 15. authoritate *Capiblanc. in cit. pragm.* 8. *num.* 52. *noviss. impres.* innixius , necnon *Campag.* circumscripta tamen exequutione personali , annuentis & *Reg. Sanfel. decis.* 230. *tom.* 2. cujus meminit
4 *Thor. in supplem. compend. verb. clericus conjugatus* in civilibus quoque quoad personalem districtionem *Episcop. Campan. in diver. jur. can. tit.* 11. *cap.* 12. *num.* 16. ampliat , & determinasse, *Sacr. Congr. regul. die* 13. *Febr.* 1610. & 10. *ejusdem Februarii mensis anni* 1618. *ex Barbos. in collect. ac Concil. Tridentin. cap.* 6. *sect.* 23. *cit. num.* 49. *de format.* meminit *Reg. de Marin. d. c.* 58. *num.* 13. videas *Danz. add. cap. unic. de cler. conjug. nu.* 12. declarationem Collateralis Consilii subnectentem.

5 Hinc uti cæteri laici Universitatum onera subeunt , functiones fiscales collectas , & gabel-

las perfoluunt , Guid. Papa decif.384. Auus meus
loco citato , num.2. de Marin. refol. 58. Graff. eff.
3. num.44. Rocc. loco cit. num. 8. Ricc.p. 3. refo-
lut. add.166. poft alios tradens , exceptis dumta-
xat duobus memoratis privilegiis , in cæteris pro
merè laicus haberi , quidquid contrarium affeve-
veret impius ille vir Gafpar Clok de contribut. c.
12.à num.9. qui fub colore ampliandi clericorum
exemptionem , multa contra illorum cælibatum
blafphemavit , Dignitatis Ecclefiafticæ funt in-
6 capaces , Ricc. decif.29. par.2. Borrel. in fumm.
decif. tom. 1. tit. 8. num. 29. Ciarlin. controver.
forenf. lib.1. cap. 53. num. 40. & beneficio c. Ode-
ardus , de folut. minimè fruuntur, Avil. in proam.
prætor à num.20. Guttier. de juram. confirm. par.
1. cap. 17. num. 11. Ricc. pract. refolut. 292. &
decif. 174. num. 4. par. 4. Donad. de renunc.
cap. 46. num. 49. tom. 1. an vero beneficia af-
fequi valeant , inquirunt Vivian. in prax. jur.
par. lib.6. cap.1. num. 8. & 9. Ricc. in prax refol.
118. tom.3.
7 Sed qui clericus celebravit fponfalia de futu-
ro , dicatur ne clericus conjugatus, itaut amittat
beneficium aut privilegium exemptionis à gabel-
lis aliifque muneribus , ficuti , & Clerici conju-
gati extricat multaque cumulat Guttier in tract.
de fponfal. cad. 97. num. 1. tum Sancitum , tum
8 alios DD. commemorans , Præcipuum verò , ut
clericus conjugatus potiatur illis duobus privi-
legiis , præter tonfuram , veftes , & fervitium in
divinis neceffaria requifita , tefte Rovit. fuper di-
cta pragmat.1.num.2. necnon Ambrof.de immun.
Ecclef. cap.122. num. 9. ex Trident. quoque dif-
pos & Bonifacii Pontificis Maximi IX. diplom. in-
cip. Clerici , qui cum unicis , numeratur illud in
add. c. ne fit bigamus, aliis laudatis recenfent ex
noftratibus Roc. refponf. 58. à num. 9. necnon
Francif. Maria Prat. lib.1. difcept. forenf. cap.35.
à num.11. & ante ipfos Reg. Sanfelic. decif.13. &
14. tom.1. practicabilia fubnectens , inveftigan-
dum eft , à qua fpecie bigamiæ procul effe debet,
& confequutivè cum bigamus fit , qui cognovit
9 uxorem adulteram , etiam fi debitum reddidit, ut
Judici mandati pareret juxta cafum quem retulit
Epifcop. Campanil. in cit. diverf. rub. 11. cap. 6.
num. 8. an tunc ita bigamus dicatur , ut etiam
illis fpolietur privilegiis ? & reperimus decifum
in Cappell. Tholof.decif.64. non amittere deindeq;
Ricc.adinvenimus infequentem eandem refolutio-
nem in collect. 1864.p.5. & ante ipfum firmaverat
Clar.in §.fi.q.35.n.10.& Cappel.Thol.meminit Auus
10 meus ad Gram.cit.n.5. quiq;quoruplex bigamia
fit , latè adnectit , necnon infinuat dictus Reg. de
Marin. libr. 1. quotidian. cap. 38. At pro delictis
patratis tempore clericatus , cujus Judicis jurifdi-
ctionem fubibit tempore , quo uxorem unicam, &
virginem duxerit , idque altero ex duobus modis
quia contingere poteft , vel ducendo uxorem di-
miffo clericatu , fcilicet habitu , & tonfura , vel
perdurando in clericatu , & quidem hoc fecundo
cafu citra omnem difficultatem Ecclefiaftici Judi-
cis fuftinebit punitionem , quia etiam fi tunc pa-
traret , pœna mulctaretur à Judice Ecclefiaftico,
& juxtà præcalendatos canones , & Doctores , &
miror de Carav.qui de hoc num.9. dubitaverit,nifi
dicamus ipfum , cæterofq; loqui in clerico biga-
mo , ut explicat Borrell. in fum. dec. tit.43. num.
72. infequiturq; Didac.de Mari ad Gram. dec. 10.
num.7. & advertit Confil. Carleval. de judic.tom.1.
lib.1. tit.1. difput.2.qu.7. fect.3. num.924.verf.ne-
que quidquam , tradens Sacrum Confilium in fa-
migerata illa determinatione à Gram. loc. cit. re-
cenfita innixum haud fuiffe ad remictendum cle-
ricum futili Baldi doctrinæ in l. affinitatis 7. nu.
11 4. in fin. C. comm. de fucceff. infpiciendum fcili-
cet effe tempus delicti ad forum legitimandum,
fed quia fori privilegium adhuc perdurabat in cle-
rico cum virgine uxorato . In priori verò tametfi
videatur anceps idem Caravit. fub eodem num. 9.
in alio fenfu intellectus , nihilominus Ecclefiafti-
cus tantum fumat ab illo pœnam pro crimine
12 commiffo , dum erat clericus , & antequam nu-
ptias celebraret , docent Bal. & ad eum Addent.
in d.l.affinitatis in fin. Hippol. de Marfil. fing. 480.
in fin. Grammat. dec. 10. fubnectens decifum fu-
iffe per Confilium Neap.atque iterum decifum at-
teftatur de Franch. decif. 417. Cafar. Polimanus n.
4. evidentiufq; verf. item dicebatur , fub num.6.
affentiturq; Alexan. generatim loquens conf.8. in
fin. lib. 1. ibidemq; Nat. Grammat. dec. memor,
Bajard. ad Clar. q.36. num.46. Alvar. Valafc conf.
48. num.2. Reg. Valenz. conf.4. num.21. Gratian.
difcept. forenf. cap.226. num. 2. Epifcop. Gennenf.
in fua prax. cap.8. Bovadill. in polit. lib.2. cap. 17.
num.34. Capiblanc. pragmat.8. num.53. de Baron.
Gallup. in prax. Sac. Confil. par.2. cap.6. num.42.
Giurb. conf. 15. num. 17. Thor. in compen. decif.
part.1. verbo clericus dimiffe , Reg. Tap.lib.1 Jur.
Reg. fub tit. de Epifcop. & cleric. fuper hoc ritu,
Reg. Capyc. Latr. dec.45. libr.1. Caravit adducens
13 num.32. reftringens in caufa civili, quorum fen-
tentiæ acerrimus eft contradictor Confil. Carleval.
loco proxime add. collaudans Caravit. ponderatio-
nem hoc in ritu num.9. & 10. At Carav. fenfum
dari hoc cafu præventionem inter Judicem Eccle-
14 fiafticum , & fecularem , adeò quod primò præ-
veniens , cognofcat, improbant Gratian, add.cap.
226. num.13. Borgnin. Cavalcan. dec.10. num.28.
in fine lib.5. Giurb. memor. conf.15.num.36.Ricc.
dec.596. num.6. necnon Confil. Paul. Staiban.cen-
tur. 2. refolut. forenf. 199. à num. 30. Infequitur
verò Reg. Sanfelic. decif. 218. à num. 8. lib. 2. &
juxtà illum decifum de menfe Novembris 1627.
per Magnam Curiam Delegatam fubdit num.11.
& Caravit. tueri videtur Auus meus ad Gramm.
dec. 10. à num. 10. Delicta verò patrata à laico
effecto deindè clerico , citra dubium Ecclefiafti-
cus Judex cognofcet , & prorsùs à feculari jurif-
dictione liberatur ille , atque eximitur , Plaz.lib.
1. delict. cap.35. num.5. Caball. refolut. crim. caf.
108. num. 1. & caf. 147. num. 5. Scacc. de judic.
cap.12. num.26. Cancer. 2. var. capit. 10. num. 5.
Giurb. alios laudans cit. conf. crim. 15. num. 32.
rationemque difcriminis inter unum , alterumq;
cafum reddit memoratus Confil. Staiban. num. 37.
& ante ipfum dixerant Gratian. dicto cap. 226. ex
num.20. & num.40. Giurb. conf.15. num.31. Ricc.
ad dec. de Franch. 656. quos obiurgat Carleval.
15 cit. num.920. quin & pro contractibus , & obli-
gationibus initis ante clericatum ejufdem Eccle-
fiaftici judicium fubire voluerunt Jacob. Butrig.
in l. quifquis , C. de Epifcop. & clericis , Federic.
de fen.

de fen. conf. 97. *Alex. in l.cum quadam puella nu.* 3. *ff. de jurisd. omnium Judic.* & alii relati à Doctore *Martha* (nobis per licentiam Pontificiam permisso) authore damnati *tractatus de jurisdic. par.*4. *cent.* 2. *cas.* 121, *num.* 5. *de Grass. de effect. clericat. effect.* 1. *num.* 1250. autumans hoc quoque in obstricto vigore instrumenti guarentigiati, tempore quo erat laicus, multis fretus authoritatibus, & practicari in Regno Siciliæ subnectens, prout in hoc Regno tradit adducta *Prax. Curiæ Archiep. Neap.* apud *Januens. cap.* 16. *num.* 2. & determinatum recenset *Dom. Reg. Donatus Ant. de Marinis lib.*1. *quotid. resolut. cap.*189.*vol.* 3. contra ea, quæ ipsemet scripserat, & consuluerat *Fab.de Anu. cons.*140. *num.*1. & de fidejussore obligato coram Judice laico, effecto postea clerico, loquitur *Marta loc. cit. cas.* 105. *num.* 5. resolvens fidejussionem de judicio sisti præstitam à laico extingui, illo effecto clerico, authoritate
16 *Cardin. Zabarell. in clem.* 1. *q.* 9. *de censib.* quo casu conveniendum esse coram Ecclesiastico, rectius sentit *de Grass. num.* 10008. *&* 10009. post *Balb. dec.*168. *& Surd. cons.*396. *num.*20. *lib.*3.id quod explanat *Genuens. in prax. capit.* 5. *num.* 3. quibus minimè refragatur, quæ in contrarium judicavit M.C. in laico obligato penès acta illius Tribunalis, remisso quo ad districtionem personalem, quo verò ad bona retento; quasi quod ex obligatione esset præventa causa, & non persona, cujus meminit *Vinc. de Franch. dec.*656. *num.*1.ex doctrina *Mar. Soccin. in cap. proposuisti col. pen. vers.& adverte quicquid dixi, de foro compet.* sufficientis authoritate *dec. Rotæ* 552. data obligatione penès acta, vel instrumentaria vim rei judicatæ habente], inductam esse præventionem, idem namque *Præs. de Franch.* formans præfatam *decis.* 656. de eadem causa per M. C. judicata, denuò appellationis remedio in S. C. discussa, quamvis minimè decisa, videtur indicare ipsum, & supremum Senatum non inclinasse decreto M. C. & contrariæ aleæ fuisse sectatores, cum dicat illi judicationi difficultatem obstare; ut enim obligatio
17 exequatur, tametsi libellus non exquiratur, nec partis citatio, requiritur tamen creditoris contra debitorem illius incusatio postquam solutionis cesserit dies, ut relaxari postmodum valeant literæ exequutoriales, teste *Affl. dec.* 3. *num.* 1. *& in Constit. edictorum num.* 33. necnon nostro *Carav. rit.*128. *num.*2.*&* 3. cumque igitur præcedere debeat obligationis incusatio, necnon citatio pro instrumenti liquidatione, juxta *rit.*166. illæ nullo pacto fieri tunc permittuntur penès laicorum Tribunal contra Clericum, ut advertit individualitèr *Carleval à num.*913. & determinatum in S.C. recenset *Præs. Merlin. centur.*2. *controv. forens. cap* 66. id quod apertè suadet alia decisio ejusdem *de Franch decis.*395. comprobata à *Reg. Tapia*, cæterisquè quos laudat *Squillant. de privil. cleric. cap.* 7. *num.*107. quod si laicus certi temporis intersti-
18 tio relegatus, clericatum assumpserit, deindè fines relegationis non servaverit, de hoc delicto noviter patrato debeat ab Ecclesiastico multari, meminit *Thor. p.* 1. *compend. dec. verbo Relegatus*, & contra decretum M. C. à *Franch.* recensitum calamum arripuit *Episc. Ricc. in annot. ad eand.de Franch. decis.*656. conciniùntquè exarata à Mar-

chione Torelli, *Reg. Capyc. Latro add. dec.*45.*nu.* 31. *lib.*1.
19 Uxor autem ipsius Clerici conjugati fori quoque gaudet privilegio, quæ & mariti conditionem, & forum sectatur, *l. cum quadam puella*, *ff. de jurisd. omn. Judic. Glos. in cap. clericum el.*1.11. *q.* 1. *Gemin. in cap.*1. *§.fin. de cleric. conjugat. lib.*6. *Franc. Milan. dec.* 10. *num.* 9. *lib.* 1. *Ricc. collect.* 2140. *par.*6. quibus contradicit *Avendan. in cap. prætorum de exequend. mandat. cap.* 22. *num.* 7. ea quippè ratione quam insinuat *R.Tap. in præsenti ritu lib.*1. *jur. Regn.* superiùs *indicat.* dubitans de illius effato, & tandem cogitandum relinquit, Primum verò opinionem insequuntur, viro tamen vivo, secus illo mortuo *Jo: Aloys. de Leo in l.*1.*nu.* 17. *&* 18. *Cod. de Episc. & Cleric. Villani in tract. de extens. privil. num.* 66. *de Grass. effect.* 1. *num.*
20 185. *de Franch. decis.* 363. & in alio casu hoc dubium in vidua extricant *Milan. dec.*10.*num.*8. *&* 9. *& D. Reg. de Marin. lib.*2. *quotid. resol.cap.* 250. In Clericis verò orientalibus, si quæratur, gaudeant nè privilegiis clericorum conjugatorum, adeas *Costam* explicantem *in sing. verb. Clerici non possunt*, *vers. sed quid in Clericis*, nam fretus doctrina *Bal. cons.* 33 *lib.* 3. negat gaudere. *Tuscus* autem *in concl.* 595. *lit. C.* ubi totam ferè de Clericis conjugatis extricat tractationem aliter legit, intelligitque præcitatum *Bal. consil. & Carol. de Grass. eod. effect.* 1. *num.* 82. gaudere dicit, tametsi Ecclesiæ non inserviant fretus verbis *de Curte in divers. feudal. par.*2. *cap.*2.*num.*90. & de oblatis Ecclesiarum, & Monasteriorum loquuntur *Capyc. in investit. feud. verbo Oblati ex capit. Regni privilegia*, *Gramm. cons.civil.*102. *Episcop. Marant. controv. jur. par.*4. *respons.* 6. & de Clericis Hierosolymitanis sermocinantur *Aegyd. Thomat. de collec. ver. si quispiam in hac classe pag.* 269. *Reg. Valenz. cons.* 95. *num.* 53. *lib.* 1. quique de Jesuitis meminit *cons.*81. *num.* 5. & de Cappellanis Sacræ Religionis S. Joannis Hierosolymitani, affabrè pertractat idem *Episcop. Marant. ead. par.*4. *resp.*80. quin inter Ecclesiasticos connumerantur *Ricc. dec.*321. *par.*3. *Cutelli de donat.prim. tract. discurs.*2. *par.*3. *num.* 10. *Carleval de Judic. disput.*12. *q.*6. *sect.*3. *num.* 473. *Thor. in compend. decis. Car. Archiepisc. tom.* 3. *sect.* 2. *verb. Milites Hierosolimitani*. Incapaces sunt feudorum, *Ann. sing.*207. *Præs. Ursin. de success. feud. par.*1.*quæst.* 9. *art.*4.*n.*2.
21 An verò Equites militiæ Sancti Jacobi de Spada, Alcantaræ, & Calatravæ gaudeant immunitatibus vectigalium, aliarumque impositionum uti memorati Sancti Joannis, in dubium revocaverunt Decuriones, sivè electi hujus inclytæ Civitatis, ut præterea ipsis Equitibus instantibus, Collaterale Consilium, referente *Reg. Didaco Lopez Suarez* sub die 22. mensis Martii 1627. decrevit supradictis Equitibus concedendam immunitatem declarandam, audita Civitate, ipsaque tandem audita sub die 30. Junii 1628. *eod. Reg. relatore*, declaravit, quod gaudeant immunitate, prout gaudent Equites Sancti Joannis Hierosolymitani, votantibus eodem Causæ Commiss. necnon Regentibus Tapia, & Enriquez, penès Hieronimum de Amico Regium Scribam a mandatis, quorum decretorum copia authentica edita est in

actis litis vertentis in S. C. inter D. Antonium, & D. Beatricem Moles, *fol.* 156. in Banca de Fusco.

RITUS LXVII.

Clericus caeteriq; privilegiati possunt reconveniri in eadem Curia.

ITem quod si clericus in majoribus, vel minoribus ordinibus constitutus, vel alius privilegiatus, ut pupillus, vel vidua eligat forum ipsius Curiae: agendo contra aliquem in ipsa Curia, compellatur per modum reconventionis, in eadem Curia adversario respondere.

SUMMA RERUM.

1 *Clericalis ordo, ac status plurimi fuit apud Reges, ac Imperatores ipsos.*
2 *Nihil ad Regnorum felicitatem aptius, nihilq; ad Reipub. bonum, quam clericalem ordinem honore prosequi, & omnibus eximere oneribus.*
3 *Regina Joanna jussit, ut clerici fori electionem haberent.*
Alcibiades olim se apud Areopagum sistere renuit, & quare.
4 *Privilegium hujusmodi electionis fori, & pupillis, & viduis etiam impertiri voluit Regina.*
5 *Meritò Jure Ritus sanxit posse illos à Reo in eadem Curia reconveniri.*
6 *Reconventio tunc subsistit, cum actio fuerit prius intentata, & parti notificata.*
7 *Nec libellus praejudicat antequam fuerit Adversarius citatus.*
8 *Ante citationem licet libellanti, non solum emendare libellum, sed prorsus mutare, & à Judicio desistere.*
Causa, & processus verè incipit per citationem.
9 *Reconventio post citationem tantùm proponi potest & non antea.*
10 *Judicium tribus constat personis, Judice scilicet Actore, & Reo.*
Et quisnam sit Reus.
11 *Reconventionis ea est virtus, ut ejus intuitu Judex fiat, qui alioquin esse nequiret.*
12 *Coram laico, clericus reconveniri an possit.*
Quid jure Regni.
13 *Ecclesiasticus ad removendam molestiam comparere potest coram laico absque quod reconveniri coram illo liceat.*
Exempla molestiae recensentur, si colonus, scilicet, vel emphyteuta clerici molestia afficeretur.
14 *Si litis renunciaret clericus, an, & quando validè posset reconveniri, inquiritur.*
15 *Ecclesiasticus coram laico reconveniri in quibus casibus prohibetur.*
In Summariis, & in executivis, ac tandem in possessorio possit nè Ecclesiasticus coram laico reconveniri.
16 *In criminalibus valeat nè accusator civiliter reconveniri.*
Supersedendum nè sit in causa civili, adveniente criminali.
Nec jure communi nec Regni, accusator in causa criminali, civiliter reconveniri potest.
Et an coram alio, & competente, possit accusatus principaliter agere.
Et num adveniente criminali sit in causa civili supersedendum.
17 *Reconventio possitnè fieri coram Arbitris.*
Coram Judice prorogato vel delegato.
18 *Tempus reconventionis proponendae remissivè. Tutius tamen est fieri ante litis contestationem, ut pari passu utraque lis terminetur.*
19 *Tutor clericus conventus tutorio nomine coram Judice Ecclesiastico, possitnè proprio, & principali nomine coram eodem Judice Actorem reconvenire.*
Et an clericus alieno nomine agens coram Judice laico reconveniatur proprio suo nomine, coram eodem.
20 *Clericus haeres, si primo instet in Sacro Consilio condemnari creditores ad recipiendum, insolutum bona haereditaria, conventus deindè ab aliquo ex creditoribus, valeat petere, causam remitti ad Judicem Ecclesiasticum.*
21 *Solemnes determinationes S. C. adducuntur in articulo, an creditores possint cogi ab haerede cum b. l. & I. ad recipiendum bona haereditaria in solutum, non reperto justo illorum emptore.*
Quidvè fuerit decisum in feudi adjudicatione ostenditur.
22 *Clericus si litem habuit coram eodem Judice ad salarium praestandum, num fori declinatoriam opponere possit.*
23 *Reus contra actorem pro alia causa experiri intendens, tenetur coram eodem Judice reconvenire, atque constringi ad id potest.*

QUanti fuerit apud Reges, atque Imperatores ipsos clericalis ordo, ac status nemo est, qui ignoret. Quemlibet, vel citra mediocrita-
1 tem jureperitium non praeterit, quot leges illi faveant, quot Caesarum statuta defendant, quotque etiam textus canonicè adscripti ejusdem dignitatem promoveant, decebat enim ut jura Regum id potissimùm intenderent, ministros scilicet Dei à plebe secernere, & privilegiis digniores efficere, cum nihil ad Regnorum felicitatem
2 nihil ad Republicae bonum sit optius, quam clericalem ordinem honore prosequi, & omnibus eximere oneribus; eum clericali statui favetur suae Principes tunc cum maximè consulunt utilitati; sexcenta mihi hac in re suppeterent historiae exempla, quae nè longior sim, quam par est, libens omitto. Quae cum ità sese habere cognove-
3 rit, nondum satis laudata Regnatrix Joanna, ut Regni hujusce commodis provideret, hoc privilegio clericos affici jussit, ut scilicet fori electionem haberent. Quod quale sit, quantique faciendum quisque agnoscit, qui enim fori electionem habet, unius Curiae legibus ac statutis non subjacet, unius Judicis sententiae non addicitur. Quanta hinc electori commoditas, utilitas, atque animi voluptas insurgit. Si Reo forum mutare liceat appellationibus, hoc est misero solatium peri-

periclitanti ſubſidium, quanto favorabilius exiſti-
mabitur nondum adjudicata cauſa, quod iubet
forum adire, in quo vel Judicis integritatem, vel
magiſtratus lenitatem; aut denique in expedien-
dis litibus facilitatem ſummam, & celeritatem
inveniet? Renuit olim Alcibiades apud Areo-
pagum ſe ſiſtere, ut crimine quo accuſatus fuerat
ſeſe expiaret, & miranti cuidam, quod civibus
ſuis, à quibus judicandus erat, ipſe non fideret
reſpondit cum capite periclitamur, nec Patriæ,
nec parenti fides habenda, ut hinc intelligere-
mus, quanti facienda ſit hæc facultas, quæ fori
electionem cōcedit, ut ubi ſecurius res ſuas agere
poſſit quis, libenter pertractet, ſed non indiget
majori probatione res ſatis manifeſta hoc addam,
4 quod ejuſmodi privilegium pupillis, & viduis
etiam impertiri voluit Regina, ut in utriuſq; ipſius
pietas clarius eluceſceret.

Verum cujus in agendo obſervant arbitrium,
eum habere contra ſe Judicem dedignari minimè
debent, ut propterea meritò jure Ritus Sanxe-
rit poſſe à Reo in eadem Curia illos reconveniri.
Reconventio verò, quia dicitur reſpectu conven-
5 tionis, ideò ubi non eſt conventio, non poteſt
eſſe reconventio; quæ ſunt aperta verba *Soccini
in rub. de mut. petit. art. 1. ſub num.* 1. ut autem
quis dicatur conventus, & facta conventio opor-
tet, quod petitio fuerit legitimè per exequuto-
rem intimata Reo, ex *text.* notabili *in l. ſicut,
verſ. nec ſufficiat, C. de preſcript. 30. vel 40. annor.*
& probat *Affl. in conſtit. conſuetudinem* ubi poſt
illa verba *per conventionem legitimam*, declarat
num. 14. & inquit *ſi facta fuit legitimè citatio
per executorem in qua citatione erat inſertus libel-
lus conventionalis* ac propterea non mirum, ſi
text. in hac materia conventionali loquens *in cap.*
6 1. *de mut. petition.* ſupponit tunc ſubſiſtere re-
conventionem, cum actio fuit prius intentata,
& parti notificata. Præterea eſt etiam deciſum
in jure, nullam adeſſe pendentiam, & exiſten-
tiam litis, ubi à Judice non emanaſſet citatio, &
ad partem citandam non perveniſſet *in clem. 2.
ut lite pend.* latè *Surd. deciſ. 5. num. 3. & add. 1.
ad Affl. deciſ.* 294. quin nè libellus præjudicet an-
tequam fuerit citatus Adverſarius eo quod eſt
7 adhuc in fieri, & demonſtratiuus tantum futuræ
litis dicit *Bal. in l. edita* per illum *text. C. de edend.*
ibique *Dec. num. 9. & Soccin. conſ.* 41. *ſub nu.*
14. *vol.* 1. adjungens licere propterea libellanti
ante citationem non ſolum emendare libellum,
8 ſed prorſus mutare, & à judicio deſiſtere per *Rub.
& Nigrum, C. ut nemo invitus*, & affirmat *Bar.
in d. l. edita*, quin, & illo producto Actuario,
ab eoque deſcripta in illo præſentatio, cum ap-
poſitione diei poſſit actor inſtare, ut ſibi reſtitua-
tur teneaturque Actuarius reſtituere, defendit
Muſcatell. in prax. civili par. 2. Gloſ. 1. à num. 6.
quæ pretereà ſubſiſtant etiam in reſcripto, quo
propterea Reus uti nequeat, niſi poſt citationem
dicit *Hoſtienſ. Butr. & alii in cap. ex conqueſtione
de reſtit. ſpoliat.* ubi *Abb. ſub num.* 10. teſtatur
communem eſſe opinionem & *Magon. deciſ. Flo-
rent. 90. num.* 9. eamque aliorum authoritatibus,
atque etiam deciſionibus comprobat *Mareſcot. va-
riar. reſ. lib. 1. cap. 20. num.* 10. ſupplicatio enim
non porrigitur, ut Adverſarius coram Præſide

aut Principe cui datur, conveniatur, ſed ut Judex
delegetur, juxta *Gloſ. 1. & ſingularem in l. li-
bertus, ff. de in jus vocan.* Accedit quod cauſa, ſi-
vè proceſſus vera incipit per citationem, *§. fin.*
& ibidem *Aretin. in 1. notab. inſtit. de pœn. temer.
litig. & Carav. rit. 299. num.* 2. Itidem præven-
tio nonniſi citatione inducitur, teſte *Carav. ritu*
205. *num.* 16. non autem ſola libelli præſentatio-
ne, ut ille addit ſuper *ritu* 189. *num.* 2. ubi mul-
ta huic rei faventia congerit; demumque recon-
9 ventionem tantùm poſt citationem proponi poſ-
ſe, & non antea in terminis probat *Marant. p. 6.
in 4. membror. & Muſcatell. par. 3. Gloſ. Actorem
ſub num.* 18. & actor eſt *Specul. in tit. de reconvent.
§. 4. ſub num.* 2. & cæteris clarius *Viſconti in
addit. ad dec. de Franch. 596. Rodul. Schrader. in
5. Miſcell. c. 4. n. 6. Dom. Reg. Marcian. to. 2. diſput.
forenſ. 73. num.* 17. ratioque ſuppetit, quia recon-
ventio non permittitur, ubi Judicium non exiſtit
*Bal. in cap. 1. num. 6. de controverſ. inter pares ter-
min. & And. Siculus in rub. de mut. petit. verſ.
& unum pondera ſub nu.* 6. ſed judicium tribus
conſtat perſonis, Judice, ſcilicet actore, & Reo er-
10 go non eſt Judicium, ubi deficit Reus. Reus au-
tem cum ſit, qui pulſatus eſt ſcilicet, citatus itaque
nullus Reus, & conſequenter non adeſt judicium,
illudque cum non adſit in materia *Capitulorum
Regni*, illis intentatis, non detur reconventio,
reſpondent *Franch. deciſ. 193. Ann. ſingul.* 432.
*Muſcatell. in prax. civil. par. 3 Gloſ. Actorem nu.
13. Tartagl. in praxi Magnæ Curiæ civil. cap. 2. n.
48. Ricc. collect. 112. Avus meus ad Capyc. dec. 8.
num. 3. in fin. Praſ. Merlin. controverſ. forenſ. cen-
tur. 2. cap. 24. num. 12. Franc. Mar. Prat. pract.
obſerv. 57. n.* 43.

11 Iſthæc autem reconventionis faciendæ coram
Judice conventionis non tantum ſubſiſtit, ut poſ-
ſet Judex eſſe citra reconventionem, at inſuper,
ſi aliter, neque eſt, neque eſſe poſſet, etenim re-
conventionis ea eſt virtus, ut ejus intuitu fiat
Judex, qui alioqui eſſe nequiret, *l. ſi idem, §.
quod ſi mutua, ff. de juriſd. omn. judic.* aliaque
poſt jura, & Doctores, *Covaglios opinion. commun.
quæſt. 716. num. 5. Jo: Baptiſta Schuartez in ſuo
proceſſ. judic. lib. 1. cap. 6. num. 48. Ant. Fab. in
Cod. tit. de Judic. defin.* 39. nimirùm igitur ſi co-
ram Judice feudalium mutua petitione ſit vocan-
dus adhuc pro re allodiali, Doctorum magis com-
munis annuet ſententia, tametſi incompetens
alioqui eſſet, *Roſental. de feud. cap. 12. concl. 5. n.
33. & 64. Myſing. obſerv. 10. & obſerv. 90. centur.
1. & Gayll. obſerv. 1. num. 57. lib.* 1. Itidem coram
Conſervatoribus, quamvis habentibus de Jure
etiam conciliari Juriſdictionem, teſte *Skroza.* (aliis
præteritis) *in tract. de offic. Vicar. lib. 2. q.* 27. de-
mùmque coram mercatorum Conſulibus, *Benven.
Stracc. trac. de mercat. tit. quomodò in cauſ. mer-
cat. procedatur 1. particul. ult. part. princip. num.*
12 21. quin, & coram laico clericus, *Carocc. in tract.
de except. excep. 22. q. 5. num. 6. Carav. hoc ritu n.*
3. ibidemque *Cavenſ. num. 1. Urſin. de reconvent.
cap. 29. Carol. de Graſſ. de effect. cleric. effect. 1. num.*
747. memor *Carav.* & rationum ab eo adductarum,
*de Franch. dec. 193. in fin. Urſill. ad Afflict. deciſ.
173. Marant. in ſpec. par. 4. diſt. 6. num. 53. Mu-
ſcatel. lib. 1. par. 2. Gl. intimato num. 35. & par. 3.*

Gl.

Gl. ni&orem, *Squillante de privileg. cleric. cap. 7. num.61. Joseph. Ludovic. conclus.38. vers. infertur, Episcop. Ricc. in collect. 2287. sup. hoc rit. par. 6. Visconti in conclus. jur.* hujusce *ritus* memor *verbo reconveniri potest, fol.*245.& explanant *Thesaur. qq. forens. lib.1. q. 98. Hugo Celsus cons. 46. num. 4. Thor. par.1. compend. decis. verbo Clericus an possit, & in supplem. verbo remissio causæ reconventionis*, & alii, quos memorat *Donadeo lib. 1. de renunciat. cap.*125. *num.* 91. *Larrea decis. Granat.4. num.*11. à qua conclusione recedunt multi relati *ab eod. de Graff. num.* 747. *Reg. Marciano add. disp. 73. num.*6. tradentes reconventionem, quæ jurisdictionis prorogationem operatur, solùm tollere Judicis incompetentiam, non autem incapacitatem. Loci tamèn consuetudinem in hoc attendi alii voluerunt, & proindè stante hujusce *rit.* sanctione non esse de hoc amplius ambigendum in Regno, tradunt *Capyc. decis.*18. *Viv. dec.*49. *Gallupp. in praxi S.C. par.2. cap.14.n. 6. Reg. Marcian. memor. disput. 73. sub num. 7. Apicell. alleg.*4. dummodò non provocatus à laico, quandoquidem ad hunc effectum censura excommunicationis devincendus est, *cap. relatum*, §.
13 *fin. de jur. patronat.* & Ecclesiasticus ad removendam molestiam comparere posset coram laico, absque quod reconveniri coram illo liceat, ut omnium est sententia, præsertim *Angeli, & Baldi in auth. & consequenter, C. de sentent. & interlocution. omn. Judic. Specul. in tit. de reconvent. §. 1. vers. quid si laicus, Abb. in cap. dilectus de arbitr. Soccin. in cap.1. art.5. num.28. de mut. petit. Glos. penult. in eod. §. fin. de jur. patron. & prima in cap. 1. 3. q. 8. Alex. Trentacinq. var. resol. vol. 1. lib. 2. tit. de mutuis petit. resol. 1. sub num.* 33. Exempla verò molestiæ, duo inter alia recenset *Jo. Baptist. Costa in tract. de remed. subsid. remed.* 120. *à n.*25. quorum postremùm *num.* 27. scribit, si colonus, vel emphyteuta afficeretur molestia.
14 Quod si liti renunciaret idem Clericus, tempus attendi monemus, si namq; reconventionem subsequeretur renunciatio, vana illa esset, scilicet, causativè, idest, si in causa sua conventionali judicium prosequi vellet, prout ad mente *Gulielm. de Bened.* concludit *de Franch. dec.*193. *num.* 15. collaudatque *citat. Costa eod. remed.*120. *num.*23. *Carpan. ad stat. Mediol. par.1. cap.44. num.95. Nicolaus Carbon. in pract. lib. 3. cap. 4. num.* 10. & *Carav.* laudato *Donad. add. cap. 25. num. 98. Rodulf. Schrader. in miscell. cap. 4. num. 6.* Si verò antecederet, adiungit *Costa*, posteriorem prorsus excludere reconventionem, utpotè causa reducta ad non causam; sic namquè interpretandam esse opinatur, *Afflict. dec.173. ex ead. dec. de Franch. num.12. & 13.* alteraque *dec.349. nu: 3. Marant. distinct.9. num.55. Menoch. de arbitr. Judic. q.44. num.5. Viv. dec.128. num. 4. de Graff. num.* 748. *Caravit.* adducens, *Camill. Borrell. in summ. dec. tit. 7. num. 108. Squillant. add. cap. 7. num. 66. Marcian. loco cit. num.*8. firmans in illa thesi, clericum, antequam per actum positivum reconveniatur, posse à conventione recedere, etiam in Judiciis duplicibus, puta, familiæ erciscundæ, communi dividundo, pro socio, & similibus, idem *Trentacinq. vers. hac conclusio sub num.* 33. ubi addit casus aliquot, in quibus Ecclesiasticus re-
15 conveniri prohibetur coram laico; generatim verò, cum loquimur, in quibus casibus interdicatur reconventio, idem *Costa* edocet, paucos quosdam referibendo. *Arnon. in pract. Judiciar. cap. 35. cum tribus sequens.* decem & octo *Soccin.* recenset *in reg.* quæ incip. *reconventio actoris pagin.* 758. *Jac. Novell. in reg.* quæ incip. *reconventio an locum habeat*, alios verò plures ipse *Trentacinq. à num.*11. distinctione utens, vel quari in civilibus, vel in criminalibus. In civilibus dubitari posse affirmat, quid dicendum in summariis, quid in exequutivis, quid tandem in possessorio, nosque pro exequutivis, ut adversus instrumentum guarentigiatum adducimus *decis. Cartharii Genuens.* 2. & negantem, necnon *Tiber. Decian. resp. 98. vol.2. de Graff. num.* 671. multa addentem, cæterosq; laudatos à *Consil. Carleval. tom.2. de Judic. lib.1. tit.2. disp. 7. num.* 9. quique nonnullas adducit restrictiones, memorque extat *Carav.* hoc *in rit. num.*7. & sermocinantur *Præs. Merlin.* istò *controv. forens. centur.2. cap. 24. Jo. Baptist. Thor. in supplement. compend. decis. d. verbo Remissio causæ reconventionis pag.541. Jo. Laganar. ad Rovit. sup. rubr. de instrum. liquid. lit. D.*, ac idem *Alex. Trentacinq. à num.*38. in criminalibus qua-
16 tuor subdistinguit casus, quibus ille quidem inferitur, si vigente Judicio criminali accusator valeat reconveniri civiliter, ut dubitare liceat, quomodo id evenire possit, civili quæstione intermissa, sæpè fit, ut prius de crimine judicetur, quod utpotè majus meritò minori præfertur; ex *tex. in l. fin. C. de ordin. judic.* cujus verbis suffulti DD. omnes ajunt supersedendum esse in civili, adveniente causa criminali, & laxioribus habenis tutatur adiiciendo explicationes mille, *Farinacc. q. 100. cap. 2. à num.* 58. & jure meritò communem esse sententiam, testatum reliquit *Clar. q. 92. sub num. 4.* & explicat abundè *Carleval. add. tractat. integra disp. 6. Franc. Mar. Prat. respons. crimin. 14. Mari ad Gramm. dec.60. num.6.* & longè magis existente criminali videatur, non intentanda civilis. Huic tamen quæsitui satisfaciemus luculentèr, si in primis fateamur haud permitti reconventionem in eo casu, tùm jure communi perspecto, tùm Regni, teste eodem *Trentacinq. num.* 39. anteaq; *Marant. par.4. dist.6. num.66. Carpan. ad stat. Mediolan. cap.44. num.119. lib.1. Gregor. Sair. in Clavi Regia lib.12. cap.7. num.9. de Graff. num.* 763. scilicèt coram eodem Judice causæ criminalis, coram alio verò, & competente principaliter agere non vetabitur, non obstante tradita regula prædictæ *l. fin. & DD.* omnium tantùm supersederi in definiendo demandantis, non in procedendo, teste *Capyc. decis. 25. sub num.* 1. ut propterea agere similiter non impediatur, & prosequi.
17 Reconventionem verò fieri haud posse coram arbitris, deducitur ex *cap. cum dilectus extr. de arbitr.* explicat *Isern. in cap.1. num.3. de controv. feud. apud pares termin.* ubi reprehendit quoque *Glos. in auth. & consequenter, vers. eundem Judicens*, subnectentem procedere reconventionem de re criminali, *& cap. cum dilectus*, dispositionem amplexantur *Muscatel. lib. 1. par. 2. Gl. intimato num.5. Jodoc. in prax. civil. cap.141. num.7. de Graff. effect.1. num.779. Amend. ad Franch. dec.* 193.

193. *num.* 12. *Myſing. obſerv.* 90. *num.* 3. *Ricc. colleſt.* 1159. *Ann. ſing.* 426. *Roman. ſing.* 150. & reſtringit *de Graſſ. num.* 780. in arbitris eligendis ex diſpoſitione ſtatuti, inſequitur *Squillant. num.* 68. *Donad. add. cap.* 25. *num.* 118. nec coram Judice prorogato, *Roman. ſing.* 150. benè tamen coram Judice delegato, *cap.* 1. *de mut. petit. Gerard. Mazzol. conſ.* 89. *n.* 98. *Roman. ſing.* 150. *de Graſſ. num.* 751. *Squillante num.* 62. *Laganar. cit. loco*, indiſtinctè firmans, quamvis *Carav. in hoc ritu n.* 5. diſtinguat inter delegatum impetratum ab actore, & impetratum ab utroque actore, ſcilicèt, & Reo, quod in Curia Romana non obſervari, tradit *Rot. in dec.* 2. *de mut. petit.* incip. *ſi quis impetrat in antiq.* nec illam dari in cauſa appellationis, advertunt *Amend. ad Franch. dec.* 376. *num.* 3. *Ricc. collect.* 112. *&* 2287. *Maſtrill. deciſ.* 136. *Ann. ſingul.* 430. in cauſa depoſiti, *Muſcat. num.* 26. *Jodoc. num.* 13. *Squillant. num.* 71. *de Graſſ. num.* 720. in locis memoratis, alios perſtringentes caſus à *Carav. num.* 16. 17. 18. *&* 19. *recenſitos*. Tempus autem proponendæ reconven-
18 tionis, enarrant *DD.* diverſimodè apud *Carlev. indic. diſp.* 7. *num.* 5. *Muſcat. Marant. Ricc.* cæteriq; adducti. Tutius tamen erit fieri ante litis conteſtationem, vel paulò poſt, ut pari paſſu, ſimultaneo proceſſu, ac unica ſententia utraque lis terminetur, *Franch.* ibidemque *Amend. deciſ.* 376. *num.* 5. *&* 6. *Giurb. dec. Sicil.* 74. *num.* 3. *Marta voto* 152. *num.* 2. *Fuſc. ſing.* 8. *lit. R. Avus minus ad Capyc. dec.* 48. *num.* 3. *de Graſſ. num.* 762. Illam verò fieri poſſe uſque ad concluſum in cauſa, imò uſque ad ſententiam, non ad finem, ut pari paſſu procedatur, ſed ut teneatur actor reconventus ſtare juri coram illo Judice, quem elegit, deciſum in actore Clerico, refert *Thor. in compend. deciſ. par.* 3. *verbo Reconventio*, cujus meminit *Reg. de Marinis in obſerv. ad deciſ.* 413. *Reg. Revert. tom.* 2. *Carav. in hoc ritu* adducens *num.* 2. & lepidè caſus diſtinguendo, explanat *Praſ. Merlin. centur.* 2. *controverſ. forenſ. cap.* 23. examinata *memor. Praſ. de Franch. deciſ.* 376.

Prædictis omnibus adnectere conſuimus duas perbreves in frequenti dubio concluſiones. Alteram, de qua interrogati fuimus; Cum quidam
19 Clericus tutor conventus tutorio nomine coram Judice Eccleſiaſtico volebat mutua petitione apud eundem Judicem agere proprio, & principali nomine contra actorem, qui eundem uti tutorem impetiverat. Nos enim non contenti genericis regulis, & rationibus, perquirere ſemper curavimus doctrinas individuales; Idq; in hac etiam dubitatione facere non omiſimus, tandemq; adinvenimus *Soccinum* negantem *in rub. de mutuis petitionib. ſub num.* 27. *&* 38. *art.* 5. Non ſecus, ac in contrario caſu, cum alieno nomine agens reconvenitur proprio ſuo nomine, authoritate *Franciſci Leonis in theſaur. fori Eccleſiaſt. par.* 3. *cap.* 38 *ſub num.* 77. concludit *Coſta in tract. de remed. ſubſidiar. remed.* 120. *num.* 30. & tradunt *Alex. de Nevo in cap. at ſi clerici n.* 39. *verſ. quartus eſt caſus de jud. Hieronym. Pappon. conſ.* 58. *n.* 51. *&* 52. *lib.* 1.

20 Altera quæſtio evenit annis decurſis in cauſa hæredum Sancti de Santis Baronis terræ Aquævivæ meorum vaſſallorum; Hi enim inſteterunt in S.C. condemnari eorum creditores ad recipiendum bona hæreditaria inſolutum, non reperto juſto emptore, & citatis creditoribus omnibus certis, atque incertis per proclama, unus ex eis petiit dictos hæredes cogi ad ſibi ſolvendum aliquas ſummas à dicto Sancto vigore contractus debitas, & alter ex dictis hæredibus Clericus cauſam remitti ad Eccleſiaſticum, exclamavit, eo prætextu eſſe illud novum judicium, altiori indagine indigens, & quod tantùm convenerat creditores liquida, ac indubitata habentes credita, tandem à fori declinatoria fuit excluſus tanquam actor voluntarius vi oblationis factæ in S. C. dationis inſolutum, aliiſque ex cauſis in terminis indicatis à *D. Præſ. Merlino centur.* 2. *controv. forenſ. cap.* 66. *num.* 12. Verùm præterire non audeo ſollemnem determinationem in famigerata illa theſi principaliè S. C. manatam, ſiquidem pro hæredi-
21 bus adverſus creditores calamum arripui, fretus, atque innixus auctoritatibus *Pauli de Caſtro in l. fin. §. etſi præfatam num.* 5. *C. de jur. deliber. Angel. in l.* 1. *§. hac ſtipulatio, ff. ad l. falcid. Surd. deciſ.* 318. ibidemque *D. Conſil. Hodierna* deciſum atteſtantis, *Jacob. Cancer. variar. reſol. cap.* 2. *de invent. par.* 3. *num.* 139. *Gratian. diſcept. forenſ. tom.* 1. *cap.* 116. *num.* 14. *Joſeph. Seſſe dec. Senat. Arag.* 83. *num.* 12. *Reg. Galeota controv. jur. lib.* 2. *controv.* 5. *num.* 12. *Conſil. Paſchal. de virib. patr. poteſt. par.* 2. *cap.* 9. qui, & aliorum Juriſconſultorum reſponſa ſubnectit, ſcripſitque in eademmet cauſa, in qua contrarium firmavit *Reg. Rovit. in conſ.* 18. quod eſt idem, ac *conſ.* 78. 1. *vol.* quem inſequitur *Reg. Sanfelic. dec.* 111. *par.* 1. quæ eſt eadem, ac *altera* 268. 2. *vol.* (ſicque fatale hujuſce articuli videtur duplicatio conſultorum, ac deciſionum) idemque *Paſchalis*, qui curator patrimonii Comitis de Loreto extitit, atteſtatur *num.* 80. articulum in illa cauſa minimè deciſum fuiſſe, ex quo inventi fuerunt emptores, & tandem adduxit *deciſ.* 7. *conſil. Grazarelli* exornatam à *Laurent. Urſell. tom.* 2. *conc. legal.* 92. *& Reg. Capyc. Latr. tom.* 2. *deciſ.* 192. *num.* 19 *&* 20. necnon *Novar. de dation. in ſolut. ſect.* 3. *num.* 4. *in poſtrema editione*. Quin, & ſuſtinui Terram Aquævivæ, quæ non poterat dividi adjudicandam totam creditori majoris pecuniæ, cum onere deducto ejus credito, depoſitandi extimationem majoris valoris ex *And. in cap.* 1. *num.* 2. *de duob. fratr. de no. benef. inveſt.* laudato à *Paſchal. add. loco nu.* 101. quibus addimus *Roſental. de feud. par.* 1. *c.* 6. *concl.* 76. *num.* 15. *Jacob. de Beluiſ. in d. cap.* 1. ibidemque *Jacob. Alvar. num.* 1. *Luc. de Penn. in l. in qualibet Cod. de metat. & epidemat. lib.* 12. *num.* 5. *& Matth. Berlicch. deciſ.* 306. *num.* 4. *par.* 2. concinnatque *text. in l.* 1. *ff. de privil. credit. in l. cum plures in fin. ff. de reb. author. judic. poſſid. & in l. ſi is qui* 79. *§. quadam, ff. ad l. falcid.* & die 16. Januarii 1651. prodiit ſcitum S.C. referente *Marchione Oliveto Domino Conſiliario Marco Antonio Cioffi*, quod bona tam burgenſatica, quàm feudalia, adjudicentur illis de Sardo, pro concurrenti ſumma eis debita ad eorundem electionem pro pretio declarando per S. C. cum onere ſolvendi cæteris creditoribus patrimonii Sancti de Sanctis ad rationem ſimiliter declarandam per idem S. C. votantibus DD. ſpectabili

Re-

Regenti D. Bernardo Zufia Præside Dignissimo, & Consiliariis Carolo Brancaccio, Antonio Capiblanco, & Spectabili Domino Regenti D. Felice Ulloa tunc Consiliario, quæque decisio liquet ex *process. d. patrimonii 2. vol. pag.* 320. *at.* pœnes Julium de Vennitto Actorum Magistrum & de Mercati Secretarium; In contrarium patrocinante Domino Hortensio Pepi deindè Consiliario, & meo Socero: Quin, & in illa causa filiorum, & hæredum Julii de Luca, cujus memor est *Præs. Merli. memor. cap.*66. *nu.* 12. *cent.* 2. idem fuit per S. C. determinatus articulus dationis in solutum bonorum hæreditariorum, juxta appretium, referente eodem *Præsid. Merlino tunc Consiliario*, sub die 9. Julii 1639. ut videre est in actis creditorum quodnam Julii de Luca in Banca de Avitabile nunc de Amico, & registro sententiarum S. C. anni prædicti 1639. fol. 75. pœnès eundem Secretarium, cujus meminit *Thor. par.*3. *compendio verbo creditor*. Contrarias verò decisiones referunt idem *Thor. in supplement.compend.verb.Hæres cum h. l. & l. Reg. Joan. Franc. Marcian. to.*2. *disput.*81. *Donad. de renunciat. c.* 36. *à nu.*16.

Sed pulcra est indagatio, nùm Clericus, qui
22 uti actor coram Judice laico litem habuit, possit ab ejus advocato, vel Procuratore pro constituto salario coram eodem Judice convenire, negativè resoluit *Dominus Regens de Marinis lib.* 2. *quotid. resolut. cap.* 52. explosa *decis.*176. *lib.*2. *Hierony. Leo.*

23 Cæterùm meminisse oportet, non solum posse quem reconveniri coram eodem Judice coram quo alium impetiverat; verum debere conveniri, si casus eveniat, & coram alio Judice conveniri ab eodem convento non posse adeò quod, si alium adeat Judicem instare valeat ipse qui actor prius fuit, nunc verò Reus, & petere remitti causam ad Judicem in prima deputatum, quod non omnes perpendunt nimirùm si coram diversis Judicibus lites compelluntur prosequi, & tamen jura sunt aperta *in auth. & consequenter, C. de sent. & interlocut. omn. judic. & cap.dispendia de rescript. in* 6. preterquam in executivis insinuat *Flam. Carth. dec. Genuens.*2.

RITUS LXVIII.

Magna Curia non procedit ex mero officio, vel ad denunciationem, ubicunq; fieret aliqua percussio cum aliquo instrumento nocivo, non ferreo.

Item servat ipsa Curia non procedere ad denunciationem, nec ex mero officio, de percussione illata cum aliquo instrumento nocivo, sicut esset planella pedis corrigia à luta, & similia: secus si cum bastone, vel simili; quia tunc proceditur juxta capitulum Regni; sed fuit quæsitum tempore meo, de quodam fatuo Judice, qui percussit quemdam cum libro tabulato, quem honoris causa, non nomino. Sed tunc fuit dictum quod supersederetur, & quod dicti est de percussionibus supra idem intelligas de insultu secus est in Curia magistri Justitiarii, in qua proceditur per eum in omni crimine.

SUMMA RERUM.

1 *Quàm noxia terrarum Orbi extiterit armorum inventio ostenditur.*
2 *Tubalchaim primus arma invenisse fertur.*
3 *Quamvis pro vita tutamine permissa fuerint aliquando arma, nihilominus ad majora discrimina vitanda, plurimas delinquentibus cum eis pœnas statuerunt leges, & pragmatica.*
4 *Mortis pœnam an incurrat, qui nocendi studio scoppittis usus fuit, etsi nihil mali evenerit.*
Memorantur pragm. edita ab Excell. Duce de Arcos, & Comite Ognatti sub diebus 28. *Maii* 1647. *&* 15. *mensis Novembris* 1650.
5 *Armorum appellatione quæ veniant, an lapides, & fustes, cultelli ad panem incidendum, aut aptandos calamos.*
Nùm arma ruralia, ferramenta, dentes, & ungues, ensis, pugio, pallotta, & planella pedis.
Abusus quidam Juvenum in Ecclesiarum januis reprehenditur.
6 *Qua pœna multatur percutiens cum armis non aptis ad nocendum, cum pomo ensis, cum pede, baculo, & alapa.*
De expilante barbam manibus, vel alio instrumento, remissivè.
7 *Insultus cum Armis, si contra aliquem factus fuerit; vulneribus non sequutis, an ex officio sit procedendum.*
Vis publica etiam per unum hominem armatum committitur.
Pœna insultus quænam sit, & hodie est arbitraria.
8 *Arma portantes, præter alias pœnas, illis spoliantur, etiam Clerici.*
9 *Ut autem quis incidat in pœnam statutam contra deferentes arma, oporteatne, ut sit repertus cum armis, an satis sit, ea gessisse, inquiritur.*
Standumnè sit ministrorum assertioni, quod aliquem repererint cum armis.
10 *Valeantnè Barones armorum delationem vassallis interdicere.*
Talem prohibitionem facere sit jurisdictionis civilisne, vel criminalis.
Licentiam illa deferendi quis concedere possit, remissivè, & in hac Civitate.
Illa debeat esse expressa, & in scriptis, an verbo, vel tacita sufficiat.
11 *Casus plures, in quibus licet cuiquam incedere armato, recensentur.*
Potissimùm illi, qui è Civitate egreditur, & agrorum custodibus.
Advocatis, medicis, fœminis, & servis officialium, an sit licita armorum delatio.
12 *Delinquens cum armis prohibitis multari nè debeat utraque pœna, gestationis, scilicet, armorum, & delicti.*
13 *Habens licentiam deferendi arma, non valet illa deferre coram potestate.*
Sacrum Consilium ingredi cum armis non licet, nec titulatis. An autem R.C. M.C.V. & Collaterale Consil. 14 *Epi-*

14 *Epiſcopi an valeant tenere familiam armatam.*

15 *Denanciatio quotuplex ſit, & à quibus facienda.*

1 QUàm noxia terrarum Orbi extiterit armorum inventio, nemo eſt, qui in dubium vocet, quæ ex ipſis experti ſint homines damna, quæ ſubjerint pericula, ad utramque paginam conſcriptæ hiſtoriæ ſatis, apertèque teſtantur; Vidimus, quæ fuit noſtri omnium calamitas, ferro dirutas Urbes, armiſque Provincias, & Regna vaſtari. Novimus quoque altiſſimas familiarum arbores ferro exciſas, & nobilium coronariam laurum enſibus obtruncatam. Tubalchaim primus arma in-
2 veniſſe fertur, teſtibus *Gulielm. de Bened. in repet. cap. Raynutius, verbo Mortuo itaque teſtatore nu.* 16. *Foller. in pragm. de ictu ſcoppitti num.* 16. *Danz. tom.* 2. *de pugn. DD. tit. de homicid. num.* 1. & 3. & *tom* 3. *tit. de arm. cap.* 1. *num.* 1. *ex cap.* 4. *Sacræ Geneſeos*; Avitæ feritatis hæres, Caim, ſcilicet, Nepos, à quo primùm homicidia in Orbem invecta ſunt, hæredis ſui ingenio funeſtius confovenda, & malæ artis opifici veluti in ſegetem uberrimè diſſeminanda.

Quamvis verò pro vitæ tutamine permiſſa
3 fuerint aliquando arma, *Borrell. de magiſtrat. lib.* 3. *cap.* 17. *Novar. tom.* 1. *de gravam. vaſſall. gravamin.* 323. *num.* 6. *de Angel. in l. unic. num.* 1. *C. de Juſtin. C. confirm.* nihilominus, ut majora, quæ ex ipſis evenire facilè poſſent, diſcrimina vitarentur, plurimas, eaſque graviſſimas pœnas ſtatuerunt leges adverſus eos, qui arma gerere deprehenſi fuiſſent. Ac de hujuſmodi re Proreges noſtri pluriès nova decreta, & pragmaticas inſtituere regiſtratas *ſub tit. de arm. in* 1. & 2. *volu. prag.*

Quamobrem D. Raimundus de Cardona, juſ-
4 ſit eum naturalis mortis pœnam incurrere, qui nocendi ſtudio ſcopictis, arcabuſiis, vulgo dictis, & baliſtis, uteretur, etſi nihil mali; nec vulneris quidquam è ſclopis eveniret, nimirum propter atrocitatem delicti, affectus deductus ad actum proximum pro effectu conſumato punitur ut advertunt *Gramm. deciſ.* 36. *num.* 12. & *Conſil. Gizzarell. deciſ.* 25. in terminis *pragmat.* cujus ſanctionem etiam ſervari in Regno Siciliæ, teſtatur *Maſtrill. deciſ.* 155. & in Luſitania, *Gram. deciſ. illius Senatus* 170. *Ricc. collect.* 1367. *Caball. reſ. crim. caſ.* 88. advertens illam non procedere, ſi in actu defenſionis fuerit ictus emiſſus, confirmat *de Angel. ad Foller. tit. recipian. defenſion. num.* 16. & *in fragm. num.* 277. ex *Franc. Marc. dec.* 776. *par.* 1. & licèt *Reg. Rovit. in comment. pag.* 1. *de ictu ſcoppictæ*, dicat illam non obſervari idipſum anno 1614. ex *pragmat.* 3. *eod. tit. de icta ſcopic.* confirmatum fuiſſe idem Author affirmat, & enarrat *Thor. p.* 2. *compend. verbo Pragmatica de ictu ſcoppicti pag.* 472. cujus meminit *Franc. Mar. Prat. ad Muſcatell. add. loco Ictu ſcoppicti, archibuſii, & baliſtæ, verſ. Et licet.* Quæque non otioſam excitat quæſtionem, num exonerans archibuſium contra eum, cum quo fuit facta pax cum pœna in fidejuſſione contenta de non offendendo, quem tamen non percuſſit, nec tetigit perſonam, commiſiſſe dicatur ſtipulationem, illamque pleniùs examinat *pract. obſerv.* 61. multa verò ad intellectum *prag. mem.* 1. & 3. ſcribit *Conſil. Campana reſolat. ſelect. ad mater. forindicat. reſol.* 1.

Dux Arcos die 28. Maii 1647. hoc etiam ampliavit, juſſitque præſentes, auxiliatores, qui in criminibus interfuiſſent, quæ fiſtulis, ſclopuliſque; vel aliis iſtius generis verè igneis tormentis patrata eſſent, eundem ſubire capitis pœnam.

Et Comes Ognatti pragmatica ſua die 15. menſis Novembris 1650. conſcripta, conſtitutiones, edicta pragmaticaſque a Prædeceſſoribus ſuis de armorum geſtatione, uſu, detentione, eorumdemque molimine aureorum pœnam adverſus igneis armis delinquentes impoſitam à præſentibus quoque atque ab auxiliatoribus exigi mandavit.

Itidem delicta omnia, quæ iſtiuſmodi armis patrarentur M.C. V. delegavit tradiditque agnoſcenda, quod altera *prag.* ſub die 27. Martii 1638. diſpoſitum fuit, ad cui intellectum nonnulla tradit *Reg. Sanfelic. deciſ.* 261. *tom.* 2. & pro armorum geſtamine in hac Urbe ſuburbiis, & pagis, ſclopos tres citra palmos oblongos cum ferreis rotulis, & duplici ſclopetario forcipe inſtructos prohibuit, quin etiam manubrium, quo ferrea fiſtula continetur ſclopos quatuor circiter palmos oblongos altero tantum ignario chalybe ad explodendum fabrefactos prohibuit.

Præcepit etiam intus habitationes ferreas geſtari fiſtulas, ſed inermes adempto ignario, incomptis rotulis ac nullo nitrati pulveris, ac glandum temperamento quod collimat jure communi, *Bertaz. conſ.* 74. *num.* 12. *lib.* 1. *Danz. to.* 1. *de pugn.*
5 *DD. cap.* 3. *de remiſſ. cauſar. num.* 3. Armorum appellatione quæ veniant de jure communi, docent *text. in l. armorum, ff. de verbor. ſignif. in l. armatos, ff. ad l. Juliam de vi public. in §. armorum inſtit. de interdic. Gloſ. in d. l. armorum ff. de verbor. ſignific. Scaglion. in pragm.* 1. *à nu.* 98. *ſub tit. de duello, Ventrigl. in prax. rer. notab. annot.* 43. *§. unico num.* 12. *Farinac. conſ.* 45. & *in addit. conſ.* 169. *lib.* 2. & *q.* 108. *num.* 87. *Franc. Marc. deciſ.* 251. *num.* 2. *par.* 2. In Regno noſtro Neapolitano aliud ſtatuit conſtitutio *Intentionis noſtræ*, & præſertim non venire lapides & fuſtes, notant ſcribentes *in ead. conſt.* & *Jo: Anton. de Nigr. in cap. Regni, qui cum Ronca num.* 4. quin ex univerſali conſuetudine in generali bannimento non venire ſaxa, atque cultellos, firmant *Clar. q.* 82. *verſ. ſtatutum* 6. *nu.* 4. *Anton. Sola ad decret. Subaud. tit.* 10. *de Capit. Juſtit. Gloſ.* 1, & propterea ſub his non comprehendi cultellos ad panem incidendum, aut aptandos calamos, dixerat *Gloſ. antepenult. in Auth. de armis* quam ſingularem comendant *Jo: de Anan. in cap. lator ſub. num.* 1. *de homicid. Felin. in cap. ita quorundam ſub num.* 2. *de Judæis, Angel. in l. ſi pignora, §. furem, ff. de furtis*, quos refert *Epiſcop. Campan. in diverſ. jur. canon. rub.* 4. *ſub num.* 22. *Paul. Merend. conſ.* 9. *num.* 16. *par.* 1. Judicis arbitrio remittit *Menoch. de arbitr. caſ.* 394. *num.* 77. & diſtinguit *Giurba conſ. crim.* 73. nec arma ruraria, & ferramenta exercitii, *Novar. de Gravam. vaſſall. to.* 2. *gravam.* 61. nec illorum

appellatione venire dentes, & uugues, dixere *Caball. resolut. crimin. cas. 63. num. 19. & 20. Marta in compilat. decis. tom. 2. verbo Arma, 4. 5. Laurent. Ursell. tom. 2. conclus. legal. 143. sub num. 21. Novar. in rubr. de arm. à num. 1. Danz. cap. 1. tom. 3. sub num. 1.* sed an ensis, & pugio *Caball. cas. 288. num. 36. Arnon. epit. 34. Bovadill. lib. 1. politic. cap. 13. num. 60.* an pallotta plumbea, *Arnon. epit. 46.* & planella pedia, Abusus grandis inolevit in tota italia, ut diebus quibusdam solemnibus consueverint juvenes morari, vel in Januis Ecclesiarum, vel propè fontem aquæ benedictæ, ut venientes mulieres aspicerent, verbaque acrea proferrent. Evenit in quadam Civitate, ut quidam ausus fuerit eodem tempore quo matrona quædam integerrima in aqua digitos intingebat, fronte signandi causa manum suam extenderet, ejusdemque matronæ manum tangeret, quod sagax mulier prospiciens non fortuito factum inclinata ad pedes planellam accipiens cum illa juvenia caput lethaliter percussit, & nullam pœnam, sed magnam laudem mulier consequta est.

6 Qua verò pœna multetur percutiens cum armis non aptis ad nocendum, inquirunt *Clar. §. homicidium, Caball. tract. de homni genere homic. num. 233.* & quid habens ensem, vel pugionem & non percussit cum puncta, sed tantum cum pomo *Peguera decis. 14. Danza ad Gramm. decis. 17. num. 22.* & de percussione cum pede facta erga mulierem prægnantem loquitur idem *Caball. cit. loco num. 234. Cavalcan. par. 4. num. 167. de Bracch. Regio Gramm. voto 23.* sermocinans de muliere, quæ percussit in capite cum baculo ancillam, quam credebat esse pregnantem ex viro ex qua percussione mortua ancilla est. Et percussione cum baculo sermo est apud eundem *Grammat. decis. par. 1. verbo percutiens, Paschal. Carav.* laudans *de virib. patr. potest. par. 1. cap. 10. num. 62. Carrer. in prax. crim. tit. de homicid. cap. undecimo excusat ur num. 22. Carrab. in tract. de Syndic. par. 2. sub num. 49. & sing. 187.* & in personam Clerici, *Thesaur.* ipsius *Grammat.* memor *decis. 224.* Quamvis verò levem esse injuriam percussionem cum baculo, seù cum manu vacua factam, dicant *Grammat. ead. decis. 17. Viv. decis. 46.* quorum meminit *Avus mens ad eundem Grammat. decis. 98. sub num. 2. verbo contrarium, Balb. decis. 21. Lapus allegat. 76.* quem refert idem *Avus mens ad Capyc. decis. 161. num. 2.* illa tamen graviorem, & magis ignominiosam, quàm si fuissent vulnera illata voluere *Farinac. quæst. 104. Castill. decis. Sicil. 171. num. 23. Ricc. decis. 249. part. 2. Petr. Bell. de re mil. par. 19. tit. 2. num. 39. Mari ad Grammat.* decisum tradens *decis. 17. num. 5.* graviusque delictum est alapa, seù palma, quam pugno percutere, nam ea offensus videtur pueriliter tractari, *Campag. in cap. 149. num. 13. de injur. Thor. par. 1. compend. verbo alapa, Garon. var. resolut. verbo Injuria, num. 24. Tasson. versic. 7. observat. 3. sub num. 72. tract. de antefat.* de expilante barbam manibus, vel alio instrumento, *Viv. add. decis. 46. Grammat. in mem. decis. 17. & vot. 15. Roman. singul. 169. Arnon. dialog. 61. Prat. respons. crim. 39. num. 2. Navar. de gravamin. vassall. tom. 2. gravamin. 116.* tradens vassallos regularitèr gravari si ipsius, uti reis, tondatur barba ad finem laciendi à testibus recognitionem, sed an barba sit membrum, & sub statuto de abscindente membrum comprehendatur; *Cassan. in consuetud. Burgen. rubr. 1. §. 5. num. 3. Bajard. ad Clar. quæst. 69. num. 3.*

Insultus verò quilibet cum armis factus, etiam
7 si percussio non fuerit sequuta, ob solam armorum delationem quamvis jure communi pœna *l. Jul. de vi publica*, puniatur, ut *Viv.* post alios advertit *decis. 161.* non tamen de jure Regni, nisi percussio sequuta sit, ex *Const. Justitiarij nomen* & ibi *Petr. de Montefort. Reg. Rovit. in pragmat. 2. num. 13. de abolit.* Verùm non est necessaria coactio, sed coadjuvatio hominum armatorum ad inducendam vim publicam, quia unus solus cum armis tenetur de vi publica, *Muscatell. in tract. de cognit. seù probat. delict. rub. de vulner. lethal. num. 55. Thesaur. decis. 35. Ricc. collect. decis. 2325. par. 6. Grammat. decis. 17.* quem refert *Carav. in hoc ritu sub num. 12.* hoc declarans ipsoque *Caravit.* laudato admonet *Avus mens ad Grammat.* mox relatam *decis. num. 5. à Vivio decis. 46. num. 7.* male in contrarium allegari *Caravitam, Giurb. cons. 73. Capibl. de Baron. tom. 2. super pragmat. 8. num. 17.* & declarat *Muscatell. in prax. crim. add. tit. de vulner. letalib. num. 55.*

At pœna de vi publica, & privata hodiernis temporibus arbitraria Judici est, attentis personarum, loci, & temporia qualitatis casuumque varietatibus, ut testatur *Muscat. cit. tit. de cognit. seù prob. delict. sub rub. de privil. & pan. praed. num. 30.* cujus meminit *Mari ad dec. 17. Gram. num. 15.*

8 Præter verò pœnas a lege, vel statutis commitas adversus arma portantes, certum est incurri in alteram, scilicet, ut illis spolientur, *Bart. & Alex. in l. 1. ff. ad l. Jul. de vi publ. Gos. & Bal. in cap. 1. § si quis rusticus de pac. tenen. in usib. feud. Jas. in §. ex maleficiis num. 31. inst. de action. Plaza in epitom. delict. lib. 1. cap. 8. num. 22. Jo. Anton. de Nigr. in cap. Regni ut inter subiectos num. 36.* etiam vagina armis, gemmisque pretiosis ornata, *Affl. in d. §. si quis rusticus, num. 11.* ampliat, insequitur *Reg. Rovit. in pragm. 6. de Cleric. & Diacon. salvat. Dann. cit. t. 3. cap. 3. de arm. num. 14. Campanil. add. loco sub num. 31.* ut propterea si à laicis ministris clericus armatus reperiatur esse illum armis spoliandum, probent *Jacob. Grass. lib. 9. decis. aur. cap. 19. num. 158. Covar. lib. 2. variar. resol. cap. 20. in fin. q. 36. num. 22. Guttier. lib. 1. quæst. pract. q. 12. num. 6. Jo. Garzia de nobilit. glos. 9. num. 53. Pereira de man. Regia 2. par. cap. 43. num. 2. Ambrosin. de immun. Eccles. cap. 18. num. 36. Borrel. de Reg. Cathol. præstant. c. 71. à num. 45. & in summ. decis. tit. 43. num. 136. de Grass. de effect. clericat. effect. 1. num. 862. & effect. 20. num. 20. Cons. Carleval. tom. 1. de Judic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. q. 3. num. 158.* & determinatum à Senatu Cathaluniæ refert *Jo. Paul. Xammar. par. 2. rer. judicat. definit. 99.* id quod declarat *Episcop. Campanil. in divers. rub. 4. sub num. 19.* armorum enim delationis prohibitio propter publicam quietem, & uti-

utilitatem Clericos quoque ligat, *Clar. §. fin. quæst. 36. num. 26. Sayr. dec. 45. Decian. tract. crimin. tom. 2. lib. 8. cap. 3. num. 1. Gratian. disceptat. forens. cap. 149. num. 14. Grass. effect. 2. num. 268. & effect. 20. num. 73. Ludovic. Post resolut. 151. num. 12. Tason. de antef. vers. 1. observ. 3. num. 24.* quin ad Clericorum vitæ honestatem etiam pertinet, nè ipsi armati incedant, *cap. Clerici el. primo, de vita, & honest. cleric. Campanil. add. loco num. 46.* & potestas secularis num valeat fugientem ad Ecclesiam armis spoliare, inquirunt *Episc. Marant. controvers. lib. 2. respons. 37.* & alii, quos refert *D. Franc. Baron. de effect. inim. tom. 2. effect. 166. num. 1.*

9 Ut autem quis incidat in pœnam statutam contra deferentes arma, oportet, ut sit repertus cum armis, & non satis sit ea gessisse, probare, *Bar. in l. si Barsatorem num. 1. Cod. de fidejuss. de Marsil. in pract. crim. §. pro complemento num. 24. Amod. de Ponte de Syndic. num. 90. Nicol. Bellon. cons. 49. num. 4. Peguer. dec. crim. 55. Covarr. pract. q. 33. in fin. Ursill. ad Affl. dec. 21. num. 17. Scacc. de jud. causar. crim. tit. de apprahensione, seù inventione delinquent. in flagrant. capit. 78. num. 2. Franc. Mar. Prat. ad Muscatell. tit. de cognit. seù prob. delict. rub. de probib. arm. asport. ad num. 8. & respons. crim. 9. à num. 49.* & de æquitate M. C. V. procedere, firmat *Reg. Sanfelic. decis. 43. lib. 1.* cujus meminit *Thor. in supplem. compend. decis. verbo Arma prohibita*, quamvis *Episcop. Campanil. in 4. indic. rubric. sub num. 20. vers. non tamen*, dicat, deferentem arma per hanc Civitatem Neapolitanam venire plectendum pœna deferentium arma, statim quod illa detulisse convincatur, & *in vers. similiter* regulam restringit extra hanc Civitatem, si ille in actu fugæ, familia insequente, fuisset visus deiicere arma in terram, aut etiam post capturam in actu perquisitionis, alteri clam subministrare conatus fuisset, & alii intellexerint, & perspexerint, videas *Danz. tom. 3. de pugn. DD. cap. 5. de arm.* Et armis prohibitis per familiam Curiæ repertis, juxta unum, vel plures, qua pœna illi puniri debeant, refert casum decisum idem *Reg. Sanfelic. dec. 255. to. 2.* de qua est memor *Th. in suppl. compen. verb. Arma*, & quæstionem extricant *Visconti in conclus. jur. verb. Arma portant, Paul. Merend. cons. 97. nu. 8. Danz. tom. 1. de pugn. DD. tit. de remiss. caus. cap. 3. n. 10.* sed an standum sit ministrorum assertioni, quod aliquem repererint cum telo, aut alio quovis armorum genere, explicant *Mascard. conclus. 189. vol. 1. de Franchis dec. 379. Campanil. mem. loco n. 21. Danz. add. cap. 13. de arm. tom. 3. num. 16. Vermigl. cons. crim. 114. n. 1. Prat. respons. crim. 16. n. 49. Novar. lib. 1. quæst. forens. 16.* & nos delibavimus alibi.

Sed valeant nè Barones armorum delationem
10 vassallis interdicere, affirmativè resolvunt *Surd. cons. 210. num. 11. vol. 2. Becc. cons. 4. num. 1. Bertaz. cons. crim. 46. post num. 2. lib. 1. Bajard. ad Clar. q. 82. num. 51. Borrel. de magistr. edict. lib. 3. cap. 17. Cancer. tom. 3. variar. resolut. cap. 13. de jurib. castror. num. 185. Bovadill. lib. 2. polit. cap. 56. num. 311. Danz. add. tit. de arm. cap. 2. num. 10. Capiblanc. de Baron. tom. 1. prag. 14. num. 57.* licentiam verò illa deferendi quis concedere possit, *Jo. Grand. de Bello exul. special. M. num. 2. Reg. Rovit. in rub. de arm. nu. 15.* & in Baroncs, *Danza add. tom. 3. tit. de arm. cap. 2. num. 5. & 10.* illa verò debeat esse in scriptis, & expressa, non autem verbo, vel tacita, monet *Farinac. q. 108. num. 25.* quem refert idem *Danza capit. 7. num. 1.* sed contradicunt *Borrell. cons. 45. num. 25. Giarb. consil. 63. num. 23. ex l. fin. Cod. de fabricens. lib. 10.* In hac Civitate, & districtu hanc licentiam concedit Regens Magnæ Curiæ Vicariæ, *Tason. de antef. vers. 3. observ. 3. num. 205.* & proindè nec ensem, & gladium deferre sine illius licentia licet, præterquam Equitibus, & Baronibus, quod, & ad ipsorum servos extenditur. Imò his temporibus cuilibet nobili, ensem, & gladium deferre minimè interdicitur.

11 Casus verò plures, in quibus licet cuiquam incedere armato, recenset *Soccin. regul. 30. sub lit. A.*, quorum præcipuus est in illo, qui è Civitate egreditur ad aliena loca se conferre, intendens *Nicol. de Neapol. in l. ult. C. de proximis sacror. scrin. lib. 12. Barbat. in tract. de præst. Cardin. quæst. 5. col. 3. & ultim. 2. par. col. 1. Farinac. quæst. 108. nu. 16. Paul. Merend. cons. 25. num. 18. part. 1. Reg. Rovit. in pragm. 1. de arm. num. 8. Costa suis memor. verb. armorum, vers. & notabis circa finem, Danz. tom. 1. de pugn. DD. tit. de præroy. fratr. jurat. cap. 1. num. 8. Anton. Scappa de jure non script. lib. 5. cap. 161. num. 1.* & de agrorum custodibus, ut illi non comprehendantur sub statuto Ferrariæ de pœna rustici, vel forensis arma portantis, fantur *Barthol. Bertaz. & add. cons. crim. 329. lib. 2. Muta tom. 3. cap. Sicil. capit. 51. num. 62. Novar. de gravam. vassall. tom. 2. gravam. 61. num. 1.*

Advocatis, & DD. an sit licita armorum delatio; affirmativè respondent *Clar. q. 82. num. 77. Muta in prag. Reg. Sicil. de arm. prohibit. tit. 41. num. 53.* negant verò *Menoch. cas. 394. num. 79. Caball. cas. 228. à num. 7. de Ang. in l. quisquis C. de postul. & in l. nemini, Cod. de Advocat. divers. Judic. & ad Gizzarell. dec. 10. Garcia. var. resolut. cap. 2. verb. Doctor n. 50.* Videas *Baron. de effect. inimic. effect. 37. à num. 1. tom. 1.* affirmantem *num. 10.* licere quoqua Medicis arma portare; fœminis quoq; non est permissum, quin pro ipsorum delatione magis sunt puniendæ, dum fragilitate abutuntur, *Decian. tract. crim. lib. 8. cap. 3. n. 37. Mut. super pragm. tit. 41. de arm. probib. num. 13. Baron. de effect. inimic. tom. 2. effect. 166. num. 2.* & quà pœna multentur *Danz. add. tit. de arm. cap. 7. n. 4.* An servi officialium valeant illa deferre *Novar. dec. 170.*

Delinquens cum armis prohibitis mulctari ha-
12 beat utraque pœna delationis scilicet armorum, & delicti, tradit *Reg. Rovit. super pragm. 4. nu. 5. de armis.* Contrarium firmant *Reg. Sanfelic. dec. 43. part. 1. num. 1. Reg. Capyc. Latr. decis. 78. tom. 1.* & in Curia Archiepiscopali sic servari indicat *Episcop. Ricc. decis. 57. par. 2.* & plures distinguunt casus *Laganar. ad Reg. Rovit. loco citat. lit. A, & Danz. mem. tom. 3. de arm. cap. 8.*

13 Habens verò licentiam deferendi arma non valeat illa deferre coram potestate, observant *Glos. in l. qui dolo, ff. ad l. Jul. de vi public. Hippol. in*

pract. §. & pro complemento num. 7., Vivius decis. 287. Affl. in Constit. Regni intentionis nostra num. 14. ex *tex. in l. qui dolo, §. item qui cum telo, ff. de vi publ.*

In Tribunalibus verò residentibus in Castro Capuano hujus Civitatis, in Audientiam publicam, & secretam S. C. quo tempore ibi jus dicitur, armatos gladio, aût ense ingredi, nefas est, ex *prag. 19. de offic. S. C.* etiàm titulatos, & magnatos, teste *Jo: Vinc. de Ann. in repet. Const. Regn. si quis aliquem, num. 32.* quæ est *in fin. 1. vol. Cons. Fab. de Anna ejus filii.* In M. C. V. & Reg. Cam. quoq; ex altera *prag. 5. de arm.* non ità in Collaterale Consilium, in Proregis Palatio erectum, *Tasson. add. tract. de antef. vers. 7. observ. 3. num. 68.* cujus meminit *Dana. add. tom. 3. c. 4. de arm.* inquirens, àn possint illa deferri in Tribunali Regiæ Audientiæ.

14 Valeant nè Episcopi tenere familiam armatam; Vide *Fusc. de visitat. lib. 2. c. 32. nu. 16. Campag. in clem. 1. num. 34. de vit. & hon. cleric. Annum meum ad Capyc. dec. 12. sub num. 2. Ann. sing. 171.* & nota, quod licentia deferendi arma debet esse in scriptis, & expressa, non autèm verbo, vel tacita, *Farin. qu. 108. num. 25. Dana. tom. 3. de pugn. DD. c. 7. add. tit. de arm. num. 1.*

15 Cæterùm, quotuplex sit denunciatio; & qui teneantur denunciare, explicant *Angel. de malefic. rubr. Necnon ad denunciationem, num. 2.* & ibi *August. Bonicont. in tract. de accusat. num. 8. Marant. in specul. par. 6. vers. denunciat. à num. 1. Muscat. in prax. crimin. add. tit. de vult. lethal. num. 3. & 37. Francisc. Cason. in tract. malefic. in fin. in singul. q. cap. 7. in princ. Jul. Clar. §. fin. q. 7. num. 4. Joseph. Ludovic. decis. Perus. 3. num. 2.* & nos latè diximus in *Rit. 4.* & quibus in casibus Judex ex officio procedere possit, *Fab. Montel. in prax. arbitr. par. 3. & 4.*

RITUS LXIX.

Terminus arbitrio Judicis secundùm causam, & locorum distantiam, est dandus, & testes infrà illum examinandi, nisi aliter justa causa suadeat.

IN primis detur terminus ad ponendum, & probandum in qualibet causa, tàm civili, quàm criminali, competens juxtà materiam causæ, & locorum distantiam: & quòd in dicto termino, ad probandum, duo testes producti jurati, examinari debeant infrà ipsum terminum: àliàs de cætero non audiantur, nisi justa, & rationabilis causa moverit Judices, ad concedendum, ut testes jurati examinentur, ultrà dictum terminum: & cum datur terminus ad probandum: fiat commissio examinationis testium, & idem Ritus servatur in causis commissis, & de cætero committendis.

SUMMA RERUM.

1 *Romana Civitas initio paucas habuit leges.*
Vespasianus quarè elegerit, qui Iudicia extra ordinem dijudicarent.
Europam affligere ætate hac nihil magis dicitur, quam litium immortalitas.
Dissentionum germina, & civilis hydra capita recideventur, si certum temporis spatium litigantibus præscriberetur.
2 *Ex hujus Ritus sanctione, & Regni Constitutione, unicus in causa datur terminus, & non nimis longus.*
Et non datur ad producendum articulos, at in eodem termino illi præsententur.
3 *Quot dierum esse debeat, maximè si extrà Provinciam, aût Regnum sit faciendum examen.*
4 *Jure Pontificio arbitrariæ sunt omnes dilationes.*
Quid verò Jure Regni.
5 *Terminus concessus sit nè dilatandus, cum multis adjunctis.*
6 *Inter prorogationem, & termini reintegrationem extat differentia, & quæ.*
7 *Refirmatio magistratus inter administrati tempora non dicitur novum officium, sed veteris continuatio.*
Prorogato officio, syndicatui non est locus, nisi in fine temporis prorogati.
8 *Mentio fit de celeberrima Civitate Salerni, Gloriosissimo Apostolo, & Evangelista Matthæo; & de Nundinis, quæ in ea celebrantur.*
9 *Nundinarum prorogatio, àn eadem sit cum primo termino earumdem, inquiritur.*
D. Marcus Antonius Cioffi Marchio Oliveti Reg. Consiliarius memoratur.
D. Abb. D. Mercurius Brunetti laudatur.
10 *Terminus impertitus conquiescit, donèc disceptatum fuerit de aliqua opposita objectione.*
11 *Posteà, ut currat, àn requiratur decretum, quod terminus currat.*
12 *In singulis causis est concedendus terminus.*
Illo petito, & denegato, sententia evidenti pollet nullitate.
An verò, illo non petito, probationes, absquè illo factæ, subsistant.
13 *In causa articuli meri juris terminus non impertitur.*
Procuratori nùm liceat termino renunciare.
Universitas Caccaboni, Terra Authoris fuit admissa ad affictus prælationem, absquè termino.
14 *Articulum, nùm creditores rationis olim cantantis Andreæ Pappagallo, & Antonelli Mazzella præferantur creditoribus propriis, mandavit S. C. determinari absquè termino.*
Pro creditoribus societatis, Author respondit.
15 *Deficiente probatione, deficit quoquè substantia causæ.*
16 *Id quod nedùm in affirmativis, sed in negativis locum quoquè vendicat.*
Fideicommissario incumbat nè onus probandi conditionem, si sine liberis, fuisse adimpletam, ad exor-

exornatum tex. in l. ex facto, §. si quis autèm, ff. ad Trebell.

17 *Terminus ad denunciandum, cui, & quando, sit concedendus.*

18 *Testes examinari, necnè debeant infrà terminum, àn satis sit, in eo fuisse citatos.*

1 PAucas habuit Romana Civitas initiò leges,
omnesque Respublicæ exordio sui, quæ
deindè labentibus ad deteriora moribus, cum vi-
tiis ipsis creverunt, &, auctis paritèr litibus, edi-
ctorum multitudo invaluit, quibus componendis,
sedandisque mirum quot tùm libros Majores no-
stri, tùm leges conscripsere. Vespasianus, quo-
niàm ab Augusto accusandi, calumniandi, omnia
pervertendi rabies quædam excrevis fortè elegit,
ut ait *Suetonius*, qui judicia, quibus peragendis
vix suffectura litigatorum ætas videbatur, extrà
ordinem dijudicarent, redigerentq; ad brevissimum
numerum; Verùm nihil fuit, quod litigandi vias
pœnitùs occluderet, ut meritò quidem, nihil ma-
gis Europam affligere id ætatis dicatur, quam li-
tium immortalitas, nùnc enim multi litigant, quia
litem superstitem relicturos se sperant. Enim verò
vitam deplorandi mali causam inspicere velimus,
ea mihi inter cæteras adscribenda videtur, quod
nullus agendi terminus, àc defendendi sui consti-
tuatur litigantibus, facillimè dissentionum germi-
na, & litium, hoc est civilis hydræ capita, recide-
rentur, si certum, & quàm par est temporis spa-
tium diffidentibus præscriberetur, quo, & testes,
& scripturas in medium adducere, et probationi-
bus rem suam confirmare, quodque ad defensio-
nem magis conferre viderint singuli proferre va-
2 leant. Ne igitur expediendis causis longior, at-
que importunior mora fieret, resecatis dilationi-
bus sapientissimè unicum dari terminum in cau-
sa sanxit Ritus, expressiusque præseferunt *Constit.
lite legitimè contestata*, alteraquè *in pecuniariis*
& super illis notant *Isern. & Affl.* concinitque
Pragmat. 7. de ordin. judic. abundantiusque exa-
rant *Maxil. ad consuetud. Barens. rub. de dilat. à
num. 11. Mutu decis. 99. num. 33. de Franch. de-
cis. 221. & 262. Ann. singul. 470. Gratian. di-
sceptat. forens. cap. 536. num. 19.* & unicus est
dandus tam ad ponendum, idest articulandum,
quam etiam ad probandum super eis teste *Carav.
in hoc ritu num. 5.* quem insequitur *Reg. Sanfelic.
in prax. sect. 47. num. 1.* tradens vigore hujus
Ritus non servari, quod DD. ab eodem *Carav.*
adducti dicunt ut detur terminus ad producen-
dum articulos, ipsisque productis, ad proban-
dū, sed in eodemmet termino præsentari articulos,
quin, & terminus ille longus esse nimis, vetatur, nè
causarū decisio differatur, eam ob causam legisla-
tores permulti, termini dies statuere nonnunquā
voluerunt, potissimum videmus *in l. per intervallū
ff. de Judic.* decem dierum saltem definiri; At in
Regno viginti diebus constare, ex *prag. 8. de ord.
Judic.* nisi, & testium nominatio concurreret,
tunc siquidem considerata locorum distantia con-
cederetur arbitrio judicantis, per *l. decrevit la
prima, C. de dilation.* jusque Regni probat *in add.
prag. 7.*
3 Istud tamen arbitrium ad summum excedere
nequiret menses tres, si in eadem Provincia te-
stes examinandi, aut instrumenta transumptan-
da essent; sex verò, si ex continentibus, ac no-
vem, si ultramarina, quod ex eadem *l. & prag.*
carpitur simulque ex eis deducitur, tot mensium
dilationes passim dandas esse non illic fanciri, ve-
rùm ad summam ad illud usque tempus dilatari,
quod etiam *Gl. & DD.* super eo *text.* advertunt,
& explanat *Reg. Sanfelic. add. loco sect. 66. à num.
12.*

Quamobrem breviorèm dari posse, ac nonnun-
quam deberi, certum est, maximè quod Jure
Pontificio arbitrarias esse dilationes omnes pro-
4 bat *tex. in cap. cum sit Romana*, inibique *Felin.
num. 1. de appellat. Glos. in cap. 1.* & illic *Abb. nu.
1. de dilat. Specul. in tit. de citat. §. nunc de
tempore, vers. nam omnes & Gravat. ad Vestrium
lib. 1. cap. 1. num. 4.* cui quidem resolutioni adver-
sari quamvis videantur aliqua per *Menoch.* addu-
cta *lib. 2. de arbitr. cas. 52. à num. 2.* attamen, &
illi subscribo libentius eique continuus opitula-
tur usus omnium Curiarum, adeò quod ab illa
recedere non liceat, nisi peculiari lege alicujus lo-
ci esset certus præscriptus terminus sicuti in Re-
gno esse diximus, vigore relatæ *pram. 8.* quin,
& eodem Regno, hoc tradunt nostrates, non
obstante Regni memorata sanctione, attenta li-
tis qualitate, potissimùm *Gallup. in prax. S. C. p.
2. cap. 18. nu. 2. Reg. Sanfel. in add. sect. 46. nu.
2.* hujusce *ritus* memor, ut præterea aliqua ex
5 causa ampliare, & moderari valeat Judex, &
causas prædictas enumerant *Doctores in cap. 1. de
dilat. Menoch. mention. cas. 52. a num. 8. Beninten.
decis. Bonon. 45. Thom. Trivis. decis. Venet. 37.
lib. 1. Affl. & addent. decis. 29. & 50. Signor. de
Homodeis integr. cons. 19.* tandemque *Borrell. in
sum. decis. tit. de dilat. num 46. & seq. tom. 1.
Reg. Sanfelic. sect. 47. a num. 7. & Luc. de Penna
in l. quamvis col. penul. vers. facit, C. de decurion.
lib. 10.* objurgat Judices nimis arctantes Reos ad
probandum eorum defensiones, illiusque autho-
ritati innixus *Andr. in constit. pœnam eorum in
4. coll. in fin.* autumat idem esse nolle Reum de-
fendi, & ipsum arctare in termino ut se tueri ne-
queat, atque hinc factum est, ut a nimis longa,
& brevì dilatione locus fit appellationi, teste
Lanfran. in prax. ibique *addit. tit. de dilat. cap.
11. num. 18.* & extat *decis. Bononiensis 40.* apud
Benintend.

Et demum illa repeti, aut prorogari interdici-
tur, cum terminus omnis, non nisi semèl conce-
dendus sit, juxta *l. 1. C. de dilat.* neque pugnant
text. in cap. in causis, & cap. penult. de testib. dum
inhibent quartam elargiri dilationem, & propte-
reà videantur insinuare primam non tantùm, at
secundam, & tertiam quoque dari posse, siqui-
dem attentiùs intuenti patebit ea jura id minimè
præportare, ut *Glosa* super ambobus vera fatetur,
ut intelligantur cum aliqua ex causa plures con-
cessæ fuerunt dilationes, ac propterea approbent
potiùs, quam improbent nostrum assumptum, ut
sit repetenda dilatio, præterquam urgente causa,
quod evidentius liquet ex *l. fin. ff. de feriis, &
Gramm. super constit. in aliquibus sub n. 5.* idemq;
militare certum est, non solum, cum de novo con-

cedendo

cedendo termino agitur, verùm prætereà cum tractaretur de reintegrando in termino, & probat *Capyc.decis.*82. nam eo quoque casu nova esset dilatio, teste *Lanfranc. de Oriano in repet. cap.quoniam contra de probat. cap. 2. num. 15. Gratian.* & aliis inferius adducendis, dum tamen integraliter fuerit concessus terminus Juris, ut optimè advertit *Avus meus add.1. ad eandem Capycii decisionem* 82. ipseque comprobo auctoritate ejusdē *Maxilla sub num.*12.

Prorogari verò ob leviorem causam licere non dubito, impulsus Doctoribus, & *Glosa in Constit. Regni in pecuniariis*, atque ità conciliantur opiniones illæ, quæ videntur adinvicem dissentire, cum prorogationem haud concedendam esse, scripserit in *ead. Constit.* tùm *Glos. tùm Affl. num.22.* nisi partis protestatio de brevitate termini antecesserit illius finem, & lapsum; abnuerint tamen idem *Affl in constit. lite legitimè contestata num.* 23. atque *Caravit. in hoc ritu sub num.* 12. etiam non præmissa protestatione dari posse affirmantes, nam addo, si causa suppetat, quamvis exilior altera requisita ad novam impartiendam; Differen-
6 tiam tamen extare inter prorogationem, & reintegrationem termini subiicio, quandoquidem illa dicitur, quæ conceditur, antequam terminus præterierit, ista verò postquam lapsus est, *Lanfranc. indicato num.15. & Gratian. in dec.March.*31. *n.* 1. *in add. Bal. in l. Aemilius num. 6. ff. de minor. Alex. in l.4. num.2. ff. de damn. infect. Marant.in prax. par.4. dist. 12. num.2. Ant. de Butr. in cap. praterea num. 25. de dilation. Felin. in cap. cum causis num.1. de offic. Judic. deleg. Gaill. lib.1. observ.91. num.21.* quin, & eadem dicitur illa dilatio, idemque terminus, ex *Glos. in ipsa constit.in pecuniariis, vers. prorogatio, per tex. in l. sed si manente, ff. de precario.* Nova autem appellitatur ista ex ipsiusmet *Lanfranc.* verbis, & propterea nè lapsus terminus prorogari possit, dixit *Gaspar. Gulielm. decis.* 99. *Rota Spirensis part.4.*

7 Hinc refirmatio magistratus intra administrati tempora, non dicetur novum officium, sed veteris continuatio, *Bart. in l. dies, ubi Paul. de Castr. ff. de damn. infect. & in l.1. §. is qui, ff. de legib.* ea propter non est opus præstare novum juramentum, cum illud in principio magistratus præstitum extendatur ad tempus prorogatum, *Hostiens. Jo. Andr. in cap. praterea requisisti de appellat.* & alii adducti per *Borrell. in tract. de magistr. edict. libr. 1. capit. 12. num. 57. usque ad num.61.*

Et prorogato officio, syndicatui non est locus, nisi in fine temporis prorogati, idem *Borrell. ubi sup. num.59.* subdens in hoc Regno Neapolitano esse expeditum, ex *pragm. Regis Ferdinandi*, incip. *Regia Dignitati*; qua cavetur, officialem, si ultra annum contigerit confirmari, non syndicari, nisi totius officii expleto tempore.

8 Hinc de Salernitanis Nundinis dubitatum est. Est autem Salernum, Civitas ab hac Urbe millia passum triginta distans, omnium facilè antiquissima, quippè quæ originem suam ad Semum Noemi filium referat: inter Romanorum olim Colonias celeberrima; Virorum omni ætate illustrium parens fœcundissima, ac virtutum nobilissimum semper Emporium: Ubi per annorum 859. continuatam periodum, à Carolo scilicet Magno, ad hæc usque tempora, Artium omnium bonarum domicilium, Philosophiæ præsertìm, ac Medicinæ florentissimis Lyceis perseveravit, ac viguit. Quam tamen ejus gloriam multis ea numeris superare videtur, quæ ex Gloriosissimi Apostoli, & Evangelistæ Matthæi sacro corpore accessit, postquam ex Britannia, quò primum ex Ethyopia, ubi martyrium consummaverat, translatum fuerat anno 954. ad eam deportatum, atq; in ejus Cathedrali Ecclesia conditum, summa omnium Piorum veneratione, incredibili huc, undique gentium, frequentia confluentium colitur, ac veneratur. Cujus frequentiæ causa, Nundinæ in eadem Civitate celeberrimæ mense Septembri institutæ sunt; de quarum immunitate fiet à nobis alibi sermo, præter ea, quæ registravit Marchio Torrelli *Reg. Capyc. Latro in 2. to. decis. S.R.C.* 191. *à n.26. usque ad num.48.*

9 De his igitur Nundinis dubitatum, ut paulò antè dicebam, est: An earum prorogatio eadem foret cum primo termino earumdem; Præclarissima enim familia de Cioffi in dicta Urbe Salerni, potitur omnibus, & quibuscunque immunitatibus ex Regio Diplomate impertito in remunerationem servitiorum, & expensarum erogatarum per Scipionem Cioffi strenuum militem, ejusque majores erga Serenissimos Regni Principes ab anno 1496. necnon ex Privilegio concesso à Serenissimis Ludovico, & Joanna Regibus de anno 1353. Matthæo de Porta Militi, Regii Collateralis Cons. Magistro Rationali Curiæ, & Prothonotario Regni Siciliæ, cujus legitimus successor, & meritorum, & bonorum est Dom.Marcus Antonius Cioffi Marchio Oliveti, & Reg. Cons. (de quo Viro alibi in his Commentariis, non ut volui, pro plurimis ejus in me, universamque Rempublicam meritis, amplissimè, sed, ut styli mei tenuitas valuit, obiter memoravi) per intermedias personas Comitum de Ayello antiquissimæ Familiæ de Avello ejusdem Civitatis possidet, cum Nobilissima Familia de Pinto maritimam, in qua dictæ Nundinæ habentur, vigore memorati Privilegii dicti anni 1353. cum facultate ibidem construendi facere dicto Nundinarum tempore Pergulas, & apothecas, ac etiam exigendi à mercatoribus, aliisq; in dicta maritima commorantibus dictis diebus, pro rebus, & mercimoniis, quæ contractant, quidquid cum ejusdem melius convenire possunt, & cum jure prohibendi, aliisque juribus, & jurisdictionibus, de quibus latè per singulari morum probitate, doctrinæquè copia præstantem virum, ac de utroque jure optimè meritum Doctorem Abb. Dom. D.Mercurium Brunetti *in suo libello* habes.

Possident etiam cum eadem Familia de Pinto, territorium quoddam extra mœnia dictæ Civitatis situm, in quo tenent nonnullas apothecas de fabrica, ibique residet Curia Magistri Nundinarum, cum vexillo immunitatis, ubi prædicti in possessione existunt, exigi facere jus mensuræ, quod vulgò denominatur, *del tumulo*, pro quibuscunque rebus mensurabilibus, quę dicto tempore contractantur, tàm intra, quàm extra Civitatém, prout dicta Civitas illud exercet extra dictum tempus Nundi-

Nundinarum ; & similiter vectigal quoddam per eandem Civitatem indictum , prævio Regio beneplacito , & assensu , pro qualibet salma frumenti, aliorumq; victualium , quæ invehuntur diebus Nundinariis in Civitate prædicta; Ex eo quia frumentaria comercia exerceri debent extra mœnia ejusdem , & in territorio prædicto *(del tarcinario)* proprio , & particulari eorundem Dominorum de Cioffi , & Pintis , cum eisdem juribus , & facultatibus , quibus præfata Civitas dictum jus salmarum exigit extra dies Nundinarum.

Et prorogatis Nundinis de ordine Excell. Domini Proregis , urgente necessitate , juxta dispositionem *pragm. 2. sub tit. de Nundinis* ; prædicti de Cioffi , et Pinto continuabant exactionem dictorum jurium.

Ex adverso se opposuit dicta Civitas , prætendendo dicto prorogationis tempore, quod exactio illa cedere deberet ad sui commodum , & beneficium , exclusis prædictis , cùm jam transactus esset terminus ordinarius Nundinarum prædictarum.

Sed introducta causa in Regia Audientia , testatur *Capiblanc. de anth. Baron.* uti unus ex Regiis Assessoribus *par. 2. pragm. 8. cap. 47.* fuisse judicatum ad favorem dictorum de Cioffi , & Pinto,

Et cum iterùm fuisset de hac ipsa re hæsitatum in anno 1649. ab eadem Fidelissima Civitate, prorogatis denuò dictis Nundinis , cum intendebat turbare eosdem in possessione exigendi dicta jura solita gabellæ salmarum , & tumuli ; instructo processu , & causa pleniùs discussa, mihi innotuit ex supradictis, & aliis fuisse ab integro declaratum per idem Tribunal Reg. Audientiæ , quod pro observantia aliorum decretorum dictæ Regiæ Audientiæ manuteneantur actores de Cioffi , & Pinto , in possessione , seù quasi exigendi jura solita, etiam tempore prorogationis Nundinarum, & super eis nihil innovetur ; ut ex decreto edito apud Acta S. R. C. in Banca Magistri Actor. de Vendicto in process. pro Regio Consiliario Marco Antonio Cioffi , & aliis de Pinto , cum Fidelissima Civitate Salerni.

10 Ubi verò concesso termino , fuerit aliquid objectum , nè ille gradiatur , donec de obiecto discceptatum erit , constat ex *l. si cum ipse , ff. de excusat. tutor.* probantquè *Alex. cons. 42. num. 12. vol. 3.* latè *Jas. cons. 35. lib. 1.* atq; *in l. properandam in ejus initio , Cod. de Judic.* postq; alios , & manifestis verbis *Natta in sua adnot.* ad prædictum *Alex. cons. 42. sub num. 11. Viv. dec. 286. Michalor. in tract. de posit. cap. 36. à num. 5.* quin , & postea
11 opus sit decreto Judicis mandantis terminum currere affirmat , necnon continuò comprobari usu , adjungit *Carav. hoc in ritu sub num. 5.* & decisum in S.C. meminit *Thor. par. 1. compend. decis. verbo Terminus in causa datus* , & advertit *Dom. Reg. Sanfel. sect. 47. sub n. 8. vers. quarto limita.*

Nos autèm credimus ex multis , atq; variis in eo processu deductis annullata fuisse acta, non speciatim decisum requiri decretum prædictum , maximè cum multa obstent , quæ *Muscatell.* congerit *in sua prax. par. 5. Glos. defendendum num. 12.* adjunctis aliis , quæ addidit *in annot. 4.* ex quibus haud oportere intercedere memoratum individuale decretum , ut jure probat , & Regni usu, cujus sententiæ favent evidenter auctoritates hactenus relatæ ad convincendam principem conclusionem nè durante oppositione , dilatio currat , itaq; illa perempta , insinuant nullum amplius requiri decretum , ut terminus ultrà progrediatur, nisi cum elisa oppositione, adhùc pars protervè pugnaret, nè dilatio currat , ut idem *Muscatell.* declarando adnectit sub *eod. illo num. 12.* Verum *Avus meus add. dec. 82.* nulla cum distinctione, at simpliciter inhæret *Carav.* sententiæ, juxta quam pluries practicatum vidimus.

12 Atque ex hoc ritu illam elicimus regulam in singulis causis terminum impartiendum , & parti notificandum , *Novar. decis.* 190. adeò quod illo petito , & denegato evidenti nullitate , sententia polleat *Bald. & Bart.* advertunt *in l. prolatam , Cod. de sentent. Afflict. in constitat. si quis in posterum 9. notab. Reg. de Ponte consil. 59. lib. 1. num. 1. Præs. de Franch. dec. 221. num. 12. in fin. Reg. Rovit. in add. pragm 7. num. 8. & 9,* necnon *Reg. Sanfelic. memor. sect. 46. num. 7. Reg. Capyc. Latr. decis.* 189. *num. 2. lib. 2. Visc. in conclus. juris , verbo Terminus , si est petitus,* quamque perbellè extricant idem *Præs. de Franc. Carav.* hoc *in Ritu* memor *decis.* 628. præsertim *num.* 2. quin , illo non dato à Judice ex officio, processus esset nullus de jure Regni , in quo terminus est loco litis contestationis , qua omissa nullitati ille subjacet , *c.* 1. & ibi *Jo: Andr.* & reliqui *Canonist. extr. ut lit. non contest.* tametsi aliter sit de jure communi , *Cyn. & DD. l. 1. C. de dilation.* verùm etiàm in Regno probationes receptas , absque termino non petito , valere , firmant *Affl. & Ursill. decis. 55. & 283. Chartar. decis. 123. Cavens. in hoc Rit. num. 1. de Franch. add. decis. 628. Capyc. decis. 1. Reg. Sanfel. mem. sect. 46. num. 6. Reg. Reverter. decis. 263.* & ad eum *Dom. Reg. de Marin. num.* 1. præterquam si de mero juris articulo agatur, subnectunt memo-
13 rati *Doctores* , quos insequitur *Gallupp. a ld. cap. 18. num. 7. Ant. singul. 470. Mastrill. decis. 217. num. 4.* confirmat *Reg. de Marin. lib. 1. quotid. resolut. cap. 66. num. 6.* in terminis hujusce *Rit.* tradens non licere procuratori, absque speciali mandato , termino renunciare , & tradit *Capiblanc. to. 2. de Baron. cap. 49. num. 9. cap. 80. num. 9.* & obtinuit in gratiam Universitatis, meæ Terræ Caccaboni , quæ fuit admissa per M. C. ad affictus prælationem absque termino , relatore tunc Judice *Joan. Baptista Muscettula* deinde Consiliario emeritissimo de mensè Settembris 1646. in banca Salerni ex exaratis per *Thesaur. decis. 257. ab Avo meo* laudatum ad *Capyc. dec. 4. in novis, Fab. de Ann. cons. 55. num. 26. lib. 1. Anell. de Amat. cons. 89. num. 27.* nècnon *Reg. Galeot. lib. 1. controv. in addit. ad controvers. 53. num. 32. Camill. de Medic. cons. 164. num. 5. & Reg. Sanfelic. dec. 17. lib. 1. & in prax. Judic. sect. 47. num. 10.* necnon per eundem *Reg. de Marin. lib. 2. quotid. resolut. cap. 231. & Reg. Capyc. Latr. add. decis. 189. num. 3.* qui loquuntur in articulo prælationis , & alias in S. C. de mensè Maii 1648. *referente Marchione Oliveti Domino Consiliario Marco Antonio Cioffi* , in causa creditorum de Mazzella

& Pap-

14 & Pappagallo, fuit provisum, absque termino
procedi ad decisionem articuli, si creditores ratio-
nis olim cantantis Andreæ Pappagallo, & Anto-
nelli Mazzella, præferantur creditoribus propriis
dicti Antonelli, etiam hypothecariis ad finem pro-
videndi, in banca Licti, & ad exclusionem hy-
pothecam habentium in beneficium illorum in
actione personali, in bonis tamen socialibus, ca-
lamum arripui, innixus, *Roman. singul.* 575.
Magon. decis. Lucens. 1. *Strac. decoct. par. ult. nu.*
2. *Felic. de Societ. cap.* 31. *num.* 24. *Gratian. di-
scept. forens. cap.* 948. *&* 964. *Fontanell. de pact.
nuptial. claus.* 4. *Glos.* 9. *par.* 2. *num.* 51. *tom.* 1.
Merlin. de pignor. l. 2. *tit.* 1. *quæst.* 47. *& lib.* 4.
tit. 1. *quæst.* 41. *à num.* 25. *Salgad. in labyrint. con-
curs. credit. par.* 1. *cap.* 9. *à num.* 48. quibus addo
Dom. Consil. Rocco tom. 2. *respons.* 86. *& notab.* 88.
cum quatuor sequent. de decoction. mercator.

15 Quod verò deficiente probatione, deficiat
quoque substantia causæ, necesse sit *Fulv. Pan-
cian.* admonet *de prob. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 5. nec-
non *Dom. Jud. Franc. Mar. Prat. in novis add. ad
Muscatell. in cit. Glos. ad defendendum, in princ.*
testis est in dies observasse, quamplurimos bo-
num jus foventes, propter probationum inopiam
succubuisse, ad *tex. in l. qui accusare, Cod. de
edendo*, tametsi ipse Reus nil præstaret, *l. fin-
strà, Cod. de probat.* quodque nedùm in affirmati-
vis quoque locum vendicare, adjungimus, ex
16 *l. eum qui novissimus. ff. ad trebell. Franc. Are-
tin. in l. sed etsi de sua, num.* 3. *in fin. vers. Tu
verò dec. de acquir. hæred. Alex. cons.* 124. *num.* 2.
vol. 7. *Mantica de conjecturis ult. volunt. lib.* 11.
tit. 4. *num.* 4. ut propterea fideicommissario onus
incumbat, probandi conditionem, si sine liberis,
adimpletam fuisse, voluerunt *Jacob. de Aren. &
Alber. in l. ex facta, §. si quis autem ff. ad Tre-
bell.* ibidemque *Imol. sub num.* 24. *Cuman. num.*
2. consuluit *Alexand. cons.* 117. *num.* 1. *vol.* 5.
num. 4. insequitur *Gozadin. cons.* 4. *num.* 12. àc
*Nicol. Areletan. in add. ad Alciat. de præsumpt.
reg.* 1. *præsumpt.* 49. *num.* 3. *& Dias regul.* 488.
quibus *Bart.* antesignanus aliique contradicunt
quos recenset *Covarr. resol. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 6.
Cardin. Mantic. citat. & Menoch. de præsumpt. tom.
2. *lib.* 4. *cap.* 182. *num.* 5. innixi regulæ memorati
text. in l. ex facto §. si quis autem, præsumentis
filios haùd esse superstites ut locus fiat fideicom-
missario, à defuncto prædilecto, quique *text.*
cum varios recipiat intellectus, teste *Alex. in l.
is potest, num.* 15. *ff. de acquir. hæred. Paris. cons.*
36. *num.* 45. *vol.* 2. incassum adducitur pro quæ-
siti decisione adnotata per *Bar. in l. in ambiguo,
num.* 2. *ff. de reb. dub.* quin nè *tex.* extendendus
dum tantùm sermocinatur, quando naufragio,
ruina, vel aliquo modo filii cum patre gravato
perierint, quo casu non defecisse conditionem, ar-
bitratùr I.C. quia non est verisimile filios ejus su-
pervixisse, ut ex *Rip.* concludit *Mantic. num.* 6.
nosq; alibi.

17 Cæterùm, nè pigeat benevole lector, perle-
gere, quæ *Muscatell.* scripsit *in d. l. Glos. defen-
dendum* maximè *à num.* 26. explicans, quot so-
leant concedi dilationes in unaquaque causa, &
quæ sint, & quomodo concedendæ, quot verò
termini dandi procuratoribus, ad denunciandum
suis principalibus, juxtà *tex. in Auth. quia in
Provincia, C. ubi de crim. agi oport.* & de quo idem
fatur *Muscatel. ead. Gl. num.* 8. Nolo omittere
pro ipsius conclusionis declaratione, quod ipse-
met *Muscatell.* advertit *par.* 3. *Glos. fin. à num.* 5.
& in add. 3. illum dumtaxat concedi posse pro-
curatori generatim tantùm constituto non autem
speciatim deputato, & concordat *Rota dec. unic.
de dilation. in antiquior.* per *tex.* cum notatis il-
lic ab *Innoc. in cap. dilectus, de procur. & cap. in
pertractandis de juram. calumn.* & iterum deci-
sum *in una strigonien. violationis testam.* 4. *De-
cembris* 1595. coram *Mantica*, inter *decis.* ipsius
Mantic. est *decis.* 353. nisi tamèn huic procurato-
ri ad certam causam constituto notificaretur no-
va petitio, seù prætentio per viam cumulationis
aut alteriùs cujusvis modi à jure permissi, succi-
nit idem *Muscat.* opitulaturquè *mem. decis. Man-
tic.* potissimùm, *num.* 2. At si defensor recusans
contestari litem, nisi prius certiorato principali
absente, si terminum jam dictum ad denuncian-
dum petierit, contentio quandoque fuit si conce-
di deberet, demumque affirmativè decisum, teste
*Barthol. de Capua in constit. Regni, dilationes, vers.
quæsitum fuit.*

Infrà autem ipsum terminum examinari de-
18 beant testes addit *Ritus*, & concordat *Pragmat.*
9. *de ord. Judic.* in illis verbis: *Ad examinatio-
nem testium procedatur infrà dilationem*, expres-
sam scilicet, vel tacitam per *pragm.* 7. *eod. tit. de
Franch. decis.* 628. sed jure communi recepi testes
in termino citatos, posse, etiàm eo elapso, pro-
bant aliqui præsertim *Viv. decis.* 170. *lib.* 1. alii
verò negant, quos recenset *Farinac. quæst.* 80.
num. 78. illud tamen mihi certum est, universa-
li praxi introductam, & receptam esse priorem,
& affirmativam sententiam *Cappell. Tolos. decis.*
116. *Rota Bononiens. concl.* 2. *num.* 5. *Cornazzan.
decis.* 55. *num.* 2. *Gramm. super pragm. crim. de
ord. Judic. num.* 3. *Alfan. in auth. si quis in aliquo
documento num.* 20. *Cod. de edend. Chartar. decis.
Genuens.* 121. *num.* 2. Imò & in omnibus Regni
Curiis rejecta dispositione hujus *Ritus* post ali-
quos, ex recensitis, & post *Carav.* scribit *Imbrian.
in tractat. de repuls. p.* 2. *consider.* 1. *sub num.* 82.
necnon *Muscatell. in prax. lib.* 1. *par.* 5. *Glos. cita-
ti num.* 4. *& per totam Carol. Grimal. ad Tartagl.
in prax. civil. cap.* 4. incip. *quilib. agere, Carav.*
memores necnon idem *Viv. in syl. commun. opin.
in* 897. *opin. Carrab. singul.* 232. *V.sconti ad Ca-
pyc. decis.* 90. *in princip. Magon. decis. Lucens.* 55.
num. 8. *Benintend. decis.* 11. quin, & jure com-
muni attento, restringi in multis casibus, probat
Chart. à num. 3. ac potissimùm subsistere priorem
sententiam, ubi terminus fuerit datus ad pro-
bandum alteram verò si præterea fuerit concessus
ad probatum habendum scribit *Maxilla ad Con-
suet. Barens. rubr. de dilation. num.* 6. *&* 9. pro-
batque *Ritus* 152. & quæ illic notavi quo quidem
secundo casu, neque scripturas produci posse, do-
cet *Philip. Decius in cap. licet causam de probat.*
maximè si addita legantur verba illa, *per omne
genus probationis*, teste eodem *Maxilla post num.*
10. *Rippol. var. resolut. cap.* 5. *num.* 199. Quid
verò servetur in causa criminali, inquirunt *Na-
var. de gravam, vassal. gravam.* 46. *Reg. Sanfelic.*
decis.

decis.22. lib.1.Scialoya in prax. forindicat.cap.14. num.22. Clar. in §. fin. q.44. verſ.quaro etiam,& q.65. verſ. ſed quaro, Mari ad Gram.conſ.1. n.33. Carrab.in tract. de ſyndic. 2.par. num. 29. & ſyngul.199. ac 288. Muſcat. in prax. crimin. rub. de injur.nu.38.

R I T U S LXX.

Principales deponere infra terminum tenentur.

ITem quod infra ipſum terminum ad probandum, fieri debeant reſponſiones, tàm ſuper articulis, quam ſuper exceptionibus oblatis in cauſa Principali, & in cauſa beneficiorum, in cauſis ipſius petitorum per principales, ſeù procuratores eorum habentes ſpeciale mandatum ad prædicta, & reſponſiones ipſæ aſſignatæ in dicto tempore, ſcribantur in actis in fine uniuſcuiuſq; articulorum, ſeù exceptionum per ſubactarios actorum, & ſi, infra dictum terminum ad probandum datum non fierent dictæ reſponſiones in articulis, per quem ſteterit dictarum partium principalium, incidat in pœnam tarenorum 15. dictæ Curiæ applicandam, qua pœna ſoluta, datur alius terminus ad dictas reſponſiones faciendas, juxta proviſionem Judicum, in quo termino dando, ſi non fuerint factæ dictæ reſponſiones, & in actis dictæ Curiæ aſſignatæ, ut ſupra, habebuntur articuli ipſi, ſeù exceptiones pro confeſſatis, niſi de conſenſu partium, infra dictum terminum primum, vel ſecundum fuerit dictis reſpooſionibus expreſsè renunciatum, Curia ipſa pro Tribunali ſedente.

S U M M A R E R U M.

1 *Veritas è terrarum finibus exulat, & nullus eſt, qui ei reditum procuret.*
2 *Litibus ſtatim imponetur finis, ſi principales veritatem teſtentur.*
3 *Principalis depoſitio, quando, & quoties fieri poſſit.*
4 *Si ſemèl depoſuit, rurſùs teneatur nè deponere, ſuper aliis articulis.*
5 *An ſuper articulis impertinentibus deponere obſtringatur, in cauſis ſummariis, liquidationis inſtrumenti, & literarum cambii.*
6 *Si inſtetur fieri à prodigo, an Judex repellat petentem.*
Monacus, an Monaſterium, depoſitionem facere debeat.
Quid in cauſa Univerſitatis, & pupilli.
Cedens deponere, an teneatur.
7 *Donèc fiat petita depoſitio, terminus non currit*
Illa offerri debet in calce termini ad probandum impartiti.
Facta depoſitione Judicis, àn requiratur decretum, ut illa gradiatur.
8 *Depoſitio ſuper quibus ſit facienda.*
9 *Principalis, ſi ſimpliciter deponat ſuper articulis continentibus verba diſpoſitiva, & ennunciativa, videtur tantùm confiteri diſpoſitiva.*
10 *Petita depoſitio, ſi non fiat, articuli, & exceptiones habentur pro confeſſatis.*
11 *Illa Jure Regni debet fieri, per verbum credo, & non credo.*
12 *Actor, àn Reus, prius deponere teneatur.*
13 *Pars recuſans formitèr declarare, ſi intendit uti teſtibus, vel ſcripturis, interponitur quandoque decretum, quod habeatur pro confeſſo.*
Quo non interpoſito decreto, aut declaratione non facta, non tenetur producens falſos teſtes, aut ſcripturas.
14 *Tria remedia practicabilia contra non curantes exhibere, remiſſivè.*
15 *Si quis reſpondeat, refere me inſtrumento, an formitèr reſpondere dicatur.*

1 EXulat jam pridem veritas è terrarum finibus quique ei reditum procuret, ferè nullus eſt veracem virum Philoſophi lucerna nunquam fortaſſe invenies: quid mirum, ſi lites plurimas diſſentioneſque experimur? Vtinam in Judiciis veritati locus daretur, quæ pateſaceret crimina, quot innocentes abſolvere; & quamdiù exulabit hęc omnium Regina virtus? Amplectantur, quæſo, eam qui in cauſis intereſſe ſtudent id perſuadet Ritus, id jubent Principes, Reges commen-
2 dant; ſtatim litibus imponetur finis ſi principales veritatem teſtentur, ne probationes ſuas in longum protrahere teneatur agens.

Meritò igitur præſens Ritus agit de depoſitio
3 principalium infra terminum datum ad probandum, facienda, qui uti legaliores, & ſcientes magis veritatem deponere obſtringuntur ſuper unoquoque capitulo articulorum exhibitorum, *Carrab. ſing.33. Veſtr. in ejus praxi lib.5. cap.14. num.14. Gallupp. in prax.S. C. par.2. cap. 19. nu. 8. Michalor. de poſition. cap.5. num. 2.* In qua autem Judicii parte inſtare liceat pro iſta depoſitione principalis, præter eundem *Muſcatellum*, reſcribentem diverſos *Rit.* de illa ſermocinantes *in praxi lib.1. p.4. Gl. legaliores n. 3.* reſcribimus in *rit.93.*

4 Si ſemèl depoſuit, rurſus teneatur nè deponere ſuper aliis articulis inquirit *Ann. ſingular.* 407.

5 Super articulis vero impertinentibus, nunquam tenetur, idem *Ann. ſing.449. & Capyc. dec. 5.* ſed contrarium tradit *de Franch.deciſ.*200.laudatus *ab Avo meo ad Capyc. deciſ.15. num.1.* ſermocinans de poſitionibus captioſis. Illaque necnè facienda ſit in cauſis ſummariis ſcribit *Ann.ſingul.*405. ac præſertim in cauſa liquidationis inſtrumenti, idem *Capyc. ead.deciſ.15.* quid in materia literarum cambii, *Maſull. ad Capyc. deciſ. 145. ſub num. 6.* affirmativè deciſum aſſerit, & jure ſubſiſtere ait *deciſ.15. ſub num.3.* quamvis illic contrarium deciſum fuiſſe adjungat, niſi dicamus utrobique loqui in has materia, in caſibus tamen diverſis, & quia mutile loquitur *in d. dec.145.* expediret perlegere proceſſum.

6 Quid, ſi inſtetur fieri à prodigio, an Judex repellet petentem, refert *Bambac. in alleg. typis data poſt comment.ad tit.ſi de feud.defunct.controv.* incip. *circa negot. num.3.* Quando agit Monaſte-

rium ex persona Monaci, à quo sit expetenda depositio. à Monasterio ipso, vel, à Monacho, inquirit *Reg. Rovit. in pragm.* 8. *add. de ord. Judic. num.*36. *Gallupp.in prax. S.C. par.*2. *cap.*19. *num.* 9. & an per Abbadissam Monasterii, an per omnes, vel majorem partem monialium, explanat *Reg. Capyc. Latr. dec.* 86, *par.* 1. de qua memores sunt *Reg. de Marin. lib.*2. *quotid. resolut. cap.*235. *num.* 2. *Thor. in supplem. compend. decis. par.* 1. *verbo Depositio sola*, & de depositione in causa Vniversitatis, à quibus fieri illa debeat, declarant *Reg. Rovit. in d. prag.*8. *num.*33. *Michalor. de positio. cap.* 68. *num.* 24. *Giaz. ad mem. decis.* 86. *Reg. Capic. Latr. num.* 14. & an tutor teneatur deponere nomine principalis in causa pupilli tractant idem *Reg. Capyc. Latr. decis.* 88. *tom.* 1. & ibi *Giaz. Thor. par.*2. *compend. decis. verb. Tutor an cogi possit*, *Reg. de Marin. add. cap.* 235. *num.* 4. *Michalor. de position. cap.* 68. & an cedens teneatur in causa cessionarii *Reg. Rovit. in d. prag.* 8. *num.* 30. *Marilian. decis.* 21. *Giaz. loco cit. à num.*7. Donèc autèm fiat petita depositio, termi-

7 nus minimè currit ex *pragm.* 8. *de ordine Judic. & de Franch. decis.*220. *num.* 7. eaque depositio offerri debet in calce ipsius termini, in causa impartiti, ad probandum, aliàs terminus non currit *Giaz. ad Capyc. Latr. dec.* 86. *num.* 2. Sed illa facta neque gradiatur, sed requiri Judicis interloquutoriam, mandantem ut terminus currat ait *Caravita in anteceden. rit. sub num.* 5. cui adhæret, *Avus meus in add. ad Capyc. decis.* 82. explosa quorundam modernorum contradicente sententia.

8 Dicta autem depositio super quibus sit facienda, dicitur in hoc Ritu quod super articulis, & exceptionibus *Ritus* verò 79. generalius loquens, concedit etiam super quibuscunque aliis positionibus tangentibus factum, & differentiam inter articulos, & positiones, scribit idem *Muscatell. add. par.* 5. *Gl. impertinentes num.* 1. & 4. necnon *Reg. Sanfelic. in prax. Judic. sect.* 48. *à n.* 1. Vbi verò principalis deponeret simpliciter super

9 articulis, seù positionibus continentibus aliqua verba principalia, & dispositiva, & alia enunciativa, dicatur confiteri tantum dispositiva, scribit *Vivvius decis.* 370. *num.* 5. *lib.* 2. Alia verò referibimus multa, & utilissima quippè in hac materia depositionis principali *super ritu* 79. & 93. præsertim de mandato ad deponendum.

10 Quod, si illa non fiat haberi articulos, & exceptiones pro confessatis, succidit Ritus, & concordat *Rit.*79. & 120. necnon *pragm.* 8. *de ordin. Judic.* concurrentibus tamen notatis per *Afflict. in constitut. Partes in Judicio*, & *Ann. singul.* 406. nosque longo sermone scripsimus *eod. add. Rit.*79.

11 Prædictam verò depositionem faciendam esse per verbum credo, & non credo, adjungit eadem *prag.*8. *Muscatell. in prax. lib.*1. *par.*5. *Glos. legaliores num.*9. *Marant. in specul. par.* 6. *tit. de depos. num.*14. *Tartagl. in prax. civil. cap.*4. *num.*6. *Reg. Rovit. in d. prag.* 8. *num.*2. & *post Carav. in in hoc ritu num.*4. *Gallupp. loco cit. num.* 5. cum alioquin de jure forsan certitudinariè respondendum esset in facto proprio, juxtà notata per *Joseph Ludov. decis. Perus.* 8. præsertim *num.* 15. & 17. *Guid. Pap. dec.*334. *Jodoc. in prax. civil. cap.* 154. *num.*32. *Rocc. in pract. quæst. lib.*4. *Rub. deposit. articul. verb. Responsio*, *Surd. decis. Mant.* 17. & tali modo facta in Regno depositio relevat adversarium, & ab onere probandi post *Afflict. & Caravit. in hoc ritu num.*4. indicat *Dom. Reg. Sanfelic. add. loco n.*19. *vers. Et non est silentio*, & simplicem responsionem ac veritatem importat *Michalor. in tract. de posit. c.*50.

12 Sed uter debeat prius deponere Actor, vel Reus edisertat *Petr. Beníntend. decis. Bonon.* 32. tradens, quod priùs Actor indistinctè deponere teneatur, insequitur *Reg. Rovit. in memor. prag.* 8. *num.*6. *Gallup.* verò *cap.*19. *num.*10. sentit ut priùs Reus teneatur, nisi tamen articuli Rei essent præjudiciales illis actoris. At *Michalor. cap.*5. *num.* 7. *adduct. tract.* concludit promiscuè Judicem illos admittere debere ad deponendum, cum nulla consideretur prioritas inter ipsos; sed *Virgil. de legitim. person. accusat. cap.* 32. *sub num.* 68. firmat quod si Reus instet, quod actor declaret, si intendit uti testibus, & actor idem posteà petat ille primo declarare teneatur, à quo prius petitum est, & ideò inventa est cautela, ut ille qui primo loco declarat, dicat, quod non habeatur pro facta donec pars alia non declaraverit formiter, *Ball. lib.*3. *de liter. dispend. cas.*12. *num.* 3. & insequitur *D. Franc. Baron. in racemationib. ad* 3. *libr. de citat. ad num.* 15. *pag.*313. *post tract. de effect. inimic.* & advertit post *Annam singul.*454. *Avus meus ad Capyc. decis.* 67. *num.* 4. Nonnunquam etiam tenetur pars declarare, si intendit uti te-

13 stibus, vel scripturis, juxta *pragmat.* 1. *de falsis*, & inibi copiosè, *Reg. Rovit. in suis commentariis* necnon *Muscatell.* præsertim formam rescribens, qua uti debet, declarans *in dict. prax. civili par.* 6. *Gl. termino*, *à num.* 6. & aliqua *de Franch. decis.* 173. *num.* 7. *Marant.* 6. *par. de instrum. product.* & nolenti uti datur cautela, nè dicat, nolle uti, sed quod non expedit *Aymon. cons.* 134. *Afflict. in const. qui falso*, & *decis.* 189. *Avus meus ad cit. decis. Capyc.* 67. *num.* 4. qui si recusaverit formitèr declarare interponitur decretum condamnans haberi prout deterius idem *Viv. cit. decis.*138. *num.* 55. *Reg. Sanfel. add. sect.* 48. *num.*11. *Michalor. cap.*61. *à num.*4. a quo decreto admitti appellationem cum distinctione notat idem *Michalor. cap.*48. & si Reus & Actor fuerint contumaces in deponendo, & sic confessatis habeantur, quis obtinere debeat in causa, scribit ipsemet *Michalor. cap.* 62. quo non interposito decreto, aut declaratione non facta non tenetur producens, falsos testes, aut scripturas, quod post *Afflict. dec.*189. *num.*2. & 4. affirmat *cit. Rovit. num.* 4. & fortasse ex *decis. Laurentii Bononiensis* 50. tametsi ex vigore verborum *pragm.* 6. *de ordin. judicior.* videbatur dicendum in Regno nullum requiri decretum, ubi Reus declarare recusaverit; Item ut declaret si tenet, & possidet servata forma *l. fin. ff. de rei vendic.* de qua scripsit *rit.* 300. latequè *Nevis. cons.*5. & *Marc. Ant. Cuccus in tract. de mention. circa possess. nu.* 373. qui prætereà declarat *nu.* 379. axioma illud quod respondere non curans, habeatur pro confesso.

Item

Item, ut declaret, si, vel nè, est hæres, teste *Menoch. præsump. 99. num. 16. lib. 4.* eademque *pragm. 6.* Qui verò se hæredem confiteretur prodesset dumtaxat interrogandi, non alteri, *Gabriel lib. 9. rub. de confess. concl. 1. & de Franc.* declarat *decis. 694. Reg. Revit. in d. prag. 6. num. 9. & Gallupp. memorat. nu. 16. Reg. Sanfel. in prax. sect. 45. num. 18.*

14 Tria autem remedia practicabilia contra non curantes exhibere, memorat *de Franch. decis. 271. num. 9. & 14.* & adversus non parentes decretis, & sententiis, quod cogi valeant, captis pignoribus, illisque distractis, idem *Pras.* indicat altera *dec. 310. num. 1.* & tangit materiam *Anna alleg. 5.* Si quis verò respondeat, refero me instrumen-
15 to, formitèr respondere dicatur, inquiruut *Mysinger. centur. 6. observ. 81. Tiraq. ad ll. connub. Gl. 2. Guid. Papa dec. 334. & 459.* quid verò si dicat verùm est, ut liquet ex tali instrumento, illo non reperto, erronea, vel bona sit hujusmodi confessio, *Anus meus* subcinit *ad memor. Capyc. dec. 15. nu. 2. in nov.*

RITUS LXXI.

In causis privilegiatorum conceduntur beneficia.

Item quòd in causis in quibus petuntur beneficia restitutionis in integrum, & peti possunt, detur terminus in primo beneficio petito, & concesso ad probandum medietas, videlicet termini dati in primo beneficio: & quod testes jurati examinentur infra terminum datum, tam super primo, quam super secundo beneficio, ita quod de cætero non audiantur.

SUMMA RERUM

1 *Privilegia permulta, ac singularia sunt, quæ in pupillorum, minorum, miserorumque favorem à legibus constituta sunt.*

2 *Beneficia restitutionis in integrum illis impartiuntur.*

3 *Beneficium, quod in Regno dicitur, de jure vocatur restitutio.*

4 *Quibus, quotiès, & quando, concedantur beneficia, remissivè.*
Conceditur prodigis, Ecclesiis, Xenodochiis, & Clerico pro bonis patrimonialibus, ad quorum titulum fuit ordinatus.

5 *An competant in causis possessoriis manutenendæ, reassumptionis instrumenti, Capitulorum Regni, & Salarii.*

6 *Beneficium concessum uni ex colligantibus, extenditur ad alios, & cogi potest illo uti.*

7 *An sit concedendum post conclusionem.*
An postquam fuit introducta causa.
Terminus petendi primum, & secundum beneficium à prag. praefixus, indicatur.
Stante pragm. sanctione hodiè Judex non valet partes cogere ad illa petendum.
Illa concessa in causa principali, denegantur in causa appellationis, & liquidationis, & quando.

8 *Tempora à pragm. præfixa currunt nè in damnum hæreditatis jacentis.*
Et in damnum, tam Actris, quàm Rei.

9 *Quibus personis beneficia concedantur, remissivè.*

10 *In termino beneficii, an articuli impertinentes, sivè prioribus apertè contradicentes, admittantur.*
Testes non ampliùs examinantur, dedicitis testificatis, cum restrictionibus.

11 *Mulieres indistinctè gaudent beneficiis, sed an valeant eadem, vel contraria in illorum termino deducere.*
Affl. à DD. alienigenis minus considerantibus illius verba, nequitèr fuit reprehensus, & ab illorum morsu defenditur.

12 *Articuli impertinentes qui dicantur.*
Testificata didicisse quando quis dicatur, ut proptereà ab ulteriori probatione reiiciatur.

13 *Senibus beneficia an concedantur.*
An Universitati.

14 *Illis fruuntur privilegiati, quamvis majori, lite capta, succedant, in actibus tamen cum privilegiatis gestis, explosa Caravita contrarium asseverantis, sententia.*

15 *In causis criminalibus an concedantur.*

16 *Restitutio in integrum, an competat privilegiatis adversus testium repulsam in termino non petitam, latè inquiritur.*
Partem affirmativam in beneficium Universitatis ejus Terræ Caccaboni, tutatus fuit Author.
Contrarium verò judicavit S. C.
Memoratur decisio Senatus Cathaluniæ.

17 *Quæ dilatio sit concedenda in terminis beneficiorum, & Regni praxis indicatur.*

1 Privilegia permulta, ac singularia ea esse, quæ in Pupillorum, Minorum, Miserorumque favorem, jure, ac legibus constituta sunt, quis adeò, nihil scit, ut ignoret? Et sanè hæc Reipublicæ pars infirmior, atque ope sua destitutior, alienæ tutelæ tantùm nixa, ac suffulta, præcipuis, majoribusque præsidiis adversus improborum vim, ac potentiam juvanda fuit, nè à quovis facillimè opprimi, pessumdarique posset. Exularet enim à foro pietas, majorum nostrorum exemplis, ac studiis diligentissimè semper culta, ac servata, si in hac re, quæ ad miserorum causas spectat, negligentiores nos, remissioresque præstaremus. Etenim quam absurdum, quam rationi, veterumque institutis alienum videatur, si cùm nullas ij pro se, suisque causis in termino defensiones, ac pro-
2 bationes attulerint, cogantur ideircò succumbere, causasque ipsas amittere? Prudenter itaque, & ut justitiæ par erat, provisum est legibus plus solito litem comperendinare, & beneficia restitutionis in integrum illis impartiri.

Quod nomen beneficium Canonum jure agni-
3 tum haud reperitur, cum restitutio eo jure appellettur. Regni verò, primum, & secundum beneficium, scilicet prima, & secunda restitutio ad pinguius probandum, *Affl. dec. 35. & 210. Novar. in pragm. 6. de ordin. judic. collect. 14.* & tali nomine ex communi pragmaticorum vocabulo nuncupantur, eo quod, non actionum rigorositate, sed Judicis solo officio, bonitate, ac naturali fundantur æquitate, qua lapsis, & circumventis consulitur, teste *Mascatell. in prax. Gl. in integrum in princip. lib. 1. par. 6.* ibidemque *Franc. Mar.*

Mar. Prat.vers.Indicat Author, absque alia læsionis probationem,sed ad simplicem privilegiati pe-
4 titionem, *Reg. Rovit. in prag.11.num.25.de ordin. Judicior. Gallup. in prax. S.C. par.2.cap.28.* quando autem, quibus in casibus, aut quot vicibus, concedantur, atque alia edisertat, *Imbrian.in suo perutili tract. de primo, & secundo benefic.*& compendiosè loquens *Ricc. collect.* 186. & conceditur prodigis, speciatim asserit idem *de Franch. decis.* 598. atq; *Octav. Bambacar. in sua alleg. typis data post repet. rubr. 5. si de feud. defuncti controvers. incip. circa negot. num.23.* Et nedùm Ecclesiis,sed, & Hospitalibus Xenodochiis, & Confratariis competat, deducitur ex exaratis per *Præs.Merlin. controv. forens. lib. 1. cap. 65. Mastrill. dec. 110. num.16. Cabed. dec.51. num.8. par.1. Gizz. ad Capyc.dec.95. n.15.* distinguentem, & etiam Clerico pro ejus bonis patrimonialibus, ad quorum titulum fuit ordinatus, *Novar.dec.87.*

5 An illa peti possint, & concedi in causa possessorii manutenendæ, & reassumptionis instrumenti, & quando agitur remedio Capitulorum Regni, inquirit *Ann.alleg.*84.cujus memor est *Avus meus ad Grammat. dec.58.n.21. & Pratus obser.57.*qui multa lepidè, & doctè de Capitulis Regni subnectit.

Et in causa præambuli, affirmativè decrevit S. C. teste *Reg. Rovito in apostilla ejus manu*, quam servo his verbis: *Ego obtinui in causa Monasterii Sanctæ Mariæ Magdalenæ,contra Fratres de Olgiate, in qua licet per M. C. fuerit denegatum beneficium, facto verbo in S. C. sub die 12. Januarii 1612. in Aula D. Jo: Sanchez de Luna, fuit decretum,quod concedatur petitum beneficium in causa præambuli, in qua fuit collega doctissimus, & acutissimus Jureconsultus Partenius Petagna.* Hæc ille. Et in causa salarii, tametsi illa summaria sit,ex *Bal. in Auth. nisi breviores, C. de sent. & brevicul. recitand. Marant. in pract. par.4. vers. ut judicium mercatorum num.197.* impartitum fuit de mense Maii 1648. in M. C. V. in causa Vincentii Collecta, cum Laura Cigala, in Banca Merollæ.

6 Quin, & alterum illorum concessum uni ex collitigantibus, extendatur ad alios, iique cogi, illo uti, possint, semel, atque iterum judicatum memorat *Reg. Tap. de jur. Regn. super Constit. Minorum jura num.7.* quem sequitur *Thor. par.1.compend. decis. verbo Beneficium*, multis in §. §. complura notatu digna in hac re, quæque in praxi persæpè evenire solent, proponit, & extricat,dubia. Illa autem consorti litis, non tamen privilegiato, per minorem petita, quamvis renunciata, tribuunt in causa individua, *Franch. decis.* 269. *Prat. observ.52. num.12. centur.1. Gizz. ad Capyc. Latr. decis.79.num.3.* quibus contradicit *Montan. controv.79.*

7 Illud autem, quod *Reg. de Ponte* docuit *cons. 62. sub num.9. vol.2.* præterire noluimus, nempè, si conclusum fuerit, videri dicendum, non esse concedenda beneficia, tùm jure communi inspecto, denegante tunc dilationes in *l. cum à nobis, C. de dilat.* tùm etiam usu S. C. abnuente beneficium elargiri post relatam causam, teste *Afft. in Constit. Regn. obscuritatem sub num.* 15. sequitur *Mund. dec.15. Ann.cons.115. num.2. Tap. in constit. minorum jura num.12.*quam quidem relationem habere vim conclusionis, inquit *Capyc. decis. 180. num. 10.* Verùm, ut conclusione facta concedantur, verior est conclusio, quam defendit *Andr. in d. Constit. obscuritatem*, ipsumque, & alios insequens, *Afflict. num. 12.* omnesque usu comprobari asseverant in eodem S. C. Introducta verò causa,ejusque relatione facta dissentiunt Regnicolæ, in attestando usu, aliqui enim concedi, alii denegari fatentur vidisse; *Minad.* enim *decis.* 15. in ejus initio denegatum fuisse ait, in causa Sancti Laurentii de Apadula, & in causa Scipionis Brancatii; *De Franch.* etiam in aliis causis id ipsum contingisse, affirmat *in dec.261. sub num. 2. & 10. Caravit.* hoc *in ritu 71. num. 6. & rit. 296. Reg.Rovit. in prag.53. num.1. de offic. S. C. & prag.11. num.28.de ordin. judic.* tametsi utrobiq; addat vidisse quandoq; concessum, & in Senatu Pedemontano *Thesaur.dec.43.*necnon *Consil.Staiban. centur. resol.* 191. *num.* 100. Alii verò non desunt affirmantes, dandum esse, atque ita obtentum vidisse,nempè idem *cit. Rovit.*in illis,quos recenset casus (tametsi priori ipse inhæreat sententiæ) Itemquè conveniunt *Imbrian. tractat. de primo, & secundo benefic. par.1. consid.5.num.16. Muscat. in prax. par.6. Glos. privilegiata num.12. Masull. ad Capyc. decis. 209. num. 12. Tartagl. in prax. rer.civil. cap.4. num. 22. Giurb. decis. Sicil. 36. num.9. Ricc. collect.85. Reg. de Ponte add.cons. 62. sub num.10. Carrab. de syndic. par.2.num.26. Consil. Anna consil. 115. num. 2.* quam maximam Contradictionem aufugere cupientes aliqui Consiliarii in causa U.J.D. Hortensii Petii, cum Universitate Gifoni, fuit introducta causa cum reservatione petendi beneficia, ac producendi scripturas, teste *Visconti Gifonensi in sua annot. 6. ad memoratam decis.262.de Franch.* Nostris autem temporibus hæc penitùs cessat disceptatio ex *pragm.* edita, tempore quo Regnum moderabatur *Emin. Cardin. Zapata de anno* 1621. redacta *in tit. de ordin. Judic. pragm.* 16. siquidem in illa est præfixus terminus, in quo illa peti debeant, scilicet, primum beneficium peti debeat infra triginta dies post publicationem factam, legitimèq; notificatam, & in causa, ubi non fuerit facta publicatio, debeat peti infra triginta dies,post conclusionem validè intimatam, & secundum beneficium infrà alios dies triginta immediatè sequentes, quibus elapsis, sit præclusa via amplius petendi, etiam sanctissimo in integrum restitutionis remedio, & sic expressè est sancitum, quod minimè audiantur ii, quibus beneficia competunt pro illorum concessione, tempore prædicto elluxo, *Reg. Rovit. in d. pragm. Reg. Capyc. Latro dec. 91. num.7. lib.1. & decis.136. num.6. lib.2. Reg. Sanfel.* explicat *decis.144. lib.1.Gizz. ad Capyc. Latro dec.91. num.1.* quin stante illius sanctione, non est, cur hodie valeat Judex partes cogere ad illa petendum, teste *Franc. Mar. Prato ad Muscatel. in add. Glos. in integrum, vers. an autem.* Illa verò concessa in causa principali,denegari in causa liquidationis, vel appellationis, monet *Afflict. dec. 35. & 114.* esse tamen illa indulgenda, si in causa principali fuerunt illa petita, & non concessa ob temporis lapsum, decisum tradit *D. Reg. Marcian. t.1. disp.19. num.13.* & advertit *de Angelis in prat.in l.quamquam, C.si sæpius in integ. rest.post.*

Quod

Quid verò dicendum sit in hæreditate jacente, 8 etiam si curator sit illi datus, an, inquam, ei currant tempora prædicta, & post illorum lapsum admittatur ad illa, & licet ex mentionatæ *pragm.* generalitate excludi deberet, attamen judicavit contrarium S.C & sic illa concedenda, apud *Reg. Revit. in famig. dec.41. ex tex. in l. ea quæ, §. fin. C. de tempor. in integr. restit. ubi Bal. Bar.* cæterique communiter admittunt, duplicemque decisionis rationem *num. 2. & 4.* succinit, insequitur *Cons. Staib. resol. forens. cent. 2. resolut. 140. num. 13. & resol. 176. num. 28.* quique terminus à *prag.* præfixus currat in damnum tam Actoris, quam Rei, decisum fuit per S.C. apud *Reg. Capyc. Latr. mem. decis. 91. num. 11 lib. 1.* & iterum tradit *add. dec. 136. num. 7. lib. 2.* reprobato *Thore in 2. part. compend. verb. beneficia*, contrarium attestante; quem excusat *Gizz. in add. ad Capyc. Latr. decis. 71. num. 7.*

9 Quibus autem personis concedi memorata beneficia indulgeant municipales leges, aditus patet ad notata per *Afflict. in const. jurisperitorum*, & quæ scripserunt *Carav. hoc in rit. num. 2. rit. 152. num. 3. Imbrian.* copiosiùs extricans *in tract. de primo, & secundo benefic. à num. 1. Muscatel. lib. 1. p. 6. Glos. privileg ata num. 1. Nunt. Tartagl. in prax. civil. cap. 4. sub num. 21. & 22. Præsid. Merlin. lib. 2. controv. forens. c. 52. n. 34.*

10 In cujus termino articulos impertinentes, sivè prioribus apertè contradicentes producere, ac super illis eosdem, vel alios examinare testes, necnè liceat, si quæratur. Nos volentes rem ipsam intimiùs perscrutari, ante responsum complura prænotare duximus; atq; à conclusione illa exordientes, nonnulla recolimus jura, tùm communia, regulariter examen respuere testium, didicitis testificatis *in cap. fraternitatis de testib. & clem. 2. eod. tit.* tùm Regni *in const. jurisperitorum*, atq; *prag. 12. de ordin. judic. Episcop. Campanil. in divers. jur. canon. rub. 11. cap. 27. à num. 98.* qui illic subjunxit *num. 99.* neque in causa appellationis super eisdem articulis, aut de directo contrariis, nosque alibi attingimus, insuperque *Affl.* asserit *dec. 216. num. 1. Gabriel concl. ult. sub tit. de testib. Viv. opin. 896. & de Franch. dec. 668.* aliiq; plures. Omnes tamèn illam in multis coarctant casibus, necnon *Marsil. in l. 1. §. fin. ff. de quæst.* inibi novem rescribens restrictiones, & octo *Menoch. de arbitr. judic. q. 34.* viginti autem *Specul. in tit. de testib. §. satis utiliter*, sexdecim verò, *Afflict. ead. constit. jurisperitorum à num. 2.* quas pro arbitratu quivis perlegere quibit. Nos enim ad eam properamus, quam illi præterierunt, quamque præsenti tractationi favere comperimus, atque in superioribus tetigimus, si, scilicet, testes examinari liceat super dictis articulis in beneficii termino, & quia indubitata est responsio, licere, ex ea nascitur sequela, illam esse restrictionem antedictæ regulæ negativæ. Quod autèm veritate fulciatur isthæc limitatio, advertimus sanxisse, adductam *prag. 12. eademq; Constit. Regni obscuritatem, & Affl.* speciatim probat *in dec. 216. sub num. 2.* demumq; *Imbrian. eod. memor. tract. nū 2. benefic. cons. 2. num. 99.* tametsi ex illo *cap. fraternitatis*, in contrarium pugnans argumentum depromatur, ut propterea videre expediat, quæ *Menoch.* perpendit *cons. 188. num. 1.* hocque, post alios firmant *de Franch. decis. 683. in fin. Reg. Capyc. Latr. post Carav. lib. 2. consult. 115. num. 28. Reg. Sanfel. in prax. judic. sect. 58. num. 5.* hanc prærogativam ad privatum privilegiati adversarium protendens, dummodò ille privilegiatus beneficio non petierit limitatè, succinit *vers. tunc namque, Affl. dec 89. Capyc. dec. 170. Franch. dec. 269. in fin.* aliorumq; suffultus auctoritatibus, & tangit *Amend. ad Franch. dec. 421. num. 2.*

11 Verùm, attento jure Regni, deprehendimus dissentientes Doctores, respectu mulieris, quam, etsi gaudere prædictis beneficiis, una sit omnium voluntas regnicolarum, dissimilis tamen in eo, si aliorum ad instar queat super articulis ipsis impertinentibus, aliisque recensitis, producere testes, quippè *Affl.* quamvis annuat *eod. mentionat. loco in d. const.* & communem esse sententiam dicat *Oroscius in l. ubi n. 2. ff. de edend.* Contradicit tamen *Osasc. decis. Pedamont. 87. Gratian. decis. Marcb. 219. sub num. 1. Anton. de Amat. decis. Marcb. 78. Sud. decis. 104. num. 25. Mascard. conclus. 1080. n. 24. Guttier. pract. quæst. lib. 1. q. 70. nu. 7.* ut propterea quæstio prædicta existimetur difficilis admodùm, nisi triplici distinctione utendum, dicamus. Prima, si mulieri competat de jure restitutio; ac de Jure Regni beneficium. Altera si competat, an etiam, ut contraria deducat, aut eadem. Tertia demùm, quid usus admittat. In priori capite, perpensa dictorum opinione, videtur communior sententia, negans mulieri restitutionem de jure, in quo casu loqui prædictos Auctores constat ex eorum verbis. Beneficium verò, attento Jure Regni, dari, nemo Regnicolarum impugnat, at omnes, assentiuntur, etiam *Carav.* atque alii relati, deduciturque ex *Constit. Regni obscuritatem, & pragmatic. 11. de ordin. Judic. Marant. in prax. par. 6. vers. Et quandoque appellatur num. 77.* & confirmat *Consiliar. Staibau. resolut. forens centur. 2. resolut. 155. num. 4. Avus meus ad Capyc. decis. 109. sub num. 2.* subnectens, hoc privilegium cuilibet mulieri competere, illud verò variationis fori tantùm viduis, ac virginibus, & firmat *Jo: Mar. Novar. decis. 240.* & proindè adversus probationes omissas, beneficium ipsis competit, minimè verò adversus sententias, seù decreta, *Ursill. ad Affl. decis. 356. num. 5. Reg. Revit. in pragm. 1. num. 22. de minor. de Franch. dec. 284. num. 2. Staib. add. resol. 155. num. 6.* nonnullas restrictiones indicans à *num. 39.* & iterum *resolut. 199. num. 4. ead. centur. 2.* In secundo casu, aliqui prædictorum miscentes terminos negant, alii taciti pertranseunt; Jurisconsulti verò Regni passim admittunt, adeò quod in alio, & tertio capite loquens *Afflict.* nulla addita dubietate, concludit, praxi obtentum esse id mulieri licere, ut propterea ab alienigenis minus considerantibus illius verba, fuerit nequitèr reprehensus, scilicet ab eodem *Osasco. propè num. 10. & Anton. de Amat. sub nu. 7.* & contra *Affl.* insequitur *Guttier. lib. 1. pract. quæst. cap. 70. n. 7. Stephan. Gratian. dec. 219.* nec *Affl.* postea subiicit *Bart.* & alios plures idem probare, sed praxim illam desumptam esse, ex theorica illorum, inquit, scilicet ex illorum conclusione in aliis, nempè Minore, Ecclesia, aut Universitate, prodiisse ejusmodi usum in Regno, ut mulieri quoque restitutio

tio concedatur, & in illius termino probet, sicut & alii, quodquè ista fuerit *Afft.* intentio constat ex illius verbis in eadem *Constit. obscuritatem sub num.* 3. ut illius vigore detur mulieri restitutio, non jure communi, quo quippè jure non reperiri mulieribus concessam, affirmat; posthac igitur ità faciendum esse in Regno, nemo prorsùs dubitabit, prout, & de hac re interrogati plures officiales, iique eximii viri, non semèl responderunt, quin, & aliqui, ut amico exposcenti satisfacerent, in Aula discutientes relatam contradictionem *DD.* retulerunt, unanimes fuisse omnes in approbanda *Afflicti* sententia, ab eoquè attestata praxi, teste *Visconti ad Franch.decis.*668.*in novis. vers.An mulier.*

12 Superest modò, ut duo investigemus ad perfectam hujus rei cognitionem. Alterum qui dicantur articuli impertinentes. Alterum verò, quando dicatur aliquis didicisse testificata ad finem, ut amplius probare non valeat. Ad primum, dilucidiùs explicat idem *Imbrian. tract. de repuls. par.* 1. *consid.*2. *à num.*120. *de Franch. decis.*220. & illic addentes *Cavens. rit.*282. *Episc. Campanil. sup. rit.*39. *Cur. Archiepiscop. post num.*17. *Avus meus ad Capyc. decis.*15.*num.*1. *Reg. Rovit. in prag.* 12. *num.*1. *de ord.Jud. Ricc. p.*4. *collect.*1312. *p.*5. *collect.*18011. *& par.*9. *collect.*2091. *Valenz.consf.*129. *num.*61. *vol.* 2. Ad secundum videndi sunt *Ursill. ad Afflict. in dict. decis.*216.*num.*6.*Mascard.concl.*1236. *num.*29. *&* 30. *Surd. decis.*53. *num.*1.2. *&* 3. *Marcell. Calà in tractat. de mod. articul. num.* 1294. *Muscatel. ead. Glos. causa num.*6. *& Visconti ad Franch. decis. cit.*668. *vers.item possunt.*

13 Senibus verò, àn dentur beneficia, quæstionem in praxi quoque frequentem pertractat *Pres. Merlin. add. c.*52. *cent.* 2. *controv.forens.* quamq; examinat *Prat. ad Muscat.in add. Gl.privilegiata, vers. sed pulchra est quæstio*, & conferunt tradita à *Consil. Rocco tom.*2. *respons.*82. *Pascal.de patr.potest. par.*2.*cap.*2. *num.* 91. *Novar. de privileg. miserabil. person. in præfat. num.*3. *Narbona de ætat. anno.* 80. *q.* 3. *num.* 2. *Valasc. de privileg. pauper. par.*3.*q.*18. *Reg. Marcian. lib.*1. *disput.*19. *num.*8. *&* 9. Qui omnes admittunt senes ad beneficia restitutionis in integrum, quando cum senectute concurrit perpetua, & gravis infirmitas, ex *Præs. de Franch. dec.*608. *Consil. Staib. lib.*2. *res.*155. *nu* 84. Verùm in causa D. Alonsi Sanchez de Luna, cum Duce Balneoli, super successione hæreditatis Joannis Vincentii Capicii Piscelli pestifera lue contacti anno 1656. defuncti ab intestato, lata sententia per S.C. relatore *Dom.Cons.Paulo Staibano*, sub die 1. Junii 1661. declarando hæreditatem prædictam spectare ad dictum Ducem hæredem Violantis Sanfelicii, petiit adversus illam restitutionem in integrum dictus D. Alonsus, non solùm ex senili, & gravescente ætate, ultra annos sexaginta tres, sed etiam ex continuo, & gravissimo morbo, quo, deturpatis sensibus, laborabat, producendo fidem ætatis, & hujusmodi morbi, factam à Prothomedico, & decreto Spectabilis Dom. Præsid. S.C. fuit exclusus, à quo reclamavit ad Supremum Collaterale Consilium, & facta relatione de mense Augusti 1661. referente *Spectabili Dom. Regente Navarra*, illud confirmatum fuit, penès Mag. Amicum Scribam à mandatis. An Universitati, affirmativè resolvit *Afflict. in prælud. constit. q.* 5. tametsi in illa unus civis remanserit, ampliat *Freco. de subfeud. lib.*2.*quæst.* 12. quem refert *Avus meus ad mentor.Capyc.decis.* 109. *sub num.*2. *Reg. de Marin. ad Reverter. decis.* 156 *num.*2.

14 Quin, & illis fruuntur talitèr privilegiati, quamvis majori, lite cœpta, succedant, in actibus tamen cum ipso pupillo gestis, explicat *Avus meus ad Gram. dec.*52. ex *Affl. & Ursill. decis.* 212. *& Viv. decis.*250. explosa *Carav. hoc in ritu* sententia simpliciter *num.*6. contrarium asseverante, & etiam minoribus lite pendente effectis majoribus, illa competunt *Revert. decis.*115. *& ibi D.Reg.de Marin.* alios adducens.

15 Nec in causis criminalibus illa conceduntur, dummodò ad vindictam agatur; *De Franch. dec.* 421. *Rov. in pragm.* 11. *num.* 35. *de ordin. Judic. Imbrian. de repul. repuls. p.*1. *consid.*1. *num.* 128. *Muscat. in Gl. adversa in addit. Ricc. collect. dec.* 10. *Capyc. Latro add.consul.*115. *n.*12. *Reg.Reverter. dec.*341.*& ibid.Reg.de Marin.*

16 Sed pulchra fuit quæstio agitata in S. C. inter Universitatem meæ Terræ Caccaboni, cum hæredibus Francisci Antonii Marchesciano, àn scilicèt Universitas ipsa restituatur adversus repulsam testium in termino non petitam, in qua, cum adhuc puer essem, calamum in gratiam Universitatis arripui, fretus auctoritatibus *Nicol. Boer.decis.* 245. *num.*5. decisum in illo Senatu subnectentis, *Cald. Pereyr. in tract. de restit. in integr.* quem fecit *super l.si curatorem habens*, *ff. de in integr. restit. minor. super verbo Læsis*, *num.* 5. & ex nostratibus firmant *Foller. in prax. crim. clausul.concedatur repulsa num.*23. *Imbrian. de repul. par.* 1. *confider.*1. *num.*133. quamque insequi opinionem videtur *De Franch. d.dec.* 421. *num.* 9. licet de ea dubitaverit, *Capyc. decis.*62. *Muscatell. in d.Glos. adversa in add. lit.B. vers. tertius casus*, quibus, & addimus *Reg. Sanfel. in prax. Judic. sect.*57. *nu.* 10. *Ripoll. var. resol. cap.*5. *num.*74. *de dilationib. & ad prax. civil. Ludovic. à Peguer. rub.*20. *nu.* 9. *Ventrigl. in prax. tit. de repul. test. annot.* 32. *§.* 2. *num.*24. *lib.*1. *Reg. Capyc. Latr.d. consult.* 115. & quamvis contrarium affirment *Cappell. Tholos. dec.* 53. *Lopez de donat. inter vir & uxor. in cap.per vestras §.*26. *in fin. relatus ab Avo meo ad Capyc. dec.* 62. *num.*2. *Carav. hoc in ritu nu.*5. *Isern. in const. obscuritatem*, ubi *Afft. q.*3. *num.*8. *Reg. Rovit. in cit. prag.*11.*num* 20. *de ord.judic.* ea quippè ratione, quod terminus repulsæ uti odiosæ concernentis testium reprobationes, & objectus criminum de momento ad momentum currens, nullam admittat restitutionem, dixit *Oldran. consil* 3. *post Gl. in clem. non potest*, *verb. electi extr.de procur.* & ex *tex. in l. auxilium*, *ff. de minor.* annuit *Carav.eod.num.*5. etenim replicabamus regulam præfatam locum vendicare dumtaxàt, quando minor læsus, vel qui læderetur, ex alterius delicto lucrum consequi vellet, secus verò, quando restitutio principalitèr petita respicit commodum, & lucrum minoris, tametsi secundario insequatur Adversarii injuria, hoc namque casu restitutionem competere, optimè distinguendo tradit *Sforz. Odd. in tract. de integr. restit. par.*1. *quæst.* 4. *art.* 9. *pag.*39. quem comprobant *de Franch. decis.add.* 421.

421. *num.9. addit. Muscatel. in d. Gl.adversa lit. B.* & conferunt exarata à *R. Rever. mem. dec.*341. *lib* 1. *& Afflict. decis.*390. *in fin.* & in primo casu firmocinantur *Carav.* cæteriq; dum *tex.*præfatum *in l. auxilium*, adducunt, qui procedit, quando principalitèr ex delicto, vel ad vindictam illa petitur; Imò, & prima quoq; distinctionis parte attenta, simpliciter minorem restitui adversus exceptiones criminosas non oppositas, voluit *Jo. Mauritius Bolanus in tract. de restit. in integr. cap.* 262. 5. *vol.tract. pag.*179. quin addebam regulam prædictam locum vendicare in odiosa personarum reprobatione, non in ea, quæ adversus dicta concipienda esset, ex *Imbrian. sup. num.*135. *& Capyc. decis.* 62. concinitque axioma illud, quod quamvis repulsare non valeam testem partis, quē pro me examinavi, *Glos. in cap. constitutus de testib.* illum tamen reprobare possum quoad dicta, ut advertit idem *Capyc. dec.cit.*62. *num.* 6. *ex Salic. in l. si quis testibus, Cod.de testib. dec.Avenion.* 33. *num.*14. *Reg. Rovit. prag.*2. *num.*24. *de ordin. Judic. Avus meus ad Capyc. decis.* 39. minusque officit, quod *Reg.Rovit.add.prag.*11.*ex de Franch. decis.* 421. scripserat, nam illic *Præs.* in diverso casu loquutus fuit, teste *Muscatel. d.par.* 6. *Glos. terminus in add. lit. B.* Et haud obstantibus à nobis perpensis, contrarium judicavit S.C. in mense Julii 1645. decrevitque procedi ad ulteriora, oppositis non obstantibus, referente *D.Consil.Scipione Theodoro*, Actorum Magistro Figliola. Habent sua sydera causæ. Verùm restitui minorem, si illius causæ victoria dependeret ex testium reprobatione, determinavit *Senat.Cathal.*apud *Cancer. var. par.*2. *cap.*1.*n.*302. *Jo: Paul.Xammar.rer. judicat. par.*1. *defin.*23.*n.*23.

An Collegio Scolarium, vel alicujus artis illa competant, *Imbrian.*affirmativam sustinet partem *consid.*4. *num.*98. *& Reg. Salernit. dec.* 23. *& ibi Thor.* & Montibus hujus Civitatis, pro mulieribus maritandis, erectis, ampliat *Thor. par.*3.*compend. decis. verb. Beneficium*, non verò Sedilibus Nobilium hujus Civitatis in causis nobilitatis, *Reg. Rovit. in cons.*32. *& altero* 33. *lib.* 2. *Thor.* 1. *par.compend.decis.verb.Restitutio in integrum,Gallupp.par.*2. *cap.*31. *num.*9. *ejus prax.*

37 Quam autèm dilationem beneficia exquirant, *prag.* 11. *de ordin.Judic.* non explicat, sed benè noster *Ritus*, quem esse correctum, ex S.C. *dec.* apud *Affl. dec.* 214. indicat *Carav. num.* 8. autumans terminum in primo beneficio dandum non esse medietatem termini dati ad probandum, ut ritus sanxit, sed esse arbitrandum secundum locorum distantiam. At *Carav.* assumptum, impugnatur à *Muscatel. par.*6. *Gl.adversa num.* 1. ipsoque non laudato, insequitur *Reg. Rovit. in d. prag.*11. *num.*31. & praxis eorum dicta observant. Videas *Maxill. ad consuetud. Barens. rubric. de dilationib. sub nu.*21. *Imbrian. add.tract.de primo,& secundo benefic. consid.*1.*n.*112.

R I T U S LXXII.

Publicatio peti debet elapso termino quatuor dierum, fitque ipso jure, si non petatur, & ea facta, datur terminus ad recipiendam copiam processus.

ITem quod elapso termino, tàm in causa civili quā in causa beneficiorū dato, infra dies quatuor à die dicti elapsi termini, petatur per partes principales seù procuratores earū, publicatio in causa: & si infra dictum terminū non peteretur: habeatur ex tunc pro publicato in causa, & scribatur in actis publicatio, tanquam esset facta de consensu utriusq; partis, & facta publicatione, eodem die detur terminus ad recipiendum copiam processus dictæ causæ, juxta provisionem Judicum, & naturam ipsius causæ. Itaque elapso dicto termino ad recipiendam copiam dato, de cætero non audiantur, nisi steterit per Magistrum Actorum, vel Subastuarios Curiæ, quo casu teneatur Magister Actorum, seù ille, qui fuerit negligens in dando dictam copiam ad pœnam tarenorum decem excomputandorum in gagiis ejus, quod nota.

S U M M A R E R U M.

1 *Judicia forensia in Civitate, cur constituta sint.*
2 *Publicatio in causa quando fiat, & quid sit.*
3 *In Romana Curia illa haud est in usu.*
4 *In hujus Regni, ac Civitatis Tribunalibus facienda est publicatio, eaque omissa, an sint acta nulla.*
Caravita adversus Borrellum defenditur.
5 *Publicatio fiat uè ipso jure in Regno, eo ipso, quod terminus probationis labatur.*
6 *Dato termino, si nullus fuerit receptus testis, omittitur publicatio, & proceditur ad conclusionem, quamvis scripturæ in termino productæ fuerint.*
Doctrina Caravit. in ritu 149. *sub num.* 4. *declaratur.*
7 *Sola publicatio, absque testificatorum scientia, haud impedit testium receptionem, cum declationibus.*
8 *In causis summariis, in quibus terminus juris haud impartitur, loco publicationis fit facultas ad dicendum.*
In criminalibus causis publicatio fit uè pernecessaria.
9 *Publicatio facta die feriato, licet processum non vitiet, quid tamen operetur.*
10 *Testes ex incuria, errore, vel aliter, nulliter recepti, num valeant facta publicatione, iterùm examinari.*
Et hoc casu eorum dicta sunt extendenda, & non sufficit, quod se referant ad depositionem in illa, vel alia causa factam.
11 *Advocatis, & Procuratores, quæ in considerandis probationibus advertere debeant, satis edocentur.*

1 CUM eam maximè ob causam judicia in Civitate, forensia constituta sint, ut veritas, & justitia, ventis quasi contrariis agitatæ clarius tan-

tandem elucescant; Calumnia, atque improbi-
tas detectæ damnentur, atque opprimantur, ideo-
que sedeant Judices, orent Advocati, admittan-
tur accusatores, audiantur testes juramenta acci-
piantur, tabulæ, ac processus conficiantur; illud
minimè ferendum in iisdem videtur, quod tamen
aliquando nonnullius improbitate, ac negligen-
gentia fieri nimis perperam solet, ut auditis jam
testibus, testimonia in obscuro jaceant, & quid
in eis pro innocentia sit, quid contra audaciam,
pœnitus ignoretur, qua sanè re, quid indignius?
quid ab Judice incorrupto alienius? quid reipu-
blicæ pestilentius excogitari queat? Ita enim fit;
ut judicia ipsa fine suo careant: Veritati sua lux
detrahatur; improbitas sua pœna non afficiatur
Illaque turpitèr læsa hujusmodi inter latibula
ignominiosè ingemiscat; ista audacissimè insul-
tet, atque impunè jactabunda quodammodo trium-
phet. Huic malo Ritus, de quo nunc agimus
consuluit: qui effluxis dilationibus impartitis,
tum in termino, tùm in beneficiis, ac facto exa-
2 mine per partes, & causam, & testes citissimè
palam omnibus, & publicationem fieri jubet,
cujus publicationis definitio, quod sit attestatio-
num secretè depositarum sollemnis, & deliberata
per Judicem partibus facta ostensio, traditur à
*Mariano Soccino Sen. in cap. fraternitatis sub
num. 22. extr. de testibus*; illius actum servari in
Gallia, in parlamento Parisiensi, & Delphinali
scripserunt *Guid. Pad. decis. 589. num. 1. Gayll.
pract. observ. lib. 1. obser. 105. num. 2.* in Consi-
liis Regiis Hollandiæ, & Brabantiæ, vigore sanctio-
nis Regis Catholici Philippi Austrii II. memores
sunt *Jodocus Dambonderius in prax. rer. civil. cap.
182. Nicol. Rensuer. decis. 15. num. 31. lib. 3.*
3 minimè verò in usu esse in Romana Curia, ad-
vertunt *Nell. de Sanct. Geminian. in tract. de te-
stib. par. 2. num. 121. & Rota in antiq. decis. 16.*
nisi in tertia instantia notavit *Octav. Vestr. in prax.
Roman. Cur. lib. 7. cap. 1. num. 4.* At in hujus
4 Regni, & Civitatis Tribunalibus, tùm Regiis,
tùm Baronalibus, in omni causa, quantumvis
summaria, faciendam esse publicationem; eaque
omissa injustè processum ad ulteriora, instante-
que parte revocanda, postmodum gesta, advertit
Viv. decis. 32. lib. 1. & testatur *Borrell. in summ.
decis. tit. 24. de public. process. tom. 2. Thor. par.
3. compend. decis. verbo sententia nulla.* Si ta-
men petita fuerit, alioquin non impedire compi-
lationem processus sub *num. 12.* subnectit idem
Viv. per *Glos.* insignem *in cap. fin. vers. Judicis
de haeret. in 6.* collaudatam inibi per *Gem. Franc.
Anchar.* & alios alibi presertim *Afin. in prax. §.
3. cap. 10. num. 5.* quin eximius Doctor *Matt. de
Afflict. in constit. Regni incip. pacis cultum 6.
notab. num. 53.* hujusce Ritus necnon tenore
*prag. 11. incip. Cursu dilationum sub tit. de ord.
judic.* scripsit illam simpliciter esse de Judicii sub-
stantia illiusque omissione, sententiam vitiari
insequiturque *Annib. Troys. sup. ead. prag. num.
4.* quorum effatum exploso prorsus illo *Caravit.
hoc in ritu num. 9.* amplexatur *Borrell. cit. loco
num. 42.* inquiens studiosè hoc *Caravit.* egisse,
ut *Annibali* contradiceret. At *Carav.* sententiam
tutentur *Bal. in cap. 1. si de invest. int. domin. &
vasall. lis oriat. Glos. in cap. fin. verb. Judiciis
de haeretic. in 6. Joseph. Cum. in rit. Sicil. cap. 39.
num. 35. Thom. Travisan. decis. Venet. 53. & dec.
54. lib. 1.* idem *Gid. Papa decis. 586. Menoch. de
arbitr. Jud. lib. 1. q. 33.* superinde multa scribit
atque *Mattiens. in dialog. Relat. & Advoc. par.
3. cap. 45. num. 6. Lanfranch. in prax. cap. 2. sub
num. 38.* idem *Afflict. in cap. 1. §. idem si vassallus
num. 4. de controv. investit.* & ex eodem *Afflict.*
notat *Gallupp. in prax. S. C. tit. de public. in caus.
par. 2. cap. 26. num. 2.* & post *Caravit.* tradit *Reg.
Rovit. in d. prag. 11. num. 2.* & super *prag. 4. nu.
6. de dilat. Aunt ment ad Capyc. decis. 55. num.
2. Reg. de Marin. quotid. res. c. 45. num. 2. lib.
1. & ad Rever. decis. 263. num. 2. Novar. in alleg.
post grav. 100. num. 5. lib. 3. & de priv. miserab.
pers. priv. 125. Reg. Sanfelic. in prax. Judic. sect.
57. num. 2.* eamque veriorem censeo, & commu-
niter receptam observo, teste quoque I. C. sum-
mo practico *D. Franc. Mar. Prato ad Muscatell.
5 in par. 6. Glos. partes in fin.* An illa fiat in Regno
ipso jure, eo ipso, quod labatur terminus proba-
tionis dissentiunt nostrates nam annuunt *Ma-
rant. par. 6. 11. actu nu. 7. ex Reg. Pragm. dispo-
sit. Calà de modo articul. Glos. 3. §. 1. num. 35.* ab-
nuit tamen *Muscatell. lib. 1. par. 6. Glos. partes n.
5.* dicens illam *pragmat.* ab aula recessisse, talem-
que actum fieri, parte expente, & instante, &
usus Tribunalium inolevit *Thor. par. 2. compend.
verbo Sententia nulla vers. estque verum*, insequi-
turque *Reg. Sanfelic. add. sect. 57. num. 1.* Illam
6 vero omitti, si fuerit datus terminus, & nullus
testis receptus, diuturna introduxit provida
consuetudo etiam, si scripturæ in eo fuerint pro-
ductæ, nam lapso termino, proceditur ad con-
clusionem neque pugnat doctrina *Carav. sup. rit.
149. sub num. 4.* etenim fatur cum aliqui se exa-
minandi; tunc quippè ait publicationem fieri
debere cum termino aliquorum dierum, & reser-
vatione infra eundem terminum examinandi præ-
dictos testes in termino citatos quam resolutio-
nem comprobant insupèr verba *rit. 86.* in initio,
& alia circa medium *illa* nempè, *& idem intel-
lige de responsionibus partium*. Reliqua etiam in
fine posita, scilicet, *quod publicatio potest fieri de
quolibet actu*, intelliguntur non quidem de quo-
libet actu circa examen, sed de quolibet actu prio-
ri, vel posteriori continente examen testium re-
ceptorum ad instantiam unius, vel alterius parti
& quod adjungitur de *responsionibus*, explicatur
de depositionibus principalium, illarum siquidem
fit etiam publicatio.

7 Solam publicationem atque testificatorum
scientiam haud impedire testium receptionem,
apud *Farin. de testib. q. 75. cap. 4.* & verior ac
æquior DD. resoluit opinio, & proinde habita fi-
de ab Actuario, & scriba, examen non fuisse
percontatum, examinantur testes in termino ci-
tati, teste *Muscatel. glos. causa num. 11. Ventrigl.
in prax. rer. notab. tit. de publicatione annot. 32.
§. 1. nu. 21.* & confirmant *Gratian. discept. forens.
158. num. 20. Fontanel. decis. Cathal. 102. num.
13. p. 1.* & in praxi servari attestantur *Prat. ad
Muscatell. ibidem vers. quatenus*, tametsi fuerint
attestationes percontatæ per transcursum; quic-
quid

quid in hoc contrarium asseveret *Reg. Rovit. in d. prag. 19. num. 6.* In dubio autem visas fuisse præsumitur, & contrarium probandum foret, teste eodem *Gratian. num.* 21, laudato à *Ventrigl. add. loco num.* 24. etiamsi pars juraret non per. contasse, adnectit *Prat.loco indicat verf. Pulchrum tamen.*

8 In causis autem summariis, in quibus haud terminus juris impartitur, sed vice ipsius fit decretum, quod capiatur informatio illam omitti & fieri ejus loco, actum, qui vocatur facultas ad dicendum, ex *Carav. hoc ritu num.* 13. & *Guid. Pap. decis.* 369. *in fin.* observat *memorat. Gallup. sub num.* 1. & addo *Marans. in specul. par. 6. in 11. act. num.*7. In causis vero criminalibus fit, nè, pernecessaria, & alia longè utilia in ejusmodi publicationis materia prædictas causas tangentes, explicat *Jul. Clar. qu.* 49. & 61. & nos etiam *in rit.*74. & 86. necnon *Capyc. decis.*82. *Capyc. Latro decis.* 178. *lib.*2. *Episcop. Ricc. par. 5. collect.* 1768. quique *collect. seq.* 1769. in causa matrimoniali sermocinatur, & recipi posse annuit, ex *decis. Senat. Pedemontan.* apud *Antonius Fabr. decis. 6. C. de testib.* restrictiones regulæ adnectens.

9 Facta vero die feriata, tametsi processum non vitiet, operatur tamen, quod pars contra quam est facta, valeant testes examinare didicitis non testificatis advertit *Carav. hoc. in ritu nu. fin* quem refert *Ventrigl. num.* 29. id quod semper licebit, non viso examine partis, usque ad causæ expeditionem, in producendo testes in termino citatos, ut diximus. Unde inolevit cantilena decretorum passim, quæ interponuntur, quod recipiantur testes in termino citati, & habeatur ea ratio, quæ de jure habenda erit, cujus rationem reddit *Guttier. pract. lib.*1. *q.* 54. *Surd. cons.*8. *per tot.* & quando testes possint examinari post publicationem, *Ricc. par. 5. in add.collect. decis.* 1768. & 1769.

10 Testes verò ex incuria, errore, vel aliter, nullitèr recepti, valeant nè facta publicatione iterum examinari inquirit noster *Carav. num.* 14. & miscendo res civiles cum criminalibus, affirmativè inhæret opinioni quamque insequi videtur *Muscatell. add. Glos. causa, par. 6. num.* 12. & hoc quippe casu non sufficit, si testes se referant ad depositionem in alia, vel eadem causa factam, sed eorum dicta extendi debeant, & non per viam simplicis repetitionis, decisum tradit *Reg. Rovit. super pragm. 9. de ordin. judic. num.* 23. *Avus meus ad Gramm. decis.*103. *num.*53. *num.* 53. *Viv. opin.* 911. *ejus sylva comm. opin. Judex de Angelis ad Gizzarel. dec.*63. *num.*6. redarguens *Carav.* contrarium sustinentem in facto asseverans illum uti non versatur in nostris Tribunalibus haud esse integrum testem illorum praxis, teste *Gizzarell. decis.* 27. *num.*6. At *Carav.* sensum comprobant, *Thomat. decis.*56. *Gratian. discep. forens.* 890. *num.* 14. & extricat *Reg. Sanfel.* videndus *decis.* 97. *lib.* 1. Qualiter autem se gerere debeat Advocatus in considerandis probationibus facta publicatione, instruunt *Suar de Paz in prax. par. 1. tom. 1. temp. 9. num.* 5. & 7. *Farinac. pract. crimin. tract. de testib. tit. de oppos. contra person. test. q.* 62. & cæteris quos laudat *Franc. Maria Prat. Carav. hoc in ritu* memor *ad Muscat. p.6. Glos. momentum vers. Ad hanc autem materiam.*

11 Hoc unum tamèn in tàm gravi negotio vellem ut Advocati, Procuratores advertant, nimirùm, ut sedulò, nèc per fugam acta cognoscant, sed perlegant, meditentur, testium depositiones ad integritatis trutinam, non semèl, aut bis, rem totam perpendant, intentissimè recognoscant, ut utriusque partis rationibus, & probationibus præponderatis, causæ veritas elucescat, & quæ clienti favere, quæ adversari judicaverint, firmitèr pronuncient; postremò cedendum nè sit illi, an pro victoria standum, sine mora decernant, quæ cum ita servaverint, & dissentionibus occluderetur aditus, & litigantium sumptibus parcetur, pax summa, concordiaque inter Cives habebitur.

RITUS LXXIII.

Facta publicatione, terminus ad repulsam à die assignatæ copiæ infra decem dies petatur, infra quem examinentur testes, alias non audiatur.

Item quod facta publicatione in causa, si partes, vel aliquæ ipsarum voluerint petere terminum ad repulsam testium, petere debeant infra decem dies numerandos à die assignatæ copiæ processus dictæ causæ, plus, vel minus ad arbitrium Judicum juxta quantitatem processus, & quod detur terminus ad probandum juxta materiam causæ, & locorum distantiam, & dicta repulsa concedatur utrique parti per dationem unius termini, & infra terminum datum ad probandum in causa repulsæ, jam dicti testes jurati examinentur, ità quod de cætero non audiantur: nisi justa causa.

SUMMA RERUM.

1 *Nihil est pro seculi pravitate, quod faciliùs obtineatur, quàm hominum de quavis re testimonium.*
2 *Jure optimo hic ritus inscriptus est, quo ejusmodi hominum testimonia recusari conceditur.*
3 *Inter cæteros attestationum publicationis effectus principem tenet locum isthac testium reprobatio.*
4 *Repulsa concedi cum clausula, si indiget haud debet.*
5 *In ejus termino recipi necne possint articuli impertinentes.*
Vel de directo contrarii.
Verba pragm. 12. ordine judic. declarantur.
6 *In quibus causis deneganda sit.*
7 *In causa appellationis, an concedenda veniat testium in prima instantia examinatorum.*
8 *An testes citati in termino, & non examinati possint post terminum recipi in causa repulsa.*
Quid in judicio summario.
9 *In causis criminalibus, àn concedatur.*
Quid ex capite inimicitiæ.
Inimicitia quomodo probetur.
10 *Testes ab ipsomet litigante producti abeodem re-*

pulsari, an possint, sivè personæ, sivè dicta.

11 *Infra quem terminum peti debeat repulsa, facta publicatione.*

Hodie attento usu S. C. conceditur, dummodò sit petita, etiam in actu conclusionis.

12 *Si conclusio fuerit recissa primi, vel secundi beneficii remedio, sit nè illa concedenda, ad tradita per Capyc. decis. 65. inquiritur.*

13 *Protestatio contra testes, si non antecesserit illorum attestationes, repulsa non conceditur.*

Cauti procuratores, qua cautela uti debeant in tali protestatione.

14 *Terminus ad repulsam brevis esse debet, & quid hodiè servetur.*

15 *Quomodo se gerere debeant causidici in reiiciendis testibus.*

1 Nihil est pro seculi pravitate, quod faciliùs obtineatur, quàm hominum de quavis re testimonium; alliciuntur sæpè ad testificationes perhibendas pravis animi propensionibus, sæpiùs, vel pecunia, vel amicitiæ stimulis impelluntur, verùm, nè sit, an falsum, quod proferant, nominè curant, voluntatis ductum, non rationis lucem sequuntur, quæ cum ita se habeant, quis non improbabit testium simulationem, eorumque dicta refellet. Jure optimo hic Ritus inscriptus est, quo
2 ejusmodi hominum testimonia reiici, omniumque semper testium verba in suspicione adduci, ac recusari conceditur, idque defensionis loco habeatur. *cap. sapè, de verbor. signific. cap. præsentium de testib. Afflict. dec. 351. num. 3. Borrell. in summ. dec. par. 2. tit. 25. de repulsa num. 2.* &
3 principem tenet locum inter cæteros attestationum publicationis effectus, quos recenset *Jodoch. Damboaderius in prax. rer. civil. c. 182. num. 11. 12. & 13.* necnon *Nicol. Reasner. decis. 15. num. 31. lib. 3.* isthæc testium reprobatio, impugnatio, ac repulsatio, quæ partibus impartitur ipsius publicationis actu facto, legitimèq; notificato, *Joseph. Ludov. dec. Perus. 73. num. 1. Capyc. decis. 55. nu. 3. Jacob. Philip. Part. in trac. concl. lib. 1. concl. 39. limit. 6. Petr. Rebuff. ad Const. Gall. tit. de publ. art. 1. num. 12. Andr. Gayl. prac. obser. 105. num. 8.* cujus repulsæ materiam cum *Imbrianus*, adeò copiosè, ac perdoctè explicaverit *in suo de repulsa tract.* duabus partibus distincto, ut aliquid addere vanum existimem, satisque erit, Lectorem relegare ad ea, quæ præfatus Doctor accuratè congessit, necnon peritissimus æquè, ac doctissimus *Reg. Rovit. super pragmatic. 11. de ordin. Judic.* quamvis pauca quædam potissimùm inspecto Jure Regni deliberate haùd censeamus supervacuum esse.

4 Illam itaque peti, aut concedi cum clausula, si indiget, vetuit Regium decretum cujus meminit *prag. 63. de offic. S. C.*

5 In ejus autem termino produci minimè posse articulos impertinentes, statuit *prag. 12. eod. add. tit. de ord. Jud.* utique verò alios de directo contrarios, teste *eod. Imbrian. in tract. de primo, & secundo benefic. consid. 3. num. 99.* dummodò tendant ad reprobationem testium reprobatoriorum, non autem examinatorum in primo termino, ut post *Capyc. dec. 62.* atq; *Surd. dec. 126. num. 8. & dec. 296. per tot.* monet idem *Imbrian. indic. tract. de repuls. par. 1. consid. 2. num. 144.* & post *Capyc.* observat *Reg. Reverter. dec. 393.* neque adversari opinamur verba citatæ *prag. 12.* atque ideò *Muscatell.* illis suffultum non jure contradicere, existimantem illius *pragm.* verbis improbari articulos de directo contrarios in termino repulsæ *in par. 6. Glos. momentum*, maximè *post num. 18.* quandoquidem, præter alias ab eodem (cum rectius consideravit) deductas responsiones *in sua additione ultima*, credimus congruere, quod licet dicta *prag.* in proœmio verba faciat de impertinentibus, ac de directo contrariis, in dispositiva verò loquitur tantùm de impertinentibus.

6 Causas verò, in quibus concedenda, aut deneganda sit repulsa, enarrant *Farinac.* copiosè more solito, ac distinctè *quæst. 62. à num. 163. Reg. Rov. in pragm. 11. memor. n. 9. & 22.* nonnulla in praxi, & theorica recensens, *Reg. Sanfel. in prax. Judic. sect. 57.*

7 Sed in causa appellationis repulsari non possint testes examinati in prima instantia, defendit *Affl. decis. 266. Avus meus ad Capyc. decis. 157.* quem refert *Dom. Reg. de Marin. ad decis. 262. num. 3. D. Reg. Revert. Ripoll. variar. resolut. cap. 5. num. 30. & Mastrill. dec. 97.* multas alias commemorans decisiones, insequitur *Cancer. lib. 1. var. resol. cap. 20. num. 48. de testibus, Avendan. respons. 21. in fin.* necnon *Guttier. lib. 1. pract. q. cap. 64. num. 2.* nisi tamen in priori instantia petierit, nec obtinuerit terminum ad repulsam, subdit idem *Affl.* aut si ex capite falsitatis, ille idem ait, citatusq; *Mastrill.* amboque decisum attestantur, *Avus meus ad Gramm. decis. 59. num. 3.* multoque magis si fuerint petita repulsa, concessus terminus, & producta capita repulsæ, non tamen probata, juxta *decis. Pedam Thesaur. 259. num. 6. Reg. Capyc. Latr. tom. 2. consil. 115. num. 11.* quemadmodum si consuetudo suffragaretur, nam liceret *Guid. Pap. dec. 500. Reg. Rovit. in prag. 11. num. 10. de ordin. judicior. Imbrian. add. tract. par. 1. consider. 5. num. 70. Ricc. collect. decis. 10. & 834.* Verùm tamèn est, nulla existente prædictarum causarum, obtinuisse D. Dianam Miroballam in anno 1553. facultatem respuendi testes examinatos in prima instantia, memorat *Ann. singul. 442.* insinuat fortè evenisse, quia impedimento detenta erat. Sed, an testes in termino repulsæ citati, sed minimè recepti, possint post terminum recipi, prout recipiuntur testes in termino citati in causa principali, ex dictis per *Vivium dec. 127. n. 8. Ripoll. adduct. cap. 5. de dilation. num. 177.* & per nos alibi, potissimum in *rit. 69.* in qua quæstione *Carav. in hoc ritu 4. notab.* contra ea, quæ scripserat *in mem. rit. 69. in 3. notab.* firmat, non esse illos recipiendos, & proindè in termino repulsæ, debeant testes citari, jurari, & examinari, cum ille currat de momento ad momentum, *Carav.* refert *Muscatell. in prax. lib. 1. par. 6. Glos. momentum, num. 14.* At contra *Carav.* opinionem, decisum fuit per M.C.V. & per S.C. sub die 24. Augusti 1654. *referente Dom. Reg. de Marinis, tunc ipsius M. C. Judice*, ut ipsemet testatur ad *Revert. decis. 262. n. 4. tom. 1.* & provisum fuit, recipi testes in termino repulsæ citatos.

8 In judiciis autèm summariis, competat nè repulsa, adinvicem dissentientes fuere Doctores,

quando-

quandoquidem alii negant, alii annuunt, atque *Anna* præsertim negat *alleg.*84. *num.* 10. per *dec. Capyc.*55. necnon *Imbrian.consid.*1. *&* 2. *Thor.par.* 1. *compend. decis. verbo Repulsa*, *Reg. Tapia decis. S.C.* 24. *num.*8. etsi veritate inniteretur, incassum tot leges, atque Doctores in Regno de repulsa loquerentur, ubi causas omnes summarias esse constat, & nos alibi probavimus. Nec decisio *Capycii* adversatur, cum verba faciat in Judicio summariissimo ob timorem armorum, quis manutenendus sit lite pendente. Imò apertis verbis *nu.* 2. ostendit *DD.* contradicentes loqui in judicio summario, nisi replicetur aliud esse judicium summarium, aliud autem causas summarias; cum causas ipsas etiam ordinariè agitandas esse, in judicio verò non ità procedendum, supponatur. Quid igitur verius sit in proposita quæstione, si percipere volueritis, videtote *Covar. pract. qq.cap.* 17.*num.*4. *Boccat.in tract. de interdict.uti possidet. cap.*14. *à num.*43.*Menoch.de arbitrar. Judic.quæst.* 32. *Ripoll. adduct. cap.*5. *num.* 247. Nos enim assentimur concedi debere, nisi calumniosè petitam fuisse, pateat, juxta *decis. Affl.* 351. præsertim *sub num.* 5. *&* 6. ibidemque *Ursill. in princ.* alteramque *Perusinam Josephi Ludovici* 86. maximè *num.*14. loquentem in materia attentatorum; sicuti, & *Troys. in pragm.cursu dilationum, num.* 15. *de ordin.Judic. Hieronym. de Laurent. decis. Avenion.*8. *num.* 7. *Vestrius in prax. lib.* 8. *cap.* 4. *num.*21. *Imbrian. indic. tract. part.* 1. *consider.*1. *num.*32. *&* *consider.*3. *num.*22. *Lancell.de attent. par.*3.*cap.*26.*num.*120. *Scacc. de judic. caus. civil. & crimin. cap.*97. *num.*91. *Farinac. quæst.*62.*à n.* 195. *&* *q.*68. *à n.*81. *Marant. in Specul. par.* 6. *in* 13. *actu num.*14. *Thor. par.* 1. *compend. decis. Regni, verbo Repulsa.*

9 In causis verò criminalibus concedatur nè, illa, negativè post *Parid.*in crimine blasphemiæ, & Læsæ Majestatis, respondet *Carav.* noster *num.*5. nisi, ex capite inimicitiæ, subdit, & amplexantur *Foller. in prax. crim. rubr. conced. repuls. num.* 4. *Vermigl. cons.* 90. *num.* 20. *Hippol. Maja consult.* 22.*num.*32. *Ricc. dec.Cur.Archiep.Neap. par.*3.*dec.* 29. *num.*5. *Jul. Cartar. decis.* 33. *num.* 4. lateque *D. Francisc. Baron. de effect. inimic. effect.*113.*lib.* 1. *Ann. sing.*67. idem *Ricc.collect.*834. *Gram.cons. crimin.*15. *num.*12. *Muscatell. in prax. crim.rub. de blasphem. num.*26. *Avus meus ad Capyc. dec.*55. *num.*4. *&* *ad Gram. dec.* 50. *num.* 17. tanta enim est repulsæ inimicitiam tangens vis, ut, cæteris aliis, sit major, & nunquam excepta dicatur, teste *Carav. hoc in ritu num.* 8. quæ autem debet esse talis inimicitia, explanant *Camp.in cap.vulgaris num.*19. *&* 26. *Clar. §.fin. q.*24.*vers. item quæro*, *Thor. ad Jo: Grand.de bella exul. ad prædicam. substant. q.*3. *ad num.*9. *Ricc. collect.*453. *Nepos de Monte Albano in tractat. de except. rub. de except. contr. testes*, *vers.item si testis inimicus*, *Foller. in prax. crim. rubr. concedatur repuls. num.* 19. *Borrell. add. tit.*15.*num.*287. & exempla enarrant *Cicero in orat. pro M. Fontejo*, *Valer. lib.* 8. *cap.* 5. Inquisito enim Q. Pompeo repetundarum, Cajus, & Q. Servilii Cepiones, & Q. & L. Metelli testes in illum à sapientissimis Judicibus repulsi sunt nè in gratiam inimicorum damnatum fuisse crederetur, absolutus fuit, non obstantibus summis testium virtutibus, refert *Petr. Ærodius decretor. lib.*4. *tit.* 11. *cap.* 24. & post ipsum, *Petr. Gregor. syntagm. jur. lib.*48. *cap.*3. *num.*34. Inimicitia autem, ut probata dicatur, quæ requirantur *Intrigl. singul.*176. *num.*62. *lib.*2. *&* *sing.*80. *num.*11.*lib.* 3. *Cyriac. controv.*409.*num* 70. *Muta super pragm. tit.*20. *num.*6. *Lel. Zanch.de duell.inter mil.Sacr. & Secul. lib.*1. *cap.*27. *num.*9. *Prukman. cons.* 43. *Testai alleg.*6. *num.*156. *Thor. par.*3. *compend. dec. verbo inimicitia*, *Baron. in prælud. adduc.tract.n.* 9. *&* 11.

10 Testes verò ab ipsomet litigante producti ab eodem repulsari non possunt, *l. si quis testibus, Cod. de testibus*, *l. Pomponius* 10. *in princip. ff. de negot. gest. Robert. Maranta cons.*143. *num.*9. *Episcop. Carol. Marant. controv. jur. lib.* 5. *respons.*76. *num.*28. quamvis non examinati, sed in calce tantùm suæ citationis ad testes annotati, qua usus non fuit, tradunt *Rubbin. decis.*122. *Ricc. collec.* 834. *Avus meus*, *Carav. hoc in ritu num.* 5. laudato *ad Capyc. dec.* 39. *num.* 2. *Jodoc. in prax. civil. cap.*186. *num.*4. *Reg. de Marin. ad Revert.dec.* 343. *num.* 3. *tom.* 1. lateq; *Episcop. Campanil. ad Oliv. rit. Archiepisc. Neap.* 33. *num.* 6. *lit. A.* id confirmans auctoritate ejus prædecessorum, in legali scientia præstantissimorum, quin, & ejusdem Avi mei ejus Sororini, qui idem decidit anno 1599. cum tres, & viginti annos agens, munus judicatus Suessæ exercebat, postquam officio Auditoris generalium Commissariorum, cum omnimoda potestate contra exules in Aprutiensi Provincia bis functus erat, *ipso Episcopo* attestante *eod.loc.*

Quod peroptime idem *Avus meus* eundem, sequutus *Carav.* intelligit, quoad illorum personas, secus verò quoad dicta, si nova non supersit causa, innixus quoque *Gramm, dec.* 34. *Ursill. ad Affl. dec.* 216. *&* *Capyc. dec.* 62. *in fin.* & post ipsum firmavit *Reg. Rovit. sup. sæpiùs memor. prag.* 11. *num.* 24. amplians hujusmodi approbationem operari, nedùm quoad futurum examen, sed etiam, quoad præcedens antè approbationem, necnon *Reg. Sanfelic. in prax. judiciar. sect.* 57. *num.*17.*&* 18. *Reg.de Marin. ad Revert. dec.*393. *num.*1 *tom.*1.

Infra tamen decem dies peti debeat repulsa facta publicatione, statuit Ritus, cujus dispositioni, contradicit *pragmat.* 11. *de ordin. Judic.* quæ processum consignari mandat infra dies octo numerandos à publicatione, ut amodò infra dies octo immediatè sequentes, tùm Procurator, tùm Advocatus valeant illum percontari, quibus ultimis octo diebus elapsis, si aliqua partium die sequenti repulsam petierit, ipso jure concessa intelligatur, quin his nostris temporibus adversari usum S.R.C. attestatur præcitatus *Rovit.ead. pragmat.*11. *num.*14. quo introductum esse affirmat, concedi repulsam quandocunque, dummodo petitam in actu conclusionis, & ex *Carav.* confirmat *Borrell. lib.* 2. *summ. decis. tit.* 25. *de repuls. num.* 9. Quod si talis conclusio fuerit rescissa primi aut secundi beneficii remedio, sit nè illa concedenda, variè determinasse S.C. constat apud *Capyc. decis.*55. *num.*4. ibidemque peroptimè adnotat *Avus meus* fuisse in causa Princi-

pis Bisiniani, cum Duce Neritoni denegatam, quia à repulsam petente nil erat examinatum in primo termino quidquid *Auum meum* divinare dicat sed malè, *Borrell. add. tit. 25. nu. 35. Auum meum*, siquidem insequuntur *Imbrian. tract. de primo, & secundo beneficio, num. 112. Novar. de ordin. Judic. num. 2. pragm. 11. & D. Reg. Capyc. Latr.* casus à *Capyc.* enunciatos recensens *add. consult. 115. à num. 31. lib. 2.* Videas *Maxill. ad Consuet. Bari tit. de dilation. num. 23. Ursill. dec. 266. in fin. Thor. par. 1. compend. decis. verb. repulsa concedenda, & verbo Respulsa an concedi*, necnon *Dom. Reg. Reverter. decis. 262.* qui dubiam fore concedendam *Capyc.* decisionem annuit, & contrarium concludit, illiq; inhæret *Dom. Reg. de Marin. in observat.*

Afflict. insuper dicit, quod si protestatio contra testes non antecesserit attestationes illorum videlicet *protestor contra testes, & dicenda per eos*, non liceat post publicationem illos reprobari *in decis. 351. num. 8.* insequitur *Auus meus ad Capyc. decis. 55. num. 4. & ad Grammat. decis. 24. num. 8. Gallupp. in prax. S. C. par. 2. cap. 28. num. 4. Reg. Sanfelic. in prax. judic. sect. 57. nu. 11. Borrell. add. lib. 2. summ. decis.* latè *tit. 15. de test. reprobat. seù repuls. num. 16. Ventrigl. in prax. tit. de repuls. annot. 32. §. 2. à num. 1.* regulæ præfatæ restrictiones adducens. Cauti tamen procuratores addunt protestationi, *quatenus contra principalem, & non aliter*, & sic cessabit titubatio *Carav.* quam ex *Marant.* indicat *sub num. 4. vers. ideò videmus*, nàm tunc testium ex adverso dicta in favorem protestantis illi proderint, ut advertit *Muscatell. par. 9. Glos. momentum, num. 5.* & dixerat *Oliva ad rit. cit. Archiep. Neapolit. 33. num. 1.* Hanc tamen protestationem non fieri in Camera Imperiali scripsit *Gaill. practic. observat. lib. 1. obsevat. 87. num. 5. & observat. 105. num. 17.*

Quod verò terminus ad repulsam brevis esse debeat arbitrio Judicis de Jure Canonico, voluit *Jo. Andr. in cap. licet el 3. de testib. num. 3.* cum quo noster convenit *Ritus*, tametsi ex *pragm. prædicta 11.* incip. *Cursu dilationum*, ille sit medietas termini probatorii dati ad probandum, cujus *pragm.* dispositionem non servari, sed illam Ritus, indicat *Carav. in 2. notab.* quamvis abnuant, & *pragm.* servari asseverent, *Muscatell. d. Gl. momentum. num. 12. Borrell. add. tit. 24. nu. 12.* & hoc jure utimur *Reg. de Marin. in observat. ad mem. dec. 393. Reg. Revert. num. 1.* Et in Curiis quoque Ecclesiasticis Regni, advertit *Ventrigl. idic. annot. 32. num. 2.*

Illud moneo causidicos, cum reiiciendi sunt testes, modestissimè id faciant, & iniuriosis verbis,
15 quæ pietati maximà nocent, & urbanitati, minimè utantur, expressè fateantur, & protestentur in rubricis articulorum, seù positionum, se non testibus notam inurere, exceptiones repulsatorias opponendo, sed veritatem rationibus tueri velle, ut advertit *Soccin. cons. 118. col. 3. vol. 1. Marant. in specul. par. 6. act. 13. num. 3. & 15. Suarez de Pax in sua prax. 5. par. tom. tempor. 9. num. 12. Fegner. in prax. civili rub. 20. num. 4.* ex hoc non odia, non contumeliæ, nec dissentiones orientur, omnibusque humanitatis, & justitiæ significationem præbere, videbuntur.

R I T U S LXXIV.

Repula repulsæ conceditur.

ITem quod elapso termino dato ad dictam repulsam, infra quatuor dies, petatur, & fiat publicatio dictę repulsæ, & si peteretur post dictam publicationem, repulsa repulsæ concedatur utique parti per dationem unius termini infra sex tantùm dies numerandos à die assignatę copiæ dictę repulsæ, & petatur, ut fiat publicatio ut supra, & si infra datum terminum, non fuerit petita ipsa publicatio, habeatur pro publicato, ut supra quod servatur.

S V M M A R E R V M.

1 *Æqualitas in Judiciis facienda est, & æqua lance pro omnibus pendendum est.*
2 *Repulsa repulsæ concedenda est, & non ampliùs.*
3 *Huic ritui concordat prag. 11. de ordi. Judic. in concedenda repulsa repulsæ, dissentit tamen in modo concedendi, cum declarationibus.*
In illius causa unicus tantùm datur terminus, & est medietas termini dati in repulsa.
4 *Prædicta secunda dilatio repulsæ, nùm concedenda sit in causa criminali ad favorem fisci, vel accusatoris.*
5 *Publicatio, nonnisi parte petente, facienda est.*
6 *Judices in hac re attendere debent conditionem testium examinatorum, eorumque mores inspicere, nobiles ut sint, àn plebei, &c.*
7 *Quomodo testes repellendi sint, & quibus ex causis, remissivè.*
8 *Vera àn sit sententia illa, viles, & pauperes in testes non admitti.*
Pauper ab accusando repellitur, & facillimè periurus est.
9 *Histrio, qui mercede recepta, scenam agit, àn in testem admittatur.*
Ejusmodi persona inter humiles, & sordidas connumerantur.
Histrionia munus, nùm inter malas artes numeretur.
Puplica spectacula omni jure sunt permissa, cum declarationibus.
10 *Comica spectacula exhiberi, àn possint propè Monasterium.*
Decisio in causa Venerabilis Monasterii Sancti Francisci de Paula extra Portam Capnanam hujus Civitatis, cum Petro Paulo Cimino, recensetur.

1 QUanti facienda sit in Judiciis æqualitas, æquitatis amator facilè intelligit, & a nobis exarata *rit. 46. in princ.* manifestè ostendunt. Id potissimùm Judicis munus est, ita æquis oculis res in controversiam positis intueri, ut in neutram partem, aliquo suo vel affectu, vel odio, vel emolumento abripi se patiatur. Hoc enim esset au-

auctoritate abuti, ac maximis commune bonum incommodis perturbare; cùm nulla re adeò homines offendantur, quam hujuſcemodi inæqualitate judicii. Etenim cum pares nos fecerit natura, ex æquo nobiſcum agi ardentiſſimè exoptamus. Moleſtè fert animus, ſi quis nobis præfertur, igitur æqua lance pro omnibus pendendum eſt, ex quo, & jura, & hujuſmodi ritus ſanctionem, quam maximè laudo, quæ pro ſingulis eandem ſervari menſuram expreſſis verbis patefaciunt, quapropter ſi litiganti adverſæ partis teſtes reprobare licuerit, huic etiam, & illius teſtes reiicere concedendum erit.

2 Atque ideò elargitur terminus ad repulſam repulſæ, at deinceps litigantibus nefas ſit amplius ad reprobationem teſtium aſpirare, nè ſi producendi quartos contra tertios, & ſic deinceps, partibus facultas impatiatur negotium diutiùs protalari contingat, ad *tex. in cap. licet dilectus de teſtib. cap. præſentium eod. tit. in 6.* & ſuper eis DD. omnes *Epiſcop. Campanil. ad Oliv. rit. Cur. Archiepiſcop.33. num. 7. lit. B. Jo. Bapti Ventrigl. in prax. notabil. annot.32. §. 2. num.* 6. quin, & plures Civiliſtæ tradunt multis in locis, præſertim *Bal. in l. ſi quis teſtibus num.*12. *C.de teſtib. Roman. ſingul.* 388. *reprobatio* ſolertiſſimus ſcriptor *Imbrian. in tractat. de repulſ. par. 1. conſiderat. 1. ſub num.* 13. quique ſub duplici ſubordinata dilatione utriuſquæ repulſæ vim extricat.

3 Huic ritui concinit etiam in ipſa concedenda repulſa repulſæ, *pragmat.* 11. *de ordin. Judic.* diſſentit verò in modo concedendi quamvis neutrius forma his poſtremis temporibus in omnibus attendatur, teſte *Caravit.* ad hunc *rit.* etenim in aliquibs reiicitur proſcripta ab ipſa *pragmat.* in aliis verò in hoc *Ritu* & in more habemus conſtitutum à. *Muſcatell. in prax. civil. par. 6. in tex. in Gloſ.* verò *repulſa ſub num.* 2. apertè oſtendit in quo altera ab altera diſtet, & utraque à moderno uſu; Idemque cauſam inquirit, hujus intuitu iſthæc ſecunda dilatio repulſæ introducta fuit *in ſeq. Gloſ. termino num.* 1. & non ſecus, ac in prima dilatione unicus tantùm conceditur terminus utrique parti ita in cauſa hujus ſecundę dilationis, teſte *Scaglion. ſuper ead. pragmat.* 11. *num.*14. inter ſua tamen *commentaria* tenet duodecimum locum *ſub rub.de public. proceſſ.* ipſumque *Muſcatell.* aſſeverantem medietatem termini primæ repulſæ eſſe terminum ſæpulſæ repulſæ, inſequitur idem *Imbrian. add. conſid. 1. nu.* 25. irruens contra *Caravit. hoc in ritu*. Unde ſi in repulſa fuerit datus terminus dierum ſex, in iſta dabitur terminus dierum trium. *Marant.p.7. actu* 13. *num.1. Borrell. par.2. ſumm. deciſ. tit. 25. de repulſa, num.* 14. *Reg. de Marin. in obſervat. ad deciſ. Reg. Reverter.* 393. *num. 2. tom.* 2. hujus *rit.*memor.

4 Prædicta ſecunda dilatio ſit nè concedenda in cauſa criminali ad favorē fiſci, vel accuſatoris, diſcutit *Pariſ. de ſyndic. verbo inquiſiti, cap. 2. verſ. ita videbitur ſub num.* 1. & quod attinet ad fiſcum nullatenus tribuenda facultatem illi reprobandi teſtes defendit etiam *Imbrian. eod.tract.p.1. conſid. 2. num. 6. & is*, atq; *Grammat. deciſ.*45. *num.*14.

Quod ſi infrà terminum ſecunda dilatio repulſæ petita non fuerit, habeatur pro publicato, diſponit *Ritus*, & concinit adhuc *pragmat.* 11 *de ordin. judicior.* & neutrius diſpoſitionem admittit uſus Tribunalium Regni, idque præter *Carav. Muſcatell. par. 6. Gloſ. partes, ſub num.* 4. ſub-
5 jungens tantum parte vetente faciendam, additque formam *num.*5. eamque eſſe, quam jus commune admittit *cap. conſuluit, de offic. delegat.* & *Gloſ. in conſtit. Regni univerſos, verſ. Publicatorum*. Alia verò de publicatione iſta congerimus *ſup. rit.72. 86. & 97.*

6 Illud in hac re, Judices advertant ſcilicet, ut teſtium examinatorum conditionem attendant eorumque mores inſpiciant nobiles nè fuerint, àn plebei, integram nè, an pravam ſceleribus duxerint vitam, pauperes an divites ſint, amicitiæ notant cum litigantibus ſubiverint; Vera ne àn ſimilitudine fugata, & nihil de re affirmativa eorum dicta cenſeantur, quæ omnia, ſi accuratè examinentur, mirum, quantum ad commune bonum conducerent, id enim ad prudentis Judicis arbitrium referendum eſſe, jura voluerunt, *l.1. 2. & 3. ac cor. tit. de teſtib.* quorum meminit *Prat. ad Maſcat. par.6. Gl. termino repulſa, verſ.ut imperfectum nihil*, & ante ipſum *Borrell.par.2. ſum. dec. tit.15. de teſtib.reprobat. n.2.*

7 Quomodo autem teſtes repellendi ſint, & ex quibus cauſis *Maranta 6. par. tit. de repulſa teſt. Ferrar. in ſua prax. in form. juram. teſtium, §. proteſtante, & in forma opponendi contra teſtiam Theſaurus deciſ.* 258. *Aſinius in ſua praxi* §. 20. *Farinac. in lib. de oppoſit. contra examen teſtium*, maximè *qu.* 75. potiſſimùm ſi viles, & pauperes illi ſint.

8 Quamvis enim impium videatur velle nos animi adimere, quibus fortunæ luſus bona corporis ademit *Claud.Bertazz. in add. ad patrit conſ.* 810. *num. 7. lit. B.* tamen communior fertur ſententia viles, & pauperes non admitti in teſtes *Gloſ. in d. l. 3. & in cap. ſi teſtes, §. ſi teſtes, §. teſtium fides 4. quæſt. 3. Farinac. quæſt.57. num. 4. Thom. Grammat. conſ. crimin. 26. num.13. & conſ. 58. num.11. Ladereb. conſ.181. num.10. vol. 1. Borrell. tom.2. ſumm. deciſ. tit. 15. de teſtium. reprobat. à num.* 330. & clarius voluit *Hermogenianus in lib. 6. juris epitom. l. nonnulli, ff. de accuſ.* docens pauperem ab accuſando repelli ergo multò magis a teſtificando, dicere namque teſtimonium majoris eſt præjudicii, quam accuſare, ut arguunt *Crot.de teſt.p.3. nu.*24. & alii apud *Farinac. num.*16. regulam reſtringentem, ac ampliantem, præſertim in cauſa civili ardua, *num.* 26. in cauſa matrimoniali, *num.* 28. in inventarii confectione, *num.*34. atque conſonum rationi hoc eſſe videtur; pauper enim faciliimè perjurus eſt ut ait *Salomon*, relatus à *Gloſ. in cit. cap. ſi teſtes*, nullus miſeris eſt pudor *Seneca in Oed.* ſcripſit, ſceleri proclivis eſt egeſtas, *Syll. lib.*3. dixit.

Et in quadam cauſa fuit objectum cuidam teſti quod eſſet hiſtrio, ſed quod mercede recepta, ſcenam argeret; ad *text. in l.1. & 2. §. eos, ff.de his qui not. infam. l.1. §. denique ff. de poſtuland. Borrell.* in terminis *par. 2. ſumm. deciſ. tit. 15. de teſt. reprobat. num.*222. Quamobrem nonnulla

quæ

quæ in hanc rem tunc temporis adnotavi, libet mihi nuoc hic adnectere; Ejusmodi enim personæ inter humiles, & sordidas connumeratur *l. humililes, §. humiles, C. de incest. nupt.* ac in dubio famosi de jure existimantur, *d.l.2. §. ait Prætor & l. 3. ff. his qui notant infam. §. fin. ff. ad l. Jul. de adult. l. quadam delicto 14. ff. de pæn. l. 1. §. item Senatus consulto, ff. de postul. l. lege Julia 44. §. & is ff. de rit. nupt. l. penul. Cod. ex quibus causis infamia irroget. l. Imperialis cum auth. seq. Cod. de nupt. §. 1. auth. fenic. non sol. cau. 14. q. 1. can. per dilect. de consacrat. dist. 2. DD. passim in d. can. 14. q. 1. & in cap. cum decorem, de vit. & honest. cleric. Bart. in l. 1. ff. de in jus vocando Tiraq. in add. tract. de nobilit. c. 34. num. 6. 7. & 11. in tract. de pæn. temp. in præfat. num. 19. Belluc. inspect. princip. rub. 11. §. videndum, nu. 11.* ibique *Camill. Borrell. in add. lit. N. Lambert. de Jur. Patr. lib. 1. quæst. 26. art. 9. num. 1. & 2. Forner. rer. quotid. lib. 5. cap. 29. Car. de Grassis de effect. cleric. effect. 1. num. 1235. & cap. 10. num. 8. Maiol. de irregular. lib. 2. cap. 5. num. 17. lib. 3. Coler. de process. exequt. par. 1. cap. 9. num. 10. & 11. Bellet. disquis. cleric. par. 1 Gratian. discept. forens. cap. 185. num. 43. & 46. Episcop. Ricciul. de person., quæ in statu reprobo versantur, lib. 5. cap. 8. n. 2. & Amaya ad l. unic. n. 34. 35. & 36. de infamibus lib. 10.*

Hinc Antisthenes, teste *Plutarcho*, cùm de Ismenia quodam audisset, optimum eum esse tibicinem, Authomo dixisse fertur: Nequam illum esse oportere: neque enim, virum probum, & tibicinem aliquem esse posse; quò etiam perbellè collineat, quod ex *eod. Plutarch.* de Antea scytharum Rege, tradit *Tiraq. cap. 34. de nobilit. num. 7.* jurejurando, scilicet eum affirmasse, se libentius hionientem equum, quam Ismeniam ipsum bello, tunc captum, fore auditurum, & Senatusconsulto Augustus Cæsar inhiberi dignus fuit; quòd (ut *Suetonius* in ejus vita scripsit) ad scenicas quoque, & gladiatorias operas equitibus Romanis aliquando uteretur: quæ res, & Neroni vitio data est, *eod. Suet.* teste, *in vita Ner. cap. 4.*

9 Et nostro jure, tàm improbum, atque inhonestum, hoc histrioniæ munus, non inter malas solum artes oumeratur, *l. 1. ff. de serv. compend.* sed peculiaribus pœnis illud exercentes plectendos esse sancitum fuit. Pagani enim infamiæ nota, milites capitali pœna multentur, *l. quadam 14. de pæn.* mulieres malæ condit onis, atque inhonestatis macula notantur, *l. Imperialis 24. C. de nu. rtialis* Uxores ad scenicas agendas operans locantes de adulterio damnantur, *l. mater ff. ad l. mater 10. §. mulier ff. ad l. Jul. de adul.* atque à maritis id prohibentibus, licitè repudiantur, *l. consensu §. vir. C. de repud.* filii, qui preter parentum mores, scenicis associantur, justissimè exerhædantur *l. in arenam C. de inoff. testam. §. causas, vers. si prætor, Auth. ut cum de appellat.* Clerici Clericali orbaotur privilegio, *cap. unic. de vit. & honest. cleric. Cened. collect. 37. ad decret. num. 20. Bovadill.* cæteros casus congerens *lib. 2. politic. cap. 18. num. 44. Amaya ad l. unic. C. de Infant. lib. 10. nu. 36. Episcop. Ricciul. lib. 5. tract. de person. quæ in statu repr. versant. cap. 12. num. 1.*

Quinimò adeò illicitum, & detestabile existimatur, ut legatam Civitati pecuniam, ut ex ea spectacula quotannis edantur in eam causam, tanquam illicitam, non deberi, responderit *I. C. in l. legatum Civitati 16. ff. de usu, & usufruct. legat. l. legatum 5. ff. de administ. hæred. ad Civit. pertin.*

In contrarium verò opponebatur, comedias, seù publica spectacula omni jure esse permissa, *l. 1. 2. & toto tit. C. de spectac. public. lib. 11. l. unica, C. de majuma eod. lib.* & pro eis posse legari *Glos. in l. Civitatib. de legat. & Guliel. de bened. in cap. Raimutius, in verbo Absque liberis il secondo, sub num. 11. de testam.* refert quendam Tolosanum, ut continuo repræsentarentur comediæ maximum aliquibus histrionibus legatum reliquisse. Ideoque Terentii Poetæ scenicum opus non modo non illicitum, sed quodammodo Reipublicæ haud inutilè existimatum fuisse, ejusdem sequens sepulchralis testatur inscriptio.

Descripsi mores hominum, Juvenumque, Senumque.
Qualiter à servis decipiantur heri.
Quid meretrix, quid leno, dolis configat avaris.
Hæc quicunque legit, sic puteo cautus erit.

Hinc comœdiæ, quæ initium à Græcis habuerunt, & invectæ, pro votis, tunc offerendis falsis Numinibus ad fertilitatem impetraudam, teste *Polidor. Virg. de rer. invens. lib. 1.* necnon *Tit. Liv. decad. 1. lib. 7.* in maxima apud ipsos Græcos, & Romanos fuerunt æstimatione, & Romani sæpè sæpiùs eas exercebant, & Augustus sæpissimè eis delectabatur, ut ait *Sueton. in vita Augusti cap. 88.* & testatur *Textor in officin. in cap. ludi, & spectacula diversa*, & propterea à Domitiano Imperatore edita fuisse theatra magnifica, & sumptuosa, scripsere *Blod. in lib. 2. & 3. de Roma triumphante, Cassan. in Cathal. Glor. mund. part. 11. consid. 52. Cassiod. var. lect. lib. 4.* Imò *Cicero* vocat, histriones veritatis imitatores, *in lib. 3. de orator. num. 119* & Roscius, vir doctus, librum scripsit, in quo eloqueotiam cum Histrionia comparavit, *Cassan. loc. cit.* & eas permittendas esse *Angelicus Doctor* notavit *in 2.2. quæst. 86. & in microcosmia par. 1. dialogo 12. pag. mihi* 149.

At prædicta, dicebatur, locum vendicare in iis spectaculis, quæ à Principibus populo ad solatium fiunt, & in quibus honestas, ac modestia primum sibi obtinet locum ut, *in l. unica, C. de majuma lib.* 11. & advertit *Episc. Ricciull. addit. tract. lib. 5. cap. 2. num.* 11. non autem in his, de quibus agitur scenicis repræsentationibus, quæ à Mimis, Histrionibusq; publicè, receptaque mercede peraguntur, & in quibus scenicæ mulieres, nulla sibi patrocinante modestia, nec verecundia ornatæ, liberè agentes, scenam alloquentes, ac multotiès psallentes, ac tripudiantes populò, ac præsertìm incautis sese Juvenibus ostentant, *Marian. in tract. de spectac. cap. 12. Bovad. lib. 5. cap. 4. num. 24. Bulenger. de theatr. lib. 1. cap. 50. Pantoja lib. 2. de aleator. num. 5.* Uode nedùm Roma, sed universa Italia Tiberius scenicos, Histrionesq; pepulit Nero Paotomimos omnes relegavit. Domitianus eisdem scenam interdixit. Massilienses nullum aditum juventuti in scenam, theatrumq; tri-

tribuebant, nè per motus obscænos impudicitia Juvenes lascivirent, ut eruditè, post alios notat *Ricciull. add. trac. cap. 7. num. 4. P. Prægesf. de Regim. Reipub. par. 1. disput. 2. §. 4. n. 189.*

Propterea, paucis antè annis, contenderunt Religiosi viri Monasterii Divi Francisci de Paula, extra Portam Capuanam hujus Civitatis (sub cujus Magni Patriarchæ auspiciis, ac patrocinio, Urbem, ac Regnum suum gens nostra esse voluit) contendebant, inquam. Comica spectacula in ædibus Petri Pauli Cimini exhiberi non posse, quia propè idem Monasterium eæ sitæ essent, authoritate freti *Ep. scop. Ricc. in decis. Cur. Archiep. 254. num. 8 par. 2, Novar. in collect. ad prag. 5. n. 3. ut quid in loco publico*, in specie firmantium, scenicas repræsentationes honestis in locis fieri non posse.

Et facto accessu, *referente Consiliario Aloysio Gamboa* die 20. Octobris 1655. fuit per S.C. provisum, quod respectu repræsentationis comœdiæ, partes adeant Delegatum, in Banca tùnc de Scacciavento.

Delegatus autèm Hospitalis Incurabilium tunc Reg. Hector Capycius Latro (in cujus Hospitalis commodum, atque ægrorum, quorum inibi maxima multitudo est, ac summa Christianæ pietatis (quod nulli obscurum) laude, curantur, alimenta, pleraque pars Comicorum stipendiorum cedit, causam suscepit; decidit; licere Comicis, comœdias repræsentare. Cognito scilicet, nullo id cum scandalo fieri posse, cùm ædes prædictæ, ubi fabulæ agebantur, trecentos à Monasterio passus distarent, ac viæ publicæ interjectu dividerentur.

RITUS LXXV.

Facta publicatione fit conclusio, & datur terminus ad allegandum, quo elapso, ad expeditionem causæ proceditur.

Item facta publicatione dictæ repulsæ, & omnium actitatorum prædictorum in dicta causa, ita quod nil restet fiendum: fiat conclusio infra quatuor dies numerandos à die factæ publicationis, detur terminus procuratoribus dictæ causæ, quod producant in dicta causa allegationes in scriptis, cum rubricis assumptis brevius (ut melius potest) infra quindecim dies, numerandos à die factæ conclusionis, & alias ad arbitrium Judicum, considerata qualitate, & natura causæ, quo termino elapso, sive fuerunt præsentatæ ipsæ allegationes, sive non, Judices dictæ Curiæ procedant ad diffinitivam sententiam ferendam, breviùs, quam potuerint, juxta naturam causæ prædictæ.

SUMMA RERUM.

1 *Testibus reprobatis, probationibus, ac defensionibus explicatis, fit conclusio in causa.*

2 *Et appellitatur tùm conclusio, tùm exclusio, pariaque sunt, esse conclusum in causa, & latam esse sententiam.*

3 *Conclusio hac cujus sit vis, & effectus.*

4 *Conclusio, quamvis non sit de substantia Judicii, de consuetudine tamen omnium Regni Tribunalium semper fit.*

Illa fieri debet in causis Ordinariis, in Summariis verò arbitraria est.

5 *Conclusio, si omissa sit, haud vitiat acta, quamvis de substantia foret.*

6 *Conclusio vigore pragm. 11. de ordin. Judic. fiat ut in Regno ipso Jure.*

7 *In criminalibus minimè fit conclusio.*

Reo liceat nè termino renunciare defensionum.

8 *Testes semel examinati, & publicati post conclusum in causa, valeant iterum examinari ex Judicis officio.*

9 *Conclusione facta, breviùs quam possunt Judices ad causæ expeditionem procedere debent.*

10 *Terminus ad allegandum in jure utrum sit concedendus.*

11 *Redarguitur Marant. à Muscatell. & malè, & Carav. in hoc ritu num. 5. dictum memoratur.*

Privilegium per non usum, àn perdatur.

12 *Allegationes ut plana sint, dilucidæ, & veritatis splendore conspicua quàm maximè curandū est.*

13 *Authores in allegationibus nominandi non sunt, qui nunquam de ea re disputaverint, vel contrariam potiùs opinionem defenderint.*

Et quomodo Advocati aperire debeant rationes omnes, aliam tenues.

14 *Ubi Advocatorum defuerit solertia, & studium, Judicum ingenia providere debent.*

Et commendantur Advocati nostræ Urbis, & districtuum Præsid. Merlin. cap. 36. cent. 2. simpliciter acceptum à veritate est alienum.

15 *Allegationes commodare parti adversæ, àn possit Judex.*

Parva in causa opus est parvis allegationibus.

1 Implicatissimus sanè nodus est unius causæ exolutio, ut faciliùs è labyrinthi recessibus se quivis expediat, quam uni tantùm negotio finis imponatur, ut igitur obviis de hac re querelis consulerent Principes, hoc Ritu statutum est, ut reprobatis testibus, probationibus, ac defensionibus explicatis, ad exitum perducatur causa, & suprema tandem manus liti imponatur, conclusioque in causa fiat, per quam præcluditur via regularitèr cæteris probationibus, *cap. cum dilectus, verb. Conclusus, de fide instrum. Marant. in specul. aur. par. 6. act. 15. nu. 1. Jo: Baptist. Asin. pract. in pract. civil. §. 23. cap. 1. Giurb. decis. 26. nu. 11. Iodoch. Dammhouder. in prax. rer. civil. cap. 191. num. 1. & 2. Petr. Gregor. syntagmat. juris univers. lib. 4. cap. 17. nu. 1. Jo: Paul. Xammar. par. 2. rer. judicat. de*

2 *fin. 136.* eamque tùm conclusionem, tùm exclusionem, ut quia excludat aliud produci non posse, appellitat *Jo: Berberii in viatorio juris, par. 4. tit. de probat. nu. 98.* pariaque ideò judicentur, conclusum esse in causa, & latam esse sententiam, dicunt *Bart. in l. mater §. eandem in fin. ff. de except. rei judic. Mantua singul. 25. n. 4. Mastrill. decis. Sicil. 137. sub nu. 19. Gratian. decis. Marcb. 198. nu. 12. Franc. Marc. decis. 761. num. 3. vol. 1. Muta ad consuet. Panhormi cap. 5. num. 30. Fras. Merlin. centur. 2. contr. forens. cap. 23. num. 14. Prat. ad Muscat. par. 7. Glos. Scriptura, vers. unde cum ad paria.* Ejus quæ sint

3 vis, & effectus, àn illa possit revocari, & ea facta, utrum

utrum recipi testes possint, & quando scribunt *Gratian.dec. Marchiæ* 198.*à num.*10.*Muscatel.lib.* 1.*par.*7.*Glos. Scriptura in princ.* & *Gl. de jure in add.lit.B.*, & *Gl.sententiam nu.*26. *Jodoc. in prax. civil.add. c.*191.*Borrel par.*2. *sum.decis. tit.* 26. *de concl.in causa*, *Pater Fragos. de regim.Reipub.tom.* 1. *par.* 1. *lib.*5. *disp.* 13. *de conclusione in causa*, *Reg.Sanfelic.in prax.iudic.sect.*58.*à nu.*27. *Gallap. in prax.S.C.par.*2.*cap.*29.

4 Sit nè de substantia Judicii, *Capyc.dec.*1. *nu.*32. annuit, necnon *Masull.*ad eumdem *Capyc. dec.* 82. *nu.* 6., & quamvis non esset de substantia judicii, juxta *Roman.cons.*176.*num.*11.*Reg.Rovit.sup.prag.* 4.*de dilat.nu.*6.*Caravit.*memoris *nu.*6. *Reg.de Marin.in observ.ad Revert.decis.*263.*num.*2. *Gaill.observ.*107.*num.*1., & aliorum effatum, tamen de consuetudine omnium Regni Tribunalium semper fieri, testis est *Marant.par.*4.*dist.*9. *nu.*23., & *par.*6. *act.*15. *num.*9., ut propterea asseverandum sit, ratione consuetudinis, illam minimè prætermittendam esse, eamque debere fieri in ordinariis causis, in summariis verò sit arbitrarium, in eisq; regularitèr non exigi, *Afflict.decis.*272.*num.*4.*Menoch.de arbitr.Judic.lib.*1.*qu.*35.*num.*11. *Marc.decis.Delphinal.*796.*num.*6.*vol.*2. *Giurb.dec.Sicil.*74. *in princ.Ricc.collect.decis.*85.*Marcell. Calà de mod. artic.§.*1.*Gl.*3.*nu.*38. ut præterea in causis miserebilium personarum, utpotè summariis, illa non præexigatur, concludit *Novar. de privil. miserab.*
5 *person.privil.*128.non tamen omissa vitiat, etiam fide substantia foret *Nicol.Gravat..ad Vestr.lib.*7.*c.* 1.*num.*30.advertit, *Jodoc. in prax. civil. add.cap.* 191.*nu* 8.*Reg.de Marin.quotid resol. cap.*45. *nu.*2. *lib.*1.*Ripol.var.resol.cap.*16.*nu.*2. & *Carav.*laudato insequitur *Novar.de gravam.vassall.lib.*3. *gravam.* 100.*nu.*55.*vers.Nec ille.*

Veritate igitur minimè nititur Berardini Pandi effatum super *prag.*1.*num.*153.*de ordin.Judic.*conclusionem processus recessisse ab Aula; Insupèr malè *Borrell.add.tit.*26. *num.*19. redarguit *Carav.* nam si benè perpendatur, hanc *Carav.*confitetur
6 veritatem, illa verò vigore *prag.*11. *de ord. judic.* fiat in Regno ipso jure, ut haud oporteat esse factam, *Marant.*monet *adduc.act.*15. *nu.*1. Usus tamen contrium observat, nam communitèr illa fit per Judicis interlocutoriam, & prævia citatione ad concludeudum in S.C. in cæteris verò Tribunalibus, absque actu ad concludendum, fit conclusio, ut observasse ex plurimorum processuum revolutione, fatur *Episcop.Campanil. ad Oliv.rit. Cu.Archiep.*32.*nu.*11. cujus meminit *Ventrigl. in prax.rer.notab.de conclus.annot.*33.*§.unico nu.*4.*lib.* 1.& attestatur *Muscatell.par.*6.*Gl.scriptura,num.* 31., & nos tradimus *in ritu* 98.

7 Verùm in criminalibus, nè fiat, communem dicit *Marsill.in prax.crimin. §.sequens num.* 1. *Clar. qu.*61.*nu.*5.concinit *Rovit.prag.*13. *nu.*5. *de ordin. Judic.P.Fregos. add. disp.*13. *sub num.*241. *Borrell.* post alios *cit.tit.*26. *de conclus. num.*13. fovetque ratio, quod indefensus mori nemo debet, cujus tanta est virtus, ut neque properea liceat Reo renunciare termino defensionum, teste *eod.Claro q.* 49.*num.*16.& pertingimus inferiùs *rit.*83. Sed an post conclusum in causa testes semel examinati,&
8 publicati.. valeant iterum in causa examinari ex Judicis officio, orta fuit contentio, & affirmativè respondi, ex *Bal.& Bar.in Auth.qui semel, Cod.de probat. Greg.lib.*48.*cap.*17. *num.*5. quibus inhæret *Fregos. add. loco num.*150. & ante ipsum dixerat *Borrell.indic.tit.*26.*num.*87.& tradit *Gallap.citat. par.*2.*cap.*29.*nu.*4.

9 Qua facta conclusione, breviùs, quàm potuerint, Judices ad expeditionem causæ procedant, sanxit insupèr Ritus consimilisque extat in Provincia Marchiæ constitutio, & utraque operari debet aliquid ultra jus commune, & majorem imponere necessitatem Judici, ut conclusione acta, nullam admittat probationem, deducitur apertè, ex *decis.ejusdem Provinciæ Marchiæ*, teste *Gratian.decis.cit.*198 *sub num.*12. *Bellum.dec.*55. *nu.* 2.*de Judic.Mascard.de probat.conclus.*1279. *nu.*12.

10 Dilationem verò statuendam, ambabus partibus, ad allegandum in jure, à Judicibus, permittit ipse Ritus, quòd nulla ipsius sanctionis facta mentione, servari, testatur *Marant.in* 2. *par.*6.*par. princ.act.*16.improbat tamen *Muscat. in prax. S.C. par.*6.*Glos.sententiam nu.*24. & tamen hujus Ritus meminit, ut longè magis oporteat mirari, quod
11 *Marantam* redarguere ausus fuerit, neque *ipsius* fidei attestanti nunquam vidisse concedi prædictum terminum ad producendum allegationes in jure, adeò standum erit, ut properea credendum sit, non esse concedendum, tùm quia nulla aboletur sanctio per non usum, tametsi in privilegio contentio sit videnda, apud *Reg.de Ponte cons.*121. *num.*5.*vol.*2.tùm quia id contigere potuit, ex quo pars non institit pro tali dilatione, nàm si petierit, nè dum illa haud denegari potuisset, at insupèr concedi ad tres menses debuisset, ex solenni *textu in §.sed, & hoc præsenti addimus, Auth.ut cum de appell.cognosc.*collaudatq;solertissimus Auctor *Regent Rovit.super prag.*13.*num.*10.*de ordin. Judic.*, & concinunt tradita per eruditissimum *Franc. de Petr.festiv. lection. lib.* 2. *cap.* 11. *sub nu.*5.potissimùm, quia contradicentem nostri *Caravita* fidem conspicimus in quo, & vidisse concedi, & ipsum quoque impetrasse, fatetur sub *nu.* 5. Et hæc Ritus sanctio juris communis dispositioni concinit, *Ladov.Roman.cons.*176. *Petr. Gregor.cit.lib.*48.*cap.*13.*sub num.*15. *Misinger. observ.* 17.*centur.*3.*Afin.in prax.Judic.§.*23.*cap.*6.*limit.*8. *Giurb.Sicil.dec.*68.*nu.*2.*Borrell.par.*2. *add.summ. decis.tit.*26.*nu.*61.*de conclus.in caus.*

12 Allegationes autem, ut planæ sint dilucidæ, & veritatis splendore conspicuæ, quam maximè curandum est; firmas, verasque doctrinas, & quæ ad rem plurimum conferant, non in contrarium sensum extortas, auctoritate aliqua legis, vel Glosæ, aut alicujus Doctoris munitas, palam proferant Jureconsulti *Jas. in l.illam num.* 5. *cum seq. C.de collat.*licet non exprimatur specificus locus, dummodò titulus non omittatur, imitati *Lapum* ità observantem *in alleg.* 89. *sub num.*3. atque *in initio nu.*4.quas, ut in libis legant, & è quonam fonte promanent sententiæ, studiosè perquirant, oportet, nec aliorum dictis, aut alienæ fidei
13 acquiescere debent. Cavendum quoque illis est, nè eos pro causæ defensione authores nominent, qui, vel nihil unquam de ea re disputaverint, vel contrariam potiùs opinionem defenderint, sed sint in terminus casus, de quo disceptatur *Franciscus Maria Prat.ad Muscatel.add.Glos.sententiam,* *vers.*

verſ. quatenus anthor. Rationes omnes, etſi tenues, & non ſubſiſtentes, aperire debent, dum juſtam fovent cauſam; infirmæ enim, ac leves defenſiones Judicum animos ad ſententiam aliquando impellunt, *Franc. Marin Prat. ad Muſcatell. lib.2. par.3. Gloſ. dilatorias ad num.10. ex Jo. Franc. de Ponte in trac. de poteſt. Proreg. tit.6. de aſſenſ. Reg. ſup.dot. num. 56.* & admonet *P. Cajetanus Andr. in ſaculo Caſar de Affl. controv.jur. reſolut. c.12.n.1.* & dixerat *Matt. Affl. in Conſt.Regni hac edictali, q.2.n.3.*

34 Ubi verò Advocatorum ſolertia, ſtudiumque defuerit, eorumdem Judicum ingenia provideant, opem ferant, articulis ſtudeant, & quæ in confirmationem juriſperiti inconſultò prætermiſerint, pari æquitate, ut juſtitiæ, ac veritatis ratio habeatur, ad ſummam Dei gloriam, faciſſè pronuncient, *Jodoc. in prax. civil.cap.218. num.14. Minſinger. centur. 4. obſerv. 55. num. 6. Jo. de Deo in ſua praxi lib.1. cap.10. num.2. & lib.5. cap.8.n.7.* Hinc etiam Judici permiſſum eſt partes interrogare in iis, quæ conſiſtunt in facto, *Jodoc. in mem. prax. cap.191.num.6. & cap.197. num. 2.* notabiliter dixit, quod ſi proceſſus conſiſteret in facto, conſulendi ſunt teſtes, ſi verò in jure conſulendi ſunt libri, & qualitèr Advocati facti ſeriem proponere debeant, *Jo: de Deo add. libr. 1. integro cap.6.*

Quæ cum omnia ſervari videam in hac Urbe, mihi gaudeo, eos pro Tribunali Magiſtratus præſidere, qui, & doctrinæ, & pietatis ſpecimen maximum, ac præclariſſimum præbeant, quique exemplo in judiciorum æquitate ſervanda cæteris Urbibus eſſe poſſint. Adſunt tamèn hic, & ad communem felicitatem diutiſſimè vivant, Advocati, non modò, & ſapientia, & nobilitate præclari, ſed qui imperium ipſum regere facillimè poſſent. Ex quo fit, ut cauſæ accuratiſſimè defendantur, earumque articuli ſæpiùs examinentur, & qua decet ſtudii opera, dijudicentur, ac jus ſuum unicuique juſtiſſimè tribuatur, quos non complectitur dicterium illud *Dom. Præſid. D. Franc. Merlin. centur. 2. controv. forenſ. c. 46. ſub num. 32.* necnon *Vincentii de Anna, ex ore Andreæ Pons de Leon. Reg. Cam. Locumtenentis alleg. 79. num. 4. in fin.* omnes hodiè eſſe Advocatos, paucos verò Doctores, & Advocatos, quod ſimpliciter, & acerbè acceptum, à veritate prorſus eſt alienum, teſte *Franc. Maria Prat. ad Muſcat. p. 3. & ultim. de doctor. quiddit. & eſſent. ad num.12.*

35 Sed liceat nè Judici allegationes parti Adverſæ commodare, aut copiam tradere, explicat *Marant. par.6. actu 10. num.58. & Apoſtill. ad Guid.Pap. deciſ.242.*

At parva in cauſa opus eſſe parvis allegationibus, nè te lateat, & ſcripſit *Natta conſ.94.in fin. & Magon.deciſ.Lucenſi 44. num.16.* Miniſtri enim ex multitudine negotiorum, quibus præmuntur, ſatis exhorreſcunt longas cantulanas, idem *Franc. Mar.Prat. ad Muſcatell. mox add. tit. par. 2. verſ. Tertinum caveat.*

RITUS LXXVI.

ITem quod quandocunque de ſero proponerentur aliquæ cauſæ, ſive fiſcales, ſive privatorum, in quibus requirerentur diſputationes, ſive allegationes, quod transferantur in ſequentem diem de mane.

SUMMA RERUM.

1 *Cauſæ deciſio transferenda eſt in diem ſequentem de mane, & quarè.*

2 *Duobus ſacris ordinibus non ſecus eodem die inſigniri prohibetur, ita, & duobus diebus continuato jejunio.*

1 VIdebatur ſatis, quod hic Ritus ſtatuerat, transferendam deciſionem cauſæ in ſequentem diem, cur addidit de mane, ſicquè reſtrinxit ad ſubſequens mane? & rationem inveſtigatus ſum, quod eum cauſæ illæ, Curia ſedente, decidendæ eſſent, nec fieri poſſet, ob diſputationes, & dubias allegationes ſupervenientes, prorogando terminum ad ſequens mane, duo fierent. Primum namque concederetur tempus Judicibus conſiderandi, & nocte ſequenti ſtudendi. Alterum verò, quod propterea, eadem Curia ſedente, eodemq; præcedenti ſero, deciſæ videntur, cum *Geneſis cap.1.* dicatur: *Factum eſt veſpere, & mane dies unus.* Concinitque *tex. in cap. literas de tempor. ordin.* ob idq; prohibitionem *tex. in cap. dilectus eod. tit. de temp. ordin.* Nè quis duobus
2 valeat eodem die inſigniri ſacris ordinibus, extendi ad duos dies, ſcilicèt, nè uno die unum ſuſcipiat, alterumque ſequenti die de mane, & continuato jejunio, per *Abb. antiquum, eique addentem in eod.cap. literas num. 1.* ſcripſit *Epiſcop. Campanil. in diverſ. jur. Canon. rub. 6. cap. 3. ſub num.11.* Obſervantiam autèm hujuſce Ritus, peroptimè indicat *Caravit.* cui aliquid addere ſuperfluum exiſtimo.

RITUS LXXVII.

ITem quod quolibet ſero, poſtquam Advocati compleverint propoſitiones eorum, audiantur procuratores ad actus per eos faciendos in cauſis.

SUMMA RERUM.

1 *Quolibet ſero audiendos eſſe procuratores ſanxit. Verùm nec tunc ſemper obſervatum fuiſſe oſtenditur.*

2 *Procuratoris perſona ante omnia legitimanda eſt.*

3 *Actu facta ante productum, ſed poſt receptum mandatum, ſubſiſtunt.*

4 *Facta præſumuntur in vim præcedentis mandati.*

Dominus principalis, an, & quando valeat ratificare proceſſum, & ſententiam latam in favorem falſi procuratoris.

5 *Obſervantia hujuſce Ritus, tùm in M. C.*

tandem elucescant; Calumnia, atque improbitas detectæ damnentur, atque opprimantur, ideoque sedeant Judices, orent Advocati, admittantur accusatores, audiantur testes juramenta accipiantur, tabulæ, ac processus conficiantur; illud minimè ferendum in iisdem videtur, quod tamen aliquando nonnullius improbitate, ac negligengentia fieri nimis perperam solet, ut auditis jam testibus, testimonia in obscuro jaceant, & quid in eis pro innocentia sit, quid contra audaciam, pœnitus ignoretur, qua sanè re, quid indignius? quid ab Judice incorrupto alienius? quid reipublicæ pestilentius excogitari queat? Ita enim fit; ut judicia ipsa fine suo careant: Veritati sua lux detrahatur; improbitas sua pœna non afficiatur Illaque turpitèr læsa hujusmodi inter latibula ignominiosè ingemiscat; ista audacissimè insultet, atque impunè jactabunda quodammodo triumphet. Huic malo Ritus, de quo nunc agimus consuluit: qui effluxis dilationibus impartitis, tum in termino, tùm in beneficiis, ac facto exa-
2 mine per partes, & causam, & testes citissimè palam ominibus, & publicationem fieri jubet, cujus publicationis definitio, quod sit attestationum secretè depositarum sollemnis, & deliberata per Judicem partibus facta ostensio, traditur à *Mariano Soccino Sen. in cap. fratern tatis sub num. 22. extr. de testibus*; illius actum servari in Gallia, in parlamento Parisiensi, & Delphinali scripserunt *Guid. Pad. decis. 589. num. 1. Gayll. pract. observ. lib. 1. obser. 105. num. 2.* in Consiliis Regiis Hollandiæ, & Brabantiæ, vigore sãctionis Regis Cattholici Philippi Austrii II. memores sunt *Jodocus Dambouderius in prax. rer. civil. cap. 182. Nicol. Reusner. decis. 15. num. 31. lib. 3.*
3 minimè verò in usu esse in Romana Curia, advertunt *Nell. de Sanct. Geminian. in tract. de testib. par. 2. num. 121. & Rota in antiq. decis. 16.* nisi in tertia instantia notavit *Octav. Vestr. in prax. Roman. Cur. lib. 7. cap. 1. num. 4.* At in hujus
4 Regni, & Civitatis Tribunalibus, tùm Regiis, tùm Baronalibus, in omni causa, quantumvis summaria, faciendam esse publicationem; eaque omissa injustè processum ad ulteriora, instanteque parte revocanda, postmodum gesta, advertit *Viv. decis. 32. lib. 1.* & testatur *Borrell. in summ. decis. tit. 24. de public. process. tom. 2. Thor. par. 3. compend. decis. verbo sententia nulla*. Si tamen petita fuerit, alioquin non impedire compilationem processus sub *num. 12.* subnectit idem *Viv.* per *Glos.* insignem *in cap. fin. vers. Judicis de heret. in 6.* collaudatam inibi per *Gem. Franc. Anchar.* & alios alibi presertim *Asin. in prax. §. 3. cap. 10. num. 5.* quin eximius Doctor *Matt. de Afflict. in constit. Regni* incip. *pacis cultum 6. notab. num. 53.* hujusce Ritus necnon tenore *prag. 11.* incip. *Cursu dilationum sub tit. de ord. judic.* scripsit illam simpliciter esse de Judicii substantia illiusque omissione, sententiam vitiari insequiturque *Annib. Troys. sup. ead. prag. num. 4.* quorum effatum exploso prorsus illo *Caravit. hoc in ritu num. 9.* amplexatur *Borrell. cit. loco num. 42.* inquiens studiosè hoc *Caravit.* egisse, ut *Annibali* contradiceret. At *Carav.* sententiam tutentur *Bal. in cap. 1. si de invest. int. domin. & vassall. lis oriat. Glos. in cap. fin. verb. Judiciis de hæretic. in 6. Joseph. Cum. in rit. Sicil. cap. 39. num. 35. Thom. Trivisan. decis. Venet. 53. & dec. 54. lib. 1.* idem *Gid. Papa decis. 586. Menoch. de arbitr. Jud. lib. 1. q. 33.* superinde multa scribis atque *Mattiens. in dialog. Relat. & Advoc. par. 3. cap. 45. num. 6. Lanfranch. in prax. cap. 2. sub num. 38.* idem *Afflict. in cap. 1. §. idem si vassallus num. 4. de controv. investit.* & ex eodem *Afflict.* notat *Gallupp. in prax. S. C. tit. de public. in caus. par. 2. cap. 26. num. 2.* & post *Caravit.* tradit *Reg. Rovit. in d. prag. 11. num. 2.* & super *prag. 4. nu. 6. de dilat. Auns meus ad Capyc. decis. 55. num. 2. Reg. de Marin. quotid. res. c. 45. num. 2. lib. 1. & ad Rever. decis. 263. num. 2. Novar. in alleg. post grav. 100. num. 5. lib. 3. & de priv. miserab. pers. priv. 125. Reg. Sanfelic. in prax. Judic. sect. 57. num. 2.* eamque veriorem censeo, & communiter receptam observo, teste quoque I. C. summo practico *D. Franc. Mar. Prato ad Muscatell.*
5 *in par. 6. Glos. partes in fin.* An illa fiat in Regno ipso jure, eo ipso, quod labatur terminus probationis dissentiunt nostrates nam annuunt *Marant. par. 6. 11. actu nu. 7. ex Reg. Pragm. disposit. Calà de modo articul. Glos. 3. §. 1. num. 35.* abnuit tamen *Muscatell. lib. 1. par. 6. Glos. partes n. 5.* dicens illam *pragmat.* ab aula recessisse, talemque actum fieri, parte expente, & instante, & usus Tribunalium inolevit *Thor. par. 2. compend. verbo Sententia nulla vers. estque verum*, insequiturque *Reg. Sanfelic. add. sect. 57. num. 1.* Illam
6 vero omitti, si fuerit datus terminus, & nullus testis receptus, diuturna introduxit provida consuetudo etiam, si scripturæ in eo fuerint productæ, nam lapso termino, proceditur ad conclusionem neque pugnat doctrina *Carav. sup. rit. 149. sub num. 4.* etenim fatur cum aliqui se examinandi; tunc quippè ait publicationem fieri debere cum termino aliquorum dierum, & reservatione infra eundem terminum examinandi prædictos testes in termino citatos quam resolutionem comprobant insupèr verba *rit. 86.* in initio, & alia circa medium *illa* nempè, *& idem intellige de responsionibus partium*. Reliqua etiam in fine posita, scilicet, *quod publicatio potest fieri de quolibet actu*, intelliguntur non quidem de quolibet actu circa examen, sed de quolibet actu priori, vel posteriori continente examen testium receptorum ad instantiam unius, vel alterius parti & quod adjungitur de *responsionibus*, explicatur de depositionibus principalium, illarum siquidem fit etiam publicatio.
7 Solam publicationem atque testificatorum scientiam haud impedire testium receptionem, apud *Farin. de testib. q. 75. cap. 4.* & verior ac æquior DD. resoluit opinio, & proinde habita fide ab Actuario, & scriba, examen non fuisse percontatum, examinantur testes in termino citati, teste *Muscatel. glos. causa num. 11. Ventrigl. in prax. rer. notab. tit. de publicatione annot. 32. §. 1. nu. 21.* & confirmant *Gratian. discept. forens. 158. num. 20. Fontanel. decis. Cathal. 102. num. 13. p. 1.* & in praxi servari attestantur *Prat. ad Muscatell. ibidem vers. quatenus*, tametsi fuerint attestationes percontatæ per transcursum; quic-

quid

quid iu hoc contrarium affeveret *Reg. Rovit. in 2. prag. 11. num. 6.* In dubio autem visas fuisse præsumitur, & contrarium probandum foret, teste eodem *Gratian. num. 21.* laudato à *Ventrigl. add. loco num. 24.* etiamsi pars juraret non per. contasse, adnectit *Prat. loco indicat verf. Pulchrum tamen.*

8 In caufis autem fummariis, in quibus haud terminus juris impartitur, fed vice ipfius fit decretum, quod capiatur informatio illam omitti & fieri ejus loco, aétum, qui vocatur facultas ad dicendum, ex *Carav. hoc ritu num. 13. & Guid. Pap. decif. 369. in fin.* obfervat *memorat. Gallup. fub num. 1.* & addo *Marant. in fpecul. par. 6. in 11. act. num. 7.* In caufis vero criminalibus fit, nè, perneceffaria, & alia longè utilia in ejufmodi publicationis materia prædictas caufas tangentes, explicat *Jul. Clar. qu. 49. & 61.* & nos etiam *in rit. 74. & 86.* necnon *Capyc. decif. 82. Capyc. Latro decif. 178. lib. 2. Epifcop. Ricc. par. 5. collect. 1768.* quique *collect. feq. 1769.* in caufa matrimoniali fermocinatur, & recipi poffe annuit, ex *decif. Senat. Pedemontan.* apud *Antonius Fabr. decif. 6. C. de teftib.* reftrictiones regulæ adnectens.

9 Facta vero die feriata, tametfi proceffum non vitiet, operatur tamen, quod pars contra quam eft facta, valeant teftes examinare didicitis non teftificatis advertit *Carav. hoc, in ritu nu. fin* quem refert *Ventrigl. num. 29.* id quod femper licebit, non vifo examine partis, vfque ad caufæ expeditionem, in producendo teftes in termino citatos, ut diximus. Unde inolevit cantilena decretorum paffim, quæ interponuntur, quod recipiantur teftes in termino citati, & habeatur ea ratio, quæ de jure habenda erit, cujus rationem reddit *Guttier. pract. lib. 1. q. 54. Surd. conf. 8. per tot.* & quando teftes poffint examinari poft publicationem, *Ricc. par. 5. in add. collect. decif. 1768. & 1769.*

10 Teftes verò ex incuria, errore, vel aliter, nulitèr recepti, valeant nè facta publicatione iterum examinari inquirit nofter *Carav. num. 14.* & mifcendo res civiles cum criminalibus, affirmative inhæret opinioni quamque infequi videtur *Mufcatell. add. Glof. caufa, par. 6. num. 12.* & hoc quippe cafu non fufficit, fi teftes fe referant ad depofitionem in alia, vel eadem caufa factam, fed eorum dicta extendi debeant, & non per viam fimplicis repetitionis, decifum tradit *Reg. Rovit. fuper pragm. 9. de ordin. judic. num. 23. Anns meus ad Gramm. decif. 103. num. 53. num. 53. Viv. opin. 911. ejus fylva comm. opin. Judex de Angelis ad Gizzarel. dec. 63. num. 6.* redarguens *Carav.* contrarium fuftinentem in facto affeverans illum uti non verfatur in noftris Tribunalibus haud effe integrum teftem illorum praxis, tefte *Gizzarell. decif. 27. num. 6.* At *Carav.* fenfum comprobant, *Thomat. decif. 56. Gratian. difcep. forenf. 890. num. 14.* & extricat *Reg. Sanfel.* videndus *decif. 97. lib. 1.* Qualiter autem fe gerere debeat Advocatus in confiderandis probationibus facta publicatione, inftruunt *Suar de Paz in prax. par. 1. tom. 1. temp. 9. num. 5. & 7. Farinac. pract. crimin. tract. de teftib. tit. de oppof. contra perfon. teft. q. 62.* & cæteris quos laudat *Franc. Maria Prat. Carav. hoc in ritu* memor *ad Mufcat. p. 6. Glof. momentum verf. Ad hanc autem materiam.*

11 Hoc unum tamèn in tàm gravi negotio velim ut Advocati, Procuratores advertant, nimirùm, ut fedulò, nèc per fugam acta cognofcant, fed perlegant, meditentur, teftium depofitiones ad integritatis trutinam, non femèl, aut bis, rem totam perpendant, intentiffimè recognofcant, ut utriufque partis rationibus, & probationibus præponderatis, caufæ veritas elucefcat, & quæ clienti favere, quæ adverfari judicaverint, firmitèr pronuncient; poftremò cedendum nè fit illi, an pro victoria ftandum, fine mora decernant, quæ cum ita fervaverint, & diffentionibus occluderetur aditus, & litigantium fumptibus parcetur, pax fumma, concordiaque inter Cives habebitur.

RITUS LXXIII.

Facta publicatione, terminus ad repulfam à die affignatæ copiæ infra decem dies petatur, infra quem examinentur teftes, alias non audiatur.

Item quod facta publicatione in caufa, fi partes, vel aliquæ ipfarum voluerint petere terminum ad repulfam teftium, petere debeant infra decem dies numerandos à die affignatæ copiæ proceffus dictæ caufæ, plus, vel minus ad arbitrium Judicum juxta quantitatem proceffus, & quod detur terminus ad probandum juxta materiam caufæ, & locorum diftantiam, & dicta repulfa concedatur utrique parti per dationem unius termini, & infra terminum datum ad probandum in caufa repulfæ, jam dicti teftes jurati examinentur, ità quod de cætero non audiantur: nifi jufta caufa.

SUMMA RERUM.

1 *Nihil eft pro fæculi pravitate, quod faciliùs obtineatur, quàm hominum de quavis re teftimonium.*
2 *Jure optimo hic ritus infcriptus eft, quo ejufmodi hominum teftimonia recufari conceditur.*
3 *Inter cæteros atteftationum publicationis effectus principem tenet locum ifthæc teftium reprobatio.*
4 *Repulfa concedi cum claufula, fi indiget haud debet.*
5 *In ejus termino recipi necne poffint articuli impertinentes.*
Vel de directo contrarii.
Verba pragm. 12. ordinis judic. declarantur.
6 *In quibus caufis denegauda fit.*
7 *In caufa appellationis, an concedenda veniat teftium in prima inftantia examinatorum.*
8 *An teftes citati in termino, & non examinati poffint poft terminum recipi in caufa repulfæ.*
Quid in judicio fummario.
9 *In caufis criminalibus, àn concedatur.*
Quid ex capite inimicitiæ.
Inimicitia quomodo probetur.
10 *Teftes ab ipfomet litigante producti abfolute repulfa-*

pulsari, an possint, sivè personæ, sivè dicta.

11 *Infra quem terminum peti debeat repulsa, facta publicatione.*

Hodie attento usu S. C. conceditur, dummodò sit petita, etiam in actu conclusionis.

12 *Si conclusio fuerit recissa primi, vel secundi beneficii remedio, sit nè illa concedenda, ad tradita per Capyc. decis. 65. inquiritur.*

13 *Protestatio contra testes, si non antecesserit illorum attestationes, repulsa non conceditur.*

Cautl procuratores, qua cautela uti debeant in tali protestatione.

14 *Terminus ad repulsam brevis esse debet, & quid hodie? servetur.*

15 *Quomodo se gerere debeant causidici in reiiciendis testibus.*

1 Nihil est pro seculi pravitate, quod faciliùs obtineatur, quàm hominum de quavis re testimonium; alliciuntur sæpè ad testificationes perhibendas pravis animi propensionibus, sæpiùs, vel pecunia, vel amicitiæ stimulis impelluntur, verùm, nè sit, an falsum, quod proferant, nominè curant, voluntatis ductum, non rationis lucem sequuntur, quæ cum ita se habeant, quis non improbabit testium simulationem, eorumque dicta refellet. Jure optimo hic Ritus inscriptus est, quo
2 ejusmodi hominum testimonia reiici, omniumque semper testium verba in suspicione adduci, ac recusari conceditur, idque defensionis loco habeatur. *cap. sæpè, de verbor. signific. cap. præsentium de testib. Afflict. dec. 351. num. 3. Borrell. in summ. dec. par. 2. tit. 25. de repulsa num. 2.* &
3 principem tenet locum inter cæteros attestationum publicationis effectus, quos recenset *Jodoch. Damhonderius in prax. rer. civil. c.182. num. 11. 12. & 13.* necnon *Nicol. Reusner. decis. 15. num. 31. lib.3.* isthæc testium reprobatio, impugnatio, ac repulsatio, quæ partibus impartitur ipsius publicationis actu facto, legitimèq; notificato, *Joseph. Ludov. dec. Perus.73. num.1. Capyc. decis.55. nu.3. Jacob. Philip. Port. in trac. concl. lib.1.concl. 39. limit.6. Petr. Rebuff. ad Const.Gall.tit.de publ. art.1. num.12. Andr. Gayl. prac. obser. 105. num. 8.* cujus repulsæ materiam cum *Imbrianus*, adeò copiosè, ac perdoctè explicaverit *in suo de repulsa tract.* duabus partibus distincto, ut aliquid addere vanum existimem, satisque erit, Lectorem relegare ad ea, quæ præfatus Doctor accuratè congessit, necnon peritissimus æquè, ac doctissimus *Reg. Rovit. super pragmatic. 11. de ordin. Judic.* quamvis pauca quædam potissimùm inspecto Jure Regni deliberare haùd censeamus supervacuum esse.

4 Illam itaque peti, aut concedi cum clausula, si indiget, vetuit Regium decretum cujus meminit *prag.63.de offic.S.C.*

5 In cjus autem termino produci minimè posse articulos impertinentes, statuit *prag.12. eod. add. tit.de ord. Jud.* utique verò alios de directo contrarios, teste *eod. Imbrian. in tract.de primo, & secundo benefic. consid.3. num.99.* dummodò tendant ad reprobationem testium reprobatoriorum, non autem examinatorum in primo termino, ut post *Capyc. dec.62.* atq; *Surd. dec.126. num. 8. & dec. 296. per tot.* monet idem *Imbrian. indic. tract. de repuls.par.1. consid.2. num.144.* & post *Capyc.* observat *Reg. Reverter.dec.393.* neque adversari opinamur verba citatæ *prag.12.* atque ideò *Muscatell.* illis suffultum non jure contradicere, existimantem illius *pragm.* verbis improbari articulos de directo contrarios in termino repulsæ *in par.6.Glos. momentum*, maximè *post num.18.* quaudoquidem, præter alias ab eodem (cum rectius consideravit) deductas responsiones *in sua additione ultima*, credimus congruere, quod licet dicta *prag.* in proœmio verba faciat de impertinentibus, ac de directo contrariis, in dispositiva verò loquitur tantùm de impertinentibus.

6 Causas verò, in quibus concedenda, aut deneganda sit repulsa, enarrant *Farinac.* copiosè more solito, ac distinctè *quæst.62.à num.163. Reg. Rov.in pragm. 11. memor. n. 9. & 22.* nonnulla in praxi, & theorica recensens, *Reg. Saufel.in prax. Judic.sect.57.*

7 Sed in causa appellationis repulsari non possint testes examinati in prima instantia, defendit *Affl. decis. 266. Avus meus ad Capyc. decis. 157.* quem refert *Dom. Reg. de Marin. ad decis.262.num.3. D. Reg. Revert. Ripoll. variar. resolut. cap.5. num.30. & Mastrill. dec.97.* multas alias commemorans decisiones, insequitur *Cancer. lib.1. var.resol.cap.20. num.48. de testibus, Avendan. respons. 21. in fin.* necnon *Guttier. lib.1. pract. q.cap.64. num.2.* nisi tamen in priori instantia petierit, nec obtinuerit terminum ad repulsam, subdit idem *Affl.* aut si ex capite falsitatis, ille idem ait, citatusq; *Mastrill.* amboque decisum attestantur, *Avus meus ad Gramm. decis.59. num.3.* multoque magis si fuerint petita repulsa, concessus terminus, & producta capita repulsæ, non tamen probata, juxta *decis. Pedam Thesaur.259. num.6. Reg.Capyc.Latr. tom.2.consul.115. num.11.* quemadmodum si consuetudo suffragaretur, nam liceret *Guid.Pap.dec. 500. Reg. Rovit. in prag.11. num.10. de ordin. judicior. Imbrian. add. tract. par.1.consider.5. num. 70. Ricc. collect. decis.10. & 834.* Verùm tamèn est, nulla existente prædictarum causarum, obtinuisse D. Dianam Miroballam in anno 1553. facultatem respuendi testes examinatos in prima instantia, memorat *Ann. singul. 442.* insinuat fortè evenisse, quia impedimento detenta erat. Sed, an testes in termino repulsæ citati, sed minimè recepti, possint post terminum recipi, prout recipiuntur testes in termino citati in causa principali, ex dictis per *Vivium dec.127. n. 8. Ripoll. adduct. cap.5. de dilation. num. 177.* & per nos alibi, potissimum in *rit.69.* in qua quæstione *Carav. in hoc ritu 4. notab.* contra ea, quæ scripserat *in mem. rit.69. in 3. notab.* firmat, non esse illos recipiendos, & proindè in termino repulsæ, debeant testes citari, jurari, & examinari, cum ille currat de momento ad momentum, *Carav.* refert *Muscatell. in prax. lib.1. par.6. Glos. momentum, num. 14.* At contra *Carav.* opinionem, decisum fuit per M.C.V. & per S.C. sub die 24. Augusti 1654. *referente Dom. Reg. de Marinis, tunc ipsius M. C. Judice*, ut ipsemet testatur ad *Revert. decis.262.n. 4. tom. 1.* & provisum fuit, recipi testes in termino repulsæ citatos.

8 In judiciis autèm summariis, competat nè repulsa, adinvicem dissentientes fuere Doctores,

quando-

quandoquidem alii negant, alii annuunt, atque *Anna* præsertim negat *alleg.* 84. *num.* 10. per *dec. Capyc.* 55. necnon *Imbrian. consid.* 1. & 2. *Thor. par.* 1. *compend. decis. verbo Repulsa*, *Reg. Tapia decis. S.C.* 24. *num.* 8. etsi veritate inniteretur, incassum tot leges, atque Doctores in Regno de repulsa loquerentur, ubi causas omnes summarias esse constat, & nos alibi probavimus. Nec decisio *Capycii* adversatur, cum verba faciat in Judicio summariissimo ob timorem armorum, quis manutenendus sit lite pendente. Imò apertis verbis *num.* 2. ostendit *DD.* contradicentes loqui in judicio summario, nisi replicetur aliud esse judicium summarium, aliud autem causas summarias; cum causas ipsas etiam ordinariè agitandas esse, in judicio verò non ità procedendum, supponatur. Quid igitur verius sit in proposita quæstione, si percipere volueritis, videtote *Covar. pract. qq. cap.* 17. *num.* 4. *Boccat. in tract. de interdict. uti possidet. cap.* 14. à *num.* 43. *Menoch. de arbitrar. Judic. quæst.* 32. *Ripoll. adduct. cap.* 5. *num.* 247. Nos enim assentimur concedi debere, nisi calumniosè petitam fuisse, pateat, juxta *decis. Affl.* 351. præsertim *sub num.* 5. & 6. ibidemque *Ursill. in princ.* alteramque *Perusinam Josephi Ludovici* 86. maximè *num.* 14. loquentem in materia attentatorum: sicuti, & *Troys. in pragm. cursu dilationum*, *num.* 15. *de ordin. Judic. Hieronym. de Laurent. decis. Avenion.* 8. *num.* 7. *Vestrius in prax. lib.* 8. *cap.* 4. *num.* 21. *Imbrian. indic. tract. part.* 1. *consider.* 1. *num.* 32. & *consider.* 3. *num.* 22. *Lancell. de attent. par.* 3. *cap.* 26. *num.* 120. *Scacc. de judic. caus. civil. & crimin. cap.* 97. *num.* 91. *Farinac. quæst.* 62. à *n.* 195. & *q.* 68. à *n.* 81. *Marant. in Specul. par.* 6. *in* 13. *actu num.* 14. *Thor. par.* 1. *compend. decis. Regni*, *verbo Repulsa*.

9 In causis verò criminalibus concedatur nè, illa, negativè post *Parid.* in crimine blasphemiæ, & Læsæ Majestatis, respondet *Carav.* noster *num.* 5. nisi, ex capite inimicitiæ, subdit, & amplexantur *Foller. in prax. crim. rubr. conced. repulsf. num.* 4. *Vermigl. cons.* 90. *num.* 20. *Hippol. Maja consulc.* 22. *num.* 32. *Ricc. dec. Cur. Archiep. Neap. par.* 3. *dec.* 29. *num.* 5. *Jul. Cartar. decis.* 33. *num.* 4. latequè *D. Francisc. Baron. de effect. inimic. effect.* 113. *lib.* 1. *Ann. sing.* 67. idem *Ricc. collect.* 834. *Gram. cons. crimin.* 15. *num.* 12. *Muscatell. in prax. crim. rub. de blasphem. num.* 26. *Avus meus ad Capyc. dec.* 55. *num.* 4. & *ad Gram. dec.* 50. *num.* 17. tanta enim est repulsæ inimicitiam taugens vis, ut, cæteris aliis, sit major, & nunquam excepta dicatur, teste *Carav. hoc in ritu num.* 8. quæ autem debet esse talis inimicitia, explanant *Camp. in cap. vulgaris num.* 19. & 26. *Clar. §. fin. q.* 24. *vers. item quæro*, *Thor. ad Jo. Grand. de bello exul. ad prædicam. substant. q.* 3. *ad num.* 9. *Ricc. collect.* 453. *Nepos de Monte Albano in tractac. de except. rub. de except. contr. testes*, *vers. item si testis inimicus*, *Foller. in prax. crim. rubr. concedatur repulsf. num.* 19. *Borrell. add. tit.* 15. *num.* 267. & exempla enarrant *Cicero in orat. pro M. Fontejo*, *Valer. lib.* 8. *cap.* 5. Inquisito enim Q. Pompeo repetundarum, Cajus, & Q. Servilii Cepiones, & Q. & L. Metelli testes in illum à sapientissimis Judicibus repulsi sunt nè in gratiam inimicorum damnatum fuisse crederetur, absolutus fuit, non obstantibus summis testium virtutibus, refert *Petr. Ærodius decretor. lib.* 4. *tit.* 11. *cap.* 24. & post ipsum, *Petr. Gregor. syntagm. jur. lib.* 48. *cap.* 3. *num.* 34. Inimicitia autem, ut probata dicatur, quæ requirantur *Intrigl. singul.* 176. *num.* 62. *lib.* 2. & *sing.* 80. *num.* 11. *lib.* 3. *Cyriac. controv.* 409. *num* 70. *Muta super pragm. tit.* 20. *num.* 6. *Lel. Zauch. de duell. inter mil. Sacr. & Secul. lib.* 1. *cap.* 27. *num.* 9. *Prukman. cons.* 43. *Testai alleg.* 6. *num.* 156. *Thor. par.* 3. *compend. dec. verbo inimicitia*, *Baron. in prælud. adduc. tract. n.* 9. & 11.

10 Testes verò ab ipsomet litigante producti ab eodem repulsari non possunt, *l. si quis testibus*, *Cod. de testibus*, *l. Pomponius* 10. *in princip. ff. de negot. gest. Robert. Maranta cons.* 143. *num.* 9. *Episcop. Carol. Marant. controv. jur. lib.* 5. *respons.* 76. *num.* 28. quamvis non examinati, sed in calce tantùm suæ citationis ad testes annotati, qua usus non fuit, tradunt *Rubbin. decis.* 122. *Ricc. collec.* 834. *Avus meus*, *Carav. hoc in ritu num.* 5. laudato *ad Capyc. dec.* 39. *num.* 2. *Jodoc. in prax. civil. cap.* 186. *num.* 4. *Reg. de Marin. ad Revers. dec.* 343. *num.* 3. *com.* 1. latèq; *Episcop. Campanil. ad Oliv. rit. Archiepisc. Neap.* 33. *num.* 6. *lit. A.* id confirmans auctoritate ejus prædecessorum, in legali scientia præstantissimorum, quin, & ejusdem Avi mei ejus Sororini, qui idem decidit anno 1599. cum tres, & viginti annos agens, munus judicatus Suessæ exercebat, postquam officio Auditoris generalium Commissariorum, cum omnimoda potestate contra exules in Aprutiensi Provincia bis functus erat, *ipso Episcopo* attestante *eod. loc.*

Quod peroptime idem *Avus meus* eundem, sequutus *Carav.* intelligit, quoad illorum personas, secus verò quoad dicta, si nova non supersit causa, innixus quoque *Gramm. dec.* 34. *Ursill. ad Affl. dec.* 216. & *Capyc. dec.* 62. *in fin.* & post ipsum firmavit *Reg. Rovit. sup. sæpiùs memor. prag.* 11. *num.* 24. amplians hujusmodi approbationem operari, nedùm quoad futurum examen, sed etiam, quoad præcedens antè approbationem, necnon *Reg. Sanfelic. in prax. judiciar. sect.* 57. *num.* 17. & 18. *Reg. de Marin. ad Revert. dec.* 393. *num.* 1 *tom.* 1.

Infra tamen decem dies peti debeat repulsa facta publicatione, statuit Ritus, cujus dispositioni, contradicit *pragmat.* 11. *de ordin. Judic.* quæ processum consignari mandat infra dies octo numerandos à publicatione, ut amodò infra dies octo immediatè sequentes, tùm Procurator, tùm Advocatus valeant illum percontari, quibus ultimis octo diebus elapsis, si aliqua partium die sequenti repulsam petierit, ipso jure concessa intelligatur, quin his nostris temporibus adversari usum S.R.C. attestatur præcitatus *Rovit. ead. pragmat.* 11. *num.* 14. quo introductum esse affirmat, concedi repulsam quandocunque, dummodo petitam in actu conclusionis, & ex *Carav.* confirmat *Borrell. lib.* 2. *summ. decis. tit.* 25. *de repulsf. num.* 9. Quod si talis conclusio fuerit rescissa primi aut secundi beneficii remedio, sit nè illa concedenda, variè determinasse S.C. constat apud *Capyc. decis.* 55. *num.* 4. ibidemque peroptimè adnotat *Avus meus* fuisse in causa Princi-

pis Bisinioni, cum Duce Neritoni denegatum, quia à repulsam petente nil erat examinatum in primo termino quidquid *Auum meum* divinare dicat sed malè, *Borrell. add. tit. 25. nu. 35. Auum meum*, siquidem insequuntur *Imbrian. tract. de primo, & secundo beneficio, num.112. Novar. de ordin.Judic. num. 2. pragm. 11. & D. Reg. Capyc.Latr.* casus à *Capyc.* enunciatos recensens *add. consult. 115. à num.31. lib. 2.* Videas *Maxill. ad Consuet. Bari tit. de dilation. num.23. Ursill. dec. 266. in fin. Thor. par. 1. compend. decis. verb. repulsa concedenda, & verbo Respulsa an concedi*, necnon *Dom.Reg.Reverter. decis.262.* qui dubiam fore concedendam *Capyc.* decisionem annuit, & contrarium concludit, illiq; inhæret *Dom. Reg. de Marin. in observat.*

Afflict. insuper dicit, quod si protestatio contra testes non antecesserit attestationes illorum videlicet *protestor contra testes, & dicenda per eos*, non liceat post publicationem illos reprobari *in decis. 351. num. 8.* insequitur *Auus meus ad Capyc. decis. 55. num. 4. & ad Grammat. decis. 24. num. 8. Gallupp. in prax. S. C. par. 2. cap. 28. num.4. Reg. Sanfelic. in prax. judic. sect. 57. nu. 11. Borrell. add. lib.2. summ. decis.* latè *tit.15. de test. reprobat. seù repuls. num.16. Ventrigl. in prax. tit. de repuls. annot.32. §.2. à num.1.* regulæ præfatæ restrictiones adducens. Cauti tamen procuratores addunt protestationi, *quatenus contra principalem, & non aliter*, & sic cessabit titubatio *Carav.* quam ex *Marant.* indicat *sub num. 4. vers. ideò videmus*, nàm tunc testium ex adverso dicta in favorem protestantis illi proderint, ut advertit *Muscatell. par.9. Glos. momentum, num.5.* & dixerat *Oliva ad rit. cit. Archiep. Neapolis. 33. num. 1.* Hanc tamen protestationem non fieri in Camero Imperiali scripsit *Gaill. practic. observat. lib. 1. obsevat. 87. num. 5. & observat. 105. num. 17.*

Quod verò terminus ad repulsam brevis esse debeat arbitrio Judicis de Jure Canonico, voluit *Jo. Andr. in cap. licet el 3. de testib. num. 3.* cum quo noster convenit *Ritus*, tametsi ex *pragm. prædicta 11.* incip. *Cursu dilati enum*, ille sit medietas termini probatorii dati ad probandum, cujus *pragm.* dispositionem non servari, sed illam Ritus, indicot *Carav. in 2. notab.* quamvis abnuant, & *pragm.* servari asseverent, *Muscatell. d. Gl. momentum. num. 12. Borrell. add. tit. 24. nu. 12.* & hoc jure utimur *Reg. de Marin. in observat. ad mem. dec. 393. Reg. Revert. num. 1.* Et in Curiis quoque Ecclesiasticis Regni, advertit *Ventrigl. idic. annot.32.num.2.*

Illud moneo causidicos, cum reiiciendi sunt testes, modestissimè id faciant, & iniuriosis verbis,
15 quæ pietati maximà nocent, & urbanitoti, minimè utantur, expressè fateantur, & protestentur in rubricis articulorum, seù positionum, se non testibus notam inurere, exceptiones repulsotorias opponendo, sed veritatem rationibus tueri velle, ut advertit *Soccin. cons. 118. col. 3. vol.1. Marant. in specul. par. 6. act. 13. num. 3. & 15. Suarez de Pax in sua prax. 5. par. tom. tempor. 9. num. 12. Peguer. in prax. civili rub. 20. num. 4.* ex hoc non odia, non contumeliæ, nec dissentiones orientur, omnibusque humanitatis, & justitiæ significationem præbere, videbuntur.

RITUS LXXIV.

Repula repulsæ conceditur.

ITem quod elapso termino dato ad dictam repulsam, infra quatuor dies, petatur, & fiat publicatio dictę repulsæ, & si peteretur post dictam publicationem, repulsa repulsæ concedatur utique parti per dationem unius termini infra sex tantùm dies numerandos à die assignatę copiæ dictę repulsæ, & petatur, ut fiat publicatio ut supra, & si infro datum terminum, non fuerit petita ipsa publicatio, habeatur pro publicato, ut supra quod servatur.

SUMMA RERUM.

1 *Æqualitas in Judiciis facienda est, & æqua lance pro omnibus pendendum est.*

2 *Repulsa repulsæ concedenda est, & non ampliùs.*

3 *Huic ritui concordat prag. 11. de ordi. Judic. in concedenda repulsa repulsæ, dissentit tamen in modo concedendi, cum declarationibus.*

In illius causa unicus tantùm datur terminus, & est medietas termini dati in repulsa.

4 *Prædicta secunda dilatio repulsæ, nùm concedenda sit in causa criminali ad favorem fisci, vel accusatoris.*

5 *Publicatio, nonnisi parte petente, facienda est.*

6 *Judices in hac re attendere debent conditionem testium examinatorum, eorumque mores inspicere, nobiles nè sint, àn plebei, &c.*

7 *Quomodo testes repellendi sint, & quibus ex causis, remissivè.*

8 *Vera àn sit sententia illa, viles, & pauperes in testes non admitti.*

Pauper ab accusando repellitur, & facillimè periurus est.

9 *Histrio, qui mercede recepta, scenam agit, àn in testem admittatur.*

Ejusmodi persona inter humiles, & sordidas connumerantur.

Histrionia munus, nùm inter malas artes numeretur.

Puplica spectacula omni jure sunt permissa, cum declarationibus.

10 *Comica spectacula exhiberi, àn possint propè Monasterium.*

Decisio in causa Venerabilis Monasterii Sancti Francisci de Paula extra Portam Capuanam hujus Civitatis, cum Petro Paulo Cimino, recensetur.

1 QUanti facienda sit in Judiciis æqualitas, æquitatis amator facilè intelligit, & a nobis exarata *rit. 46. in princ.* manifestè ostendunt. Id potissimùm Judicis munus est, ita æquis oculis res in controversiam positis intueri, ut in neutram partem, aliquo suo vel affectu, vel odio, vel emolumento abripi se patiatur. Hoc enim esset au-

auctoritate abuti, ac maximis commune bonum incommodis perturbare; cùm nulla re adeò homines offendantur, quam hujusmodi inæqualitate judicii. Etenim cum pares nos fecerit natura, ex æquo nobiscum agi ardentissimè exoptamus. Molestè fert animus, si quis nobis præfertur, igitur æqua lance pro omnibus pendendum est, ex quo, & jura, & hujusmodi ritus sanctionem, quam maximè laudo, quæ pro singulis eandem servari mensuram expressis verbis patefaciunt, quapropter si litiganti adversæ partis testes reprobare licuerit, huic etiam, & illius testes reiicere concedendum erit.

2 Atque ideò elargitur terminus ad repulsam repulsæ, at deinceps litigantibus nefas sit amplius ad reprobationem testium aspirare, ne si producendi quartos contra tertios, & sic deinceps, partibus facultas impatiatur negotium diutiùs protalari contingat, ad *tex. in cap. licet dilectus de testib. cap. præsentium eod. tit. in 6.* & super eis *DD.* omnes *Episcop. Campanil. ad Oliv. rit. Cur. Archiepiscop.* 33. *num.* 7. *lit. B. Jo. Bapti Ventrigl. in prax. notabil. annot.* 32. §. 2. *num.* 6. quin, & plures Civilistæ tradunt multis in locis, præsertim *Bal. in l. si quis testibus num.* 12. *C. de testib. Roman. singul.* 388. *reprobatio* solertissimus scriptor *Imbrian. in tractat. de repulf. par.* 1. *considerat.* 1. *sub num.* 13. quique sub duplici subordinata dilatione utriusque repulsæ vim extricat.

3 Huic ritui concinit etiam in ipsa concedenda repulsa repulsæ, *pragmat.* 11. *de ordin. Judic.* dissentit verò in modo concedendi quamvis ueutrius forma his postremis temporibus in omnibus attendatur, teste *Caravit.* ad hunc *rit.* etenim in aliquibus reiicitur proscripta ab ipsa *pragmat.* in aliis verò in hoc *Ritu* & in more habemus constitutum à *Muscatell. in prax. civil. par.* 6. *in tex. in Glos.* verò *repulsa sub num.* 2. apertè ostendit in quo altera ab altera distet, & utraque à moderno usu; Idemque causam inquirit, hujus intuitu isthæc secunda dilatio repulsæ introducta fuit *in seq. Glos. termino num.* 1. & non secus, ac in prima dilatione unicus tantùm conceditur terminus utrique parti ita in causa hujus secundæ dilationis, teste *Scaglion. super ead. pragmat.* 11. *num.* 14. inter sua tamen *commentaria* tenet duodecimum locum *sub rub. de public. process.* ipsumque *Muscatell.* asseverantem medietatem termini primæ repulsæ esse terminum sæpulsæ repulsæ, insequitur idem *Imbrian. add. consid.* 1. *nu.* 25. irruens contra *Caravit. hoc in ritu*. Unde si in repulsa fuerit datus terminus dierum sex, in ista dabitur terminus dierum trium, *Marant. p.* 7. *actu* 13. *num.* 1. *Borrell. par.* 2. *summ. decis. tit.* 25. *de repulsa, num.* 14. *Reg. de Marin. in observat. ad decis. Reg. Reverter.* 393. *num.* 2. *tom.* 2. hujus *rit.* memor.

4 Prædicta secunda dilatio fit nè concedenda in causa criminali ad favorē fisci, vel accusatoris, discutit *Paris. de syndic. verbo inquisiti, cap.* 2. *vers. ita videbitur sub num.* 1. & quod attinet ad fiscum nullatenus tribuenda facultatem illi reprobandi testes defendit etiam *Imbrian. eod. tract. p.* 1. *consid.* 2. *num.* 6. & *is*, atq; *Grammat. decis.* 45. *num.* 14.

Quod si infrà terminum secunda dilatio repulsæ petita non fuerit, habeatur pro publicato, disponit *Ritus*, & concinit adhuc *pragmat.* 11 *de ordin. judicior.* & ueutrius dispositionem admittit usus Tribunalium Regni, idque præter *Carav. Muscatell. par.* 6. *Glos. partes, sub num.* 4. subjungens tantum parte vetente faciendam, additque formam *num.* 5. eamque esse, quam jus commune admittit *cap. consuluit, de offic. delegat.* & *Glos. in constit. Regni universos, vers. Publicatorum*. Alia verò de publicatione ista congerimus *sup. rit.* 72. 86. & 97.

6 Illud in hac re, Judices advertant scilicet, ut testium examinatorum conditionem attendant eorumque mores inspiciant nobiles nè fuerint, àn plebei, integram nè, an pravam sceler bus duxerint vitam, pauperes an divites sint, amicitiæ notant cum litigantibus subiverint; Vera ne àn similitudine fugata, & nihil de re affirmativa eorum dicta censeantur, quæ omnia, si accuratè examinentur, mirum, quantum ad commune bonum conducerent, id enim ad prudentis Judicis arbitrium referendum esse, jura voluerunt, *l.* 1. 2. & 3. *ac tot. tit. de testib.* quorum meminit *Prat. ad Muscat. par.* 6. *Gl. termino repulsa, vers. ut imperfectum nib l*, & ante ipsum *Borrell. par.* 2. *sum. dec. tit.* 15. *de testib. reprobat. n.* 2.

7 Quomodo autem testes repellendi sint, & ex quibus causis *Marauta* 6. *par. tit. de repulsa test. Ferrar. in sua prax. in form. juram. testium*, §. *protestante*, & *in forma opponendi contra testium Thesaurus decis.* 258. *Afinius in sua praxi* §. 20. *Farinac. in lib. de opposit. contra examen testium*, maximè *qu.* 75. potissimùm si viles, & pauperes illi sint.

8 Quamvis enim impium videatur velle nos animi admere, quibus fortunæ lusus bona corporis ademit *Claud. Bertaz. in add. ad patris cons.* 810. *num.* 7. *lit. B.* tamen communior fertur sententia viles, & pauperes non admitti in testes *Glos. in d. l.* 3. & *in cap. si testes*, §. *si testes*, §. *testium fides* 4. *quæst.* 3. *Farinac. quæst.* 57. *num.* 4. *Thom. Grammat. cons. crimin.* 26. *num.* 13. & *cons.* 58. *num.* 11. *Ludovic. cons.* 181. *num* 10 *vol.* 1. *Borrell. tom.* 2. *summ. decis. tit.* 15. *de testam. reprobat. à num.* 330. & clarius voluit *Hermogenianus in lib.* 6. *juris epitom. l. nonnulli*, ff. *de accus.* docens pauperem ab accusando repelli ergo multò magis a testificando, dicere namque testimonium majoris est præjudicii, quam accusare, ut arguunt *Crot. de test. p.* 3. *nu.* 24. & alii apud *Farinac. num.* 16. regulam restringentem, ac ampliantem, præsertim in causa civili ardua, *num.* 26. in causa matrimoniali, *num.* 28. in inventarii confectione, *num.* 34. atque consonum rationi hoc esse videtur; pauper enim facillimè per iurus est ut ait *Salomon*, relatus à *Glos. in cit. cap. si testes*, nullus miseris est pudor *Seneca in Oed.* scripsit, sceleri proclivis est egestas, *Syll. lib.* 3. dixit.

Et in quadam causa fuit objectum cuidam testi quod esset histrio, sed quod mercede recepta, scenam argeret; ad *text. in l.* 1. & 2. §. *eos*, ff. *de his qui not. infam. l.* 1. §. *denique* ff. *de postuland. Borrell.* in terminis *par.* 2. *summ. decis. tit.* 15. *de test. reprobat. num.* 222. Quamobrem nonnulla

quæ

quæ in hanc rem tunc temporis adnotavi, libet mihi nunc hic adnectere; Ejusmodi enim personæ inter humiles, & sordidas connumeratur l. humililet, §. humilet, C. de incest. nupt. ac in dubio famosi de jure existimantur, d.l.2. §. ait Prætor & l. 3. ff. his qui notant infam. §. fin. ff. ad l. Jul. de adult. l. quadam delicto 14. ff. de pan. l. 1. §. item Senatus consulto, ff. de postul. l. lege Julia 44. §. & is ff. de rit. nupt. l. penul. Cod. ex quibus causis infamia irroget. l. Imperialis cum auth. seq. Cod. de nupt. §. 1. auth. senic. non sol. can. 14. q. 1. can. per dilect. de consacrat. d. ff. 2. DD. passim in d. can. 14. q. 1. & in cap. cum decorem, de vit. & honest. cleric. Bart. in l. 1. ff. de in jus vocando Tiraq. in add. tract. de nobilit. c. 34. num. 6. 7. & 31. in tract. de pæn. temp. in præfat. num. 19. Belluc. inspect. princip. rub. 11. §. videndum, nu. 11. ibique Camill. Borrell. in add. lit. N. Lambert. de Jur. Patr. lib. 1. quæst. 26. art. 9. num. 1. & 2. Forner. rer. quotid. lib. 5. cap. 29. Car. de Grassis de effect. cleric. effect. 1. num. 1235. & cap. 10. num. 8. Maiol. de irregular. lib. 2. cap. 5. num. 17. lib. 3. Coler. de process. exequt. par. 1. cap. 9. num. 10. & 11. Bellet. disquis. cleric. par. 1 Gratian. discept. forens. cap. 185. num. 43. & 46. Episcop. Ricciul. de person., quæ in statu reprobo versantur, lib. 5. cap. 8. n. 2. & Amaya ad l. unic. n. 34. 35. & 36. de infamibus lib. 10.

Hinc Antisthenes, teste Plutarcho, cùm de Ismenia quodam audisset, optimum eum esse tibicinem, Authomo dixisse fertur: Nequam illum esse oportere: neque enim, virum probum, & tibicinem aliquem esse posse; quò etiam perbellè collineat, quod ex eod. Plutarch. de Antea scytharum Rege, tradit Tiraq. cap. 34. de nobilit. num. 7. jurejurando, scilicet eum affirmasse, se libentius hinnientem equum, quam Ismeniam ipsum bello, tunc captum, fore auditurum, & Senatusconsulto Augustus Cæsar inhiberi dignus fuit; quòd (ut Suetonius in ejus vita scripsit) ad scenicas quoque, & gladiatorias operas equitibus Romanis aliquando uteretur: quæ res, & Neroni vitio data est, eod. Suet. teste, in vita Ner. cap. 4.

9 Et nostro jure, tàm improbum, atque inhonestum, hoc histrioniæ munus, non inter malas solum artes numeratur, l. 1. ff. de serv. compend. sed peculiaribus pœnis illud exercentes plectendos esse sancitum fuit. Pagani enim infamiæ nota, milites capitali pœna multentur, l. quadam 14. de pen. mulieres malæ condit onis, atque inhonestatis macula notantur, l. Imperialis 24. C. de nuptialis Uxores ad scenicas agendas operas locantes de adulterio damnantur, l. mater ff. ad l. mater 10. §. mulier ff. ad l. Jul. de adul. atque à maritis id prohibentibus, licitè repudiantur, l. consensu §. vir. C. de repud. filii, qui preter parentum mores, scenicis associantur, justissimè exerhædantur l. in arenam C. de inoff. testam. §. causas, vers. si prætor, Auth. ut cum de appellat. Clerici Clericali orbantur privilegio, cap. unic. de vit. & honest. cleric. Cened. collect. 37. ad decret. num. 20. Bovadill. cæteros casus congerens lib. 2. politic. cap. 18. num. 44. Amaya ad l. unic. C. de infant. lib. 10. nu. 36. Episcop. Ricciul. lib. 5. tract. de person. quæ in statu repr. versant. cap. 12. num. 1.

Quinimò adeò illicitum, & detestabile existimatur, ut legatam Civitati pecuniam, ut ex ea spectacula quotannis edantur in eam causam, tanquam illicitam, non deberi, responderit I. C. in l. legatum Civitati 16. ff. de usu, & usufruct. legat. l. legatum 5. ff. de administ. hæred. ad Civit. pertin.

In contrarium verò opponebatur, comedias, seù publica spectacula omni jure esse permissa, l. 1. 2. & toto tit. C. de spectac. public. lib. 11. l. unica, C. de majuma eod. lib. & pro eis posse legari Glos. in l. Civitatib. de legat. & Guliel. de bened. in cap. Rainutius, in verbo Absque liberis il secondo, sub num. 11. de testam. refert quendam Tolosanum, ut continuo repræsentarentur comediæ maximum aliquibus histrionibus legatum reliquisse. Ideoque Terentii Poetæ scenicum opus non modo non illicitum, sed quodammodo Reipublicæ haud inutilè existimatum fuisse, ejusdem sequens sepulchralis testatur inscriptio.

Descripti mores hominum, Juvenumque, Senumque.
Qualiter à servis decipiantur heri.
Quid meretrix, quid leno, dolis configat avaris.
Hac quicunque legit, sic puteo cautus erit.

Hinc comœdiæ, quæ initium à Græcis habuerunt, & inventæ, pro votis, tunc offerendis falsis Numinibus ad fertilitatem impetrandam, teste Polidor. Virg. de rer. invent. lib. 1. necnon Tit. Liv. decad. 1. lib. 7. in maxima apud ipsos Græcos, & Romanos fuerunt æstimatione, & Romani sæpè sæpiùs eas exercebant, & Augustus sæpissimè eis delectabatur, ut ait Sueton. in vita Augusti cap. 88. & testatur Textor in officin. in cap. ludi, & spectacula diversa, & propterea à Domitiano Imperatore edita fuisse theatra magnifica, & sumptuosa, scripsere Blod. in lib. 2. & 3. de Roma triumphante, Cassan. in Cathal. Glor. mund. part. 11. consid. 55. Cassiod. var. lect. lib. 4. Imò Cicero vocat, histriones veritatis imitatores, in lib. 3. de orator. num. 119 & Roscius, vir doctus, librum scripsit, in quo eloquentiam cum Histrionia comparavit, Cassan. loc. cit. & eas permittendas esse Angelicus Doctor notavit in 2. 2. quæst. 86. & in microcosmia par. 1. dialogo 12. pag. mihi 149.

At prædicta, dicebatur, locum vendicare in iis spectaculis, quæ à Principibus populo ad solatium fiunt, & in quibus honestas, ac modestia primum sibi obtinet locum ut, in l. unica, C. de majuma lib. 11. & advertit Episc. Ricciull. addit. tract. lib. 5. cap. 2. num. 11. non autem in his, de quibus agitur scenicis repræsentationibus, quæ à Mimis, Histrionibusq; publicè, receptaque mercede peraguntur, & in quibus scenicæ mulieres, nulla sibi patrocinante modestia, nec verecundia ornatæ, liberè agentes, scenam alloquentes, ac multotiès psallentes, ac tripudiantes populò, ac præsertim incautis sese Juvenibus ostentant, Marian. in tract. de spectac. cap. 12. Bovad. lib. 5. cap. 4. num. 24. Bulenger. de theatr. lib. 1. cap. 50. Pantoja lib. 2. de aleator. num. 5. Unde nedùm Roma, sed universa Italia Tiberius scenicos, Histrionesq; pepulit Nero Pantomimos omnes relegavit. Domitianus eisdem scenam interdixit. Masilienses nullum aditum juventuti in scenam, theatrumq;

tri-

tribuebant, nè per motus obscænos impudicitia Juvenes lascivirent, ut eruditè, post alios notat *Ricciull. add.trac.cap.7.num.4.P.Fragos.de Regim. Reipub.par.1.disput.2.§.4. n.*189.

Propterea, paucis antè annis, contenderunt Religiosi viri Monasterii Divi Francisci de Paula, extra Portam Capuanam hujus Civitatis (sub cujus Magni Patriarchæ auspiciis, ac patrocinio, Urbem, ac Regnum suum gens nostra esse voluit) contendebant, inquam. Comica spectacula in ædibus Petri Pauli Cimini exhiberi non posse, quia propè idem Monasterium eæ sitæ essent, authoritate freti *Episcop. Ricc. in decis. Cur.Archiep.* 254. *num.8 par.2, Novar. in collect. ad prag. 5.nu.* 3. *ni quid in loco publico*, in specie firmantium, scenicas repræsentationes honestis in locis fieri non posse.

Et facto accessu, *referente Consiliario Aloysio Gamboa* die 20. Octobris 1655. fuit per S.C. provisum, quod respectu repræsentationis comædiæ, partes adeant Delegatum, in Banca tùnc de Scacciavento.

Delegatus autèm Hospitalis Incurabilium tunc Reg. Hector Capycius Latro (in cujus Hospitalis commodum, atque ægrorum, quorum inibi maxima multitudo est, ac summa Christianæ pietatis (quod nulli obscurum) laude, curantur, alimenta, pleraque pars Comicorum stipendiorum cedit, causam suscepit; deciditq; licere Comicis, comædias repræsentare. Cognito scilicet, nullo id cum scandalo fieri posse, cùm ædes prædictæ, ubi fabulæ agebantur, trecentos à Monasterio passus distarent, ac viæ publicæ interjectu dividerentur.

R I T U S LXXV.

Facta publicatione fit conclusio, & datur terminus ad allegandum, quo elapso, ad expeditionem causæ proceditur.

ITem facta publicatione dictæ repulsæ, & omnium actitatorum prædictorum in dicta causa, ita quod nil restet fiendum: fiat conclusio infra quatuor dies numerandos à die factæ publicationis, detur terminus procuratoribus dictæ causæ, quod producant in dicta causa allegationes in scriptis, cum rubricis assumptis brevius (ut melius potest) infra quindecim dies, numerandos à die factæ conclusionis, & alias ad arbitrium Judicum, considerata qualitate, & natura causæ, quo termino elapso, sive fuerunt præsentatæ ipsæ allegationes, sive non, Judices dictæ Curiæ procedant ad diffinitivam sententiam ferendam, breviùs, quam potuerint, juxta naturam causæ prædictæ.

S U M M A R E R U M.

1 *Testibus reprobatis, probationibus, ac defensionibus explicatis, fit conclusio in causa.*

2 *Et appellitatur tùm conclusio, tùm exclusio, pariaque sunt, esse conclusum in causa, & latam esse sententiam.*

3 *Conclusio hac cujus sit vis, & effectus.*

4 *Conclusio, quamvis non sit de substantia Judicii, de consuetudine tamen omnium Regni Tribunalium semper fit.*

Illa fieri debet in causis Ordinariis, in Summariis verò arbitraria est.

5 *Conclusio, si omissa sit, haud vitiat acta, quamvis de substantia foret.*

6 *Conclusio vigore pragm.11. de ordin. Judic. fiat ut in Regno ipso Jure.*

7 *In criminalibus minimè fit conclusio.*

Reo liceat nè termino renunciare defensionum.

8 *Testes semel examinati, & publicati post conclusum in causa, valeant iterum examinari ex Judicis officio.*

9 *Conclusione facta, breviùs quam possunt Judices ad causæ expeditionem procedere debent.*

10 *Terminus ad allegandum in jure utrum sit concedendus.*

11 *Redarguitur Marant. à Muscatell. & malè, & Carav. in hoc ritu num. 5. dictum memoratur.*

Privilegium per non usum, àn perdatur.

12 *Allegationes ut planæ sint, dilucidæ, & veritatis splendore conspicuæ quàm maximè curandū est.*

13 *Authores in allegationibus nominandi non sunt, qui nunquam de ea re disputaverint, vel contrariam potiùs opinionem defenderint.*

Et quomodo Advocati aperire debeant rationes omnes, aliam tenues.

14 *Ubi Advocatorum defuerit solertia, & studium, Judicum ingenia providere debent.*

Et commendantur Advocati nostræ Urbis, & dicterium Præsid. Merlin. cap.36. cent.2. simpliciter acceptum à veritate est alienum.

15 *Allegationes commodare parti adversæ, àn possit Judex.*

Parva in causa opus est parvis allegationibus.

1 IMplicatissimus sanè nodus est unius causæ exolutio, ut faciliùs è labyrinthi recessibus se quivis expediat, quam uni tantùm negotio finis imponatur, ut igitur obviis de hac re querelis consulerent Principes, hoc Ritu statutum est, ut reprobatis testibus, probationibus, ac defensionibus explicatis, ad exitum perducatur causa, & suprema tandem manus liti imponatur, conclusioque in causa fiat, per quam præcluditur via regularitèr cæteris probationibus, *cap.cum dilectus, verb.Conclusus, de fide instrum. Marant. in specul.aur.par.6.act.15.nu.1 Jo: Baptist. Asin.pract. in pract.civil.§.23.cap.1. Giurb.decis.26. nu.11. Iodoch.Daamhouder.in prax. rer.civil. cap.191.num. 1.& 2.Petr.Gregor.syntagmat. juris univers.lib.4. cap.17.nu.1 Jo:Paul.Xammar.par.2. rer.judicat.de*
2 *fin.*136.eamque tùm conclusionem, tùm exclusionem, ut quia excludat aliud produci non posse, appellitat *Jo: Berberii in viatorio juris, par.4. tit. de probat.nu.*98.pariaque ideò judicentur, conclusum esse in causa, & latam esse sententiam, dicunt *Bart.in l.mater §. eandem in fin.ff.de except.rei judic.Mantua singul.25.n.4.Mastrill.decis. Sicil.137. sub nu.19.Gratian.decis.March.198. nu.12.Franc. Marc.decis.761.num.3.vol.1. Muta ad consuet. Panhormi cap.5.num.30.Pras.Merlin.centur.2. contr. forens.cap.23.num.14.Prat.ad Muscat. par.7. Glos. Scriptura, vers.unde cum ad parte.* Ejus quæ sint
3 vis, & effectus, àn illa possit revocari, & ea facta,

utrum

utrum recipi testes possint, & quando scribunt
Gratian.dec. Marchiæ 198.à num.10.Muscatel.lib.
1.par.7.Glos. Scriptura in princ.& Gl. de jure in
add.lit.B., & Gl.sententiam nu.26.Jodoc. in prax.
civil.add. c.191.Borrel par.2. sum.decis. tit. 26. de
concl.in causa, Pater Fragos. de regim.Reipub.tom.
1.par. 3.lib.5. disp. 13. de conclusione in causa,
Reg.Sanfelic.in prax.indic.sect.58.à nu.27. Gallup.
in prax.S.C.par.2.cap.29.
4 Sit nè de substantia Judicii, Capyc.dec.1. nu.32.
annuit, necnon Masull.ad eumdem Capyc. dec. 82.
nu. 6., & quamvis non esset de substantia judicii,
juxta Roman.cons.176.num.11.Reg.Rovit.sup.prag.
4.de dilat.nu.6.Caravit.memoris nu.6. Reg.de Ma-
rin.in observ.ad Revert.decis.263.num.2. Gaill.ob-
serv.107.num.1., & aliorum effatum, tamen de
consuetudine omnium Regni Tribunalium sem-
per fieri, testis est Marant.par.4.dist.9. nu.23., &
par.6. act.15. num.9., ut propterea asseverandum
sit, ratione consuetudinis, illam minimè præter-
mittendam esse, eamque debere fieri in ordinariis
causis, in summeriis verò sit arbitrarium, in eisq;
regularitèr non exigi, Afflict.decis.272.num.4.Me-
noch.de arbitr.Judic.lib.1.qu.35.num.11. Marc.de-
cis.Delphinal.796.num.6.vol.2. Giurb.dec.Sicil.74.
in princ.Ricc.collect.decis.85.Marcell. Calà de mod.
artic.§.1.Gl.5.nu.38. ut præterea in causis misere-
bilium personarum, utpotè summariis, illa non
præexigatur, concludit Novar. de privil. miserab.
5 person.privil.128.non tamen omissa vitiat, etiam
si de substantia foret Nicol.Gravat..ad Vestr.lib.7.c.
1.num.30.advertit, Jodoc. in prax. civil. add.cap.
191.nu 8.Reg.de Marin.quotid resol. cap.45. nu.2.
lib.1.Ripol.var.resol.cap.16.nu.2. & Carav.laudato
insequitur Novar.de gravam.vassall.lib.3. gravam.
300.nu.55.vers.Nec illo.
Veritate igitur minimè nititur Berardini Pandi
effatum super prag.1.num.153.de ordin.Judic.con-
clusionem processus recessisse ab Aula; Insupèr
malè Borrell.add.tit.26. num.19. redarguit Carav.
nam si benè perpendatur, hanc Carav.confitetur
6 veritatem, Illa verò vigore prag.11. de ord. judic.
fiat in Regno ipso jure, ut haud oporteat esse fa-
ctam, Marant.monet adduc.act.15. nu.1. Usus ta-
men contrium observat, nam communitèr illa fit
per Judicis interlocutoriam, & prævia citatione
ad concludendum in S.C. in cæteris verò Tribu-
nalibus, absque actu ad concludendum, fit con-
clusio, ut observasse ex plurimorum processuum
revolutione, fatur Episcop.Campanil. ad Oliv.rit.
Cu.Archiep.32.nu.11. cujus meminit Ventrigl. in
prax.rer.notab.de conclus.annot.33.§.unico nu.4.lib.
1.& attestatur Muscatell.par.6.Gl.scriptura,num.
11., & nos tradimus in ritu 98.
7 Verùm in criminalibus, nè fiat, communem di-
cit Marsill.in prax.crimin. §.sequens num. 1. Clar.
qu.61.nu.5.concinit Rovit.prag.13. nu.5. de ordin.
Judic.P.Fregos. add. disp.13. sub num.241. Borrell.
post alios cit.tit.26. de conclus. num.13. fovetque
ratio, quod indefensus mori nemo debet, cujus
tanta est virtus, ut neque propereà liceat Reo re-
nunciare termino defensionum, teste eod.Claro q.
49.num.16.& pertingimus inferiùs rit.83.Sed an
post conclusum in causa testes semel examinati,&
8 publicati, valeant iterum in causa examinari ex
Judicis officio, orta fuit contentio, & affirmativè
respondi, ex Bal.& Bar.in Auth.qui semèl, Cod.de
probat. Greg.lib.48.cap.17. num.5. quibus inhæret
Fregos. add. loco num.150. & ante ipsum dixerat
Borrell.indic.tit.26.num.87.& tradit Gallup.citat.
par.2.cap.29.nu.4.
9 Qua facta conclusione, breviùs, quàm potue-
rint, Judices ad expeditionem causæ procedant,
sanxit insupèr Ritus consimilisque extat in Pro-
vincia Merchiæ constitutio, & utraque operari
debet aliquid ultra jus commune, & majorem im-
ponere necessitatem Judici, ut conclusione acta,
nullam admittat probationem, deducitur apertè,
ex decis.ejusdem Provinciæ Marchiæ, teste Gra-
tian.decis.cit.198 sub num.12. Bellam.dec.55. nu.
2.de Judic.Mascard.de probat.conclus.1279. nu.12.
10 Dilationem verò statuendam, ambabus parti-
bus, ad allegandum in jure, à Judicibus, permit-
tit ipse Ritus, quod nulla ipsius sanctionis facta
mentione, servari, testatur Marant.in 2. par.6.par.
princ.act.16.improbat tamen Muscat. in prax. S.C.
par.6.Glos.sententiam nu.24. & tamen hujus Ri-
tus meminit, ut longè magis oporteat mirari, quod
11 Marantam redarguere ausus fuerit, neque ipsius
fidei attestanti nunquam vidisse concedi prædi-
ctum terminum ad producendum allegationes in
jure, adeò standum erit, ut properea credendum
sit, non esse concedendum, tùm quia nulla abo-
letur sanctio per non usum, tametsi in privilegio
contentio sit videnda, apud Reg.de Ponte cons.121.
num.5.vol.2.tùm quia id contigere potuit, ex quo
pars non instetit pro tali dilatione, nàm si petie-
rit, nè dum illa haud denegari potuisset, at insu-
pèr concedi ad tres menses debuisset, ex solenni
textu in §.sed, & hoc præsenti addimus, Auth.ut
cum de appell.cognosc.collaudatq;solertissimus Au-
ctor Regens Rovit.super prag. 13.num.16.de ordin.
Judic., & concinunt tradita per eruditissimum
Franc. de Petr.festiv. lection. lib. 2. cap. 11. sub
nu.5.potissimùm, quia contradicentem nostri Ca-
ravita fidem conspicimus in quo, & vidisse con-
cedi, & ipsum quoque impetrasse, fatetur sub nu.
5. Et hæc Ritus sanctio juris communis disposi-
tioni concinit, Ludov.Roman.cons.176. Petr. Gre-
gor.cit.lib.48.cap.13.sub num.15. Misinger. observ.
17.centur.3.Asin.in prax.Judic.§.23.cap.6.limit.8.
Giurb.Sicil.dec.68.nu.2.Borrell.par.2. add. summ.
decis.tit.26.nu.61.de conclus.in caus.
12 Allegationes autem, ut planæ sint dilucidæ,
& veritatis splendore conspicuæ, quam maximè
curandum est; firmas, verasque doctrinas, & quæ
ad rem plurimum conferant, non in contrarium
sensum extortas, auctoritate aliqua legis, vel Glo-
sæ, aut alicujus Doctoris munitas, palam profe-
rant Jureconsulti Jas. in l.illam num. 5. cum seq.
C.de collat.licet non exprimatur specificus locus,
dummodò titulus non omittatur, imitati Lapum
ità observantem in alleg. 89. sub num.3. atque in
initio nu.4.quas, ut in libris legant, & è quonam
fonte promanent sententiæ, studiosè perquirant,
oportet, nec aliorum dictis, aut alienæ fidei
13 acquiescere debent. Cavendum quoque illis est,
nè eos pro causæ defensione authores nominent,
qui, vel nihil unquam de ea re disputaverint, vel
contrariam potiùs opinionem defenderint, sed
sint in terminis casus, de quo disceptatur Franci-
scus Maria Prat.ad Muscatel.add.Glos.sententiam,
vers.

verf. quatenus anthor. Rationes omnes, etsi tenues, & non subsistentes, aperire debent, dum justam fovent causam; infirmæ enim, ac leves defensiones Judicum animos ad sententiam aliquando impellunt, *Franc. Maria Prat. ad Muscatell. lib. 2. par. 3. Glos. dilatorias ad num. 10. ex Jo. Franc. de Ponte in trac. de potest. Proreg. tit. 6. de assens. Reg. sup. dot. num. 56.* & admonet *P. Cajetanus Andr. in saculo Cæsar de Affl. controv. jur. resolut. c. 12. n. 1.* & dixerat *Matt. Affl. in Const. Regni hac edictali, q. 2. n. 3.*

34 Ubi verò Advocatorum solertia, studiumque defuerit, eorumdem Judicum ingenia provideant, opem ferant, articulis studeant, & quæ in confirmationem jurisperiti inconsultò prætermiserint, pari æquitate, ut justitiæ, ac veritatis ratio habeatur, ad summam Dei gloriam, facilè pronuncient, *Jodoc. in prax. civil. cap. 218. num. 14. Mifinger. centur. 4. observ. 55. num. 6. Jo. de Deo in sua praxi lib. 1. cap. 19. num. 2. & lib. 5. cap. 8. n. 7.* Hinc etiam Judici permissum est partes interrogare in iis, quæ consistunt in facto, *Jodoc. in mem. prax. cap. 191. num. 6. & cap. 197. num. 2.* notabiliter dixit, quod si processus consisteret in facto, consulendi sunt testes, si verò in jure consulendi sunt libri, & qualitèr Advocati facti seriem proponere debeant, *Jo. de Deo add. libr. 1. integro cap. 6.*

Quæ cum omnia servari videam in hac Urbe, mihi gaudeo, eos pro Tribunali Magistratus præsidere, qui, & doctrinæ, & pietatis specimen maximum, ac præclarissimum præbeant, quique exemplo in judiciorum æquitate servanda cæteris Urbibus esse possint. Adsunt tamèn hic, & ad communem felicitatem diutissimè vivant, Advocati, non modò, & sapientia, & nobilitate præclari, sed qui imperium ipsum regere facillimè possent. Ex quo fit, ut causæ accuratissimè defendantur, earumque articuli sæpiùs examinentur, & qua decet studii opera, dijudicentur, ac jus suum unicuique justissimè tribuatur, quos non complectitur dicterium illud *Dom. Præsid. D. Franc. Merlin. centur. 2. controv. forens. c. 46. sub num. 32.* necnon *Vincentii de Anna, ex ore Andreæ Pons de Leon. Reg. Cam. Locumtenentis alleg. 79. num. 4. in fin.* omnes hodiè esse Advocatos, paucos verò Doctores, & Advocatos, quod simpliciter, & acerbè acceptum, à veritate prorsus est alienum, teste *Franc. Maria Prat. ad Muscat. p. 3. & ultim. de doctor. quiddit. & essent. ad num. 12.*

35 Sed liceat nè Judici allegationes parti Adversæ commodare, aut copiam tradere, explicat *Marant. par. 6. actu 10. num. 58. & Apostill. ad Guid. Pap. decis. 242.*

At parva in causa opus esse parvis allegationibus, nè te lateat, & scripsit *Natta cons. 94. in fin. & Magon. decis. Lucensi 44. num. 16.* Ministri enim ex multitudine negotiorum, quibus præmuntur, satis exhorrescunt longas cantilenas, idem *Franc. Mar. Prat. ad Muscatell. mox add. tit. par. 2. vers. Tertium caveat.*

RITUS LXXVI.

ITem quod quandocunque de sero proponerentur aliquæ causæ, sive fiscales, sive privatorum, in quibus requirerentur disputationes, sive allegationes, quod trasferantur in sequentem diem de mane.

SUMMA RERUM.

1 *Causæ decisio transferenda est in diem sequentem de mane, & quare.*

2 *Duobus sacris ordinibus non secus eodem die insigniri prohibetur, ita, & duobus diebus continuato jejunio.*

1 VIdebatur satis, quod hic Ritus statuerat, transferendam decisionem causæ in sequentem diem, cur addidit de mane, sicquè restrinxit ad subsequens mane? & rationem investigatus sum, quod cum causæ illæ, Curia sedente, decidendæ essent, nec fieri posset, ob disputationes, & dubias allegationes supervenientes, prorogando terminum ad sequens mane, duo fierent. Primum namque concederetur tempus Judicibus considerandi, & nocte sequenti studendi. Alterum verò, quod propterea, eadem Curia sedente, eodemq; præcedenti sero, decisæ videntur, cum *Genesis cap. 1.* dicatur: *Factum est vespere, & mane dies unus.* Concinitque *tex. in cap. literas de tempor. ordin.* ob idq; prohibitionem *tex. in cap. dilectus eod. tit. de temp. ordin.* Nè quis duobus

2 valeat eodem die insigniri sacris ordinibus, extendi ad duos dies, scilicèt, nè uno die unum suscipiat, alterumque sequenti die de mane, & continuato jejunio, per *Abb. antiquum, eique adhærentem in eod. cap. literas num. 1.* scripsit *Episcop. Campanil. in divers. jur. Canon. rub. 6. cap. 3. sub num. 11.* Observantiam autèm hujusce Ritus, peroptimè indicat *Caravit.* cui aliquid addere superfluum existimo.

RITUS LXXVII.

ITem quod quolibet sero, postquam Advocati compleverint propositiones eorum, audiantur procuratores ad actus per eos faciendos in causis.

SUMMA RERUM.

1 *Quolibet sero audiendos esse procuratores sanxit, Verùm nec tunc semper observatum fuisse ostenditur.*

2 *Procuratoris persona ante omnia legitimanda est.*

3 *Acta facta ante productum, sed post receptum mandatum, subsistunt.*

4 *Facta præsumuntur in vim præcedentis mandati.*

Dominus principalis, an, & quando valeat ratificare processum, & sententiam latam in favorem falsi procuratoris.

5 *Observantia hujusce Ritus, sim in M. C.*

Vicar. quàm in cæteris Regni partibus ostenditur.

1 PRæteriit tempus, quo isthæc servabantur in Magna Curia, quin etiam tempore horum rituum, neque omni ferò audiebantur procuratores, at semèl tantùm in hebdomada ob dispositionem *ritus* 111. in illius calce, quidquid tamen sit in tempore tunc statuto, ad procuratores audiendos, sat nùnc est audiri omninò debere, quoties opus erit, in primis tamen legitimata ejus persona, quæ ante omnia legitimanda venit, *l. licet*, *C.de procurat. & Gravat. ad Vestr. in prax. lib.4. cap.5. num.*25. qui quidem antea dixerat *n.* 23. repellendum alioqui esse à judicio etiam ve-
2 rum procuratorem, si mandatum non exhibuerit. Id tamèn veritate niti existimamus, si conventi nomine venerit, quod si actoris, non, nisi pars opposuerit, quamvis aliqui crediderint ex Judicis officio tunc repellendum esse, communiori sententia Doctorum id reprobante, teste *Felino in cap. causam num.*5. *de Judic.* quin, etsi ultro
3 progressum fuerit, acta omnia ejus nomine à mandato, aut potius à die receptionis illius facta subsistunt, quippè quod ex tunc in illum transfertur.potestas, teste *Glos.in clem.* 1. *verbo Receptis, de procurat.* nimirùm si, & acta valida, quamvis non producto mandato, de eo tamen postmodùm si constiterit, quod ex auctoritate *Specul.* & aliorum carpsit idem *Grav. sub num.* 29. affatimque probat *Alex. cons.*78. *lib.*5. atq; *Bart. cons.*73. *Rota decis.*19. *de procurat. in antiq. Put. decis.*283. *num.*8. *lib.*2.& inter recollectas per *Farinac. dec.* 305. *num.*4. *par.*1. *tom.*1. *& decis.* 530. *num.*15. *tom.*2. *ejusdem partis primæ*. Illa siquidem gesta
4 præsumuntur procuratorio nomine in vim præcedentis mandati Domini, ex *Bart. in l. ita stipulatus*, *§. chrisogonus*, *ff. de verbor. oblig. & l. qui servum*, *ff. de interrog. act. & Rota Lucensis dec.* 200. *num.*10. Imò defendit eadem *decis.*530.quod cum hactenùs fuerit l s cum illo tanquam tali, nec unquam oppositum, censeatur approbatus, atque onus probandi, non esse procuratorem, esse ejusdem opponentis post litem contestatam, ad *Glos. in d.l.licet*, *vers.inveniatur*, illicque *Bal.num.*10. *Salic. Fulgos. & Castrens.* quos memorat *Alex.nu.* 5. *Pelin. in cap.quoniam contra*, *vers.septimo quæro*, *sub num.*53.*de probat. Natta cons.*126.*num.*8. subdens, communem esse sententiam, atque etiam *cons.* 162. *num.* 7. & conferunt tradita ab *Accoramb. dec.*23. *lib.*1. *Oliver. Beltram. ad decis.* 44. *Ludovisi: num.* 9. *Jo. Paul. Xammar. rer. judicat.par.*1.*defin.*6.

An verò valeat dominus principalis ratificare tàm processum, quàm sententiam latam in favorem falsi procuratoris, sivè sit minor, sivè major, sivè fuerit admissus ad procurandum sine mandato, sivè cum falso mandato, tametsi omnia ab illo gesta nullitatis labescateant, & affirmativè resolvunt scribentes, quos rescribit *Cardos.in summ. seù prax. judic. & advoc. verbo procurator num.* 10. *ex l. licet*, ibidemque *Bar. ff.de judic.& l.cum minor*, *§. falsus*, *ff. rem ratam haber.* quin *Cardos.* enarrat tresdecim fallentias à *Jasone* adductas *in add. l.licet*, *C.de procurat.*

5 Observantiam autèm hujusce Ritus servat M. C. in qualibet hebdomada tribus vicibus Curiam regere, pro incusatione contumaciarum, ac instrumentis liquidandis, ut *Carav.* meminit *in rit.* 111. *in fin.* quamvis hodiernus usus bis in hebdomada Curiam regi permittat in die, .s. Lunæ, & Veneris. In cæteris verò Regni partibus, juxta Curiarum stylum, aliquando tribus vicibus, aliquando duabus, & aliquando, quando occasio se præbet, & sic continuò, in quibus quoque expediuntur processus, & causæ, ut de hoc testatur idem *Carav. hoc in rit.in fin.* quid verò injunctum sit Judicibus M.C.V. tàm de mane, quàm de sero, legimus *in pragm.*3. *&* 4. *de offic. Mag.Justit.* quæ concinit hujusce Ritus dispositioni, nosque annotavimus alibi.

RITUS LXXVIII.

Dato termino ad probandum, debet peti terminus, ad examinari faciendum in ultima die ipsius.

ITèm quod cum datur terminus ad probandum, & ponendum in ultimo die ipsius termini, vel sequenti ad plus, petatur terminus ad examinari faciendum pro parte actrice, vel convenea, si testes jurati; non examinati tunc essent: aliàs de cætero dictus terminus ad examinari faciendum, peti non potest, nec conceditur: quod obtinet locum tàm in causis principalibus, quàm in appellationibus. Qui terminus ad examinari faciendum in suprascripto termino, & tempore, peti potest, & conceditur in Banca, & extra Bancam, die feriata, vel non feriata, de conscientia tamen duorum Judicum.

SUMMA RERUM.

1 *Testes in termino juratos, illo elapso, examinari posse, probatur.*
2 *Imò, & juratos tantùm admittere usum, ostenditur.*
3 *Testes non citati deponentes, minimè probant, ratioque redditur.*
4 *Testes etsi citati deponentes super fidibus, quas ante ipsi conscripserunt, fidem non faciunt.*
5 *Dummodò fides ordine Judicis non fuerint subscripta.*

1 HUjusce Ritus verba (*in ultimo die ipsius termini*) restrictionem constituunt ad regulam in *rit.*69. traditam, negantem, examinari testes post terminum, quamvis in termino juratos, nisi ex causa, etenim in ultima die termini peti posse alium terminum ad examinandum testes in priori juratos, concedit Ritus iste. Verùm cum in illo Ritu statuta regula abolita fuerit ob contradicentem usum, annuentem etiam, absq; nova dilatione, aut prioris prorogatione, illos examinari posse, elapso termino, ex his, quæ illic notavimus, longè magis prosternenda est jam dicta præsentis Ritus limitatio.

2 Imò non tantùm, si in termino juraverint, prout

verba

verba sonant utriusque *Ritus*, nempè præsentis,
alteriusque prædicti 69. & servari in Cathalunia,
tradit *Fontanell. decis.*22. *num.*17. *p.*1. at quoquè,
si citati dumtaxat fuerint, ut multorum Docto-
rum sententia illic comprobavimus, atque usus
continuis admissus temporibus nos edocet, ut
proptereà de ea re in Regno dubitare non amplius
liceat, *Viv. decis.*170. *Muscatell.* latè *in prax.par.*
5. *Glo.citati per tot.* quiq; *ead.par.*5. *Gl. defenden-*
*dum à num.*19. *juncta addit. penult.* extricat, pos-
sit nè terminus prorogari, vel de novò concedi.
Dummodò de ordine Judicis citatos illos appare-
at, & ordo citationem præcederet, *Sesse decis.*315.
p. 3. *Novar. dec.* 155. advertunt, quiq; *Novar. in*
dec. 77. memeratam regulam restringit, ut testes
in termino citati non possint examinari, decurso
termino concesso, & assignato à lege, statuto, vel
pragmatica, & illam solùm militare, decurso ter-
mino concesso, & assignato à Judice, & confir-
mant *Flamin. Chartar. dec. Gen.* 4. *Fontanell. dec.*
add. 22. *Pratus in memor. Glos. citati*; Prætereà
3 addimus, testem non citatum minimè probare,
cum præsumatur spontè se offerre, ex quo affe-
ctatio oritur, causa inimicitiæ cum parte ex ad-
verso, *Alex. cons.*172. *num.*25. *lib.*6.*Cardin.Tusc.*
*pract. conclus. jur. conclus.*165. *verbo Testes, vol.*8.
quamq; spontaneitatis præsumptionem citatio
prorsus tollit, teste *Francisc. Maria Prat.ad Mu-*
*scat. par.*5. *Glos. juramenta, vers. quatenus modo,*
& etiam *memorat. Gl.citati vers. Tractat Athleta,*
ut propterea testes, etsi citati examinatique su-
per fidibus, quas ante conscripserunt, non pro-
4 bant, ex *Clement.* 3. *in cap. à nobis* 2. *qui matri-*
monium accus. poss.vel contr.illud testificari, quia
nimirùm videntur spontè deponere, *Cacheran.dec.*
128. *num.*9. *Boer. dec.*1. *num.*38.*Marta voto* 138.
num. 12. & alii, quos coacervat *Episc. Marant.*
*controv.jur. par.*5. *resp.*55. *num.* 13. & 78. *num.*
45. quem insequitur *Franc. Mar. Prat. resp.crim.*
5 2.*n.*104. nosque restringimus, propterea, si fides
fuerint ordine Judicis factæ.

RITUS LXXIX.

Principalis tenetur respondere sine consilio Advocatorum, ejusque depositio in scriptis redigatur sub secreto tàm in causis civilibus, quàm in criminalibus.

ITem quod quandocunque partes principales actorum, & conventorum citantur, & requiruntur tamquam legaliores, & scientes exindè melius veritatem: Respondeant super articulis, exceptionibus, & quibuscunq; alijs positionibus tangentibus proprium factum: responsiones ipsæ fiant statim per ipsas principales personas sine consilio procuratorum, & advocatorum in secreto, & sub silentio coram Judicibus dictæ Curiæ, vel eis, aut ei, quibus, seù cui, causa est commissa, & responsiones ipsarum partium per eosdem Judices, seù Commissarios in scriptis redigi mandantur. Quod habeat locum, tàm in causis civilibus, quam in criminalibus, tàm principalibus, quàm appellationibus, absque tamen periculo pœnæ varietatis, & periurij.

SUMMA RERUM.

1 *Positiones, & articuli sejunctim olim offerebantur, nunc verò conjunctim.*

2 *Depositio principalis quando, quomodo, quo instante, à quo, & quoties sit facienda, remissivè.*

3 *Traditur cautela excerpta ex doctissimorum virorum placito, ut articulans articulata confiteri videatur.*

4 *Confessio in Judicio, ut noceat necesse est fiat in positionibus, non in articulis, illaque in illis facta, absente parte, præjudicium quoque affert.*

5 *Tria reperiri nomina, nempè articulos, exceptiones, & positiones, cum declarationibus, admeditur.*

6 *Positionibus, & articulis utitur Actor, exceptionibus Reus.*

7 *Tùm Reus, tùm Actor respondere tenentur super articulis, exceptionibus, & quibuscunque alijs positionibus.*

8 *Ipsorum principalium depositio, quas requirat conditiones.*

9 *Illaquè debet fieri statim, scilicèt tempore competenti, & intra terminum, & pœna contraventionis traditur.*

10 *Ea si non fiat quando positiones habeantur pro confessatis ipso jure, vel requiratur Judicis decretum.*

11 *Intellectus traditur verbis prag.* 8. *de ordin. Judic. & respondetur prag.* 6. *eod. tit.*

12 *Quando Judex properare debeat ad ejusmodi decretum, quod habeantur pro confessatis, & praxis, cum restrictione, memoratur.*

13 *Ab ejusmodi decreto appellatio non admittitur.*

14 *A procuratore quando fieri possit, & notatur Cavensis Afflictum redarguens.*

15 *Qui alium increpare vult omni culpa carere debet.*

16 *Quale debeat esse instrumentum procurationis continens tenorem responsionis.*

17 *In quibus causis facienda omninò sit ab ipsomet principali, tanquam legaliori, & melius informato, & declaratur Affl.in Constit.partes in Judicio.*

18 *Ob solam principalis petitam depositionem, omni præsumptionis calumnia cessante, supersedendum est in causa,*

19 *Pragm. Regni statuens tempus petendæ depositionis memoratur.*

20 *Quisquis respondere de jure communi debet positionibus absque Advocati, & Procuratoris interventu, at præcedente illorum consilio tantùm.*

21 *Hujus Ritus vigore, nec cum illorum consilio, respondere valet.*

22 *Dummodò examinandus principalis non sit rusticus, & persona idiota.*

23 *Quid verò in muliere, Universitate, & infanti, ostenditur.*

24 *Copia articulorum in Tribunalibus hujusce Civitatis Regnique Curijs non datur.*

35 *Depositiones non semper coram Judicibus, & Commissarijs recipiuntur, sed in quolibet Tribunali à personis ad id deputatis.*

26 *Qualitas, & probitas examinatorum S. C. qualitèr esse debeat.*

27 *Responsiones ab ipsis redigi debent in scriptis.*

2 *Depositiones fiunt tàm in causis civilibus, quàm in criminalibus, & quid servet usus.*
29 *An verò in causis appellationis, declaratur.*
30 *An illius causa possit perjurij pœna idem principalis puniri, remissivè tangitur.*
31 *Memoratur ad hoc pragm.8. §. decernentes de ord. Judic.*
32 *Perjurij, mendacijque pœna, remissivè traduntur.*
33 *Casus, in quibus principales minimè obstringuntur positionibus respondere, enarrantur, potissimùm, si juris sit articulus.*
34 *An, & quando procurator respondere teneatur per verbum credo, vel non, facta depositione per principalem.*

1 MEmoria legentium repetenda esse summatim duximus, quod jure attento communi positiones, & articuli sejunctim offerebantur,
illæ antecedebant, isti subsequebantur, super illis interrogabatur principalis adversarius, super
istis interrogabantur testes, quique præstito juramento deponebant. Ad quod minimè deflectebatur, si ex principalis depositione alter relevabatur. Verùm Jure Regni ambo eodem contextu
produci, ostendunt *Ritus* 69. atque *Pragm.* 7. *de ordin. Judic.* ex quo inolevisse communem illam
observantiam in articulis conficiendis, dici: *Item, Pone, e vuol provare.* Primùm namque vice positionis funguntur, & super illis deponit ipse principalis, deindè verò subibunt articulorum vices, si
principalis nihil, quod alteri prosit, fassus sit, atque super eis testes examinantur. Quamobrèm
2 principalis depositio, cujus paulò antè meminimus, quando, quomodo, quo instante, & quoties
sit facienda, aliaque complura utillima congessimus, & breviloquio sermone, indicato *ritu* 69. &
ritu 93. Lectorem illuc relegamus.
3 Unum tamen præterire non valeo, quod ad evitandum dubium, si articulans, dum dicit, ponit,
& probare intendit, fateri videatur, necnè, in articulis enunciata, tutius sit, simplicitèr dicatur,
probare intendit, non addito verbo, ponit, quamque cautelam habuisse ab Octavio Vitaliano, sua
tempestate Advocato principe, memorat *D. Franc. Mar. Prat. ad Muscatell. in prax. civil. lib.* 2. *par.*
3 *Glos partis, vers. redolet hac, Gl. in fin.* & dixerat *lib.* 1. *par.* 5. *Gl. impertinentes, in princ. addit.*
4 ut præterea peroptimè tradidit *Posth. in decis. Rotæ de manutenendo dec.* 166. *num.* 51. quod confessio in Judicio, ut noceat, necesse sit, fiat in
positionibus, non in articulis, in quibus non censentur fateri articulata, prout fatetur ponens,
Marant. in 6. *par. sui specul. actu* 4. *n.* 6. & 7. idem *Posth. de manutenend. observ.* 19. *num.* 39. *Paul. Duran. decis. Rotæ Romanæ* 33. *num.* 17. *Reg. Rovit. super prag.* 8. *n.* 13. *de ord. Jud.* & quamvis confessio in Judicio facta, parte absente, nullum afferat præjudicium, noceat tamen, si facta fuerit in
positionibus, advertit *Anton. Gabriel. commun. conclus. tit. de confess. conclus.* 1. *num.* 3.
Ad alia hujus Ritus verba, nos deflectentes, cum dicunt: *Respondeant super articulis, exceptionibus, & quibuscunque alijs positionibus,* dicimus,
5 tria reperiri nomina aliqualem inter se habentia differentiam, attento juris rigore, nempè positiones, articulos, & exceptiones, specificam verò
distantiam inter articulos, & exceptiones, scripsit
Episcop. Campanil. sup. rit. 29. *Cur. Archiepiscop. Neap. num.* 16. inter articulos verò, & positiones, subjunxit *n.* 17. necnon memorant *Jodoc. in prax. civil. cap.* 154. *num.* 6. & 7. *Reg. Rovit. in prag.*
8. *num.* 13. *de ordin. Judic. Gaill. lib.* 1. *pract. observat.* 79. *num.* 1. *Misinger. centur.* 5. *observ.* 54. *num.*
1. *Muscatell. lib.* 1. *par.* 5. *Glos. impertinentes num.*
6 1. propriè itaque dum loquimur, positionum, &
articulorum nomine utitur actor, exceptionum verò Reus, & quia utraque pars tanquam principalis tenetur deponere, tàm Reus, super positionibus, & articulis Actoris, quam Actor super
ipsius Rei exceptionibus, ob id, præsens Ritus sanxit, quod quandocunque partes principales
actorum, & conventorum citantur, & requiruntur, tanquam legaliores, & scientes exindè me-
7 lius veritatem; Respondeant super articulis, exceptionibus, & quibuscunque alijs positionibus,
tangentibus proprium factum, vult itaque ab utraque parte responderi, & depositionem fieri, subdit
8 postmodum conditiones requisitas in illis faciendis
earumque prima est, ut fiat statim, altera ut fiat per principales personas ipsas. Tertia sine consilio
procuratorum, & Advocatorum in secreto, & sub silentio. Quarta, ut fiat coram Judicibus, sivè
Commissarijs causæ. Quinta, ut ille in scriptis redigi faciat responsiones ipsas. Demùm fieri mandat, tàm in causis civilibus, quàm criminalibus,
tàm principalibus, quàm appellationibus, & sinè periculo pœnæ varietatis, & perjurij, & propterea expedire credamus aliqua super conditionibus
ipsis adnectere, necnon super extensionibus, & declarationibus subsequentibus.
9 Primùm itaq; ut fiat statim, scilicèt in tempore competenti, ex notatis ab *Episcop. Campanil. in diversf. jur. cap.* 13. *rub.* 12. & speciatim, ut fiant
intra terminum concessum ad probandum statuit *rit.* 70. subdens prædicto termino elapso, &
depositione minimè facta, incidat pars illa in pœnam tarenorum 15. Curiæ applicandam,
qua pœna soluta, datur alius terminus ad dictas responsiones faciendas ad Judicis arbitrium, in
10 quo, si nec responderit, habebuntur articuli ipsi, sive exceptiones, (ut Ritus loquitur) pro confessatis. Notandum igitur est, non dici in illo Ritu, quod habeantur pro confessatis, & sic ipso jure ita fiat post terminum, sed habebuntur, innuens per Judicem, ejusque interposito decreto,
idque in more est, & jure defendit *Marant. in tract. de multiplici alienat. n.* 355. collaudatq; *Reg. Rovit. in add. pragm.* 8. atq; *Vin. dec.* 138. quorum sententiam amplexamur, non obstantibus verbis me-
11 *mor. pragm.* 8. *de ordin. Judic. in fin.* quippè quod eorum verborum rigor ostendit ipso jure pro confessata haberi positionem, cui non fuerit responsum per verbum credit, vel non credit, & sic,
quando fuit responsum, sed non formitèr, non autem quando nullitèr fuit responsum; & rationes diversitatis plures cumulari possent, nisi invincibilis adesset, quod tunc ità Principi placuit
statuere, & non expresserit in alio. Neq; obstant verba *prag.* 6. *eod. illo tit.* etenim loquitur in eadem declaratione, cujus loquitur *in rit.* 70. quin,
& non nisi aliquibus concurrentibus, debeat Ju-
12 dex ad ejusmodi decretum properare, refert *Afflict. in Constit. partes in Judicio sub num.*4. & in prax.
obser-

obſervatum vidiſſe teſtatur *Anna ſingul.* 406. &
paucis immutatis, *Caravit. ritu* 120. à qu bus re-
latam praxim reſtringendam eſſe ad caſum depo-
ſitionis faciendæ per abſentem à Judicio, opinatur
Muſcatell. in prax. par. 5 *Gl. legaliores, num.* 15.
quod ſi à præſente, alteram commemorat *in ead.*
Gl. nu. 16. quam, & nos retulimus *rit.* 120. &
pluribus in cauſis uſu probatam cognovimus,
clientum proceſſus percontantes, à quo quidem
decreto nunquam appellari poſſe, ſtatuit idem
13 *Ritus* 120.
14 Secunda conditio, ut fiat per ipſaſmet perſonas
principales, ſemper, & ad ſemper non continere
præceptum, nam, & procuratorem habentem ad
id ſpeciale mandatum concedit fieri, & generatim
loquens prædictus *Ritus* 70. ad quem profectò Ri-
tum non advertit *Cavenſis*, cùm ſuper *Rit.* 93. re-
darguit *Afflict. indicata Conſtit. Partes in Judicio*
ſub num. 4. hanc proponentem quæſtionem, &
annuentem, ex doctrina *Jacobi Butric. in l. fin.*
C. de procurat. Ait enim *Cavenſ. Affl.* non adver-
tiſſe ad verba dicti *Rit.* 93. & lapſus eſt, etenim
affirmare citius debuiſſet ad prædictum *Rit.* 70.
ſimplicitèr, ac generatim loquentem, cùm *Rit.*
93. permittat, ſi Curia fieri debere arbitretur, qui
15 enim alium increpare vult, omni culpa carere
debet, ut *Cicero* ajebat; dicimus itaque licere, in-
16 termedia perſona procuratoris, deponere, addi-
mus tamen, requiri præterà inſtrumentum conti-
nens tenorem reſponſionis, ut in *Ritu* 93. expli-
càmus.
17 Itemquè, niſi pars inſtet per depoſitione prin-
cipalis, tanquam legalioris, & melius informati,
eo namque caſu tantùm principalem admitten-
dum, præportant hujus *rit.* verba, & procedere
exiſtimamus primum requiſitum ab *Afflict. in ea-*
dem Conſtit. Partes in Judicio, nempè, quòd po-
ſitio ſit jurata ab ipſo ponente, ſaltèm per jura-
mentum calumnie, credimus itaque debere jurare,
non calumniosè inſtare pro ipſiuſmet principalis
examine, at quia certò credit majus ex ejus, quam
procuratoris examine ſe conſequuturum juvamen.
18 Imò, & ſolam ob inſtantiam principalis, ſi nulla
adeſt præſumptio calumniæ, eſse ſuperſedendum
in cauſa, & expectandam depoſitionem principa-
lis, dicit *de Franch. deciſ.* 220. *n.* 7. ac foveri po-
teſt verbis ejusdem *Rit.* 93. relaxantibus arbitrio
Judicis; quibus adnectit idem *de Franch.* id ipſum
tunc fieri, etiam ſi longè ille abſit, anteaque ſcri-
pſerat *Gramm. conſ.* 44. *civili à num.* 17. deciſum
in Collaterali atteſtans; atquè iterùm deciſum
fuiſse, refert *Thor. in compend. deciſ. verb. Princi-*
palis an cogendus.
19 Verùm nunc viget *pragm.* 77. §. 7. *de offic. S. C.*
ſituata in noviſſima conpilatione *prag. ſub tit. de*
dilation. & eſt 4. vulgo dicta *delli* 28. *capi*, cujus
meminit *Franciſc. Mar. Prat. ad Muſcatel. lib.* 1.
par. 7. *Gloſ. Concluſio, verſ. Quartus caſus, & par.*
5. *Gl. momentum ad num.* 11. ſtatuens tempus pe-
tendæ depoſitionis.
20 Tertia conditio, ut ſine conſilio Advocatorum,
& Procuratorum, ita quòd de jure, quamvis re-
ſpondere debeat quiſque abſq; interventù alte-
rius, præſertìm Advocati, & Procuratoris, ut
dicit *Bart. in l. ſi poſtulaverit*, §. *Quæſtioni ff. de*
adulter. liceat tamen præcedente illorum conſilio,
ut advertit *Luc. de Pon. in l. in ſacris* 3. *col.* 5. *C.*
de prox. ſacr. ſcriu. lib. 12. atteſtans obſervantiam
in Curia Vicarij Regis, quamvis contrarium ſu-
ſtineat *Veſtrius in ejus prax. lib.* 5. *cap.* 14. *num.* 8.
21 Hujus Ritus vigore rigidius procedendum eſse
conſtat, & conſecutivè non ſolùm in ſecreto, &
ſub ſilentio, atque ita, nullo interveniente, ſed
inſupèr, ſine conſilio procuratorum, & Advoca-
torum, ut propterea crederemus interregari
poſse, ſi ſuper depoſitione facienda illos conſulve-
rit: niſi *pragm.* 6. extaret, prohibens præſentiam
illorum, *ſub rubr. de ordin. Judicior.* addimus ta-
22 men, quod, ſi examinandus principalis ſit Ru-
ſticus, & perſona Idiota, queat habere ſuum Ad-
vocatum, ſivè procuratorem, qui eum inſtruat;
ex doctrina *Hoſt. in cap. dilecti de Judic. Maraut. in*
Prax. Judic. par. 6. *verſ. quartus caſus num.* 16.
tit. de depoſit. ſeù articul. probat. Hieronym. Lau-
rent. dec. 79. & poſt alios, *Menoch. de arbitr. Judic.*
23 *caſu* 194. *num.* 79. *lib.* 2. *cent.* 2. Quid verò dicen-
dum ſit in muliere, explicat *Joſeph. Ludovic. deciſ.*
Peruſ. 81. inibi diſtinctione utens, & inſequitur
Ripoll. var. reſolut. cap. 5. *de dilation. nu.* 60. & 61.
& de Univerſitate, infante, & alio multùm ſim-
plici, ſermocinantur *Muſull. ad Capyc. deciſ.* 143.
ſub un. 7. *Gravat. add. loco num.* 30. *Reg. Rovit. in*
mem. prag. 8. *num.* 33. & 34. ponderans in Sene
quoque 70. annorum, *nu.* 35. Ut præterea uſua
24 inoleverit in S. C. non dari principalibus exa-
minandis articulorum copiam, ante eorum depo-
ſitiones, quemque S. C. ſtylum cæteras Urbis, &
Regni Curias imitari, teſtatur *Carav. nu.* 12.
necnon *Muſcatell. lib.* 1. *par.* 5. *Gl. legaliores num.*
33. illius ſubnectens rationem, & dixerat *Præſ.*
de Franch. dec. 220. *Campan. ad Oliv. rit.* 29. *nu.*
14. *Viſconti ad Franch. deciſ.* 220. ambo *Carav.* me-
mores, *Reg. Sanfel. in prax. ſect.* 47. *Reg. de Marin.*
ad Rever. dec. 521. *nu.* 1. At vidiſse illos dari in
multis Regni Curijs, *Auns meus* atteſtatur *ad*
Capyc. deciſ. 62. *num.* 2. ipſoque laudato, indiſtin-
ctè fatetur *Danz. ad Gramm deciſ.* 45. *num.* 34.
25 Quarta conditio, ut deponat coram Judici-
bus, aut ſaltem Commiſſario cauſæ; quam ta-
men non ita paſſim admittit uſus, niſi qua-
tenus pars proteſtetur, & inſtet, quia tunc Ju-
dex, juxta ejus arbitrium, agnoſcens cauſæ
pondus jubet coram ipſo illam fieri *Theſ. deciſ.* 30.
in fin. quo caſu ſat eſſe, ſi coram Judice juramen-
tum præſtetur, ut coram ipſo teſtium receptio,
& depoſitio facta dicatur *Iſern. in cap.* 1. *ſi de in-*
veſt. int. Dom. & vaſſal. ſub num. 5. cùm regula-
ritèr abſque Conſiliariorum interventu depoſitio-
nes in S. C. recipiantur per examinatores, ad hunc
finem deſtinatos, ut meminit *Franc. Maria Prat.*
ad Muſcatell. lib. 1. *par.* 5. *Gloſ. Suſpectum verſ.*
inquit Author. & iterum *Gloſ. Suſpectorum verſ.*
poſt datum; adnectens, in M. C. illas recipi à
ſcribis, vel actuariis cauſæ, quibus paſſim, etiam
teſtium receptio à Judice Commiſſario committi-
tur, *Giaz. ad deciſ. Capyc. Latro deciſ.* 86. *num.*
7. *lib.* 1. & ante ipſum adnotavit *Gallup. in prax. S.*
C. par. 2. *cap.* 25. *nu.* 12.
26 Qualitèr verò debeat eſſe examinatorum Sa-
cri Conſilii probitas, qualitas, & ſufficientia, tra-
dit *D. Reg. Tap. in rit.* 146. & *in Conſtit. pecu-*
niariis; Ex quibus quinta deducitur conditio,

27 ut

27 ut Judex redigi faciat in scripti; responsiones ipsas.

28 Ad declarationes modò nos conferimus, atque à priori exordientes, ut fiant, tàm in causis civilibus quam criminalibus, advertimus, abolevisse, nec hodierno usu comprobari, ut etiam *Carav.* attestatur non secus, ac, & iu declaratione cujus meminimus *eod. rit.*70.

29 Altera declaratio,ut habeat locũ adhuc in causa appellationis,videtur intelligenda, si inprima non deposuit,& si in priori deposuit,an articuli sint iidẽ qui in priori,an idem continentes,si namque deposuerit,& iidem sunt articuli,intrat *dec.Capyc.*15.*n.*3. nè teneatur insequiturque *Muscatell. lib.*2.*p.*3. *Gl. instantia,n.*33. quin & altera quæstio extricata per *Annam*,si pluries deponere teneatur,& nos tetigimus *eod.rit.*70.

30 Demum, quæ postremo loco assertio extat in hoc Ritu, ut fiat absque periculo pœnæ, & periurii, si hodiè militet, ac veritate innitatur non inquirimus, cum *Carav.* noster prolixo sermone tractaverit *a num.*7. quem laudando, declarat *Claud. Bertazol. in add. cons. crimin.* 124. *lit. A. tom.* 1. *Berthol. patris*. Miramur tamen quod, neq; ipse

31 neque alii Regnicolæ, de hac re verba facientes, meminerint *prag.* 8. §. *decernentes, de ordin. Judic.* hisce verbis loquentis: *Decernentes partem negantem calumniosè factum proprium,matrimonium,filiationem,consanguinitatem,affinitatem,vel notariatũ dequibus verisimiliter notitiã habere posset, si de eis per probationes constiterit condemnari debere pro qualibet positione negata, & probata, ad pœnam arbitrio Judicis moderandam, personarumque qualitate considerata, &c.* tametsi illam allegaverint aliqui ad probandum modum in illius initio constitutum ad depositionem faciendam, per verbum, credo, & non credo, Materiam verò si incurrant principales pœnam variationis, & periurii, inquirunt *Jodoc. num.* 29. *Maraut. num.* 17. *Rovit. num.* 37. *loco add. Fusc. sing.* 84. *lit.P.*, & *sing.* 2. *lit. V.*, *Claud. Tutius alleg.*37. *num.*24. & *alleg.*45. *num.* 44. *Jul. Clar.* §. *periurium*, *num.*11. *Foller. in prax. crim.rub. etsi comp. ante contumac. num.* 12. *Anns meus ad Capyc. decis.* 142. *num.* 4. memor *Carav. in fin. rit.* & in criminalibus *Guid. de Suzar. in tract. de indit. & tortur. num.* 33. *Franc. Brun. de indit.* 3. *p. q.* 1. *num.* 30. *Blanc. eod. tract. num.*120. & 259. *Gondiss. de hæretic. q.*13. *num.*6. pœnas peri-

32 jurii indicant *Foller.in fi opm. n.*203. & *in prax. censual. verbo Nicolaus Episcop. num.* 70. *Montell. in prax. arbit. par.* 4. *quest.* 8. *num.* 23. *Clar.* §. *periurium*, *num.* 2. *Ricc. collect.*1316. *de Frauch. decis.* 366. *nu.* 16. & mendacii congerunt *Franc. Berard. in addit.ad Ambros. in suo process. informat.lib.*1. *cap.*4. *Ricc. collect.* 265. *Anns meus ad Capyc. decis.*19. *num.* 7. nosque alibi attingemus; Et si principalis, receptus etiam ut testis, falsum dixerit, pœna mulctetur, voluit *Carav. nu.*14. *in fin.*eumque insequitur *Reg. Sanfelic. decis.*231. *num.*5. *lib.*2.& casus, in quibus principales haud obstringantur positionibus respondere, enarrant *Jodoc. add. cap.* 154. *num.* 3. omnes subnectens, qui simbolizant cum traditis per *Carav.* necnon *Menoch.* congerit *de præsumpt. lib.* 1. *q.* 62. *Mascull. ad Capyc. dec.* 145. *num.* 2. *Gravat. ad Vestr. lib.*5. *cap.*14. *nu.*19. *Gaill. lib.*1. *observ.* 82. *nu.* 8.

33 potissimum si juris fit articulus *Tartagl. in prax. civil.cap.*4.*sub num.*6. *Alber.Galeot. in margarit. cap.*18. *nu.*7.

34 Et an & quando, procurator respondere teneatur, per verbum credit, vel non, decisum refert *Vilhelmus Radelautius dec. posthum.* 60. in illa Curia Provinciali Trajectina, obnoxium procuratorem, respondere articulis suum factum continentibus, & sibi magis quam ulli alii nouis nequicquam obstantibus, quod iisdem articulis dominus responderat. Sed an convictus de mendacio in respondendo aliquibus positionibus, in pœnam periurii, convictus intelligatur de jure communi, quoad cæteras negatas, affirmativè tradunt *Castrens. consil.* 302. *lib.* 2. *Natt. consil.* 59. *num.* 16. quos improbant in re dividua *Gratian. decis.* 237. *num.* 14. *Joach. Scayn. decis. Bonon.*92. *sub nu.*57. & *Andreoli par.*2. *controv. forens.*104.

RITUS LXXX.

Actus, qui debet fieri die non feriata, si illa dies fuerit feriata, fit in sequenti non feriata.

ITem servat ipsa Curia: quod (sicut de jure communi) ubi debet fieri aliquis actus uno die, qui reperitur esse festiuus, seu feriatus, tunc sequenti die juridico fit ille actus, & dicitur pro eo, quod tali die non potuit fieri per tale festum, quibus diebus Curia ipsa recta non fuit.

SUMMA RERUM.

1 *Cum divino juri vacandum est, civili minimè vacandum.*
Apud Ethnicos festi dies diligentissime instituti, servatique fuere.

2 *Actus explendus, si incidat in diem feriatum, protelari in diem sequentem, sancitur.*

3 *Uter habeat latiorem significationem festiuus, an feriatus dies.*

4 *Rituum compositores, ut omnem prorsus evertorent dubietatem, voluerunt hoc in ritu utroque nomine uti relatam statuendo regulam, ut actus explendus, si incidat in diem festiuum, sive feriatum,fiat in sequenti.*

5 *Citatio expedita pro die festivo facta non differtur, sed nullitatis labe scatet.*

6 *Regula præfata restringitur, quando periculum esset in mora in retempore periturn, in causis, quæ agitantur in nundinis, & illis insignium latronum, & in causis Capitulorum Regni.*

7 *Recensentur remissivè cæteri casus, in quibus strepitus judiciarius diebus festivis, & feriatis, non conquiescit.*

8 *Contumacia accusanda die prima feriata ob dilationem prædictam, quæ verba continere debeant.*

9 *Dies festi indicendi,& servandi quomodo & quando, remissivè tangitur.*

10 *Episcopus nùm possit decer nere in sua diocesi aliquem*

quem Sanctum venerari, & feriari, sine populi consensu, inquiritur.

1 INdignum proculdubio juris institutoribus, & justitiæ planè absonum foret, si quod cuique debitum est, æqua lance tribui præscribentes, illud supremo legum omnium latori Deo Optimo Maximo, negligentius tribui permitterent, cultum, scilicet, & honorem diebus ipsius festis, omni jure, ac ratione maximopere debitum; Declinaret à suis finibus justitia, si, cum divino juri vacandum est, quo veneratione a nobis exposcit Deus, civili etiam navandum statueret, & quem nobis diem ad sui gloriam festum superemus omnium Arbiter dixit illum pro forensibus causis civibus dicendum decrevisset. Enim verò, si à Deo facultatem omnem potestatemque desumunt Reges, & Prætores (*per me Reges regnant, & conditores legum justam decernunt, Proverb.8.*) deficerent à munere suo Dei ministri, nimirùm, qui potestatem exercerent, si debitum illi cultum in fest's ex asse solvendum non curarent, quanto nunc magis, si diem civilibus negotiis statuerent quem animarum saluti, & celestibus dumtaxat causis peragendis decrevit Deus? Hujus rei causa, optimi quique legumlatores precipuam semper rationem habuisse visi sunt, ut Deo sacris diebus sua jura sarcta tecta tuerentur, quodnè à barbaris quidem Ethnicis prætermissum unquam, aùt neglectum, apud quos festos dies diligentissimè institutos, servatosque, neminem esse putò, qui ignoret. Quod si id a nobis, qui Christianum nomen, veramque pietatem profitemur, præstandum esse persuadere vellem, vererer, nè ineptè laborem absumerem, cùm à nemine prætermittatur, atque in luce ipsa meridiana lucernam ferre videzer, cum neminem res apud omnes certissima fugere possit. Saucitum id in omni Reipub. sancitum, & in nostra, tùm præsenti Ritu, tùm cæteris, quos memorat *Carav.* quibus omnibus, nè actus ullus die festivo, seù feriato expleatur, statuitur, illumque protelari in sequentem diem non

2 festivum, sivè feriatum expressiùs hoc Ritu sancitur, usulque obtinuit, ut testatur *Præs. de Franch Carav.* memor *dec.639. num. 4. Marant. in specul par.6. de cit at. num. 120. Jadoc. in prax. civil. cap 60. num.7. Muscatel. in prax. civil. S. C. lib.1. par 3. Glos. intimato, num. 22.*

3 Verum, quamvis festivus dies videatur præsefferre latiorem significationem, quàm alter feriatus, eò quod omnis festivus est feriatus, non tamen omnis feriatus est festivus; nihilominùs experientia comperimus sub feriarum titulo contineri festivos dies, idque videre licet *in rubr. extr. de ferijs*; ut propterea credendum sit latiùs extendi ferias, quam nomen ipsum festivum, & profectò veritate nititur quoad effectum, nam si festivus, ergo feriatus, nec potest esse festivus, qui non sit feriatus, & consecutivè necessariò sequitur, ut feriæ complectantur festivos, quia feriæ sunt, tàm si feriatus, quàm festivus sit, non autem quoad essentiam, ut feriæ esse nequeant, nisi sit festivus, nàm eò respectu nomen festivus latiùs protenditur, quia festivus ergo feriatus, nec potest esse festivus, qui non sit feriatus; propriè tamen loquendo festivus explicatur in sollemni

festo ab Ecclesia in Dei, & Sanctorum honorem indicto; feriatus verò pro tempore a lege in Dei honorem, aut hominum utilitatem statuto, illius memor est, *Episcop. Campanil. in divers. Jur. Canon. Rub. 12. cap. 13.* hujus verò nos latè meminimus *in ritu 92.* in illo abstinendum esse ab omnibus, & quidem multis ab ipsomet *Campanil.* relatis *eod. cap. 13. à nu. 90.* necnon *à Luc. de Penn. in l. unic. C. ne op. à coll. exig. lib. 10. & Navarr. in manual. cap. 13.* In isto verò à judicialibus tantùm, ut *eod. in rit. 92.* & alibi, scripsimus.

4 Hancque profectò perplexam explicationem pendentes horum Rituum compositores, ut omnem prorsus everterent dubietatem, voluerunt hoc in Ritu utroque nomine uti, atque in ambobus verba faciendo, relatam statuere regulam, ut actus explendus, si incidat in diem festivum, sivè feriatum protelletur in sequentem, & in illo fiat. Quam insupèr differentiam attendi monemus ad veram intelligentiam aliorum complurium rituum persæpè eorum altero dumtaxat utentium.

5 Ipsamq; regulam peroptimè *Carav.* intelligit, si in citatione non fuerit expressus dies festivus, nam si fuerit dictum, compareat die dominico, non differtur, sed citatio prorsus nullitatis labe scatet, *Carav.* refert, & insequitur *Muscatel. add. loco nu. 20. Jodoc. in memor. prax. cap. 6. nu. 7. Foller. in prax. crim. Rubr. vel eos cit. fac. verb. nu. 35. Angel. in sum. verbo Feriæ, Galter. in prax. inst. par. 3. rub. 3. num. 4. Gaill. lib. 1. pract. observ. 53. num. 1.* quia præfata regula, quod actus fiendi die feriata differantur in diem non feriatam, restringitur in multis casibus, qui non differuntur, sed eodem die tractantur, ut si periculum immineret, urgente necessitate, *Grammat. decis. 58. Cardos. in summ. seù prax. Judic. & advocat, verb. Feriæ, §. 2. & §. 8. Franc. Maria Pratus observ. 47. nu. 35. R. Donat. Ant. de Marin. lib. 1. quotid. resol. cap. 118.* & in debitoris fugitivi captura, *Marant. p. 4. dist. 16. nu. 91. & 92.* & ex *Carav. hoc ritu num. 3.* tradit *Avus meus ad Gram. dec. 58. num. 22.* iu re tempore peritura, *Molos.* firmat *in repert. verb. feriatis diebus*, & quando talis dicatur, inquirit *Grat. decis. March. 5. num. 16.* in causis, quæ agitantur in nundinis, idem *Gratian.* advertit *decis. 21. Antonell. consil. 91.* In illis insignium latronum, admonent citati *Marant. & Carav. Avus meus ad Gramm. decis. 32. num. 2.* & iterùm *add. decis. 58. nu. 22. Paris. de syndic. verbo Latro cum fama, Clar. §. fin. q. 97. in princ. Muscatel. in prax. crim. rubr. de privil. furt. num. 52. Fab. Montel. in prax. arb. par. 3. sexta partis, n. 7. Tartagl. in margar. fisci c. 16. Jo: Grand. de Bello exul. in prædic. quando qu. 2.* ibidemque *Thor. in add.* decisum plurieś memorat *Reg. Sanfelic. decis. 173. n. 2. lib. 2.* in causis quoque capitulorum Regni, diximus, freti *Alberici* doctrina, *in l. 1. §. sed excipiuntur, ff. de ferijs, sub num. 4. & 5.* in interdicto uti possidetis tempore quoq; feriarum procedi posse, quia in possessione existeos tueri à Judice omni tempore debet, nè vis illi fiat, *l. illicitas de offic. Præsid.* & quæ Judicis officio expediuntur, non comprehenduntur sub feriis, *Marant. disp. 16. n. 8.* cæterosque casus memorat *Jo: Bapt. Ventrigl. in prax. rer. notab. lib. 1. tit. de dieb. festiv. annot. 16. §. 2. per tot.*

dimi 7 Ca-

7 Cæteros verò casus, in quibus strepitus judiciarius diebus festivis, & feriatis, non conquiescit, enarrant *Episc.Ricc.collect.*124. *Gaill.observ.* 53. *Reg.de Marin. lib.1.quot.res. add. cap.* 118. *Jo: Bapt. Antonel. mem. cons.* 91. potissimum subnectens in causis carceratorum, aliariumque miserabilium, personarum, & ubi necessitas urgeat, pietasque suadeat.

8 Quod verò postrema verba hujus Ritus præportant, in accupatione contumaciæ facienda die proximè sequenti, apponenda esse illa verba, *quod tali die non potuit fieri ob tale festum*, subsistere in pluribus continuis festivis diebus adnectimus vigore *Rit.* 224. & super eo notamus,

9 Cæterum, ad materiam hujus Ritus, loquentis de festivitate adveniente in ultimo die, videantur quæ adnotavimus super *Rit.*221.222.224.*&* 226. quod verò ad ipsos festos dies attinet indicendos, nempè, & servandos; congerit *Campanil.rub.*12. *cap.* 13. *à num* 81. *&* *Orsialucius in compend. summar. cap.*16. *à num.*64.

10 quæsitum etiam fuit aliquando inter Doctores, num Episcopus possit decernere in sua diocesi aliquem Sanctum venerari, feriari, seu sollemnitatem celebrari sine populo, & in diversas itum est sententias *Archiep. Bonon.Card. Paleot.de administ. Eccles. Bonon. par. 4. de venerat. Sanct.* in synodo provinciali specialem ponit tractatum *De Veneratione Sanctorum*, Gregorij IX. decretalis epistola *in cap.fin.extr.de ferijs*, jubet eas sollemnitates coli, quas singuli Episcopi in suis diocesibus cum clero, & populo duxerint venerandas, ut sic populi consensum requiri cognoscamus, & si accessorium ad Episcopum, qui in spiritualibus est principalis; *cap. omnes basilicæ* 16. *qu.*7. *Cassan.in catal. Glor. mundi par.* 3. *consid.* 48. non enim benè adaptatur intellectus *Bal. à Cassan.* laudati *ibid.*, ut scilicet festivitates Sanctorum sint venerandæ per Episcopum cum clero, & populo, nam cum dictio, *Cum*, conjungat, & si accessoriè, *l.* 1. 2. *ff.de pen.leg.§.si quis ancillas, instit. de legat.* relata ad venerationem, minimè conjunctionis effectum operaretur, quandò Episcopi nomen in recto casu collocatur. At quæsiti claritas elucescit, ex verbis *Concilij Lugdunensis à Gratiano* relatis *de consecr. dist.*3. *princ.* dum cavetur, eas festivitates observari, quas singuli Episcopi in suis Episcopatibus cum populo collaudaverint; Hæc porrò quæstio superflua apud nos est, cum aliàs, & Regni, & Civitatis Neapolis populus, adeò religiosus sit, ut minimè contradicat Præsulum voluntati, imò, & ipse sæpèsæpius Summo Pontifici supplicaverit, ut plures sanctos Patronos concederet, eorumquè diem festivè celebrare posset.

RITUS LXXXI.

ITem servat ipsa Curia, ante publicationem date terminum de exceptionibus, & articulis, & hoc, postquàm oblati sunt articuli, & exceptiones, & non ante, sed post publicationem, datur de omnibus, etiam de instrumentis cum die, & consule. De responsionibus autem dic, ut in quadam alia observantia hujus Curiæ, quæ est hic

SUMMA RERUM.

1 *Judex an debeat admittere articulos impertinentes, cum qua cautela, & quandò.*

2 *Dicuntur impertinentes, qui nullo modo, nec directè, nec indirectè causæ conferunt, non verè, si illi adminiculentur.*

3 *Scripturæ impugnantur, testes repulsantur.*

4 *Responsiones, de quibus in ritu, esse easdem illas, quæ, & depositiones principalium dicuntur.*

1 OBservantiam vigore hujusce Ritus meminit
Præs.de Franch. decis. 220. *in fin. & decis.*
683. *num.*2. quod, scilicèt data petitione de im-
pertinentibus articulis, Judicis sit arbitrio illos,
vel statim reiicere, vel interponere decretum, cum
clausula, salvo jure impertinentium, & non ad-
mittendorum ex nunc, prout ex tunc, facta pu-
blicatione, subnectitq; idem *Præs. mem. decis.*
220. quem insequitur *Avus meus ad Gramm.dec.*
45. *num.*4. tutius esse, publicatione peracta in-
stare pro reali rejectione, quam Judex, vel sta-
tim decernet, vel ad decisionem causæ reservabit.
Quid verò hodiernus servet, usus, *Muscat.* ad-
notat *in prax. civil. lib.*1.*par.*5. *Glos. impertinen-*
*tes num.*25. necnon *Reg. Tap. in* 3. *tom.jur.Regn.*
*pag.*130. Et quidem ii, qui nullo modo, nec di-
rectè, nec indirectè conferunt causæ, vel qui pro-
bati non relevant, reiiciuntur *Rip.in l.*1. *num.*41.
2 *ff. si cert.petat. Dec. cons.*84. *Mat. to.* 4. *capit. Si-*
cil. cap. 135. *num.* 127. *Ann. & add. ad singul.*
622. *Sess. dec. Aragon.*84. *Gallup. in prax. S.C. par.*
2. *cap.* 25. *num.* 6. cum verò notoriè impertinen-
tes non sunt, sed justè dubitatur, sint nè tales,
necnè, cum ejusmodi memorata clausula admit-
tuntur *Affl. dec.*33. *Guid.Pap. decis.*347. vel si alio
quovis modo ad causam pertineant, & illi admi-
niculentur *Gaill. observ.*81. *lib.* 1. *Anna alleg.* 77.
*num.*9. *de Laurent. dec. Aven.* 70. *num.* 9. *Thom.*
*Trivis. decis.*4. *Mari ad Gram. cit.dec.*45. *num.*8.
& 9. Videas *Valenz. cons.*129. *num.*61. *vol.*2. *Cost.*
*de scient. & ignorant.inspect.*31. *num.*9. *Cons. Mar-*
*cell. Marcian. cons.*13. *num.*4. *Reg. Rov. in pragm.*
12. *de ordin. Judic. num.* 6. *&* 7. Num verò pro-
testatio de articulis impertinentibus extendatur
ad scripturas impertinentes, inquirit *Ursil. decis.*
193. & an principalis respondere obstringatur im-
pertinentibus articulis, negativè resolvit *Ann.sin-*
gul. 449. cui contradicit *De Franch. add. decis.*
220. insequutus *ab Avo meo ad Capyc. dec.*15.*n.*1.
in fin. Cæterùm, terminum post publicationem
dari de omnibus, sanxit Ritus, scilicet; contra
testes, & scripturas, ad repellendum illos, ad im-
pugnandum istas, *Capyc. decis.* 268. *num.* 5. *Sca-*
3 *glion. ad rit.*276. *num.*4. *Ursil. decis.*115. *num.*2.
Muscat. par. 7. *Glos. præsentatas*, *num.* 6. *Ricc.*
*collect.*847. *Thor. in comp.decis. verbo Repulsa ter-*
minus; *par.*1. allegans *Episcop.Campanil.* eandem
constituentem differentiam *in Rit. Cur. Archiepi-*
*scop. Neap.*33.*num.*10. de repulsa scripsimus *in rit.*
73.*&* 74. de termino verò ad impugnandum elo-
quimur super *ritu* 281. ibi quoque loquentes de
termino ad concomitandum. De responsionibus,
4 idest partium depositionibus, quas responsitiones
vocat etiam *Rit.*86. sermocinamur ibidem, & pro-
bamus esse illas, quas, & depositiones principa-
lium

lium his nostris temporibus dicimus, observantiamque in hoc Ritu indicatam continent *ritus* 93. & alii, quos eo in Ritu cumulavimus.

RITUS LXXXII.

Citatio debet præsentari apud acta, licet sit dies feriata, & postea accusari prima die juridica, etiam si Curia non regatur.

ITem servat ipsa Curia, ut si die, quo debet assignare responsale, nè spiret citatio, puta, dicto undecimo die, & ipso die undecimo sit festum: & per ipsam Curiam celebratur: sufficit, si assignetur magistro actorum, vel alicui ex subactariis, qui ibi scribat, præsentata die illo festivo, non tamen dicit ipse Notarius, quod præsentatum fuit in judicio, sed apud acta tantùm, quia tali die non potest esse judicium: & ita diù servavit ipsa Curia: & servat ad præsens, quia quando potest esse judicium, die non feriata, scilicet die primo, quo prima contumacia accusatur; licet Curia (ut hîc dicitur) non regatur, dicitur die tali talis præsens in judicio, & apud acta, accusavit contumaciam dicti talis in dicta Curia vocati, & non comparentis, & hoc semper servavit, & servat ipsa Curia, & primo die juridico debet accusari contumacia prima, licet Curia non regatur, quia sivè regatur Curia, sivè non, dummodò non sit dies feriatus, in omni casu accusatur, & accusari potest prima contumacia, præsente magistro actorum, vel aliquibus subactariis, licet non sit præsens Regens, vel alius officialis, vel alius ex Judicibus, quo die similiter non feriato, in præsentia, ut supra possunt recipi fidejussores, & offerri articuli, exceptiones, instrumenta, & alia jura, ad quæ producenda terminus datus erat, licet ipsa Curia non regatur, & hoc etiam servant aliæ Curiæ Regni.

SUMMA RERUM.

1 *Ritus M.C.V. servare debent aliæ Regni Curiæ laicales, non autem Ecclesiasticæ.*
2 *Ista an receperint sancita per Ritum M. C. de liquidatione instrumentorum.*
3 *Consuetudines Neapolitanas an admiserit Curia Archiepiscopalis Neapolis.*
4 *Contumacia incusari debent die juridico, & quomodo sancitur.*
5 *An possit fieri absente Judice apud magistrum actorum.*
6 *Relatio Nuntii die feriata, an validè fieri possit.*
7 *Scripturæ exhibentur coram actuariis, non Judicibus.*
8 *An post in causa conclusum, ut recipiantur, Judicis exquiratur mandatum, quidquè receperit usus.*
9 *Contumaciam non ipsemet principalis accusat, sed actuarius, instante Actore.*
10 *Illo non insistente non est illa incusanda.*

1 CLamitant omnes Regnicolæ, ajuntque Ritus M. C. V. aliis in curiis Regni observari
debere, præsertim *Luc. de Pen. in l. 1. C. de profess. qui in Urb. const. Capyc. in investit. verbo Rex Siciliæ, §. Magister Justitiarius, Isern. in Constit. si quis in posterum, Viu. decis. 378. num. 6. Galter. in prax. instrum. 3. par. princ. num. 6. Anton. de Ball. var. tract. lib. 5. in prælud. ad pragm. num.* 170. & alii omnes, quin, & Ritus ejusmodi facere in Regno jus commune, dixit *de Franch. dec.* 158. *num.* 5. & nos scripsimus in *rit.* 1. quorum assertio, si veritate fulcitur, cur adjunguntur in hoc *Ritu* verba, *Et hoc servant aliæ Curiæ Regni?* quin id exprimendo in casu hujus Ritus excludere videtur in aliis, Utrumq; sit, dubitare non licet de relata conclusione Doctorum Regni, scilicet respectu Curiarum laicalium, non autem Ecclesiasticarum, teste *Afflict. in Constit. memor. si quis in posterum num.* 8. 10. & 26. quibus adde, quæ eruditè exarat *Iserniens. Præsul. Geunens. in prax.*
2 *Archiep. cap.* 16. ac speciatim, ut neque Ritus de
liquidatione instrumentorum, *Vivius* insupèr defendit *decis.* 326. adjungens ità resolutum in congregatione doctissimorum virorum, licet observantiam *Rit.* 166. receperit, paucis tamen immutatis, Curia Archiepiscopalis Neapolitana *in Constit. Synodali* 54. idem *Episcop. Geunens. cap.* 15. *Episcop. Ricc. dec.* 188. *num.* 4. *par.* 3. *Consil. Rocc. respons.* 90. *num.* 9. *tom.* 2. non secus, ac Consuetudines Sasinarum per Ritum ejusdem Curiæ Ar-
3 chiepiscopalis Neapolitanæ 22. quod illic probat
Episcop. Campanil. in annotat. nu. 20. & tradit *Reg. Capyc. Latro dec.* 157. *num.* 2. *lib.* 2.

Hujusce verò Ritus meminit *Marant. par.* 6. *vers. rectè concipiatur citatio num.* 68. quem in vetustis fuisse *Ritum* 203. insinuat, & complures commemorat Ritus de eadem re tractante, atque in primis contumaciam incusandam esse die ju-
4 ridico, etiam si illo Curia non regatur, sed poterit regi, quia non feriatus, dictaque incusatio, absente Judice, & apud magistrum actorum dum-
5 taxàt fieri possit, idquè ex verbis hujus *Ritus* deducit, atq; alterius 214. qui inter recollectos à *Carav.* est *rit.* 227. quibus, & alij plures inhærent, præsertim *rit.* 225. & insequitur *Galter. in prax. instrum.* 3. *par. princ. rub.* 3. *per tot.* & *num.* 6. quod si fuerit dies feriata, dilatatur ad primum sequentem non feriatum, prout tetigimus *sup. rit.* 80. atque alijs illic mentionatis.

6 Verùm, tùm ex hujus Ritus, tùm *alterius* 95. sanctione deducimus, quòd die festivo potest actuario assignari per nuntium responsale, hoc est citatio nuntij cum relatione, & de ea potest fieri præsentata illo die, ad hoc, ut posteà die sequenti juridico accusetur contumacia, & quamvis *Carav.* annuat hoc hodiè non esse necessarium, quia, etiam si citatio nuntij cum relatione non præsentetur die festivo, adhuc contumacia accusari potest primo die juridico, quia si ultimus dies termini festivus sit, satis est, quod accusetur contumacia primo die juridico, absque quòd relatio nuntij præsentetur illo die festivo, tamen vigore horum Rituum validè quoquè fieri potest præsentata die festivo, qui sit ultimus dies termini, ex quibus determinatum tradit in Regia Audientia Aquilana, *Cons. Campana resol.* 18. *ad materiam*

feriudicat. sub num. 3. contumaciam subsistere tametsi relatio fuerit scripta die primo Octobris, quo celebratur festum Sancti Angeli Custodis, vigore adductorum Rituum, cum de jure talis relatio die feriata facta sit nulla, *Salyc. in l. fin. C. de ferijs, Maranta in verb. Recte concipiatur citatio num. 55. Bajard. ad Clar. qu. 91. num. 61. Guazzin. ad defen. 10. cap. 3. num. 8.*

Verùm advertas in omnibus causis inolevisse morem, ut præsententur scripturæ coram actuarijs, non verò Judicibus, dummodò exhibeantur ante processum conclusum, post namque conclusionem, cum poni illæ debeant extra processum, ut advertit *Marant. memor. par.6. actu 8. num.47.* insequutus à *Rovit. in prag. 2. de jurisd. invicem non turban. Viv. decis. 371. Fontanell.* de praxi Cathaloniæ attestans *dec. ejusdem Senat. 371. num.*
8 9. *lib.* 2. multa subnectens. Ex mera Judicis æquitate, ejusque jussu interveniente, recipi debent, *Vestr.* admonet *in prax. lib.6. cap.1. num.3.* & hoc etiam ab Aula recessit, nam semper ante causæ expeditionem, absque Judicis placito, exhibentur, & recipiuntur instrumenta, teste *Mascatel. in prax. lib.1. par.7. Glos. Scriptura, num.5.* quin, & tempore expeditionis causæ, advertit *Giazarel. dec. 42. num. 1.* absque juramento partis instrumenta prædicta, post conclusum pervenisse ad ejus notitiam, ut etiam in Cathalonia servari testatur *Fontanell. dec.370. num.18. lib.2.* quamvis de jure communi recipiantur, cum jurisjurandi religione novæ notitiæ, ex adductis à *Mascard. conclus.926. num.8. Asin. in prax. Judic.§. 23. cap. 6. limit.3.*

9 Contumacias verò non ipsemet Actor accusat, quasi quod eisdem formalibus Ritus verbis uti debeat, cum satis, superque fuerit comparuisse in ultimo peremptorio, & instetisse contumaciam incusari, teste *Reg. Rovit. in prag. 3. num. 6. de ordin. Judic.* qui prætereà asseverat, quod, acto-
10 re non insistente, haudquaquam esset incusanda contumacia, per *And. in cap. 1. num. 11. de controvers. int. Vassall. & alium de benefic.*

RITUS LXXXIII.

Duo Iudices qualibet hebdomada destinentur, pro examinandis testibus, & illis causæ omnes committantur.

Ordinationes factæ in Magna Curia, in Anno Domini M.CCCC. die mensis Septemb.8. indic. Regnante Serenissimo Domino nostro Rege Ladislao Dei gratia.

IN primis qualibet hebdomada eligantur duo ex Judicibus dictæ Curiæ, qui Judices hebdomarij nuncupentur, & facient audientiam in banca de omnibus causis civilibus, & criminalibus, ordinarijs, & extraordinarijs, occurrentibus in hebdomada ipsa, & infra, & omnes causas ex eis, quas committi solent, & debent juxta Ritum, & observantiam dictæ Magnæ Curiæ ipsis duobus hebdomadarijs committant & examinationes testium, & alia hebdomada ipsarum causarum consimilium occurrentium ipsis Judicibus, vel hebdomadarijs applicentur.

SUMMA RERUM

1 *Testes ad defensam examinari debent coram Judice, etiam in informatione recipienda contra inquisitos.*
Vel si testes examinati essent repetendi.
2 *Confessio emanata coram Scriba, Judice absente, non dicitur Judicialis.*
3 *An si fuerit facta coram Judice, sed recepta à Scriba, cui interdictum erat officium.*
4 *Confessio verbalis in scriptis non redacta, statim revocari potest.*
Non verò, illa facta in Aula S. C.
5 *Reo licet etiam post publicationem, & conclusionem in causa, se defendere, & propriam ostendere innocentiam.*
Clericorum, & Sacerdotum testimonium, & si præferatur illis laicorum, in causis tamen defensionum præfertur illud laicorum.
6 *Christiano utrum liceat jura sua tueri cum auxilio infidelium.*

1. PRobat Ritus iste testes ad defensiones, examinandos esse coram Judice, quod postmodùm approbarunt nonnullæ Regni pragmaticæ, quæ à pluribus emanarunt Proregibus, una simul typis datæ *sub tit. de offic. Magistr. Justitiar.* quin, & jus commune, ex *text. in §. illud etiam Auth. ut defuncti, seù funer. eorum*, ibique *Glos. in vers. Testibus, Jul. Clar. lib.5. sent. §. fin.q.26. in princ.* & alij mille, quos congerit *Farinac.* regulam constituens prædictam, cum ampliationibus, & restrictionibus, in *quæst. 77. à num. 175.* expressè loquens de testibus examinandis in loco Judicij, cum de alijs extra, tractaverit antea *num.* 2. contradicentem statuens conclusionem, de qua nos ipsi scripsimus in *rit. 156. & 157.* Insupèr, & in informatione recipienda contra inquisitos, paritèr coram Judice esse testes recipiendos, admonet *Ambrosin. in suo process. informat. lib. 1. cap.2. num. 4.* etiam si contingerit aliàs examinatos ad informandum, contra Reum repeti, nisi ex causa justa Notario, seù Scribæ Judex commiserit, *Gramm. voto 3. sub num. 42. Foller. in prax. crimin. rub. & si confitebuntur, num. 47. & rub. & demum repet. test. cur. num. 2. Jo: Milleus in ejus prax. crim. in cap. incip. Revocatus, per totum, pag. 103. Borrell.* latè *de Magistr. edict. lib. 2. tit. 15. Fusc. sing. 36. lit. T.*

2 Hinc confessio, si emanata fuerit coram Scriba, Judice absente, non dicitur Judicialis, nec ad condemnandum sufficit, *Mascard. de probat. concl. 348. nu. 62. & 349. num. 6. Farinac. q. 81 de reo confesso, & convicto, num.* 48. Sed dumtaxàt indicium ad torturam facit, *Bajard. q.21. num.137. Guid. Pap. sing. 573. Ravenn. singul.67.* nisi revocata fuerit, monet *Bar. in l. cum scimus 21. Cod. de agric. & cens. lib. 11. num. 6.*

3 Quid verò, si fuerit illa facta coram Judice, sed recepta à Scriba, cui interdictum erat officium, confitenti noceatnè, inquirit *Novar. q. forens. 89. lib. 1.* & nota, quod tametsi confessio verbalis
4 in scriptis non redacta, statim revocari valeat, fal-

fallit, ſi fuerit illa emanata in Aula S. C. ut ſingulariter advertit *Ann. ſing.* 87. oujus meminit *Avus meus ad Capyc. dec.* 71. *in fin.*

5 Cæterùm multa de teſtibus ad inſtantiam inquiſiti examinandis, qui noluerit ignorare, adeat *Farinac. in tract. de teſtib.* & percurrat illius *repertorium* verbo *defenſio*, & præter illic notata, ſcribit in *quaſt.* 39. ubi potiſſimùm *nu.* 82. affirmat, defenditque etiam poſt publicationem, & concluſionem licere Reo ſe defendere, & propriam oſtendere innocentiam, quibus adde *Capyc. dec.* 81. & tetigimus ſupra *ritu* 75. quin, tametſi Clericorum, & Sacerdotum teſtimonium, laicorum præferatur depoſitionibus, *Alex. conſ.* 43. *num.* 4. *lib.* 6. cum ſingulorum illorum dictum vim duorum teſtium ſuſtineat *Honded. conſ.* 77. *n.* 38. *vol.* 1. *Reg. Capyc. Latr. conſul.* 35. *num.* 104. *lib.* 1. privilegium eſt defenſionis, quod pro ea teſtes laici Clericis ſint potiores, *Hippol. de Marſil. conſil.* 2. *num.* 19. *conſ.* 51. *num.* 42. *& conſ.* 65. *num.* 45. *Roland. à Vall. conſ.* 63. *num.* 45. *vol.* 3. *Borrel. in ſumm. deciſ. par.* 2. *tit.* 14. *num.* 5. *&* 6. & conferunt tradita per eumdem *Reg. Capyc. Latro lib.* 2. *conſult.* 129. *num* 11. *&* 12.

Alia verò, & generica ſuper defenſione iſta, ſcribit *Tuſc. concluſ.* 129. *cum ſex alijs ſubſeq. lit. D.*, illudque potiſſimùm neſcire, pudet, quod
6 an ſi liceret, hæſitatum fuit, edocetque *Oldrand. conſ.* 71. fas cuiquam eſſe jura ſua tueri, cum alieno auxilio, etiam, infidelium, ſi aliter ſe defendere nequit, cujus ſententiam inſequuntur complures relati per *Cacherau. in ſua perutili dubitatione poſita poſt ejus deciſ. ſub num.* 8. At ipſe pijſſimus Author invehit in Authores allatæ concluſionis, eorum proſternit rationes, illiſque contradicentes; eaſque ſine dubio validas adducit, & Doctores multos recenſet, ejus veriſſimam commendantes doctrinam; & vide, quæ ſuper illa quæſtione cumulat *Tuſch. concluſ.* 123. *lit. I*, cum ait infideles poſſe vocari in auxilium, & quando ſecus, *Abulenſis* inſupèr 1. *Regum cap.* 28. ubi reijciendo excuſationem Lyrenſis circa perſonam David, reſpondet, quod ſi ille voluiſſet uti Philiſtinis, peccaſſet certè, inducendo hoſtes Iſraelitarum in auditores ſuos contra Iſrael; *Bannes* autem *ſup.* 2.2. *quaſt.* 40. *art.* 1. *dub.* 3. utitur diſtinctione illa, abſolutè, & per accidens, ut primo caſu liceat, poſteriori verò nequaquam, ſcilicèt ratione adjuncti, nempè ſcandali, & aliorum, cujus diſtinctio quando veritate fulciretur, adhùc noſtræ faveret ſententiæ: quis enim fidelium ſcandalum non ſentiret ex hac convocatione infidelium contra Chriſtianos? aut ſaltèm ira compulſi ob eorumdem infidelium deindè patrata ſcelera, in imagines, loca, & perſonas Eccleſiaſticas: ipſi norunt; meiſq; vox faucibus hæſit. An verò prohibita ſit communicatio cum infidelibus, latè caſus diverſos, extricat *Bonacin. in theolog. moral. tom.* 2. *diſp.* 3. *quaſt.* 2. *punct.* 6. Videas circa memoratam quæſtionem *Colſ. Mancin. in tract. de jurib. Princ. lib.* 6. *cap* 13. *Martin. Landenſ. de Bello q.* 3. *Ann. conſ.* 7. *num.* 12. *de Ponte conſ.* 131. *num.* 79. *lib.* 2.

RITUS LXXXIV.

ITem, quod ſerventur omnia capitula, & conſtitutiones Regni edita, & editæ ad adminiſtrationem Regni, & pro ſtatu pacifico ſubjectorum.

SUMMA RERUM.

1 *Digna admiratione extitit ſemper, & in omni ætate celebranda, legum inſtitutorum viſa fuit induſtria, atquè ſagacitas.*
Omnes nationes legum ſuarum originem ad aliquod Numen retulerunt.

2 *Eò nùnc deventum eſt, ut etiam ſi optimarum Conſtitutionum authores probentur, eorum tamen inventa, atque inſtituta impudenti inobſervantia violentur.*

3 *Hoc tempore Conſtitutiones ſuas, & Privilegia, Neapolitana Civitas, ejuſque Regnium, quàm maximè ſervata intuentur, dùm moderatorem omni pietatis officio, ſummaque juſtitia exornatiſſimum, Excell. Pegnaranda Comitem, hoc eſt Mercurium caduceo inſignitum, optata pacis Nuncium, & Authorem nacti ſumus.*

4 *Extincti Regij infantis mæſtitudinem, nova fæcunditatis Regia cæleſti beneficio conſecuta lætitia, ex animis noſtris abſterſit.*
Illudque Virgil. Aeneid. lib. 6. *de Regia Arbore Auſtriaca veriſſimum comprobavit.*

5 *Conſtitutiones, & Capitula Regni ſpeciatim in aliquibus Ritibus revocatas, non confirmat præſens Ritus.*

6 *Regis munus eſt curare, ut ſubditi pacificè vivant.*

7 *Pacis encomia recenſentur.*

8 *Illa cuſtoditur, præſertim, ſi juſtitia adminiſtretur.*

9 *Principibus utilia, recenſentur duo monita.*

10 *Quæ duo, quaſi avita, atque hæreditaria, in Rege noſtro, verè Catholico, verè pio, ità eminent, ut ab eo Chriſtiani omnes Principes diſcere poſſint, & ad conſcientiæ rationes Imperij magnitudinem collimare, & rectè factorum gloria ſempiternas laudes promereri.*

1 DIgna quidem admiratione extit ſemper, & in omni ætate celebranda legum inſtitutorum viſa fuit induſtria, atque ſagacitas, qui, ut homines à ferinis moribus ad humanitatem redigerent, conſentaneos rationi modos vivendi, & regulas quaſdam, quibus rectum, juſtumque ſinguli metiamur, non ſine omnium plauſu invenerunt, & legibus, veluti quibuſdam repagulis effrenatam hominum licentiam conſtrinxerunt, nè amplius in alienam perniciem excurrerent. Hinc non humanum, ſed divinum inventum leges, non in Hæbreorum tantùm Repub. cui ab ipſo Deo deſcriptas olim, ac per Moyſem traditas, divino teſtimonio accepimus, nec ullus unquam pius revocavit in dubium; verùm etiam apud barbaras ipſas nationes, ità percrebuit, ut nulla ex his ferè extiterit, quæ legum ſuarum originem ad aliquod Numen non retulerit; cujus inſtinctu Nomothetas ſuos afflatos excogitaſſe illas, ac tuliſſe putabant. Ita Ægyptij, gens antiquiſſima Oſirim à Mercurio: Scythæ Xamolſim à Veſta;

Cretenses Minoem; Athenienses Solonem ab Jove: Lacedemonij, Lycurgum ab Apolline: Romani Numam ab Ægeria: Arabes Mahometem ab Angelo Gabriele: alijque ab alijs Numinibus, leges, quibus uterentur, legumlatores suos accepisse, contendere. Unde planum fit quanta, & legum ipsamur sit dignitas, & legum latorum auctoritas, qui alloquio, & consuetudine Divinitatis, ac Divinæ Sapientiæ instinctu, per quam *Reges regnant, & legum conditores justa decernunt*, usi fuisse videantur, ut eas concedere, ac tradere hominibus servandas valerent. Quid verò ad humanæ Reip. incolumitatem, Civitatum securitatem, vitæ societatem servandam legibus ipsis, aut meliùs, aut magis necessarium? Meritò Lycurgus Spartam suam optimis legibus munitam, mœnibus, ac propugnaculis non indigere, judicabat. Urbium enim mœnia, ex Heracliti sententia leges esse, nec mori eas posse, vivis legibus, quas Animam Civitatis, Demosthenes Græcorum Oratorum lumen, appellavit, vir ille sapientissimus intelligebat. Nec minori quidèm suis auctoribus honori, ac dignitati leges, quàm Reip. bono, ac firmitati fuisse quispiam negaverit.

Verùm eò nunc deventum est, ut etiamsi optimarum Constitutionum authores probentur, eorum tamen inventa, atque instituta impudenti
2 inobservantia violentur, laudantur quidem Regnorum Constitutiones, eorumdem tutamini necessariæ, sed quæ sit institutorum servandi norma, negligitur; quid mirum, si Urbes ruere, Regna ipsa civium ruinis consepeliri videantur?

3 Tam gravi hujusce Regni periculo consulit Ritus. Et nos, si unquam alias, hoc certè quàm maximè tempore, suas illi Constitutiones, & Privilegia, cùm integra esse videmus, tùm fore æternum confidimus, solidissimis optatæ diù pacis fundamentis innixa, cujus Excellentiss. D. Gaspar de Bracamonte, & Gusman, Pegnarandę Comes, fęcialis, conciliatorque inter Christianos Principes præcipuus, atque idem nobis veluti caduceator missus; Regni hujus habenas, pro Rege Catholico, justissimè, ac sapientissimè temperando, eamdem ita contuetur, ac fovet, ut nihil jam in Civitate, ac Regno, quod eam turbare possit, reliquum esse patiatur. Hinc studijs pacis, omnia lætari, ac reflorescere in dies conspicamur, eo cumulatius, quo extincti nuper Regij infantis mæ-
4 stitudinem (cujus antè exortu, Regnum totum exhilaratum fuisse in *proœmio sub num.* 32. dixeramus) nova fœcunditatis Regiæ, cœlesti beneficio, consecuta lętitia, ex animis nostris absterfit: Illudque de Regia Arbore Austriaca verissimum comprobavit,

—— primo avulso non deficit alter
Aureus, & simili frondescit virga metallo.
Virgil. Aeneid. lib. 6.

5 Servandæ igitur sunt omnes Regni Constitutiones, & Capitula, pro statu pacifico subjectorum, pręter annullatas, & annullata per aliquem ex his Ritibus, quibus non obstat generica præsentis Ritus confirmatio, ob regulam, tùm illam vulgatam, quod generi per speciem derogatur, tùm alteram, quod dispositio quantumvis generalis, non amplexatur casus speciatim decisos, *l. fin. C. de Silent. lib. 10. de Franch. decis. 262. num. 14.* & multa super illa congerit *Felin. in cap. novo, vers. valet, & vers. 2. dispositio de rescript.*

6 Munus verò est Regis totis viribus incumbere, ut subditi pacificè vivant *Affl. in Constit. post mundi machinam num.* 35. nulli enim magis convenit salutem Reipublicæ, tueri, quam Principi, nihilque ad eum æque pertinet; quàm studium concordiæ, *cap. 1. de probib. feud. alien.* per *Frederic. l. nam salutem, ff. de offic. Præfecti vigil. Tasson. de antefat. vers. 3. observ. 3. sub num. 50. & vers. 11. observ. 2. num. 18. Avus meus ad Capyc. dec. 69. num. 1.* illum, nimirùm in Republica esse oportet, quod oculus in corpore, quod in anima ratio, ideòque solicitè advigilare debet, ut pax ubique sarta tecta conservetur, *§. 1. de pac.*
7 *tenend.* omnia enim pacis tempore pulcherrimè pullulant, florent, atque incrementum accipiunt, coluntur agri, vernant horti, pascuntur lætæ segetes, ædificantur villæ, extruuntur oppida; instaurantur collapsa, ornantur, & augentur extructa, crescunt opes, aluntur voluptates, vigent leges, floret Reipublicæ disciplina, fervet Religio, valet æquitas, pollet humanitas, calent artes opificum, uberior est quæstus pauperum, splendidior opulentia divitum, efflorescunt honestissimarum disciplinarum studia, eruditur juventus, tranquillo fruuntur ocio senes, bonis auspicijs nubunt virgines, laudantur simili prole puerperæ, florent boni, minus peccant mali. Hos pacis fructus, & encomia alterius docti quidem, nec minùs prudentis viri auctoritate fretus, enarrat *Gayll. num. 4. capitis primi libri primi tractatus de pace*, & poterat mea sententia *Ciceronem*, multis in locis de ea re loquentem amplexatus, dicere; in pace, & ocio copias parari; pacemquè non nisi tranquillam libertatem esse, eamque, vel injustam utiliorem, quam justissimum bellum in civibus, ut meritò proclamaverit sæpè, & nomen pacis dulce esse, & rem ipsam salutarem: iterùmque nomen pacis dulcissimum, & pulcherrimum esse, illiquè propterà (quæ tamen nihil habitura sit insidiarum) semper esse consulendum, non incassum admonet *in lib. offic.* 8.

8 Illa autèm eripitur, ni fallor, si justitia absit, & citrà dubium custoditur, si eam, vel Principes, vel eorum gerentes administrent, *l. congruit, ff. de offic. Præf.* ubi *Glos.* concordantes allegat, legiturquè nimirum *cap. 10. Ecclesiast. Quod Regnum à gente in gentem transfertur propter injustitias, & injurias, & contumelias, & diversos dolos. Joannes Salisberiensis* etiam *in prolicaticum lib. 4. cap. 12.* non immeritò dicit, quod si recolatur historiarum memoria, patebit liquidò, quot, & quam magna Regna ruinam fuerint ea de causa perpessa, & *Libri Sapientiæ caput* 1. omnes Judicis munere fungentes admonens, inquit: *Diligite justitiam, qui judicatis terram.*

Alia insupèr *Simancas lib. 3. de Rep. cap. 9. Ludovic. Torres in lib. 7. philosoph. moral. cap. 2. Ribadeneus lib. 2. de Princ. Christ. cap. 5. & lib. 1. cap. 16.* congerunt, ipseque reliqua præteriens, duo tantùm recensere salubria monita hoc in lo-
9 co contentus ero, alterum *Boteri* viri in paucis prudentis *in lib. 2. de ration. status cap. pen.* quo in loco de Religione fatur, & inquit, necessarium esse Principem, non debere aliquid decidi facere

in con-

in consilio statuş, quod priùs perspectum, visum, atque consideratum non fuerit in altero conscientiæ, in quo non unus, sed plures, & Sacræ Theologiæ, & Juris Pontificij, Cæsareique Doctores considerant eminentes, dicente *Philone de creatione Principis*. Summæ potestatis officium est eligere aliquos administrationis, reddendique juris socios, unum enim non sufficit, refert *Simanc.* alia subnectens *de Repub. lib. 7. cap. 4.* & Alexandrum Imperatorem nihil magni moliri unquam ausum, nisi viginti Jurisperitissimis, ac integerrimis consulentibus, retulit *Aelius Spartianus*, de quo memor est *Angel. Matthaacius de via, & ratione artificiosa juris universi lib. 2. cap. 26. num. 3.* & inter Principis requisita hoc recensent *Capyc. de probib. feud. alien. col. 140. Isern. in cap. 1. eod. tit. de prob. feud. alien. Vasq. controv. illustr. cap. 1. Bellug. in specul. rub. 10. num. 7. Capiblanc. in rub. de Baron. num. 101. & in prag. 1. num. 11.* alioqui propriam gravaret conscientiam, ni postmodùm vellet consultationes, & indè secuta rescindere; & Cæsarum omnium speciminis Caroli V. effatum recenset *Saavedr. symb. polit. 65.* eùm enim ille, nescio quod privilegium manu sua consignasset, moneretúrque justitiæ legibus non sat esse consentaneum, mòx reddi sibi voluit, & dilaceravit Malo, inquiens, meam lacerare scripturam, quam animam.

Alterum *Cassiod. lib. 10. variarum*, ipsumque insequentis *Lipsij lib. 2. Polit. sivè civilis doctrinæ cap. 10.* Boni Principis esse credere sibi solùm licere laudanda, quin si ea agere negligeret, ad quæ jure tenetur, non mortiferi modò criminis labe animam aspergeret; sed damna subditis propterea obvenientia resarcire etiam teneretur; sic ait, aliorum fretus auctoritatibus, *Molfes. in qu. 8. proæmiali à num. 8. tom. 2.*

10 Quæ duo, quasi avita, atque hæreditaria, in Rege nostro, verè Catholico, verè pio, ità eminent, ut ab eo Christiani omnes Principes discere possint, & ad conscientiæ rationes Imperij magnitudinem collimare, & rectè factorum gloria sempiternas laudes promereri:

RITUS LXXXV.

Orta lite inter cives Neapolitanos, si extraordinariè procedatur duobus civibus, & uni ex Advocatis Curiæ decisio committitur, forma hic adhibita.

ITem servat ipsa Curia, quòd si proceditur extraordinariè de mandato ipsius Curiæ per duos Curiales Neapolitanos communitèr electos per partes, & per unum Advocatum per ipsam Curiam datum, fiat processus inter Cives, & incolas ipsius Civitatis de constituendis muris, vel aperturis, & servitutibus quibuscunque, & quòd ipsius processus copia partibus non datur ad tollendum subterfugia, & cavillationes Advocatorum, sed juxta relationem ipsorum Curialium, & Advocati ficere mandata per ipsam Curiam partibus ipsis, nec aliqua appellatio admittatur adversus ipsum mandatum.

SUMMA RERUM.

1 *Complura reperiri nomina ad idem tendentia, ad invicem tamen distantiam aliquam habentia, recensentur, nempè orti, oriundi, originarij Municipes, cives, Incolæ, & Accolæ.*
2 *Cives præsertim, qui dicantur, atquè alia multa de illis adnectuntur.*
3 *Qui in Civem receptus fuit, dicatur nè Civis originarius, & privilegijs potiatur originarijs ipsis concessis?*
4 *In vico, & suburbio natus Civitatis dicitur Civis.*
Casalia àn comprehendantur sub Civitatis nomine.
Legatum de maritandis civibus complectitur atiam comitatenses.
Indultus dummodò non accedat ad Civitatem Neapolis, àn comprehendat atiam suburbia.
5 *Jus originis quamvis sit immutabile, hoc non est quoad jurisdictionem quæ facit quem subditum loci domicilij, cum declarationibus.*
Naturalis Hispaniæ, si se transferat in aliam Provinciam, veluti in Galliam, ibique constituat domicilium, nequibit tanquam Hispaniæ naturalis in illa obtinere beneficia, ad quæ obtinenda, nonnisi naturales admittuntur.
6 *Universitas queat nè creare Cives.*
7 *Incola quis dicatur.*
Ille gaudeat nè privilegijs Civium?
8 *Servitutis materia tangitur.*
9 *Acquisitiones quando censeantur feudales, ac feudi assumant naturam.*
Differentia refertur inter feudum, & allodium.
Res dicatur nè feudalis in dubio, àn citiùs allodialis.
10 *Apertura facta, & clausura fenestrarum, nonnulla adnectuntur.*
Fenestrarum apertura, & clausura utrùm pariat servitutem.
Illaquè præsertim si, vel nè in muro deversorio extare possint ad lumen capiendum.
11 *Propositio illa, quæ apud nostrates circumfertur, aperturas sine cautonibus claudendas esse, retinerique illas non posse, an consuetudine, & aliquo fundamento nitatur, latè inquiritur.*
Consuet. incip. & ubicumque sub tit. de servit. expenditur.
Dissitia quæ dicatur. Et rotum rotundum.
12 *Cons. si quis habet, cum alijs explicantur.*
13 *Ex dictis Cons. an jus commune immutetur.*
14 *DD. effata intelliguntur, juxta jura quæ laudant.*
15 *Aff. cæteriq; perfunctoriè loquuntur, & S. C. decisio adducitur, cum alijs ad materiam.*

1 COmplura reperiri nomina in idem tendentia comminiscimur, & aliqualem inter se distantiam habentia; sunt namque in primis orti, oriundi, sivè originarij, eos namque ad invicem differre, & qua in re tradit *Foller. in cons. Regni Justitiarij per Provincias num. 9. & 10.* extant insuper Municeps, Civis, Incola, Advena, & Accola, quorum, & *Glos.* meminit, & differentiam inter eos vigentem, recenset *in l. pupillus, vers. consulit, ff. de verbor. signific.* ac remissivè com-

commemorat *Balzaran. add. constit. Justitiarij num. 5. sub rub. de Justit. Assess. Actuar. &c.* Verùm noster sermo dumtaxàt Cives, & Incolas attinget, quorum mentio fit in hoc Ritu. Civis
2 igitur dicitur, qui natus est in Civitate, *l. Cives. Cod. de incol. lib.* 10. ut propterea, si mentio fiat, de cive, intelligatur tantùm de originario, tametsi quandoque etiam de Incolis existimet, *Alex. cons.* 10. *num.* 8. *lib.* 5. potissimùm in materia stricta, *Aretin. cons.* 77. *in princ. & Natta cons.* 253. *lib.* 2.

Ideò ad evitandas ambages juris, Ritus iste ambos complecti volens, meminit Civium, & Incolarum. Cæterum, qui sint Cives, & qui comprehendantur Civium appellatione, insinuat *Tusch. concl.* 274. *& seq. lit.* C, & conferunt, quæ nos scripsimus de privilegijs Neapolitanorum loquentes super *Ritu* 301. ac respectu ordinum suscipiendorum, adnotavit *Episc. Campanil. in divers. Jur. Canon. rubr.* 9. *cap.* 8.

3 Qui verò in Civem receptus fuerit, dicatur nè Civis originarius, & privilegijs potiatur originarijs ipsis concessis, affirmat *Sesse decis. Aragon.* 90. *Dom. Reg. Reverter. & Dom. Reg. de Marin. dec.* 297. *Ricc. collect.* 3290. nisi de statuti, vel consuetudinis interpretatione agatur, quæ stricta semper, quia fieri debet, originarios tantùm esse oportet, scilicèt ibi natos, ex *Glos. ult. in l.* 1. *in fin. ff. de tutor. & curat. datis ab his*, quam singularem dicit, *Bal. in Auth. sed omninò, Cod. ut uxor pro marito, Boer. decis.* 13. *num.* 14. *& Anton. Faber definit.* 17. *de verbor. signific.* Qui autem in
4 Vico, & suburbio natus est, & Civitatis dicitur civis, *Boer.* inibi *num.* 20. citatusque *Faber, Silvan. cons.* 1. *qu.* 6. *dub.* 2. *Reg. Valenz. cons.* 79. *nu.* 58. *ex l. qui ex vico* 30. *ff. ad municip. D. Franc. Maria Prat. discept. forens. lib.* 1. *cap.* 16. subnectens, Casalia comprehendi quoque sub Civitatis nomine, explosis Jc. *Angel. Pisanell. ad Affl. decis.* 74. *in fin. & Avo meo ad Gramm. decis.* 10. *num.* 10. contrariam aleam sustinentibus *Angeli in §. si quis igitur, Auth. quib. mod. natur. effic. sui*, placito innixis, de quo alibi erit noster prolixus sermo; atque ideò legatum relictum pro maritandis civibus comprehendere etiam Comitatenses, affirmat *Marta deci.* 365. favet *tex. in l.* 2. *l. ædificia, l. qui in continentibus, & l. Collegarum, §.* 1. *ff. de verbor. signif.* quin, & decisum memorat *Gratian. decis. March.* 96. respondens contradicenti resolutioni, excludenti Comitativos à Civibus, & *num.* 4. concludit, illam vendicare sibi locum in odiosis, quamque distinctionem amplectitur *Reg. de Ponte cons.* 55. *num.* 35. *lib.* 1.

Quamobrèm licèt attenta Regula primitùs constituta, indultu concesso cum clausula, dummodò non accedat ad Civitatem Neapolis, locuumq; partis adversæ, gaudere nequiret respectu surburbiorum Neapolis; atq; in illa se conferre minimè posset inquisitus; attamen supposita *Gratiani* recensita distinctione, favorabilium, & odiosorum, utiq; poterit in suburbia commeare, quod, & speciatim ob eandem rationem decisum tradit *Thor. par.* 1. *compend. decis. verbo Suburbia*, etenim Indultus jam dictus continet rem favorabilem casus verò in illo excepti rem præportant odiosam, teste *de Franch. decis.* 403. *num.* 11. *& decis.* 330. *num.* 4. *Ann. singul.* 239. *& Caball. casu* 111. nimirùm, si exceptionem non accedendi ad Civitatom Neapolis tanquam odiosam, non extendi ad suburbia, dictum fuerit in casu per eumdem *Thorum* relato, atq; decisum haud illum contravenisse indultui, qui in uno illorum repertus, & devinctus fuerat.

5 Originis verò jus quamvis sit immutabile, hoc non quoad jurisdictionem, quæ facit quem subditum loci domicilii; cujus magistratui ille subiicit, & videtur propriæ Civitati renunciare, *Gayll. observ.* 36. *Amaya in comment. ad l. Cives de Incol. lib.* 10. *Affl. decis.* 384. *Roland. cons.* 79. *Mascard. concl.* 1146. *Vivius decis.* 477. *Vuessemb. cons.* 1. præcipuè autem id verùm est, quando quis, propria origine derelicta, in aliam provinciam se confert, quæ sub ejusdem Præsidis ditione non sit, tunc enim originaria amittitur naturalitas, *Amaya mem. loco, Ouded. cons.* 5. *Azev. in l.* 19. *lib.* 1. *recep. tit.* 3. Impossibile.n. est aliquem duarum distintarũ Civitatũ communi capiti non subjectarum, simùl Civẽ censeri, ut prætereà naturalis Hispaniæ, si se transferat in aliam Provinciam, veluti in Galliam, ibiquè constituat domicilium, nequibit tanquam Hispaniæ naturalis in illa obtinere beneficia, ad quæ obtinenda nonnisi naturales admittuntur *Garz. Cevald. Gabeld.* cæterique ab *Amaya num* 33. laudati etenim Provinciales constituit domicilium, non origo, vide *Giurb. obser.* 18. *&* 78. *Montan. controv.* 68.

6 Sed Universitas queat ne creare Cives discutit *Joseph. Ludovic. dec. Lucens.* 60. *Thor. in supplem. compend. decis. verbo civis allectus.*

7 Quis vero dicatur proprie Incola *Bertrand.* docet *cons.* 75. *lib.* 2. alios plures cumulans ad eandem rem, nec non scribunt *Avendan.* & alii, quos recenset *Covarr. pract. quæst. cap.* 37. *sub num.* 1. qui cavendum monet, nè Incolarum nomen, latè in hac specie assumatur propter præjudicium, & damnum, quod alioqui veris imminerer habitatoribus potissimum quod *Pomponius in l. Pupillus, §. incol. ff. de verbor. signific.* Incolæ definitionem tradens inquit: *Incola est, qui in aliquam Regionem domicilium contulit.* Nec tantùm hi, qui in oppido morantur Incolæ sunt, sed qui in alicujus oppidi finibus, ita agrum habent, & in eum se quasi in aliquam sedem recipiant, *Alciat.* etiam declarat inibi, atque *Decius cons.* 283. *Abb. in cap. ultim. de Paroch.* latèq; *Soccin. cons.* 179. *lib.* 1. Ipse verò Incola gaudeatnè de jure privilegijs Civium. Vide *Molfes. in* 2. *par. ad Consuet. Neapol. tit. de person. qu.* 1. *à num.* 4. *tom.* 2. *Consil. Carleval. lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 2. *qu.* 2. *à n.* 80.

De servitute modo aliqua adnotabimus, quæ quomodo constituatur, & alia multa de ea scribit
8 *Ann. alleg.* 48. *& Medices decis. Marchiæ* 49. illa autem super certa re feudali, non nisi per centenariam acquiritur, *Viv. dec.* 226. *num.* 3. quæ verò continua, vel discontinua censetur, decem annorum curriculo inter præsentes, viginti autèm inter absentes præscribitur, ex sententia longè veriori Doctorum, quos memorat, insequiturque *Emanuel Suarez in thesaur. receptar. sentent. verbo Servitutis*, explosa altera affirmante, illas tantùm præscribi tempore hominum memoriam supergresso: consentio tamen, ut illa, quæ nec con-

tinuam

cinuam, nec discontinuam causam haberet, immemorabilem requirat possessionem, amplexatus *Viv. ead. adduct. decis.* 226. *num.* 2. quin illa feudo, necnè accedat, & tanquam feudi pars judicetur, investigat oculatissimus, & eximij ingenij vir *Cæsar Argel. in suo itidem perjucundo, & utili tract. de legitimo contradictore q.* 20. *n.* 33. in eo ar-
9 ticulo, quando acquisitiones censeantur feudales, feudique assumant naturam, ut cum ipso feudo transeant, & unà simul cum illo devolvantur, omni prohibita separatione. An potiùs ad vassalli commodum, ejusque hæredum spectare dicantur, super qua re scripsit *Episcop. Campanil. in add. diverf. rub.* 11. *cap.* 13. *num. postremo*. Ipsam verò servitutem non præsumi, quin rem liberam reputari, ac bona omnia allodialia judicari, defendit idem *Argel. q.* 18. *à num.* 2. videndus tamen *Par. à Puteo in tract. de reintegr. feud. capit.* 22. ideò, qui differentiam velit addiscere inter feudum, & allodialium, adeat *Schurfium conf.* 63. *num.* 5. *cent.* 2. *& conf.* 10. *num.* 43. *centur.* 3. ajentem, bona feudalia dici, quæ cognoscuntur ab aliquo domino, pœnes quem remanet illorum directum dominium, allodialia verò à nemine recognosci, eò quod allodium dicitur res propria, & libera, juxtà *cap.* 2. *cum seq. si de feud. defunct. controv. fit inter Dom. & agnat. vassall.* Verùm *Par. de Puteo indic. tract. tit. de verb. signif. verbo Allodium*, dicit, idem esse, quod libellarium ex *eod. adduct. cap.* 2. *&* 3. *si de feud fuerit controv.* & quod notat *Gl. in l. penult. Cod. de ingen. & manum. l. etsi quis, §. sed interdum, ff. de relig. & sumpt. funer. & §. ad hac, de pace juram. firm.* adjungitquè, quod licet sit nomen libertatem significans, non tamen excludit superioritatem, vel jurisdictionem alterius, juxtà sententiam *Jacobi de Belviso in eod. §. Ad hac*, addit præterea idem *Argel. num.* 5. infinitos congerens auctores, ad eam comprobandam resolutionem, ut talis præsumptio libertatis transferat onus probandi servitutem in adversarium illam proponentem.

10 Respectu verò aperturæ factæ, aut clausuræ fenestrarum præter *Caravit. in hoc Ritu*, scribit affatim Medices; cujus scripta videantur quæso, *in adduct. decis.* 49. etenim multorum meminit ad ipsam praxim spectantium, necnon *Capoll. in tract. de servit. Urban. præd. cap* 25. alias simile servitute subnectens, *& cap.* 34. ac *altero* 62. perlegantur insupèr allegationes *Zappulli*, quas transcripsit *Thorus*, & loquuntur in terminis servitutis, nè luminibus officiatur, an competat vicino habenti fenestras in pariete diverforio, itaut censeatur præscripsisse servitutem ipsam, ob quam vicino ædificare ambienti potuerint instare illi interdici, nè luminibus officiat suis ut est videre in illius *compend. decis. verb. Servitus par.* 1. in qua præterea contentione recolimus, & nos, quod cùm præfamiliaris noster emisset in Burgo nuncupato Chiajæ quandam domum, necnon hortum arboribus consitum eidem domui adjuncti, & illius pomarii in circuitu, extarent complures domunculæ, & apothecæ, omnesque ad lumen accipiendum retinerent fenestrunculas quasdam ex parte dicti jardeni, illasque, & jure, & totis viribus claudi procurasset, assequi nequivit; adversariiquè, tametsi favoribus prorsùs destituti, prævaluerunt, & nunc oculis cernimus dictas omnes extare apertas fenestras, & forsàn, per notata ab *Vrsill. in annot. ad Aff. decis.* 265. *à num.* 115.

Quando verò in illis ferrea extaret cancella, similitèr decisum fuit non esse claudendas, per *Aff. dec.* 425. quod si essent cum cantonibus, sic perdurare citra dubium deberent ob *Consuetudinem Neapolitanam* exordientem *si quis habet, de jure congrui.*

11 Verùm nullo nititur fundamento, nèc *Consuet.* propositio illa, quæ circumfertur apud nostrates, aperturas sine cantonibus claudendas esse, retinerique illas non posse, tametsi *Aff. add. decis.* 225. & alii adducant *Consuet.* incipientem, *Et ubicumq; sub tit. de servit.* etenim si illius *text.* expendatur sanctio non alitèr, *Afflict.* & aliorum sancitur effatum, aperturam scilicèt debere esse cum cantonibus, quando est supra solum vicini adhoc, ut retineri possit, sed in illa dumtaxàt explicatur, quid veniat sub nomine aperturæ, & ulteriùs quomodò solvi debeat æstimatio ab eo, qui immittit onera in parietem vicini. Nec quidquam novi in ea sancitur, sed tantummodò adiicitur explicatio præcedentium Consuetudinum. Dum verò exponitur, quid veniat sub nomine aperturæ, ait *text. Et ubicumque sit mentio de apertura, intelligitur dossitia, Rotum rotundum, vel apertura ad modum fenestræ, cum cantonibus facta.* Quorum verborum sensus est, quod ubicumquè fit mentio de apertura includitur sub nomine aperturæ dossitia (quæ dicitur fenestra arcta ad lumen recipiendum, teste *Napod. in consuet. ult. sub tit. de apertur. non facien.*) Rotum rotundum (quæ est apertura sphærica, juxtà formam oculi) & apertura ad modum fenestræ factæ cum cantonibus, æquè, ac si diceretur: sub nomine, Aperturæ, nedùm venit illa ad modum fenestræ factæ cum cantonibus, sed etiam Dossitia, & Rotum rotundum. Et *Cantones* non referuntur ad dossitiam, & Rotum rotundum, sed solùm ad aperturam ad modum fenestræ. Nec verba illa, *facta cum cantonibus*, referri possunt generalitèr ad omnes aperturas; quasi dossitia, rotum, & fenestra deberent esse *facta* cum cantonibus; Hic namquè sensus absque barbarici nota recipi haud posset, cum non conveniat singulare, *intelligitur*, cum plurali, *facta*, opusvè fuisset dici, *intelliguntur*, sed verè genitivo, *fenestræ*, collimat, *facta*, in numero singulari, & quippè, si consuetudinis conditores id statuere voluissent, fat erat dicere, ubicumque fit mentio de apertura, intelliguntur illæ, quæ sunt cum cantonibus.

Quin cùm nulla prorsùs possit discriminis ratio perpendi inter jus, quod acquiritur ex apertura cum cantonibus, & illud quod acquiritur ex apertura sine cantonibus, non erat cur diversa induceretur dispositio, & Dossitia, vel raro, vel nunquam fieri videtur cum cantonibus. Nè autem obliciatur, quod si *cantones* non referrentur ad singulas aperturas, frustratorium fuisset addere, quod sub nomine aperturæ, veniret etiam fenestra cum cantonibus; si enim comprehendebatur Dossitia, & Rotum, quod est minus, dubitari haud

haud poterat, quin comprehenderetur etiam fenestra. Ne inquam, id opponatur, observari ul-
12 teriùs precor, sancitum *in Consuet. si quis habet parietem*, quod ædificans contra parietem vicini, in quo adsit apertura, debet se elongare per palmos cannæ duodecim, & *in Consuet. e: si ex latere*, quod ædificans ex latere, debet se elongare per palmos duos cum dimidio. Poterat itaque tergiversari, an sub nomine aperturæ veniret etiam fenestra cum cantonibus, quasi quod major distantia palmorum servanda esset in fenestra, utpotè apertura magis conspicuâ, quam in dossitia, & roto; statuit propterea consuetudo sub nomine aperturæ comprehendi æqualiter, dossitiam, rotum, & fenestram, adeò ut æqualis sit servanda in omnibus distantia.

Præterea, quamvis concedatur in *Consuet. Et ubicumque*, id sanciri, ut quotiès fit mentio de aperturis, intelligatur de illis cum cantonibus: adhùc tamen nullibi probatur, aperturas sine cantonibus protinùs fore claudendas. Etenim in *Consuet. cit. si quis habet parietem, cum seq.* tantummodò statuitur, quod ædificans contra parietem vicini, in quo adsit apertura, relinquere debeat spatium palmorum duodecim, & ædificans ex latere, palmorum duorum cum dimidio. Ex quibus, vel à contrar o sensu aliud elici non posset, nisi quod existente apertura sine cantonibus non debeat memoratum spatium palmorum duodecim relinqui, sed servari jus commune. Cæterùm erui nequaquam poterit, quod illæ sint illicò claudendæ: quod ex illis non quæratur servitus; & quod respectu illarum non detur præscriptio.

Nec ex dictis consuetudinibus in alio jus com-
13 mune immutatur, nisi quoad spatium relinquendum ab ædificare volente, & quoad præscriptionem, duobus tantùm in casibus prohibetur: quando videlicet servitus acquiritur super Casalenum, & quando adest instrumentum divisionis inter consortes, ut in *Consuet. contra habentem casalanum*, & altera, *ubi reperitur, sub tit. de apertur. non faciend.* ac in altera proxima subsequenti, *incip. Amplius*, & inibi *Napod. in Glos.* Quo verò ad reliqua juris communis sanctioni paretur, quo attento, dari præscriptionem dubitari nequit, ex *l. a. C. de servit. & aqua, cum concord.* & instructo processu judicatur, ut evenit in themate exantlati *cons. Anelli de Amato* 40. in quo Reus ob defectum probationum præscriptionis deductæ, & stantibus iis Actoris in contrarium concludentibus, succumbuit; condemnatusque fuit ad aperturas claudendum non de facto, sed compilato processu, & interim lite pendente conservatus extitit in quasi possessione servitutis. Hinc ex prædictis perspicuò deducimus, nec in *Consuet. Et ubicumque*, nec alibi, probari præfatam conclusionem, cumquè Doctorum effata sint
14 intelligenda juxta jura, quæ laudant, *Bar. in l. cum quidam, ff. de his quib. ut indign. Dec. cons.* 622. *num.* 5. *Affl. dec.* 73. *num.* 4. inficias iri nequit, quod si consuetudo id non probat, nullam mereutur fidem Auctores illi innixi: & licèt plurimi semper apud me fuerit doctissimi *Afflicti*, & aliorum, auctoritas, ratio tamen non patitur, ut illis de indicatæ consuetudinis interpretatione assentiar. Nec mirandum percelebres Jureconsultos, interdùm graviter errare, continuò etenim experimento liquet, etiam doctissimis errores plurimos excidere, teste *Connan. lib.* 10. *comment. cap.* 4. *sub n.* 8. *circ. med. pag. mihi* 768.

Immò *Affl. add. decis.* 225. cæteriq; perfuncto-
15 riè sermocinantur magisquè supponunt, quam firmant conclusionem. Nec *Affl.* dicto suffragatur illud *Capyc. in dict. Consuet. si quis habet parietem in add. incip. Nota quia Tabularii*, cujus meminit *Reg Capyc. Latr. dec.* 66. *sub num.* 4. *lib.* 1. Quod Tabularii claudere faciunt fenestras sine cantonibus, nullo namquè jure innititur, nullaquè ratione movetur, sed tantùm videtur de praxi testari, de qua tamèn, neque ille quidquam affirmat, sed tantùm recenset aliorum dictum, & quidem hæsitanter eum subdat, *si malè non recordor*. Quinimò astruit rem omninò inverisimilem: Asserit enim Tabularios facere claudere fenestras, & tamen exploratissimum est illos ejusmodi judicandi facultatem non habere, illorumque relationem instar rei judicatæ non obtinere, nisi Judicis sententia confirmante, *l. a. C. de jur. fisc. lib.* 10. meritò igitur *Cæsar Vrsill. ad Affl. add. decis.* 265. *à num.* 115. *cum seq.* obiurgat memoratam conclusionem, testaturque pravè fuisse ab aliquibus consuetudinem intellectam subnectens pluriès decisum pro retentione aperturarum sine cantonibus, prout determinatum fuit per S. C. in causa Ursinæ Cerqua, cum Vincentio Apicella, etenim cum præfatus Vincentius claudere cœpisset aperturas in muro domus superioris Ursinæ, sitæ in Platea Divi Josephi, necnon parvam fenestram, ex qua lumen ad ejusdem scalas ingrediebatur, instante Ursina, decreto Judicis tunc M. C. V. D. Caroli de Amato, fuit Vincentio iniunctum mandatum, nè quid innovaret, interpositoq; deindè alio decreto domi, quod clauderentur aperturæ absque cantonibus, & liceret Apicellæ ædificium extollere, fuit postmodùm per M. C. impartitus terminus in causa, & interim provisum, nè quid fabricando, innovaretur, à quo decreto utraquè pars provocavit ad S.C. prætendens Ursina interim mandari debere, quod innovata, & attentata per Apicellam ad pristinum reducerentur, & proindè, quod demolirentur fabrica in muris, & fenestris, è quibus lumen ingrediebatur, facto verbo in S.C. in aula D. Consiliarii tùnc Thomæ de Aquino, de mense Octobris 1652. per eundem Judicem de Amato, confirmatum extitit M. C. scitum, & nihilominùs provisum, quod Aperturæ reducerentur ad pristinum, penès M. C. Actuarium de Gaudio, patrocinante pro Ursina docto viro, & famigerato Advocato Marco Antonio Risio.

Verùm, admisso *Afflict.* dicterio, illud restringimus, quando ex aperturæ clausura, scala, seu membrum domus remaneret sine lumine, ex *Anton. Capyc. in d. cons. si quis habet parietem in ead. add. incip. nota quin, in fin. & Vrsill. add. loc. num.* 116. quin nec de jure, licet propè scalas alterius ædificare, si illius luminibus officiatur, restricta facultate concessa ad libitum ædificaia extollendi, egregiè tradit *Cepoll. de servit. Vrban. præd. c.* 39. *sub num.* 4. insequuntur *Duen. regul.* 33. *in fin. Scipio Jannar. regul.* 77. *fallent. penul. Potius Imolens. cons.* 17. *num.* 21. *Riminal. jun. cons.*

*Conſ.*421. *num.*70. *vol.*4. *Epiſcop.Sperolli dec.* 55. *num.*47.& probat *tex. in l. binas ædes* 9. *altiùs Gaurus*, *§. fin. ff. de ſervit. urban. prædior.* cui concinit alter *in l.ſi is qui binas*, *in fin. ff. de uſufruct.& quemadm. quis utat. fruat.* & docet *Vigel.lib.*25. *Digeſt.cap.*1.*tit.de cauſa ex qua actio competit except.*4. *replicat.*2. Imò, etſi lumen aliundè accipere nequit domus, niſi apertura fiat in muro diviſorio, teneatur vicinus conſentire, & illi aerem vendere tutatur *Urſill. ad mem. deciſ.* 265. *num.* 116. neq; prædictis adverſatur *deciſ. Ricc.* 266. *par.* 2. poſtmodùm viſa, tùm quia pſemet priorem ſubſcribit *in collect.* 1510. *par.* 5. tùm quia in caſu deciſionis, non conſtabat de præſcriptione, idquè deducitur ex illius verbis *num.* 13. inſuper *Affl.* effatum limitat *Epiſcop. Ricc. in addit. ad mem. deciſ.* 225. *verſ.tamen ego limitarem*, quotiès feneſtra detinetur tantùm ad lumen ingrediendum, vel quando dominus ſuperioris vendit inferiorem, & tempore venditionis adſunt in ſuperiore feneſtræ ſine cantonibus, tunc namque tranſit res cum ſua cauſa, & domus retineri debet in eodem ſtatu, teſte *Napod. in conſuet. Amplius*, *ſub tit. de apertur. non faciend. verbo Inveniantur*, *num.* 40. in caſu magis dubio ſermocinante, ſequitur *Capyc.dec.*187.*num.* 11. *Urſill. ad Affl. deciſ.* 298. *num.* 2. *Vinc. de Franch. in d. conſuet. Amplius*, *in add. incip.Vid. Capycium*, & conferunt *Mantic.de tacit.& ambig. lib.* 4. *tit.* 15. *num.* 21. *Ruin. conſ.* 90. *lib.*4. *Theſaur. dec.* 216. *Magon. deciſ.* 136. *num.* 4. *Borr. deciſ.* 322. *num* 5. *Cyriac. lib.* 1. *controv.* 27. *nu.* 2. *&* 4. probaturque ex *tex. in l.* 1. *C. de ſervit. legat.* Exiſtentia autèm feneſtræ, quod fuerit tempore venditionis, non opus habet præſidio teſtium, ſed ex vi rationis oſtenditur, quotìes domus ſine feneſtra eſſet inutilis, & cum feneſtra utilis notabilitèr admonet *Riminald.jun.* legendus *conſ.* 421. *num.*22. *vol.*4. An verò vendita domo, ceſſa, & translata in emptorem videatur quæcumq; ſervitus, ſivè jus ad eam, quæ venditori illius domus ratione pertinebat, extricant *Anell.de Amat.conſ.* 93. *à num.*73. *Surd. conſ.*17. *à num.* 23. *Noalis de tranſmiſſ.caſu* 67. & novitèr *D.Alphonſ. de Olea de ceſſ. jur. tit.* 4. *q.* 7. *à num.* 8.

Hunc Ritum hodiè non ſervari, ſed in hujuſmodi cauſis procedi per S. C. vel M. C. advertit *Reg. Tapia lib.* 4. *jur. Regni*, *tit. de communione territor. fol.* 66.

RITUS LXXXVI.

Publicatio fieri poteſt atteſtationum unius partis, deinde alterius, idemque fieri poteſt de reſponſionibus contra dicta teſtium.

ITem ſervat ipſa Curia, quod ſi examinationes teſtium, ſcilicèt unius partis ſunt præſentatæ in actis, & non examinationes alterius puta, quia examinati ſunt teſtes citius unius partis, quam alterius: tunc ſi Curia vult, & hoc petatur, fiat publicatio atteſtationum illius partis, quæ ſunt in actis, deindè venientibus alijs atteſtationibus, fit publicatio de eis venientibus, vel præſentantibus, de alijs autem quæ primo venerunt, de quibus jam publicatio facta fuit, non fiet iterùm & idem intellige de reſponſionibus partium, nam fit multotiès publicatio reſponſionum unius partis tantùm, multoties alterius tantum, quandoquè fit publicatio ſimùl atteſtationum, & reſponſionum, & omnium aliorum actitatorum, unde notandum eſt; quòd publicatio poteſt fieri de quolibet actu per ſe ſi quis vellet, tamen præfata ſunt in uſu. Copiæ tamen reſponſionum dantur, prout in quadam alia obſervantia Curiæ.

SUMMA RERUM.

1 *Publicationis materia delibatur.*
2 *Teſtes recipi poſſunt, non obſtante publicatione jam facta, qui vel Judicis, vel examinatoris culpa non depoſuerint.*
3 *Ad concomitandum inſtrumentum etiam recipiuntur.*
4 *Quid in criminalibus.*
5 *An ſuper articulo producto, & admiſſo cum clauſula, ſalvo jure impertinentium.*
6 *Publicatio debet fieri de omni actu.*
7 *Depoſitio principalis non ſecus, ac teſtis publicatur.*
8 *Ritus obſervantia indicatur, remiſſivè.*

1 HIc propriè cadit materia publicationis, tametſi ejus meminerint alij quamplures Ritus, nempè *Rit.* 72. ſuper quo notavimus plura, & *Muſcatell.* de ea loquens fusè ſcripſit, ac potiſſimùm illa omnia congeſſit, quæ continuis ſunt recepta moribus *in* 6. *par. ſuæ prax. civil. Gloſ. cauſa*, *& Gloſ. partes*, ibidemq; *num.* 11. *Caravi ritu* 72. *num.* 8. redarguens; necnon *Mathesil. & Sarain. ſing.* 38. & copioſius *Farinac.* univerſam publicationis materiam explicans *qu.* 75. *Dom. Conſ. Jo. Bapt. Hodiern. ad Surd. deciſ.* 59 *num.* 3. *Jo. Bapt. Ciarlin. controv. forenſ. cap* 90. *num.* 11.

2 Utrum teſtes recipi poſſint, non obſtante publicatione jam facta, qui vel Judicis, vel examinatoris, culpa non depoſuerint, affirmativè decidit *de Franch. dec.*371. & dixerat *Gurd. Papa dec.* 24. inſequiturq; idem *Muſcatel par.* 3. *Gl. partis*, *num.* 92. *Gallupp.in prax. S.C.par.*2.*cap.* 26.*num.*7.

3 Itidem, ſi inſtrumentum productum fuerit, quod indigebat probatione teſtium ad concomitantiam; teſte *Affl. deciſ.* 216. *num.*5. non ſi privatæ ſcripturæ, *Piſanell.ad eund.Affl dec.*272.

4 Quin, & non repetiti in criminalibus, poſſunt poſt publicationem, & dictis teſtificatis, repeti, dum tamen non differatur ultra quindecim dies, *Ana. ſing.*423. *publicatio*, *Muſull. ad Capyc. deciſ.* 15. *num.*4.*Reg.Rovit. in prag.*2.*num.*4. *de refrenat. teſtium*, *Avus meus ad Gramm. deciſ.* 27. *& Carraba de ſyndic. par.* 2. *num.* 28.

5 Super articulo verò producto, & admiſſo, cum clauſula, ſalvo jure impertinentium, ſi contrarium ejus contineret, quod ab altera parte probatum fuerat, an teſtes recipi poſt publicationem poſſint, ſaltem ad concomitantiam ſcripturæ, negant *Affl. deciſ.* 33. *Gramm. deciſ.* 93. *num.*5. *Sigiſmund. Scacc. de Judic.cauſar.civil.& criminal. cap.* 100. *num.* 13. *Carroc. caſu* 49. *num.* 19. *Gallupp. add. loco num.* 10. demùmq; *Dom. Conſil. Hediorna*

6 *dierna num. loco num. 5.*

Quòd verò illa fieri debeat de quolibet actu, scilicet de quolibet examine testium ad instantiam unius, vel alterius partis, scripsimus *rit.* 72. & concinunt verba *Carav.hoc in ritu sub num.* 2.quæ explicat *Muscatel. adduct. Gl. partes*, *num.*8.

7 Responsiones verò partium, illarum depositiones sunt, quæ non secus, ac testium dicta publicantur, & *Cartw.* etiam ait *in calce commentariorum ad hunc Ritum*, quas profectò depositiones *Rit.* 81. appellitat quoque responsiones.

8 Quomodò verò in praxi Ritus servetur, indicat *Reg.Tap. de jur.Reg.lib.*3. *de public.sup.hoc ritu.*

RITUS LXXXVII.

Testibus citatis, & non venientibus, Curia ad ulteriora procedit, tàm in causa civili, quàm in causa criminali.

ITem servat ipsa Curia, quod citatis testibus, &,ipsis condematis ad pœnam in citatione mandatoria contentam, licet non veniant, nihilominùs Curia ipsa ad posteriora procedit, quamvis Constitutione Regni forma, videatur aliquantulum refragari, & ita fuit servatum in denunciatione facta per egregium virum militem Franciſchellum Galliotum pridiè, quando denunciavit Buffillum Brancatium de certis, in qua causa, quia testes non venerunt, fuit idem Buffillus absolutus, de hoc præsenti anno septimo indictionis, primo tamen condemnatis testibus ad quatuor uncias, ut fit.

SUMMA RERUM.

1 *Testes non citati, si fuerint examinati, non probant, & quarè.*
An satis si domi citentur, cum aliis ad materiam.

2 *Testes quibus modis cogi possint testificari.*

3 *Et si nemini eorum sit locus, àn liceat interponere decretum, ut habeantur pro examinantis in beneficium producentis.*

4 *Testes nimis à remotis degentes, àn evocentur ad testificandum.*
De Senibus, vale tudinariis, cæterisque remissivè.

1 ISthæc *Ritus* verba, *citatis testibus* sæpiùs à nobis memoratam conclusionem comprobant, testes non citatos haud fidem facere, cum ii videantur sponte deponere; & se ingerere, *Jacob. de Belvis. in §. si vero ignoti, auth. de testib. Campeg. reg.* 167. *in princ. Farinac. q.* 72. *&* 80. *à nu.* 8. ubi declarationes adjungit, *Guazzin. ad defens. reor. tom.*2. *defens.* 28. *cap.* 6. *num.* 7. *Gasp. Camb. milleloq.* 938. *Reg. Valena. cons.* 108. *num.* 13. *tom.* 2. *Fontanell. decis.* 533. *tom.* 2. *Prat. obser.* 79. *num.*1. *Marsil. in l. & liber num.* 7. *ff. de quæst.* subnectens,testem ultroneum torquendum tanquam suspectum, & idem voluit *l. unius*, *§. servo qui ultrò*, *ff. eod. tit. Roman. cons.* 420. *nu.* 3. *Alex. cons.* 68. *num.* 17. *vol.*2. *Mascard. de probat. conclus.* 1364. & hoc casu inimicos illos præsumunt *Bald. sing.* 144. *Petr. Reb. in tract. de testib. art.* 1. *Glos.* 4. *num.*21. nec satis esse, si domi citentur *Farinac. num.*161. *& Guazz. loc. cit.* dixerunt, quod usus non probat, quin etiam citatus, & privilegium, quod forsitan habet, minimè allegans, spontè deponere dicitur *Bald. in l. libertorum*, ubi *Salicet. num.*4. *de test. Grat. discep.* 227. *num.* 2. *Decian. respons.* 48. *num.* 16. *Surd. cons.* 132. *num.* 28. *vol.* 1. subdens, quod sponte diceretur deponere, tametsi Notarius asseret (testis juratus monitus), *Guazzin. cit. nu.* 4. Nèc citati præsumuntur, quia in judicio reperiuntur, juxta *Felin.* effatum *in cap.* 2. *de testib.* quod admittunt, quando testes venirent de longinquo, non verò, si existerent in loco in quo examinantur, *Butr. in cap.* 1. *de Jud. Alex. in l. de unoquoque col.*2. *ff.de Jud. Roman. & Jas.* apud *Mascard. conclus.*1364. *n.*70.

2 Testes verò posse evocari, & compelli pœna indicta, ut testimonium ferant, colligitur ex hoc Ritu, illamque esse quatuor unciarum, ultima illius verba ostendunt, & alia in *ritu* 206. vel tertiæ partis bonorum mobilium, juxta *rit.* 155. idque non obstante conclusione illa, quod nostris his temporibus supradicta pœna exigi minimè consuevi, sed capi dumtaxat pignora post terminum eis præfixum juxta formam traditam per *Carav. in cit. ritu* 206. *sub num.* 3. quod vero usus receperit, extricant *Muscat. in prax.S. C. lib.*1. *par.*5. *Glos. juramenta num.* 8. *& de Angel. ad Foller. cit. cap. inform. num.*89. *Carav.*memor. & suppetit juris communis decisio *in tot. tit. de testib. cogend.* affatimque discutit, cum amplitionibus *Farinac. quæst.* 78. *à num.* 3. *Jodoc. in prax. civil. cap.* 163. *num.* 9., tùm in civilibus tùm in criminalibus, *Gravat. ad Vestr. lib.*6. *cap.* 2. *num.*26. *Jo. de Leo in sua praxi lib.*5. *cap.*6.*nu.* 3. *&* 4. *Foller. in prax. crim.add. rub. inform.nu.* 83. *Tartagl. in Margar. fisci*, *cap.*6. *num.* 2. *Jul. Clar. lib.* 5. *§. fin. q.*24. *num.* 19. *Ambros. in proc. informat. lib.*1. *cap.*2. *num.* 3. ibidemque additio *num.* 7. *Visconti in conclus. jur. verbo Testis*, *qui non devenit*, *Novar. decis.*162. tradens, quod testes citati pro faciendis defensionibus reorum, si renuant venire, cogi possint, etiam laici per Ecclesiasticum, *cap. fin. eod. adduct. tit. & Genuens. cap.*10. scilicet per censuras, dicit *Lanfranch. de Oriano in repet. cap. quoniam contra de probat. c.* 8. *sub num.* 28. & præsbiteri coram Judice Ecclesiastico, *Carol. de Graff. in tract. de effect. cleric. effect.* 10. *num.* 1. 4. *&* 27. Ubi vero aliquod abesset publicare decretum, quod modum constringendi præscriberet utendum esset statuto à jure communi, quo itaque jure, quæ sit forma compellendi testes, quique modus, & an carceribus mancipando, enodat *Lanfranch. indicato num.*28. quo etiam in capite sed *num.*6. eam constituit regulam, omnem posse cogi ad testificandum, nisi fuerit expressè vetitus, & vetitos omnes deinde enumerat *à num.* 11. necnon *Azeved. lib.*6. *tit.*6. *lib.*4. *novæ recollect. num.*4. *Novarr. in recollect. num.*4. *Navarr. in manual. cap.* 45. *num.* 48. & nonnulla admonet *Reg. Tap. lib.*3. *jur. Regn. super hoc ritu tit. de testib.*, quod si nullo
3 modo à jure præscriptus cogi possunt, utrum inter-

terponi liceat decretum, ut habeantur pro examinatis in beneficium producentis, extricamus *sup. rit.* 127. Aliquando verò per torturam compelli possunt *Foller. add. loco num.* 53. *Ricc.* casus enumerans *collect.* 1146. *Farinac. q.* 33. *num.* 39. *Reg. Sanfelic. in prax. Judic. sect.* 50. *nu.* 16. & *sect.* 55. *nu.* 13.

4 Et an testes nimis à remotis degentes evocentur ad testificandum, vel eorum receptio locorum officialibus committi debeat, inquirunt in criminalibus *Camp. in cap. si cum sceleratis, num.* 27. *Foller. in prax. tit. de testib. num.* 95. *Ambros. add. cap.* 3. *num.* 9. & in civilibus *Muscatell. lib.* 1. *par.* 5. *Glos. suspectorum num.* 9. *Ricc. collect. decis.* 220. *Jo; Mill. in ejus prax. crim. cap. conqueruntur, num.* 66. *pag.* 247. ac nos alibi delibamus, & de senibus, & valetudinariis, cæterisque, loquuntur *Foller. rub. cit. capiat. inform. num.* 50. & *in rub.* & *facta lit. contest. num.* 7. & *infram. num.* 99. *Alberic. Galeot. in margar. cap.* 19. *in princip. Bovadill. tom.* 2. *politic. lib.* 5. *cap.* 2. *pag.* 775. *lit. A. Carav. hoc in ritu num.* 5. memor.

RITUS LXXXVIII.

Testium depositiones recepta post terminum, exhiberi possunt usque ad conclusionem.

ITem servat ipsa Curia, quod quando fiunt commissiones examinationum testium illæ attestationes possunt produci in ipsa causa per partem usque ad conclusionem cum sigillis examinatorum per quod testes juraverint infra terminum juxta Constit. Regni hoc diù servavit, & servat ipsa Curia, & quando præsentantur, fit actus per subactarios in principio earum ubi subscribitur dies præsentationis earum.

SUMMA RERUM.

1 *Observantiam de qua testatur Carav. in hoc Ritu hodiernus amplectitur usus.*
Publicatio potest fieri, instante una pate, qua præsentat examen, si alterius partis examen non venerit, cum reservatione tamen.

2 *Remissoria à Canonistis appellitatur, quæ in Regno audientia testium nuncupatur.*

3 *Et quando, & quibus in casibus illa concedi, vel denegari debeat?*

4 *Remissoriam concedi posse, cum clausula, sine præjudicio ulterioris processus, ostenditur.*

1 OBservantiam de qua testatur *Carav.* in hoc Ritu, & dixerat *in ritu* 86. 1. *not.* hodiernus amplectitur usus, & ejus memores sunt *Muscat. in prax. S. C. p.* 5. *Glos. citati à num.* 7. *lib.* 1. & *par.* 6. *Glos. causa*, necnon *par.* 7. *Glos. Scriptura num.* 4. & *seq.* & *Reg. Tap. de jur. Regni lib.* 4. *rub.* 29. & *attestation. sup. rit.* 86. *pag.* 170. Etenim, si una partium præsentaverit suas attestationes, & altera non, termino elapso, fit publicatio in causa instante illa cum reservatione, quod quandocunque venerit examen recipiatur, & habeatur ea ratio, quæ de jure habenda erit memor *Reg. Sanfel. Carav.* memor *in prax. Jud. sect.* 57. *n.* 4. & 5. *Auus meus ad Capyc. dec.* 90. *nu.* 2.

2 Commissiones verò, de quibus fatur Ritus, à Canonistis Remissoriæ appellitantur, ut est videre *in tractatulo de literis remissoriis*, per *Virgilium de Bocatiis* erudite compilato. In Regno verò, Audientia testium passim nuncupatur, de qua loquitur *rit.* 141. & 156. *cum duobus sequentibus*: ejusmodi remissoria concessa denegatur in altera etiam super novis articulis admissibilibus, *Rota decis.* 16. *de testib. in novis. Milit in suo repert. verb. Remissio*, & *Vestrius in sua prax. lib.* 6. *rurbr. de remission. ad partes vers. eadem quoque* quod si concessa non fuerit, aut non exequutioni demandata, poterit in alia concedi instantia, *Rota decis.* 20. *eod. tit.* & *lib.* Utriusque resolutionis nimirum ratio illa erit, quod nonnisi semèl est concedenda ex *Rotali decis.* 29. *de Judic. in antiq. Zabarel. clem. sapè, §. quia, num.* 7. *de*
3 *verb. signific.* quorum meminit *Episcop. Campan. ad Oliv. rit. Cur. Archiep. Neap.* 22. *num.* 24. quique subnectit *rit.* 30. *num.* 3. quin si calumniosè peti suspicari posset, nec semèl daretur, *Roman. cons.* 273. *in fin.* quem post alios sequitur *Rota dec.* 620. *num.* 3. apud *Farinac.* Rursus verò, si jam dicta cessaret suspicio, *Ægid. conclus.* 427. *de dilat.* & *Cassad. decis.* 3. *eod. adduct. tit.* idquè liquere potest juramento petentis, *Vestr. in loco citato num.* 4. ibidemque *Gravat.* atque in Regno probat *Ritus* 140. quin remissoriam pendere ut plurimum ex arbitrio Judicis, qui ex variis causis, & personis solet calumniam concipere, ex *dec. Rota* 26. *centur.* 7. *num.* 8. apud *Farinac.* & antea decisum fuerat in Regiensi Sancti Thomæ 10. Decembris 1579. *coram Orialensi*: Illa tamen frequentius conceditur ad loca remota, ut sumptibus parcatur; & expensis, *Zabarell. locomet. in superiorioribus citato*; eam insuper concedi posse cum clausula, sine retardatione ulterioris proces-
4 sus in causa probatur *decis.* 247. & *decis.* 142. *n.* 1. apud *Farinacc.* Quid vero servetur in Regno alibi enarramus, & memorat *Reg. Sanfelic. in prax. sect.* 26. *à n.* 12.

RITUS LXXXIX.

Articuli, & exceptiones, tàm in causa civili, quam in criminali debent infra certum terminum præsentari, post litis contestationem.

ITem servat ipsa Curia, quod in civilibus, & in criminalibus partes principales debent speciales articulos, positiones, & exceptiones ponere usque, & pertotum sequentem diem, qui sequitur post data capitula, seu post libellum accusatorium, vel civilem, In civilibus tamen procurator sufficit, si infra biduum præfatum det ex-

ceptiones generales, vel si est procurator actoris articulos generales, secus in criminali. Sed circa hanc materiam, de ponendo infra biduum vide in hac eadem carta ex alio latere, maximè in ultima observantia, ubi omninò vide ubi habes, quod in termino dato super capitulis, & quando fit actus repulsæ, & quando datur terminus ad probandum in causa appellationis, & quando datur terminus ad probandum in petitione restitutionum in integrum debet omninò in istis quatuor casibus specificari, quod ponant per totum diem sequentem, sed in libello civili, & criminali dictum est, quòd non specificatur, quia subintelligitur, item in causis, quæ committuntur de voluntate partium per ipsam Curiam alicui literato super summam quatuor unciarum, si est de voluntate: & his quæ ad summam, quatuor unciarum, etiam partibus contradicentibus juxta aliam observantiam ejusdem Curiæ, tunc coram commissario tali non ponitur de necessitate infra biduum juxta aliam observantiam; & Nota, quòd in actu, qui fit per notarium, actorum, seu aliquem ex subactariis, quando datur terminus ad probandum, non fit mentio, quod debeant ponere infra præfatum biduum, quia intelligitur, etiam si non dicatur.

SUMMA RERUM.

1 *Articuli positiones, & exceptiones qualem admittant intelligentiam, quamque differentiam inter ea.*

2 *Quando articuli producendi sunt, attento hoc Ritu, & pragm. sanctionem, & quid receperit usus.*

3 *In casu quo testes examinare licet post terminum, licet etiam articulos ipsos, & positiones præsentare.*

4 *Termino ad probandum elapso an, & quando concedi possit reintegratio.*

1 Articuli positiones, & exceptiones qualem admittant intelligentiam, & unumquodq; prædictorum, quid sit pertingimus super *ritu* 79. *num.* 1. & explicat *Episcop. Campanil. sup. Rit. Car. Archiep. Neap.* 29. *num.* 16. quæque sit differentia inter articulos, & exceptiones in ipso *num.* 16. advertit, quæ autem inter articulos, positiones, & capitula *in eod. rit. num.* 17. addit atq; adnectit multa ad ornatum, & intelligentiam eorum *Muscatell. lib.* 1. *par.* 5. *Glos.impertinentes nu.* 1. & inter positiones, & interrogationes, *Jodoc. in prax. civil. cap.* 152. *num.* 6. *Apicell. alleg.* 4. *num.*4.

2 Huic verò ritui *de ponendo infra biduum* adstipulatur *Constitutio Regni lite legitimè contestata.* Sed vigore *Pragmaticæ* 8. *de ordin. judic.* infrà quinque dies postmodum verò non admittunt ex sententia scribentium super illamet *pragm.* his tamen omnibus legibus contradicere usum vetustis temporibus ortum à subsequentibus comprobatum, articulos ipsos positiones, & exceptiones omnes producendos esse in termino probatorio, testatur *Afflict. indicata Constit. lite legitimè contestata, sub num.* 9. & advertit *Caravit. rit.*69. *nu.*5. quorum meminit *Muscatell. in prax. lib.* 1. *cap.* 5. *Glos. defendendum, num.*8. necnon *Reg. Sanfelic. in prax. judic. sect.* 47. *num.* 1. & advertit *Campan. in dicto Rit.* 29. *sub num.* 17. & nos scripsimus *rit.* 69. & inferius *rit.* 283. quià & in casu, quo testes examinare licet post terminum, licere etiam articulos ipsos, & positiones

3 præsentare, defendit *Muscatell. p.*5. *d. Gl. impertinentes, sub n.*16.

4 Verùm si terminus ad probandum sit elapsus & neutra para quicquam probaverit, nō propterea poterit actor reintegrari ad terminum ex his, quæ diximus *in eod.rit.* 69. & absoluto tradunt *Capyc. decis* 82. *Reg. Revit. sup. pragm.*7. *num.*14. *de ord. Judic.* nisi tamen magna causa advertit *Borrell.in sum. decis. tit.*47. *de dilation. num.* 21. qui multa cumulavit de probatione termini, & ex quibus causis concedi illa debeat, & conferunt tradita a *Fontanell. dec.* 561.*n.*12. & 43.

RITUS LXXXX.

Fisco rarò solet dari terminus ad examinandum.

Item servat ipsa, rarò dare terminum ad examinari faciendum fisco, sed aliis datur; quando Curiæ videtur, & talis terminus quandoque scribitur in actis quandoque non secundum quod partes insistunt, & prout Curiæ videtur. Sed pro majori parte semper scribitur, & quamvis unus habeat, vel petat terminum ad examinari faciendum, semper datur ipse terminus ambabus partibus.

SUMMA RERUM.

1 *Instante Fisco recipiuntur semper testes, usque ad sententiam.*
Et quandoq; ad instantiam inquisiti.
Testes ex officio repeti possunt post publicationem.
Illi post conclusionem in causa, sub pretextu novæ notitiæ, an audiendi.

2 *Terminus datur Actori ad probandum, Reo verò ad se defendendum.*

3 *Utrique parti datus intelligitur, tametsi expressum non fuerit, aut ab altera tantum petitus.*

4 *Sed valeat nè major uti cum eodem privilegio termino minori dato, ex causa speciali, & proindè deducere illud idem, & de directo contrarium articulis minoris, inquiritur.*

5 *Minores renunciare non valent petitis, beneficijs.*

6 *Terminus an ipso jure impertitus intelligatur, vel parte expetente, dari debeat.*

1 Instante Fisco, semper recipi testes, usque ad sententiam, & *Carav.* testatur, & usus inolevit, cujus memor extitit *Bellug. in spec. Princip. tit. de mater. fiscal. rub.* 33. §. *rem non novam, num.* 35. *vers. nunm tamen*, *Reg. Tap. lib.*3. *jur. Regn. de termino sup. hoc. Ritu*, quique subnectit licere quoque fisco in termino impertito ad faciendum defensiones, suos examinare testes, *Foller. in prax.crim. rub. fiat publicatio proc. num.* 2. *Camp.in cap. ab illo num.* 45. & 59. *Jo: Mill.in prax.*

prax. crimin. in cap. incip. ætatis ſuæ treſdecim num. 35. quandoquè etiam ad inſtantiam inquiſiti, facta publicatione in cauſa, recipiuntur teſtes in ejus favorem, nè veritas pereat, & innocens patiatur, & non datur novus terminus pro eo, nè cauſa retardetur, illiuſque impediatur curſus, & ſic unico contextu, proceditur in cauſa ad publicationem, ad dicendum, & ad alia, & recipiuntur ejus teſtes, ut teſtatur *Carav. hoc ritu num.*2. quin teſtes ex officio benè poſſunt repeti poſt publicationem, nè delicta remaneant impunita, *Carav. rit.* 69. *Affl. in Conſt. terminum vita*, *Theſ. deciſ.* 262. *Avus meus ad Gram. dec.* 28. *num.*4. Imò teſtes, poſt concluſionem in cauſa, ſub prætextu novæ notitiæ, eſſe audiendos, docent DD. apud *Farinac. de teſtib. q.* 75. *num.* 190. *Aſin. in prax. Judic.* §. 23. *cap.* 15. *Reg. Sanfelic. in prax. Judic. ſect.* 58. *num.* 26. id quod, alij non admittunt, quos recenſet *Fontanell. dec.* 370. *num.* 19. *lib.* 2. tradentes didicitis teſtificatis non poſſe iterùm teſtes examinari, ſivè ex officio, ſivè ad inſtantiam fiſci, & inſequitur *Franciſc. Mar. Prat. reſponſ. crim.* 20. *num.* 63. *Avus meus ad Capyc. deciſ.*47.*num.*1. & *dec.* 81. *num.*3.

3 Ambabus verò partibus, ſcilicet, & Reo, & Actori ad probandum, Reo autem ad ſe defendendum, juxta *Conſtit. Regni lite legitimè conteſtata*, & *Bar. in l. in ſacris*, *C. de proxim. ſacror. ſcrin. lib.*12. & *l. exceptionem*, *Cod. de probat.* idquè, multis ex rationibus, relatis per *Affl. in dicta Conſtit. ſub num.* 19. illa potiſſimùm, quod quilibet terminus eſt communis utriq; parti, etiam ab una tantùm petitus, juxtà *rit.* 92. etiamquè, ſi expreſſum minimè fuerit, utriquè parti, ex *tex. in l. petenda*, ibiq: *Bart.* & alijs *Cod. de tempor. in integr. reſtit.* adhuc in termino beneficij, *Afflict. deciſ.* 89. *in fin. Imbrian. de* 1. & 2. *benefic. conſiderat.*1.*num.*42. & *conſider.* 3.*num.*52. *Barthol. de Capua ſingul.* 154. & in terminis etiam *Ritus* obſervat *Dom. Franc. Mar. Prat. obſerv.* 52. *num.* 11. ut præterea valeat major uti cum eodem privilegio termino minori dato ex cauſa ſpeciali, advertit *Muſcat. in prax. lib.* 1. *par.* 6. *Gloſ. communis*, *num.*4. *Prat. add. loco num.*12. & proindè deducere illud idem, & de directo contrarium articulis minoris, niſi minor limitatè petierit beneficium, nempè ad producendum de novo tantùm, nam non poterit addere probatis per ipſum, & ponere de directo contraria, *De Franch. deciſ.* 141. *num.* 6. & *deciſ.*269. *num.*7. cujus meminit *Avus meus ad Capyc. dec.* 170. ſubnectens ratione connexitatis multa concesſa, ad *deciſ.* 273. *Reg. Revit. in prag.*11. *de ordin. Judic. num.*27. *Affl. dec.*313. *Capyc. d. dec.*170. *Reg. Capyc. Latr. dec.*79. *num.* 10. *lib.*1. *Thor. in compend. dec. verb. Reſtitutio in integrum competens minori*, & ſervari in Senatu Cathaloniæ, teſtatur *Fontanel. dec.* 102. *num.* 26. *lib.*1. *Guttier. qu.*22. *num.*3. & 5. *par.* 1. *Alber. Oliva in rit. Cur. Archiep.* 28. *Viſconti ad Franch. memor. deciſ.*141. *num.* 6. & *dec.* 269. *num.* 3. utrobique *Caravita* memor, *D. Reg. de Marin. ad Revert. dec.* 164. *tom.*1. *Salgad. in laberynt. credit. par.*1. *cap.* 4. §. 3. *num.*28. *Ricc. collect.* 639. *Lara de vita hominis cap.* 25. *num.* 50. qui tradunt, quando reſtitutio conceſſa minori, proſit conſortibus majoribus non privilegiatis, & nos delibavimus in *rit.* 71. etiamſi ille, ad cujus inſtantiam fuit datus terminus, illi renunciaverit, *Muſcatell. lib.*1. *par.* 5. *Gl. defendendum num.*3. *ex Bar. in l. ſi poſt* §. *hi quoque*, *ff. de bonor. poſſeſſ. contr. tabul.* ſicuti, nec minores renunciare quibunt petitis beneficijs, *Affl.* 4
*mem. dec.*79. ubi *Urſill. de Franch. add. deciſ.* 269. *Gallup. in prax. S.C. par.*2. *cap.*31. *num.* 14.

5 Cæterùm, qui plura de termino ſcire peroptat, percurrat à nobis coacervata in *rit.* 69. & adeat *Muſcatel. par.* 5. *Gloſ. defendendum*, qinq; *num.* 6. effatum *Carav. hoc in rit.* examinant, quod terminus nunquam intelligatur ipſo jure impertitus, niſi à Judice concedatur, parte quoquè expetente, & hoc ultimum ſubnectit, à veritate eſſe alienum, nam etiam, non petente parte, datur terminus, cujus rationem affert quoq; *Reg. Revit. ſuper pragm.*7. *poſt prædictat de ordin. Judic. num.*7. & 8. eſſe hoc diſpoſitum cauſa citiùs terminandi lites.

RITUS XCI.

ITem ſervat ipſa Curia declarare in termino, qui datur ad probandum, multoties, quod per totum ſequentem diem ponat quicquid competit, &c. ut in repulſa, & beneficio reſtitutionis in integrum, non reſtitutionis dierum feriatorum, etiam in termino, qui datur in criminalibus ſuper capitulis: nam ſuper actione ordinaria non declaratur ſed intelligitur, licet in prædictis poſſet intelligi. Sed ſic ſervat hæc Curia, ubique tamen ſufficit, ubi intervenit procurator, quod infra prædictum biduum offerantur generalia, ubi procurator, intervenit, qui habet juſtam ignorantiam, puta, quia conteſtata eſt lis per procuratorem actoris, vel rei, vel ſtatim poſt conteſtationem litis per dominum, ſuit ibidem procurator conſtitutus pœnes acta, (ut fit aliquotiès.) Qui procurator poteſt intervenire, etiam in criminalibus, & ingerentibus pœnam infra relegationem, ut habetur per Doc. in l. pen. §. ad crimen, ff. de publi judi. excepto tamen crimine injuriarum, in quo non intervenit procuratur, ut C. de injur. l. fin. & hoc ſervatur per Magnam Curiam Vicariæ Nota, quod hoc biduum eſt commune, adeò continvum, quod etiam Paſcalem, vel Dominicum comprehendit, ut, ſi volo die ſequenti ponere exceptiones, vel articulos, vel poſitiones, debeo eas dare, & offerre magiſtro actorum, vel uni ex ſubactarijs, & in oblatis die feriata, dicitur oblata apud acta, non autem dicit in judicio, cum ille dies fuerit dies feriatus.

SUMMA RERUM.

1 *Procurator intervenire poteſt, ubi pœna inſligitur infra relegationem, vigore hujus Ritus.*

2 *De jure verò communi à relegatione infra.*

3 *A litera eſt ſeparationis nota, cum declarationibus.*

*Expenditur text. in cap.*1. *de pace juram. firm.*

*Quid diſpoſuerit pragm.*41. §. 3. *de offic. S.C.*

4 *Fallentiam à Carav. in hoc ritu num.* 2. *memoratam, in crimine injuriarum criminaliter moto,*

moto, *alij amplectuntur DD.*

5 *De subactuarijs, seù scribis, remissivè.*

1 PRocuratorem posse intervenire regularitèr in caußis capitalibus ingerentibus pœnam infra relegationem, ex hoc eruitur Ritu, qui concinit *textui in l. pœna, §. ad crimen, ff. de public. Judic. Jul. Clar. lib. 5. sententiar. §. fin.* integra *q. 32. Foller. in prax. crim. rub. audiantur excusatores, num. 1. & seq. Jodoc. in prax. crim. cap. 24. num. 3. Alenand. Rub.* latè *in tract. de potest. procur. in caus. crimin. Carav. in hoc ritu, & ritu* 108. *num. 1.* necnon *rit. 260. num. 8. Marant. in specul. par. 4. dist. 1. num. 31. Alfons. Montalvus in legib. fori lib. 1. tit. 10. de los Personeros l. 7. verbo Ninguno, Cyrill. Fulgeon. in summul. crim. par. 1. tit. de Procurat. §. unico, num. 1. Ant. Scappus de jure non scripto lib. 5. cap. 61. nu. 5. Bandcoff. commun. opin. crimin. par. 1. §. Procurator, Cevall. pract. opin. commun. contra commun. q. 289. Prosper Pasetbus cons. 197. num. 6.* cum speciali tamen mandato in tali causa criminali, admonent *Guid. Papa decis. 338. num. 6. Menoch. de arbitr. Judic. lib. 1. q.* 80. *num.* 145. non autem, si supra relegationem, quod abundantèr probat, more solito *Anton. Gabriel. commun. conclus. lib. 7. concl. 9. Farinac. q. 99. Dionysius Arumaus decis. Januens. 9. num. 1. Parlador. rer. quotid. cap. 20. lib. 1. num. 2. Nicolaus Reusnerus decis. 24. num. 14. lib. 1. Viv. dec. 112. num. 1. Cæsar. Barz. decis. Bonon. 152. nu. 1. Affl. decis. 64. num. 2. Bellug. in specul. Princip. rub. 4. num. 3.* Verùm, ubi principalis relegationis ipsius multaretur pœna, quid agendum, aperit *Clar. d. qu. 32. à num.* 5. & communi opinione fulciri conclusionem illa concedentem, ut procurator interveniat; sed illa militet nè in Regno vacillat animus, ob expressa verba nostri Ritus, scilicet *infra relegationem*, & sic excludit pœnam relegationis, illi namq; uti debuisset *à relegatione infra*, quibus *Capyc.* utitur in calce *dec.* 143. ubi nè quidem minimum addit verbum, quo insinua-

2 ret loqui de Jure Regni, ideò jure communi attento facere non dubitamus, maximè ob Doctores, quos memorat, in quo insuper casu loquitur idem *Clar.* id ipsum consulens, *Carav.* memor *num.* 5. qui propterea clariùs loquutus, quam *Capyc.* illius enim verba sunt: *Quod si agatur de delicto, pro quo tantummodo veniat imponenda pœna relegationis, vel alia relegatione minor, poterit procurator intervenire.* Et consecutivè implicat pœnam relegationis, & illa minorem *Capyc.* verò asseverat, posse procuratorem comparere à relegatione, infra, quo casu dubium est, si relegationis pœna contineatur propter antecedentem literam, A, quæ est sepa-

3 rationis nota, ob quam non computatur, vel tempus, vel aliud quippiam primo expressum, *Corn. cons. 279. hac consultatione sub num.* 1. & propriè *num. vol. 4. Alex. cons. 42. num. 5. vol. 3. Gratian. decis. Marchia 124. à num. 4.* optimè *Paris de Puteo de reintegr. feud. tit. de verb. signific. in princ. pag. mihi* 327. & recolimus *textum* in studiorum initijs in re gravi à nobis adductum de vassallis à decimo octavo anno, usq; ad septuagesimum jurare debentibus de pace tenenda, *in cap. 1. de pac. juram. firmand.* ubi *Glos. in vers. à decimo octavo,* insinuat teneri postquam excesserit decimum octavum, ut meritò *pragm. 41. §. 3. de offic. S.C.* volens statuere numerum votorum adhibendorum in uavis causan, eaque ex summa, & valore causarum rimari intendens, sanxit in qualibet, tàm condemnatoria, quam absolutoria sententia summæ seù valoris ducatorum ducentorum usualis monetæ ipsius Regni, aut indè supra, tria vota conformia interesse debeant, duo verò, si citra valorem ducatorum ducentorum. Illud igitur constituit primùm in summa ducatorum ducentorum, deindè addidit, aut indè supra, cognoscens legislator, quod nisi, ita locutus esset, non comprehendisset sententias ducatorum ducentorum, sed tantùm eam summam excedentes, & volens quoque eas complecti, quæ valoris essent prædictorum ducatorum ducentorum usus est præfato loquendi modo, ut advertit etiam *Reg. Rovit. illic nu.* 6.

4 Fallentiam verò hujus *rit.* regulæ à *Carav. nu. 2.* memoratam, in crimine injuriarum criminaliter moto, amplectuntur *Jodoc. add. cap. 24. sub num. 2. Bajard. ad Clar. indic. q. 32. num. 12.* & alibi noster prolixiùs erit sermo.

5 De subactuarijs hoc *Ritu* memoratis, ibi: *Vel uni ex subactarijs*, verba facit *Lucas de Penna in l. comperimus*, in ejus calce, *C. de proxim. sacr. scrin. lib. 12.* & ipsi, hoc nomine subactuariorum, eos comprehendi opinamur, quos alio peculiari scribas appellamus ex notatis à nobis ipsis in *ritu* 13. quin, & ejusmodi scribis offerri posse, eisque consignari scripturas, probat etiam *rit.* 242. Cæterùm multa de ipsis scribis congerit *Petr. Gregor. Tholos. syntagm. jur. universi. lib. 47. cap. 41.*

RITUS XCII.

ITem nota, quod in beneficio restitutionis dierum feriatarum non datur terminus, nec quod debeat per diem totum sequentem nec ad probandum in petitione, quæ de hoc offertur, quia notorium est Curiæ ferias incidisse, & terminum datum tali fuisse, de quo termino restituuntur dies, qui fuerunt feriati, & intelligitur, quod restituuntur dies, qui fuerunt feriati, intelligitur, quod restituuntur dies, qui fuerunt feriati quando inducuntur feriæ de mense Julii, & Augusti tantum: puta, datus fuit mihi terminus ad probandum per duos menses: de quibus duobus mensibus fuerunt feriati quinquaginta dies: certè isti quinquaginta dies restituuntur mihi per restitutionem in integrum ex illa clausula generali, si qua justa mihi causa videbitur. Et quia terminus est communis, restituuntur etiam adversario & una petitio sufficit, sivè ego primò petam, sivè adversarius, nam ex una petitione restituuntur mihi, & adversario propter actum, qui fit in ea, quia actus duo fiunt [illegible] per ipsam Curiam, qui sunt primi duo actus huic in observantia restitutionis in integrum, idest quod utrique parti conceditur, quod petit una pars tantùm propter actum secundum in ordine dictæ observantiæ restitutionis in integrum, quæ incipit forma actorum, & sufficit una petitio, ut dictum est.

SUM-

SUMMA RERUM

1 *Feriæ à quibus fuerint indictæ, & de earum origine, & ethymologia, remiſſivè.*
Quomodò ſint obſervandæ, & quibus in cauſis procedi poſſit, illis non obſtantibus.

2 *Appellans, ſi tempore feriarum appellationem non proſequitur, an excuſetur, vel appellatio deſerta declarari poſſit.*

3 *Conſtit. Regni incip. appellationum tempora indiſtinctè loquitur, & proindè generaliter eſt intelligenda.*
Aeſtas, & Autumnus eſt indulgentior anni pars.

4 *Feriati dies in tempore exercendæ appellationis àn includantur.*

5 *Appellans poſt appellationem proceſſus, àn teneatur feriis non obſtantibus appellationem proſequi.*

6 *Univerſitas citata, àn feriarum exceptionem opponere poſſit.*
Milites, Clerici, & Scholares, àn tempore feriarum in jus vocari poſſunt.

7 *Ceſſante cauſa impulſiva, non ceſſat diſpoſitio.*
Calphurniaſuit cauſa impulſiva ſanciendi, ut à poſtulando arcerentur mulieres.

8 *Actus juridici incumbentes ad compilationem proceſſus expediuntur in diebus feriatis, obtentu diſpenſatione à Supremo Collaterali Conſilio, quod procedatur feriis non obſtantibus.*

9 *Acta facta feriarum tempore, abſque Regia diſpenſatione, nulla facta oppoſitione de feriis, àn ſint valida.*

10 *Hujuſmodi diſpenſatio Romæ etiam eſt in uſu.*

11 *Epiſcopi diſpenſare utrum poſſint, ut feriis non obſtantibus procedatur.*

12 *Feriæ ordinariæ in Regno, quo tempore indicuntur.*

13 *Illæ introductæ ſunt in gratiam litigantium.*
Actor proindè illarum exceptionem opponere valet.

14 *Illarum objectio poteſt fieri in quacunque parte judicii.*

15 *Renunciatio feriarum, an ſit valida.*
Quid ſi fuerit facta à procuratore.

16 *Memoriale expeditum, quod, feriis non obſtantibus, procedatur, tacitam in ſe continet conditionem, ſi alter ex collitigatoribus non diſſentiat.*
Juri per alterum quæſito non præſumitur, Principem derogare velle.

17 *Fruſtatoria an ſit diſpenſatio, illam amplectens conditionem, ſi altera pars non reluctaverit.*

18 *Judices, & arbitri infra ferias, an jus dicere teneantur, partibus conſentientibus.*
Doctor ſibi contrarius ad cauſarum deciſiones allegari non poteſt.
Doctori magis eſt credendum in lecturis, quam in Conſiliis.

19 *Feriæ meſſium, & vindemiarum allegari poſſunt, tàm à teſte, quam ab Advocato.*

20 *Judices in noſtris Tribunalibus nulla admiſſa excuſatione, procedunt tempore feriarum, meſſis & vindemiæ, habita Dom. Proregis diſpenſatione.*

21 *Sicuti memorialia, quæ expediuntur pro cauſæ expeditione, feriis non obſtantibus, continent illam clauſulam, parte non reluctante, ita illam continere debent, quæ expediuntur pro cauſæ curſu, & proceſſus compilatione.*

1 ORiginem, ethymologiamque feriarum, fauſtorumque dierum prolixo ſermone, commemorant *Epiſcop. Barboſ. in collect. ad Cod. tit. de fer. lib. 2. decretal. fol. 400. Epiſcop. Ricc. collect. dec. 124. p. 1. Petr. Gregor. ſyntagm. jur. lib. 2. cap. 18. cap. de fer. & cap. 17. de vigil. Eccleſiaſt. Theſaur. deciſ. 39. Areſin. in §. appellatur num. 4. inſt. de except. Gratian. deciſ. March. 124. num. 2. & deciſ. 144.* tangitque *Oliva ad rit. 19. Cur. Archiep. num. 1.* remiſſivè *Reg. Rovit. in pragm. 1. de feriis Novar. ſuper ead. pragm. 1. & tom. 2. de gravam. vaſſall. gravamin. 187. Borrel. tom. 2. ſummar. deciſ. tit. de feriis*, & cœteri quos laudat *Franc. Maria Prato centur. 1. obſerv. 47.* quique miro ordine, ac pleno agit calamo de feriis, tùm inductis in honorem Dei, cum repentinis, ac ad utilitatem hominum introductis, aliaque è veterum, & recentiorum repetitis calculis, & qualiter practicentur toto terrarum Orbe, potiſſimum in hujuſce Civitatis ſubſelliis; adnotat, & meminit *lib. 3. diſcept. for. 50. num. 12.* Ille verò quomodo ſint obſervandæ, ac quo jure introductæ, ediſſertat, *Germon. de Sacroſanct. Immunitat. lib. 3. cap. 20.* ac multas in illis fieri vetita, atque permiſſa delibavit præcitatus *Oliva illo in loco*, & copiosè *Mandoſ. indic. commiſſ. 13.* quindecim proponens quæſita, eiſq. longa ſeriè reſpondens, & *Milens in repertor. verbo Feriatis diebus*, pauca quædam delibavit, & alia adnotavit *Epiſcop. Campanil. in diverſ. Jur. Canon. rubr. 12. cap. 13. à num. 92.* inquirens potiſſimum duobus feſtivis, num molari liceat molitori *num. 96.* nundinæ ſint nè tunc permiſſæ *num. 97.* Agaſones, & alii jumentorum vectores utrùm poſſint inceptum iter perficere, aut illud etiam incipere his diebus *num. 98.* ſententia tunc proferri nè poſſit, an in cauſa hæreſis, capi quis nè poſſit pro cauſa civili, necnon executio in bonis aut intimatio fieri *num. 100.* abſolutio à juramento concedi utrum poſſit, quidvè in cauſis miſerabilium perſonarum, *Novar. de privileg.* illorum *privileg. 52. Calvol. in ſua prax. judiciar. §. feriæ, concluſ. 2. Ricc. ad mem. rit. 19. Cur. Archiep.* In cauſa infirmorum, *Actius in tract. de infirm. par. 2. verſ. feſtis diebus*, & in omnibus aliis, in quibus periculum eſt in mora, *Theſ. mem. dec. 95. Novar. dec. 17.* verba faciens in debitore ſuſpecto de fuga.

2 An autem feriarum tempore æſtivo, quas æſtivas ferias nuncupat, *Dominus Reg. Rovit. add. prag. de feriis num. 6. & in prag. 19. de offic. Procurat. Cæſar.* valeat appellans ſe excuſare à non proſecutione appellationis, & proindè declarari appellatio deſerta an poſſit, in dubium revocatur, quamque quæſtionem tangit *Gloſ.* occaſione nacta, *text. in cap. cum dilecti de dolo, & contumac. verbo Caleret*, & in Regno attenta diſpoſi-

tione

3 tione, peculiaris *text. in const. incip. appellationum tempora*, negativam sustinendam aleam memoramus, Illa enim indistinctè, & generalitèr
sanxit appellationem prosequendam infrà quinquaginta dies ab interpositæ appellationis die,
nullaq; propterea facta distinctione de feriatum,
vel non feriarum tempore est intelligenda, *l. de pretio, ff. de public. l. generaliter de offic. Præsid.*
& tametsi feriarum tempore appellationem exerceri negaverint jura, *in l. 1. Cod. de feriis*, &
adnotat *Specul. in tit. de feriis, § sequitur, nu. 2.* quique *text.* quamvis amplexetur ferias solemnes, & repentinas, non verò messium, & vindemiarum, quarum *Imperator* meminit *in l. 1. ff. de feriis*, tamen ut advertit *Azon. in summ. ejusdem tit. num. 2.* sub illarum solemnium nuncupatione
comprehenduntur, subnectens sub *num. 4.* Æstatem, & Autumnum esse indulgentiorem anni
partem, ex J. C. *in l. omnes dies, Cod. de feriis*,
non tamen negatur, quin in tempore appellationis exercendæ dies feriati includantur, cum distinctione indicata ab *Odofred. & Bald. in ead. l. 1. Cod. de fer. & in l. 2. Cod. de temp. appellat.* ut
scilicet, si feriæ intra fatale tempus incidant, nulla ad eas fiat prorogatio, appellansque diligens
4 esse debeat illam in reliquo tempora juridico exercendo; quod si in fine temporis illæ incidant,
tunc non ipso jure, sed in integrum restitutionis
ope sit facien la prorogatio, de qua restitutione
sermocinantur hic *Ritus, & alter* 284. & declarant noster *Carav. ibid. Affl. in Constit. exceptiones sub num. 18. in 4. quæst. Fab. Montel. in prax. arb. p. 6. tertia par. num. 8.* & ad materiam loquitur *Fontanel. dec. Cathalon. 410. tom. 2.*

Cæterùm, cum appellationis prosecutio infrà
5 statutum a *Constit.* tempus non sit ipsius appellationis exercitatio, sed tantummodò actorum
transmissio ad appellationis Judicem, non est dare causam, cur in illis feriatis diebus se tueri valeat, hoc modo appellationis prosecutionem non
fecisse, juxta *Glos. in d. cap. cum dilecti, verbo Calores*, ut propterea post processus exhibitionem
non liceat uni ex partibus, altera oppugnante,
appellationis judicium tali tempore exercere, advertunt *Salyc.* & cæteri *in d. l. 1. Cod. de feriis nu. 2. & 3.*

Feriarum verò tempore in multis causis, etiam,
una ex partibus reluctante, procedi potest; &
singularitèr admonet *Luc. de Penn. in l. tam collatores, num. 14. Cod. de re militar. ex Innoc. in cap. significavit extr. de Judic.* quod si universitas
6 citetur, hanc feriarum exceptionem opponere
non valeat, id, quod decidere *text. in d. cap. significavit*, videtur ad quem se refert *Bal. in l. 5. Cod. de fer.* & tradit *Los. de jur. univers. cap. 1. n. 47.* laudatus à *Josepho Mele ad Gizzarell. decis. 58.*
quorum opinioni contradicit *Angel. in l. mox cit. l. 1. num. 4.* ut etiam in causis universitatis feriæ
currant, etsi illa per syndicos respondeat, ex
Bald. in eadem l. 1. vers. ex illa, Glos. Collige, & aliis DD. quin objurgat *Angel.* nonnullos Canonistas contrarium sustinentes, confirmat *Castr. in ead. l. 1. num. 4.* & concinunt, quæ adnotat ibidem *Odofred. sub num. 1. vers. quid ergo dicemus*,
in quæstione illa, an milites, clerici, & scholares, qui rurales non sunt harum feriarum tempore in jus vocari possint, ex quo cessat effectus
prohibitionis, & concludit negativè, fretus authoritate *Jo. & Azon.* insequitur *Pyleus in suis quæst. q. 123. Barthol. Brixens. inter Venereal. q. 28. tit. de feriis*, licet enim ipsi talibus non implicentur, alii tamen, quibus indigent, ut Advocati, testes, &c. impedimento detinentur, *arg. l. interdum de Judic. & l. 1. Cod. de dilat.* quin talis
occupatio circa rusticalia, haud causa extitit finalis, sed dumtaxàt impulsiva, illaque propterea
7 cessante, dispositio non remoratur, & Calphurniæ *Odofred.* meminit, quæ a postulando, ut arcerentur mulieres, causam dedit, *l. 1. § origo de postuland.* nam licèt ad præsens non essent fœminæ,
adeò improbæ, ut Calphurnia, non tamen ad
postulandum admitterentur, nam illa fuit causa
impulsiva.

Hinc inolevit praxis, quod quando partes Ju-
8 dicium ciptum, vel appellationem prosequi intendunt, obtinent dispensationem ab Excellentissimo Regni Prorege, quod procedatur, feriis
non obstantibus, cuius vigore, etiam convento
invito, proceditur, processusque compilatur, teste *Cons. Gizzar. decis. 58.* quem insequitur *Prat. add. observat. 47. num. 55.* quique *Gizzar.* perira-
9 ctet articulum, an acta tali tempore facta sustineatur, non opposita ab altera ex parte feriarum exceptione, & affirmativè concludit, quem examinat *Prat. ibid. num. 60.* atque ideò, si Proregis
dispensatio absit, una contradicente, nequeant
in causa Judices procedere, teneanturq; in syndicatu, post *Bal. cons. 6. vol. 3. & consil. 467. vol. 1.*
10 docet *Aun. singul. 192.* quam dispensationem, ut
feriis non obstantibus, procedatur Romæ etiam
usitari, colligimus ex *commissione* relata per *Mandos. in sua praxi commission.* & propriè *commiss. 13.* quin, & Episcopus quoquè validè dispensa-
11 bit, si probatum fuerit, consuevisse facere, non
tamen impediretur altera pars appellare, nisi præterea constiterit consuevisse derogare feriis, etiam
altera parte invita, juxta notata per *Sebastian. Medic. dec. Marchiæ 63. à vers. non obstat derogatio, sub n. 21.*

Verùm circa memoratam dispensationem, ob-
12 servo hujusmodi ferias æstivas indictas in Regno
à die 14. Julii cujuslibet anni usque ad diem 8.
mensis Septembris, expetentibus Electis hujus
Civitatis, prorogatas per alios dies, aliquando
usq; ad 4. diem Octobris, & ut plurimum ad
diem 18. ejusdem mensis Octob. in quibus includuntur, tàm feriæ Cæriales, sivè messium, quam
13 vindemiales, in gratiam litigantium introductas
esse non ipsorum Judicum, ut scribit *Thesaur. dec. 59. post num. 3.* Actoris scilicet & Rei, & proptereà utriusque consensum necessarium forè, ut
tali tempore procedi possit, habetur in sæpè *cit. l. 1. de feriis*, sub illis verbis, *hique spontè venerint*,
& deindè, *& spontè litigantibus*, quæque verba
cautè per J. C. rescripta fuisse, admonet ibidem
Alberic. num. 2. & in specie, quod Actor quoquè
feriarum exceptionem opponere queat, dixit *Bal. in d. l. 2. § excipiuntur num. 3.* ubi *Angel. num. 4.*
14 subnectit, hanc obiectionem fieri posse in quacumque parte Judicii, quamvis exceptio sit dilatoria, ex *l. 2. ff. de except. Menoch. de arbitr. Judic. lib. 1. centur. 3. cas. 140. num. 3.* quæ ante litis
con-

contestationem est opponenda, *Glos.* est mag stralis *in cap. exceptionem de except. in verb. In dilatorii*, quod verùm esse, inquit, respectu effectus consumati, non verò consumandi, cum enim singulares judiciorum actus sint de per se, sequitur quod ille, qui in uno actu non allegavit, valeat in alio.

Quod si expressè, ac simpliciter feriis aliquandò renunciaverit, illas amplius allegare nequi-
15 bit, *Glos. in cap. sapè, de verbor. signific. in Clem. verbo per plurare*, quæ renunciatio, an fieri possit per procuratorem, inquirit *Prat. citat. à num.62.*

Unde si utriquè hanc feriarum exceptionem allegare licet, utriusquè exquiritur assensus, ut
16 illis minimè obstantibus, procedi possit, indubitati est, quod quando una ex partibus expetit diplomata dispensationis, procedendi in his feriatis diebus, illam tacitam conditionem continere, si altera nempè pars non dissentiat, cum juri per alterum quæsito Principem derogare haud præsumatur, *l. 2. ff. quis à Principe, ff. ne quid in loco publico, l. nec Avus, C. de Eman.* quæ jura ad hoc adducit *Isern. in cap.1. num.5. qualit.vasfall.jurar. deb.fidelit.* ibidemquè *Episcop. Liparul. in verbo Si quis à Principe*, *Rebuff.* laudans *in pract. beneficiar. in reg. de non toll. jus quæsit.* adeò quod si derogaret, deceptus præsumeretur, *Dec. consi.1. in 3. col. in fin. & cons.468.num.20. & 544.* Nec frustratoria judicanda erit hujusmo-
17 di dispensatio, illam amplectens conditionem, si altera non reluctaverit pars, cum judicium validum infra ferias existat, partibus assentientibus, si quidem has decretationes à nostris Practicis inveteras credimus ad remorandum antinomiam enasci solitam, si partes istis feriis renunciare valuissent, ad tradita per *DD. in cit. l. t. & in cap. conquestus de feriis*, potissimum, cum illæ statutariæ dicantur ex calore æstivo introductæ, *Jas. ibidem*, quæ major cautela adhiberi solet ad omnem tollendam dubitationem, quæ poterat subesse, ut dicit *Surd. decis. 13. num. 14.* Vel illæ impetrantur respectu Judicum, qui infra ferias jus dicere non obstringuntur partibus quoque volentibus, *Thesaur. add. dec. 39. vers. adverte*, nihil adducens pro ejus dicti tuitione, quod expressè tradit *Bal. in d.l.1. num.5. de feriis*, & est de mente *Glos. in clem. sapè, verbo Valeat & verbor. signific. & Speculat. de arbitr. vers. Sed nunquid tunc sedere*, subdit verba: *Sed nunquid tenetur sedere, & audire diebus feriatis, quibus audire potest ex pacto partium, ex quo partes renunciaverunt. Resp. ude, non, sicuti, & Judex, quia hoc pactum non ligat arbitros, vel Judicem, potest tamen, si velit*, inducendo eas leges, quas ibi laudat, & quamvis *Bal. cons.6. num. 2.* autumet, Speculatoris effatum non tueri, nec ratione, ne-
18 que lege, ejusque dictis occurrat, ibi, & in *cons.467. num.2.* ajens, neminem ex *DD.* tangere aliquid, quod Judex ferias allegare queat, *Bal.* insequitur *Anna singul. 192. & Borrell. in summ. decis. tit.38. de feriis, num. 119. in 18. declarat.* attamen *Baldi* dictum non sustentabile redditur, uti parum sibi constans, cum aliter dixerit *in lectura de feriis loco mox adducto*, ut propterea ad decisionem causarum allegari nequeat, teste *Pras.* *de Franch. decis. 240. num. 16.* magisquè illi fides adhibeatur in lecturis, quam in consiliis, sæpè sæpius editis, ut causæ consulatur, *Ant. Mar. Corat. de elect. opin. tit. de auctor. DD. inspect.9. nu. 71. & tit. qui Doct. faciant commun. opin. à nu. 43.* & etsi ipsemet *Bald. in 2. lectur. ad memor.l.1. de feriis num.4.* dicat: *Nota, quod Judex non potest dissentire, si partes consentiant, ut procedatur die feriata ob messem*, tamen parum refert, innititur namquè *clem. sapè*, quæ hoc minimè sancit, sed ibi deciditur, quod ubi causæ committuntur, ut procedatur simpliciter, & de plano absque judicii figura, procedi tali tempore possit, quod ultro affirmamus, imò *Glos. ibid.* negat in Judice, & arbitro, dum se refert ad *Speculat. loco cit. & Innoc.* quem omninò legendum admonet *in capit. significaverunt, de testib. in fin.* quinimò *Paul. de Castro ead. in l.1. §. 1.* tradit expressè feriarum renunciationem arbitris præjudicium haud inferre, nisi in documento dictum sit, procedi etiam tempore feriarum, eo namquè casu acceptando compromissum, arbitri consentire videntur, *l. 3. §.1. de a bitr. Ang. & Bal. in d. l. 1 §.1.* declarat *Balzaran. in Consil. Bajulos num. 16* & hanc aliam sustinet *Reg. Rovit. in pragm. de feriis, num. 6.* etiam si dispensatio obtineatur, quæ Judicibus haud præjudicat, insequitur *Joseph Mele ad Gizzar. dec.58. num.15. & 25. Novar. in collect. 95. num.2. pragm.de Angel. ad eand. decis. Gizzarell. num.6.* advertens, talem consensum non afferre Judicibus præjudicium, ex *Ann. sing. 192.* qui totum oppositum astruit, quisque ferias nedùm
19 partes, sed testes, & Advocati allegare possunt, *Castrens. in d. l.1. num.5. Thesaur. cit. decis.39.n. 2. Prat. supr. cit. num. 90. Reg. de Marin. lib. 1. quotid. cap. 118.* Igitur, sivè indubitati sit partium consensum præjudicare Judicibus, sivè dubium sit, utroquè casu dispensatio verificari potest respectu illorum, & haud frustratoria redditur.

Non reticeam tamen, quod quandiù in hisce
20 supremis Tribunalibus versatus fui, nunquam vidi a Judicibus in controversiam hoc deduci, qui etiam supremi de causis nunquam stomacati, ut isto utar vocabulo, fuerunt, sed causarum commissiones semper anhelantes ex nimia eorum charitate litigantes audiunt, eisque jus dicunt, ut indicat *Prat. ad Muscatel. par. 3. Glos. dilatorias, & memor. observ.47. num.91.*

21 Et si obtenta dispensatione, ut procedatur, feriis non obstantibus ad expeditionem alicujus causæ, instructo jam processu, vel ad decisionem articuli juris, ad instantiam partis renuentis, aliud memoriale expeditur, quod ipsa reluctante, non procedatur, cur eadem servari non debet regula in causæ cursu, & processus compilatione, eadem, imò majori, vigente ratione, eum majus tempus, majorque occupatio in compilando processum, quam in proferenda sententia exquirantur, & decreta fieri contingunt in cursu causæ, quæ tale præjudicium causæ parant, quod per sententiam reparari non possit. Tu cogita, nam contrario jure utimur.

Ad exornatum hujus Ritus, & pro ejus praxi. Videas *Affl. in consti. exceptiones, sub num. 18. in 4. q. Folter. in prax. crim. rub. accus. contum.nu.*

4. Fab. Montell. in prax. arbitr. p. 6. 3. par. num. 8. Marant. in specul. par. 4. dist. 16. num. 83. Jodoc. in prax. civil. cap. 119. Ricc. collect. dec. 74. Gallup. in prax. S.C. cap. 4. de contumac. n. 5.

RITUS XCIII.

ITem servat ipsa Curia, quod responsiones partium, quæ fiunt super articulis, exceptionibus, & positionibus: possunt fieri usque ad conclusionem exclusivè: sivè infrà terminum præcessit citatio, quod veniat ad respondendum, sivè non: & sivè sint reprobatoriæ exceptiones, sivè non; & quandoque etiam procuratores respondent, quando essent informati à principalibus per instrumentum exindè confectum, ad sic respondendum hoc tamen scilicet respondere per procuratorem est in arbitrio Curiæ. Item nota, quod quando aliquis comparet eadem die usque ad primum somnum, revocatur bannum, vel condemnatio ad tertiam, & licet non comparuerit Curia pro Tribunali sedente, dicitur in actu, comparuit Curia pro Tribunali sedente.

SUMMA RERUM.

1 *Depositio principalis, quo tempore peti possit, discutitur, tàm attento Jure quàm Rituum sanctione, & pragm. Regni.*

2 *Procurator effectus Dominus, litis àn teneatur respondere, facta depositione per principalem.*

Cedens teneatur ne deponere.

3 *Procurator respondere potest nomine principalis, si habeat speciale mandatum.*

4 *Quod sufficiat ne ad respondendum vel ad sic respondendum.*

5 *Procuratores absq; speciali mandato declarationes circa usum testium, & scripturarum, facere non possunt.*

Nec compromittere, & terminum prorogare, cum declarationibus.

6 *De interrogationibus faciendis, & comparitione de foro, remissivè.*

IN hac parte sunt plures Ritus ad invicem sibi contrarii, quandoquidem *Rit.* 70. sanxit deposi-
1 tionem principalis faciendam infrà terminum datum ad probandum *Rit.* autem 79. disponit faciendam esse quandocumque fuerit ab altera parte petita: hoc verò in *Ritu* usque ad conclusionem, quorum concordia erit usque ad conclusionem permitti, si instante parte facienda erit, quod si officio Judicis quandocunquè, etiam post conclusionem, teste *Afflict. in rub. 25. Constit. Regni de interrog. litigator. lib. 2. Ursill. dec. 115. nu. 2. Michalor. in tract. deposit. cap. 27. Ricc. collect. decis. 141. Muscatel. in prax. civil. lib. 1. par. 5. Glos. legaliores*, quamvis usus, tùm S.C. tùm reliquorum Tribunalium Regni permittat fieri dictam petitionem posse, quandocunque, adhùc post conclusionem, teste *Dom. de Franch. dec. 220. n. 5. & dec. 263. num. 11.* opitulaturq; *Sayr. dec. 3. de fide instrum. Ann. singul. 501. Mastrill. de Magistr. par. 2. lib. 5. cap. 13. num. 6.* eò quod in Regno sola facti veritate inspecta proceditur, ex *pragm. 1. de ordin. Judic. & rit. 288. & 289. Muscatell. add. loco num. 11. Marcell. Calà de mod. articul. Glos. 7. §. 1. num. 47. Dom. Consil. Hodiern. ad Surd. decis. 17. num. 6. & Carav.* memorat *Reg. Sanfel. in prax. sect. 2. num. 2. Thor. par. 2. compend. decis. verbo Tutor an cogi, Reg. Capyc. Latro dec. 88. num. 1. in fin. lib. 1. Gizzar. dec. 66.* Jure autem communi attento, utrùm possit post publicationem, extat *decis. Rota Pedemontana* distinctione utens apud *Osachum dec. 10. Thesaur. decis. 93. Peregr. decis. Patav. 126. n. 9.*

Verùm his nostris temporibus extat in Regno *prag. 77. de offic. S. C. §. 7.* quæ concinit huic Ritui, de quo meminit *Apicell. alleg. 4. num. 2.* novissime situata *sub tit. de dilat.* & est 4. *cap. 7.* cujus memores sunt *Prat. ad Muscatell. loco cit. ad num. 11. Regnes de Marinis lib. 2. quotid. resolut. cap. 235. num. 3. Gizzarell. ad Regnes Capyc. Latr. decis. 86. num. 3. lib. 1.* qua sancitur, illam ad conclusionem usque posse, dummodo depositio non petatur super novis post conclusionem supervenientibus, absque tamen calumnia, cui collimat singulare *Glos.* dictum *in l. in contractibus, §. illo verbo Offerre, in fine vers. Sed potest respondere C. de non numer. pecun.* & quot modis dicatur conclusum in causa ad concludendam memoratam depositionem notat in eadem *pragm. Reg. Rovit. nu. 2. ex Reguera decis. 231. à num. 3.*

Personas autem omnes, quæ tanquam principales coguntur deponere enumerat *Reg. Rovit. in prag. 8. n. 30. de ordin. Judic.*

2 Et quod procurator effectus dominus litis teneatur respondere quamvis principalis deposuerit *Bal.* authoritate fretus obtinuisse autumat *Apicel. cit. alleg. 4. num. 18.* necnon confirmat *ex Scaglione rit. 119.* & ait *Reg. Sanfel. in prax judiciar. sect. 48. num. 14.* àn cedens obstringatur inquirit *Ursill. ad Afflict. decis. 79. num. 5.* & pertractat *Reg. Sanfelic. decis. 169. lib. 2.* & de Cessionario constituto in rem proprium, sermocinantur *Marant. in l. si actor. num. 63. ff. de procur. Thor. in compend. decis. verb. Principalis, par. 1.* & diximus *Rit. 70.*

3 Ex his vero *Ritus* verbis *ad sic respondendum* non tantum à nobis relata in *rit. 79.* comprobantur, ut principalis depositio expleri valeat, & fieri ab illius procuratore, verum eorum virtute autumat eximius vir *Rovitus*, non satis esse mandatum speciale ad deponendum, nisi etiam expressè in mandato additus fuerit modus, respondendi, affirmativus, scilicet, vel negativus, in *prag. 8. num. 21. de ordin. Judic.* quin idem *Regens* longiori manu hoc examinat in *decis. 34.* in qua agit de intellectu, tùm *rit. 79.* tum hujusce 93. & ex DD. traditionibus rerumque judicatarum exemplis liquido convicini veriorem illam esse opinionem, specialissimum requiri mandatum, ad sic, & sic, respondendum, juxta hunc Ritum, nec sat esse, quod sit simpliciter constitutus procurator in causa, absque potestate deponendi, vel quod habeat mandatum ad omnes causas, & potestatem jurandi, & ad deponendum, aut elargita talis facultas deponendi in aliqua causa particulari, & non in genere ad om-

nes

nes cauſas ſubnectit item aliquas reſtrictiones pro denegatione hujuſce depoſitionis, veluti ſi calumnioſa, vel non, elevans foret; & *Roviti deciſ.* memores ſunt *Gallapp. in prax. S. C. par. 2. cap. 19. num. 17. Dom. Reg. de Marin. ad Revrt. deciſ. 139. nu. 2. Prat. ad Muſcat. add. Gl. legaliores ad nu. 30.* quod dixerat *par. 3. Gloſ. hæreditaria, verſ. ſed notabilis*, & advertit *Auus meus ad Gramm. deciſ. 28. ſub nu. 11.*

4 Hinc procuratores, abſque ſpeciali mandato declarationes circa uſum teſtium, & ſcripturarum facere non valent, idem *Auus meus add. loco eod. num. 11. & ad Capyc. deciſ. 67. à num. 4. Thor. par. 1. compend. deciſ. verb. Declaratio, & verbo Procurator*, nec compromittere, *l. tranſactio, C. de tranſact.* ſi voluntarie fiat compromiſſum, non ſi ex ſtatuti neceſſitate, quo caſu non poſſunt eligere arbitros, *Blanc. de comprom. q. 3. num. 56. Cavenſ. in pragm. odia litium de arbitr.* ibidemquè *Regens Rovit.* nec terminum prorogare poſſunt, *Amenel. ſingul. 19. Caroc. in reg. cum quid, par. 1. verſ. limitatur tertio, num. 27.*

Numquid autem interrogatio facienda à prin-
5 cipalibus fieri debeat ſuper articulis, àn ſuper interrogatoriis. Videas eundem *Reg. Rovit. in d. pragm. 8. num. 4. Carav.* laudantem *Maraut. in ſpecul. par. 6. actu 4. num. 6. & 12. Jodoc. in prax. civil. cap. 152. num. 7.* & de interrogatoriis loquitur *Fontanell. deciſ. Cathal. 193. num. 8. lib. 1. & deciſ. 487. lib. 2.* & de interrogatoriis faciendis ex officio per Judicem, ſermocinantur, *Gayll. lib. 1. pract. obſerv. 95. num. 8. Jodoc. in d. prax. cap. 191. num. 6. Alber. Galeot. in margar. c. 18. nu. 2.* De comparitione contumacis uſque ad primum ſomnum vigore hujus Ritus meminit *Auus meus ad Gramm. deciſ. 52. num. 10.* & nos alibi tractamus.

RITUS XCIV.

ITem ſervat ipſa Curia in principali cauſa civiliter, vel criminaliter, & in fidejuſſoribus ſuis quando citantur ad aliquem actum poſt conteſtationem litis, quod illo ſero, quo debuit comparere ad citationem factam, accuſatur contumacia tantum, & ſequenti ſero fit condemnatio, & deindè ipſo ſequenti die fit ille actus, ad quem fuit citatus, & abindè in anteà quandocunquè, in teſtibus autem ſervatur alius modus, quia illo ſero, quo debuerunt comparere, accuſatur contumacia contra eos non comparentes per fiſcum, ſi cauſa erat ex officio, vel per accuſatorem, vel per alium agentem civiliter, & deindè expectantur triduo ipſi teſtes, & poſtea condemnantur; immò ſolet eis teſtibus ſervari æquitas, ut durante termino, infra quem jurare poſſunt, non condemnentur, poteſt etiam fieri contra eos condemnatio ante ultimum diem termini (ut dictum eſt,) per quod ſciant diem, quo debuerunt comparere, & ſit accuſata contumacia.

SUMMA RERUM

1 *Citationem à jure divino prodire, oſtenditur.*
Jus naturale idem ac divinum eſt.
2 *Illius defectus inſanabilis eſt, etiam ſi conſtet de bono jure.*
3 *Illa ubicunque requiritur, actum procedere oportet.*
4 *Quæ continere debeat.*
Per edictum fieri quando poſſit.
5 *Perſonalis requiritur ad reſidendum, alias ad privandum.*
6 *Citatio perſonalis in civilibus cauſis, an ſemper ſit neceſſaria, an ſufficiat, ſi fiat domi.*
Quid in cauſis criminalibus.
7 *Jure attento Regni, àn domi facta ſubſiſtat, non conſtito de diligentia pro reperiendo citandum de perſona, latè inquiritur.*
Exornatur prag. 2. de ord Judic. quæ àn alternativè loquatur perſonaliter, ſcilicet, vel domi, oſtenditur.
8 *Illa ſubſiſtat, non adjecta clauſula in relatione, ſuæ ſolitæ habitationis.*
9 *Facta non in domo propria inquiſiti ſed in aliena, ubi degere inquiſitus non ſolet, non tenet, quid ſi fuerit facta in apotheca, vel in domicilio viri, uxor. notificata, & Clerico in loco beneficii, & Baroni in loco feudi.*
10 *Eam feciſſe Nuncio dicenti, an potius parti neganti, credendum ſit.*
11 *Generalis citatio ad totam cauſam, àn ſubſiſtat, & procedi poſſit ad ſententiam.*
12 *Alia citationis materiam tangentia, recenſentur remiſſivè.*
13 *Illa auferri, & prohiberi à Principe, àn poſſit.*
Exquiratur ne in Principis ſententia.
14 *Quæ ſit forma faciendi citationem in Regno traditur.*
15 *Relatio facienda per Nuncium de citatione facta extra locum Judicii, àn requirat ſubſcriptionem teſtium, àn verò ſufficiat dicere, ſe citaſſe coram teſtibus, cum nomine, & cognomine.*
Expenduntur pragm. 2. de ord. judic. & prag. 28. de offic. S. C.
Nonnulla de porteriis S. C. & alguteriis notantur.
16 *Citatio in loco judicii facta, cum Nuncii renunciatione, fuiſſe præſentem unum teſtem, àn valida ſit.*
Deciſio apud Tom. Præſid. de Franch. 560. in dubium revocatur, & adductis per eundem Præſid. Auctor occurrit.
Utile per inutile non vitiatur.
Superflua non nocet.
Aſſenſus qui non eſt neceſſarius, ſi ritè non fuerit impetratus, contractum non vitiat, cum aliis ad materiam.
17 *Citationem abfuiſſe probatur, eo ipſo, quod in actis non apparet interceſſiſſe.*
18 *Contumacia quæ die incuſanda ſit, & hujus ritus praxis indicatur.*

1 A Jure Divino prodire citationem, de qua meminit *Ritus* noster, ibi: *ad citationem Genesis cap.* 3. præportat, necnon *caput* 4. quorum priori instruimur, quod Deus Omnipotens antequam Adamum judicaret, ascivit, illis quippè verbis: *Adam ubi es*, posteriori verò, dùm Cain in jus vocavit, inquiens: *Ubi est Abel frater tuus?* itaque unumquemlibet citandum, etiam diabolum certum est, idque adeò quod ipsius citationis defectus insanabilis est, eo quod naturalem aufert defensionem de jure naturali, & Divino competentem, *Rota* coram *Cavalerio in dec.* 179. *num.* 2. *par.* 1. *tom.* 1. apud *Farinac* ut propterea de Jure Divino illam prodire, firmant *Menoch. de arbitr. Judic. lib.* 1. *quæst.* 17. *num.* 5. *Jo. Bapt. Asin. in pract. civil.* §. 1. *cap.* 1. *num.* 27. *addit. ad Vest. lib.* 5. *cap.* 12. *num.* 7. *Cevall. commun. controv. commun. lib.* 1. *quæst.* 175. *Regens Tapia decis. Supr. Consil.* 5. *num.* 2. *Camil. de la Ratha cons.* 100. *Giurba consil. crimin.* 39. *num.* 42. *Regens Valenz. consil.* 6. *num.* 7. *Regens Galeota lib.* 2. *controvers.* 12. *num.* 27. *Franciscus Mar. Prat. in addit. ad Muscatell. lib.* 1. *par.* 7. *Glos. sententiam*, *Consiliar. Rocc. tom.* 1. *responso* 52. *num.* 1. quidquid autumet *Sarmiento selectar. interpretat. lib.* 2. *cap.* 14. *sub num.* 7. ridiculum esse, ex illa Adami vocatione inferri, citationem de Jure esse Divino, solumque admittit de jure naturæ. At author iste ingenii tam perspicacis haud perpendit jus naturale, idem ac divinum esse, ex exaratis à *Borrell. de magistrat. edict. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 11. hancque veritatem confitetur *Ambros. Sanus in lib. de Paradis. cap.* 14. dum inquit. *Non enim ignotum domino erat, ubi esset Adamus, dicendo, ubi es? voluit sua misericordia, nè indefensus periret., illum citare,* refert *Borrell. in summ. decis. tit.* 44. *de citat. num.* 1.

2 Et illa requiritur, quamvis constet de bono jure ipsius partis, subdit *Rota memor. num.* 3. Imò unumquemque actum parti notificandum esse monet vulgatus *text. in l. de unoquoque*, *ff. de re judicat.* & alii quos *Gabriel* memorat *conclus.* 1. *num.* 1. *tit. de citation.* necnon *Ricc.* qui infinitos cumulat casus, sivè actus necessarios requirentes citationem *collect.* 2103. 2145. 2299. & 2412. *par.* 6. *Reg. Valenzuol. cons.* 6. *tom.* 1. quin

3 & illa ubicumque requiritur, actum præcedere oporteret, nec sufficeret, si ille postmodum intimaretur, ex eadem *Rota decis.* 274. *num.* 3. *eod. tom.* 1.

4 Citatio autem ipsa, quæ continere debeat, extruit *Gayll. observ.* 48. *cum multis sequent. lib.* 1. potissimumque diem, tempus, atque horam ita quod si, illis omissis, subsistat nè, an citius perimat, inquirit *Cevaglios qu.* 809. *tom.* 3. per edictum verò fieri, quando permittitur, vide eundem *Cevagl. num.* 22. & *q.* 898. *num.* 29. *Gayll. observ.* 52. *eod. lib.* 1. *Ricc. par.* 6. *collect.* 3106. 2212. & 2290. *Auum meum ad Gramm. decis.* 26. *num.* 13. potissimùm, quod citandùs degit in loco infidelium *Consil. Franch. Rocc. tom.* 1. *respons.* 29. *sub num.* 1. lateque pertractat *Jo. Bapt. Ventriglia in prax. notab. rer. annot.* 7. §. *unico de cit. per edictum lib.* 1.

5 Verùm non nisi personaliter citandum esse absentem ad personaliter residendum, vel privandum beneficio, ex *Federic. de Senis cons.* 109. deducit *Cevagl.* & usu comprobari memorat *ead. q.* 809. *num.* 17. & 18. suppetitquè *Caputaq. decis.* 114. *par.* 1. Et alijs in causis decidit, absentem citari posse ad residendum, tribus publicis edictis, & expectari per sex menses antequam properetur ad sententiam privatoriam, ut est videre *in decis. Seraphini* 1346. & 1366. *par.* 2. atque *in Mediolanens. Cappell.* 9. *Maij* 1614. *coram Coccino num.* 2. adducta insupèr *Caputaq.* decisio generatim loquens, concludit citationem personalem præmittendam esse ubicunque agitur de privatione alicujus juris

6 Regularitèr verò, jure communi attento, in civilibus causis non esse necessariam personalem citationem, sed domi sufficere deducitur, ex *tex. in l.* 1. §. *permittitur*, *ff. de delibe. agnosc. l. aut qualiter*, §. *si certè*, *ff. quod vi, aut clam*, quæ jura cum *Innoc. in cap. si adversarius de eo qui mittitur in possess. caus. rei serv.* ac *Bal. in l. ut perfectius*, super *Glos. in verbo Domicilium*, *col.* 2. *C. de ann. except.* laudat *Mandos. de inhibition. q.* 67. *num.* 2. & *in tract. monit. qu.* 26. *num.* 6. In causis verò capitalibus discordes sunt jurisprudentes, nam alij veluti à *Farinac.* 1. *loco de inquisit. q.* 11. sat esse, si inquisitus citetur domi suæ solitæ habitationis, alij verò sub *eod. num. à vers. & licet nonnulli*, hoc tunc demum admittunt, quando, adhibitis diligentijs, Nuncius refert illum invenire nequisse.

7 Jure verò nostri Regni *Affl. in Constit. citationis litera*, ipsi Const. innixus, autumat, domi factam non sufficere, nisi prius, adhibita per Civitatem diligentia illius copia omninò haberi non possit, id quod fuit de mente *Bart. in l.* 4. §. *prætor ait*, *de damn. infect.* insequuti *ab Abb. in cap. causam*, *de dolo*, & *contumac. Afflict.* verò contradicit *Foller. in prax. crim. verbo Vel eos verbalit. citar. fac. num.* 28. *ex pragm. incip. quilibet*, quæ est 2. *de ordin. Judic.* alternativè loquente, personaliter, scilicet, vel domi, ut propterà Nuntio permissum videatur, ut directò ad domum citandi, non aliter facta perquisitione; accedere queat, quaque *pragm.* approbatur *Bal.* sententia *in l. consentaneum*, *col. ult. C. quom. & quando Judex*, & ubiq; servari subnectit *Foller.* & admonet *Marant. in specul. tit. de cit. num.* 103. & tradit *Reg. de Marin. lib.* 1. *quotid. res. cap.* 340. *nu.* 2. in quo ostendit modum citandi Capitulum, Collegium, Universitatem, &c. aliaque ad exornatum *memor. prag.* 2. subnectit *Reg. Capyc. Latr. decis.* 161. *num.* 8. *lib.* 2.

Verùm adversus *Follerij* effatum, ut ex alternativa in *pragm.* 2. contenta minimè inducta sit, electio citandi, sed potiùs citationis ordo positus, concinunt jura adducta à *Lanfranch. de citat. nu.* 3. ad probandum illam fieri debere, vel personaliter vel domi, *in add. l.* 1. §. 1. *de lib. agnosc. in l. scire oportet*, §. *sufficiat*, *de excusat. tut.* & *in l. aut qui aliter*, §. *certè*, *ff. quod vi, aut clam*, ac *in cap. causam quæ*, *de dol. & contum.* quin *Lanfranch.* subjungit alternativam in præfatis juribus enunciatam, intelligi, quod quis personaliter, si reperiatur, sin autem domi citandus sit, quamque aleam fuisse sectatum, *Riccard. de Malumb.* & *Dyn. in d. l.* 4. §. *prætor*, *de damn. infect. Inn. Bart.* & *Imol.*

& Imol. Attamen, quia isthæc alternativa in pragmatica, seu statuto adjecta est, meritò non ad citandi ordinem, sed ad citantis electionem respexisse affirmandum est, ut statutum ultra jus commune aliquid operetur, ut ibidem perpendit *Lanfranch. arg l. si quando, de legat.* 1. hocq; servari in Statu Ecclesiastico, vigore *Aegidiana Const.* testatur *Cartar. de exec. sent. cap. fin. num.* 180. *vers. tamen & de jure communi*, & refert *add. Farinac.* quod licet sat sit domi citasse, tamen in Urbe servari, ut ultra schedulam, seu citationis copiam domi per Nuncium dimissam, fit de stylo, ut consimilis copia in Curiæ valvis affigatur, nisi Judex in forma citationis expresserit, personaliter citetis, si de persona reperiri contingat; tunc namquè Nuncij relatio adhibitæ diligentiæ anteire debeat, ipsemet *Farinac.* subnectit, & molevisse stylum Auditoris Cameræ, meminit *Foller. in prax. canonic. verbo Reperti culpabiles num.* 18. admonens hoc quippè casu Nuncio referente se domi citasse, non constito de diligentia pro reperiendo de persona, nullaque concurrente ipsiusmet Nuncij de illa attestatione, cui cum juramento adhibetur fides, ex *Bellam. dec.* 200. *&* 319. citationem nullitate evidenter pollere, quod albo lapillo notandum memoro, quia in citationibus ad informandum, & ad capitula, hujusmodi citandi formam vidi, & communiter fieri fatetur *Præs. de Franch. dec.* 322. *in princ.* videlicet citetis personalitèr, si reperiri personalitèr contegerit, sin autem domi suæ solitæ habitationis.

8 An verò illa subsistat non adjecta clausula in relatione, suæ solitæ habitationis; affirmativè resoluit *Reg. Sanfel. dec.* 225. *num.* 8. tradens, nulla lege esse provisum, quod in relatione exprimatur clausula illa, & meminit *Thor. in supplem. compend. verb. citatio nu vitietur*, & quid si dicetur domi, sed tantùm citasse forma, & modo sibi commissis, extricat *Avus meus ad Gramm. cons.* 1. *sub num.* 2. *post decis.* & notabilem causam dispungit *Laganar. ad Rovit. super pragm.* 2. *lit. A. de citat.*

9 Ut autem citatio domi facta, subsistat, opus est, Nuncius referat, inquisitum citasse domi propriæ, si namquè in aliena fieret; ubi degere inquisitus non solet, haud tenet, ut ex *Abb. Nell. Clar. Cart. Farin.* advertit *adduct. q.* 21. *num.* 41. *vers. & in proposito advertas*, quibus fretus respondi in causa Pompilij Lombardi, literas executoriales relaxatas vigore apocæ banci, effectum sortiri non posse, ut audiri nequivisset, nisi in vinculis, vel facto deposito, juxta Regni sanctionem, ex quo Pompilius fuerat in quodam hospitio citatus, non de persona, sed relicta cantella à Porterio (ita cum Neapoli Nuncios nuncupamus, quos citatores alij vocant, de quibus *Spec. in tit. de citat. §. sequitur, num.* 5. *Schrad. de feud. tom.* 2. *par.* 10. *sect.* 16. *verb. Nuncius, nu.* 40.) & inspecie adduxi *Alex. Apostill. in add. §. ait prætor, num.* 8. quia locus hospitij non est locus, ubi degit, *l.* 1. *§. habitare de his, qui vi effud. & Lanfranc. indic. tract. de citat. num.* 5. idem affirmantem de citatione facta in apotheca, insequitur *Troyf. in prag.* 2. *de ord. judic. num.* 4. cujus memor est *Avus meus ad Gramm. cons.* 1 *sub num.* 2. *post. decis.* & confirmat *Reg. Sanfelic. in prax. Judic sect.* 32. *num.* 9. *Novar. de gravam. vassall. to.* 3. *gravam.* 55. *num.* 8. & dixerat latè *in pragm.* 3. *de citat. & in* altera 5. *num.* 21. *de ordin. Judic.* indubitatum esse in Regno validitatem citationis factæ domi solitæ habitationis, videas *decis. de Franch.* 514.

Sufficit etiam, quod notificetur uxori in domicilio, viri, *Guid. Pap. decis.* 445. *Mysing. obser.* 37. *centur.* 3. & feudatarius in loco feudi, *Reg. Rovit. in prag.* 3. *num.* 2. *de citat. Reg. Sanfel. decis.* 239. *num.* 1. *& in prax. Judic. sect.* 12. *num* 5. quod restringunt *Præs. Merlin. lib.* 1. *controvers. forens. cap.* 41. *Thor. in supplem. compend. decis. verbo citatio notificata, Dans. tom.* 3. *de pugn. DD. tit. de var. crimin. cognit. num.* 46. *& de sentent. foriudicat. num.* 16. Et Clericus rectè citatur in loco beneficij, quando esset tale, quod requireret residentiam, *Ann. sing.* 135. *circa medium* cujus meminit *Prat. ad Muscatel. par.* 2. *Gl. intimato ad num.* 28. & habitans ratione officij ibi sit citandus, *Boer. dec.* 11. monet, laudatus *ab Amend. ad Franch. dec.* 322. *num.* 8. qui alia tradit in *dec.* 515. & meminit *Mari ad Gram. cons.* 1. *num.* 12. & an citari possit verbaliter Reus criminis confugiens ad Ecclesiam intus eam, affirmativè decisum tradit *Reg. Sanfel. decis.* 141. cujus meminit *Thor. in supplem. compend. vers. citari, Dom. Reg. de Ma. in: lib.* 1. *quotid. resol. cap.* 44.

10 Sed cum Nuncius dicit citasse, pars verò negat, cujus assertioni potiùs assentiendum sit, vide *Hieronym. de Cevagl.* abundè tractantem, & duas ad invicem referentem contradicentes opiniones *in q.* 381.

11 Sed generalis citatio, si in exordio causæ decreta fuerit, & ad omnes actus, ad totam causam, usque ad sententiam diffinitivam inclusivè, procedi potest contra contumacem, absque alia nova citatione ad sententiam, *Balb. decis.* 42. *Bursat. consf.* 73. *num.* 17. *vol.* 2. *Episc. Campanil. sup. ritu* 2. *num.* 7. *Car. Archiep. Neap. & Cevagl. q.* 22. hocquè procedit, quotiès idem causæ Commissarius jus dicit, at si eo absente, vel mortuo, alter substitueretur, esset quippè contumax semel saltem citandus, *Minad. decis.* 28. & ibi *Monac. num.* 1. *Præs. de Franch. decis.* 457. & enodat *Gratian. decis. March.* 108. *Reg. Rovit. in prag.* 4. *num.* 2. *de ordin. Judic. Reg. Constant. in rub. C. de jure fisci lib.* 10. & decisum memorat *Thor. in supplem. compend. verbo citatio super expeditione causæ*, sive ordinariè, sivè summariè, & extrajudicialitèr, solaq; facti veritate inspecta procedatur, *Reg. Capyc. Latro dec.* 69. *num.* 13. *lib.* 1. *Reg. Sanfel. in prax. sect* 59. *num.* 6.

Prima verò citatio, an principali necessario notificari debeat, vel possit incipere à procuratore, inquirit *D. Reg. Rovit. in rub. pragm. de citation. num.* 5. & praxim nostrorum tribunalium recenset *Dom. Reg. de Marin. ad Reverter. decis.* 224. *num.* 3.

12 Cæterùm videre qui conspicit alia citationis materiam tangentia, adeat *Rebuff. in constit. Franc. tit. de citat. tom.* 3. *Villadieg. foro Judic. lib.* 2. *tit.* 1. *l.* 17. *num.* 25. *Tiraq. de retract. lignag. §.* 9. *Glos.* 2. *Pas in sua prax. par.* 1. *tom.* 3. *tempor. à num.* 31. *Menoch. de arbitr. Judic. lib.* 2. *casu* 463. *Gabr. add. concl.* 1. *cum aliis, sub dicto tit. de citat. Dnd.*

Petra.

Perez in l.1. tit.9. lib.2. ordinat. Glos.1.q.23. Reg.
Capyc. Latr.dec. 167. & 188. lib. 1. D. Franc. Ba-
ron. & Gratiosi Uberti, qui duo, doctissimos, ac
eruditissimos tractatus edidere.

13 Ac præsertim si illa auferri, & prohiberi à Prin-
cipe possit, extruit idem Cevagl. q.575. & negati-
vè resolvit, Consil. Rocc. respons.78. num.9. tom.1.
& an illa in sententia Principis exquiratur, nega-
tivè Capyc. scripsit dec. 1. num. 11. & ante ipsum
Marsil. in l. de unoquoq; num.20. ff. de re judic.in-
sequiturque Afflict. in prælud. Const. Reg. q. 6. qui-
bus Alex. post alios cons.87. vol.2. Gramm. decis.
105. num.4. Boer. dec.247. & de Marsil. singul.75.
Trivis. dec.6. in fin. Gallupp. in prax. S.C. p.2.cap.
30. idem Capyc. dec. 69. num. 36. Riccius collect.
4007. par.9. Ruginell. pract. quæst.1. n.92. Giurb.
cons. crim. 18. num. 10. contradicunt, in senten-
tiis quoq; emanatis à Summo Pontifice, & Impe-
ratore, quod Maximi Præsules Pius V. & Sixtus
V. servaverunt, dum antequam Regno priva-
rent, & investirent de eo Anglico Philippum
Regem Catholicum, Elixabetham monuerunt, te-
ste Nicol. Sandero de schis. Argitan. lib.3. Linder-
berg. lib. 7. Borrell. de præst. Reg. Cathol. cap. 47.
num.189. quod restringit, si adversus Imperii re-
belles procedatur, Muscatell. in prax. lib. 1. part.
7. Glos. sententiam, num.14. ex Aucharan. consil.
277.

Formam autem exequendi citationem in Re-
gno, & faciendi relationem præscripsit, tùm Re-
14 gni Constitutio literæ, tùm pragm. 2. de ordin.
Judic. ut nempè citatio fiat coram duobus testi-
bus, si sit, citandus, extra locum, ubi Judex re-
sidet, & testes illi in relatione nominentur, sat
15 enim est nominatio, nec est necessaria subscri-
ptio, tametsi subscriptionem verba add. pragm.
exigant, quæ taliter praxis interpretata est, teste
Cavens. ibid. num. 31. Foller. in cap. Regni reme-
dia studiosè, num.8. in fine, Reg. Sanfelic. in prax.
Judic. in summ. ordin. procedend. num. 7. quam-
que consuetudinem minime à jure improbatam,
præconizat Reg. Rovit. in ead. prag. num. 4. Glos.
fretus in l. in donationibus, Cod. de donation. Mu-
scatell. in prax. par.2. Glos. intimato, n.18. Pras.
de Franch. decis.560. num.3. illamq; pragm. à Re-
ge Ferdinando editam cum consilio legum cori-
phæorum, depromptam esse ex Isern. verbis in
memorat. constit. citationis literæ, & Luc. de
Penn. in l.1. de curiosis lib.12. meminit Afflict. in
constit. adictorum, num.5.4. notab. absurdum es-
set Isern. sub num. 80. inquit, fidem præstare in
re magni ponderis soli servienti, qui viles perso-
næ esse solent, quosque omni vitiorum genere
spersos, nuncupat Farinac. in tit. de testib. q. 56.
num.370. & de Franch. memor. decis.560. num.1.
Isern. laudans, subnectentem publicam personam
vice duarum personarum haberi, ob idquè existi-
mo emanatam fuisse pragm. 28. in fin. de offic. S.
C. sancientem, sufficere Porterios S. C. referre
citasse domi, vel de persona, ut advertit Reg. Ro-
vit. in prag.3. de citation. num. 15. relatus ab Ano-
nimo ad Gramm. cons. 1. post decis. num. 15. & à
Franc. Mar. Prat. ad Muscat. add. par. 2. Glos.
intimato, ad num. 19. in. fin. quin Rovit. malè à
Porteriis servari, admonet, qui notificationis diem
tantum describunt, non autem horam, ut pragm.
sanxit, itemque malè servari circa relatione à Ma-
gistris Actorum scribendas, nam ab ipsismet Por-
teriis scribuntur, & sæpèsæpiùs literis hæbraicis
scriptæ videntur, cum ut plurimum sint personæ
illiteratæ, atque scribere nescientes, & vix illas
paucas literarum pingere notas noverint, ex quo
altera pragm. 38. num. 8. de offic. Magistr. Justit.
Iniunxit, ut Porterii, ac Alguzerii scribere, &
legere sciant, & propria manu relationes faciant,
majoris namq; cæteris Nunciis authoritatis sunt
Porterii S. C. ex tanti supremi Senatus præemi-
nentia, quiquè quando extra Neapolim, acce-
dunt mazzam de piltro cum armis Regiis por-
tant, ut iisdem utar barbaris verbis, Afflict. in sæ-
piùs cit. constit. citationis literæ num.6.

Cum duorum testium descriptionem requiri
diximus, dum citatio extra locum jusdicentis
16 transmittitur, non verò in loco ubi resìdet ci-
tationis Judex, si in illo Judicii Nuntius referat
Titium citasse, præsente unico teste, valida sit
citatio, exquirente prag. saltim duorum testium
præsentiam. Accidit trutinanda quæstio apud de
Franch. add. dec.560. sustinentem nullitatem ci-
tationis adversus fisci fundamentum, ex DD. at-
testationibus non esse in loco Judicii opus testi-
um descriptionis. At, pace tanti Viri legum
oraculi, si vera fari licet, prorsus non agnosco,
cur contra fiscum ibi fuerit conclusum, cum re-
gulariter utile perinutile haud vitietur, l.pocditus,
ff. de arbitr. l. 1. §. Trebatius, ff. de aqu. quotid.
& æstiv. cap.cum super, de offic. delegat. Bar.in l.
grege, §. illud, num. 3. ff. de fidejuss. Alex. consil.
143. num.3. lib.7. & peroptimè collimat tex.in d.
l. sancimus, Cod.de donat. necnon Gl. in l. non so-
lent, ff. de regal. jur. juribus comprobans, quod
abundans cautela scripturam non vitiet, superflua
enim non nocent text. inquit in l. in testamentis,
Cod. de testam. Sic cum obtinetur assensus non ne-
cessarius, si ille ritè impetratus non fuerit, aliena-
tio nullitate propterea non scatet, sed illud dicen-
dum erit de verbis superfluis in stipulatione adie-
ctis, ut arma, virumque cano, quæ nihil addunt,
l. quæ extrinsecus, de verb. oblig. Camer. in capit.
Imperialem, fol. 18. lit. S., & confirmat Reg. de
Ponte de potest. Proreg. tit.8.§.5. num.4. & in præ-
lud. num. 76. quin si ex ante dictis intus Civita-
tem sustinetur citatio, absque testium subscriptio-
ne, certo certius Nuntio erit adhibenda fides ex
unius testis descriptione, qui junctus cum eodem
Nuntio vim duorum habebit, & satisfactum erit,
text. in l. jurisjurandum, Cod. de testib. quibus
naufragium non faciunt rationes in ead. de Franc.
dec. adducta, prima nempè, quod Andr. in ea re-
sideat sententia, in loco quoq; Judicii duorum
debeat adhiberi nominatio, causa vitandi absur-
dum, nè in re gravi uni credi contingat, id quod
confirmatur in repertor. ad Constit. Regni, sivè il-
lud sit Andr. sivè alterius; Nam, quidquid sit de
Isern. & ejus repertorio, ac generalitate verborum
Const. & Pragm. satis est, quod à tempore Afflict.
usque ad tempora Foller. deindè Troysii, Muscatell.
& usque ad tempus, in quo scripsit Reg. Rovit. in
anno 1616. in secunda impressione commentus ad
pragm. & ad nostram usq; ætatem contraria vi-
geat observantia, consuetudo namquè est actus
practicus ad unguem servandus, Bal. in l. qui-
cunque,

hunque, *col.5. C. de serv. fugit. de Franch. decis.* 240. *num.* 11. quin hæc observantia originem trahit ex *pragm.*36. *num.*8. *de offic. Mag. Justit.* sanctione, ut in quolibet Tribunali Alguzeriorum, & Porteriorum, qui legere, & scribere sciant, certus statuatur numerus, ut per eos, & non per alios scribantur relationes, in qua *pragmat.* cum nihil de subscriptione, vel descriptione testium dicatur, putarunt legislatores illam non necessariam, nec amplius requisitam esse in citationibus faciendis in Civitate, nam alias dixissent, prout dictum fuit *in d. prag.* 2. quam censeo, emanatam fuisse ante memoratam *prag.* 36. *ad tex. in l. unica*, *§. fin autem in* 2. *C. de caduc. tollen.* & remota *prag.* hæc consuetudo optimo jure originem quoque habet ex Judicis authoritate, quæ magis terret Alguzerios, ad falsum perpetrandum in loco Judicii, quam extra. Minusque officit altera adducta ratio *num.*8, desumpta ex *tex. in l. fin, §. fin autem hoc aliquis fecerit*, *C. de jur. deliber.* ubi Imperator statuit, quod si is, qui beneficio illius legis uti poterat in inventarium conficiendo, juxta præfatæ *l.* formam, petierit terminum ad deliberandum juxta formã legis antiquæ, etiam quod cõfecerit inventariũ, tenebitur insolidũ creditoribus quia sibi imputet, quod pro novo beneficio, vetus elegerit gravamen, quam rationem, Imperator *in eod. tex.* non autem *Odofr.* perpendit. Siquidem ratio, cum regulis excerptis à *DD. in dict. §. 5. fin autem*, de quibus *Franch.* meminit *à num.*8. amplectitur illum, qui una via dimissa, aliam eligit, sed in illo facti themate non fiscus, ut putat *de Franch. num.*7. viam citandi, cum præsentia testium elegit, quod foret, si in literis citatorijs illum citari cum præsentia testium indicasset, hoc que casu ipsi fisco hanc viam eligenti imputari debeat, & Nuntius præscriptam formam evertere nõ poterat, & coram uno teste citando, fines mandati non observasset, ad *text. in cap. cum venerabilis*, *de offic. deleg. cap. cum dilecti*, *de rescript.* & alijs adductis à *Foller. add. verb. fiat relatio nu.* 11. quique ex *Gl. fin. in clem.* 2. *de lit. non contest. & Archid.* 24. *q.*3. *cap. de illicita*, subnectit citationem non arctare, Nuntio aliter, quàm Judex commiserit, citante. At in illo themate, nec Judex, nec Fiscus hujusmodi viam in citatione elegit, sed expedita citatione in forma, & Nuntius citare poterat præsentibus, vel non præsentibus testibus, & utroque casu ei integra data esset fides, ut propterea, nescio viderc quomodo casus *tex. in add. §. fin autem*, cum regulis inde sumptis adaptari possit contra fiscum; Imò nec contra Nuntium, qui cum dixit citasse coram illo teste, puram facti contingentiam retulit, quod in citando ille interfuit, non verò voluit se ad illam viam arctare, prout egit hæres *in d. §. fin autem*, spernendo novam viam, & veterem eligendo, atque ex his, sub omnium censura in alia facti contingentia pro fisco judicandum fore existimo.

17 Citationem verò abfuisse probari ex inspectione actorum, & probatam dici, eo ipso, quod de illa non constat, idque, reiecta omni præsumptione contraria, cui non esse locum, cum de veritate constet per adductam negativam, decidit *Rota dec.*207. *num.*20. 4. *par. divers. & decis.* 267. *sub num.* 42. apud *Farinac. par.* 1. *tom.* 1. quas allegavimus adversus quemdam Advocatum, prætendentem monitoria ad convincendum nobis intimatam fuisse fidem asserti depositi, quæ apud Actuarium Magnæ Curiæ reperiebatur, nulla cum relatione intimationis.

18 Cæterum, ad hujusce Ritus praxim notamus contumaciam incusandam esse eodem die, quo tenentur Rei comparere ex hoc *Ritu*, & 97. & 225. At *rit.*223. apertè dicit, illam incusandam esse, proximo die, quo tenentur comparere, scilicet primo die sequenti, & hujus Ritus dispositioni concinit jus commune admittens, incusationem primæ contumaciæ eodem die faciendam, comparente tamen Actore, & illam petente, ut scribit *Andr. de Isern. in cap.* 1. *à nu.* 11. *de controv. inter vassall. & alium de benefic.* atq; in Regno viget, *prag.*3. *de ordin. Judic.* tametsi continuo more obtentum videremus proximo subsequenti die incusari. Videto te præterea, quæ congerimus *sup. rit.*97. & indicant post *Afflict. in constit Regni pœnam novem unciarum sub num.* 15. *Foller. in prax. crim. rub. accusentur contumacia*, *Thor. Carav.* memor *in hoc ritu in med. col. vers. dispositio istor um rituum*, *par.*1. *compend. decis. verbo Contumax ex jure*, à quo *Thor.* mutuavit verba, *Novar. de gravam. vassaller. par.*3. *gravam.*49. *à num* 5. quo verò ad fidejussores, observantiam ostendit *Muscatell. in prax. fidejuss. in* 4. *modo num.*8. quique de hoc formam concipiendi citationem deduxit.

RITUS XCV.

Item servat ipsa Curia, quòd illa dies qua debuit accusari contumacia prima, si fuit dies feriata etiam Pasqualis, debet assignari, nihilominùs ipso die responsale Magistro Actorum, vel alicui ex subactariis de voluntate Magistri Actorum prædicti, & in ipso responsali scribitur, præsentata, scilicet, die illo festivo, quo fuit præsentatum ipsum responsale, & primo die juridico accusatur prima contumacia, & proceditur ad ulteriora, justitia mediante, & potest accusari prima contumacia, etiam si Curia non regitur, dummodò coram Magistro Actorum, vel aliquibus ex subactariis in Curia existenti, vel existentibus. Et Nota, quòd quando dies est feriatus, assignatur prædictum responsale, & fit præsentata in eo, non dicitur quod fuit præsentata in judicio, sed apud acta tantùm, quia non est judicium tali die, sed acta semper sunt, & ita observat ipsa Curia quando tali die fierent, quo Judicium esse non potest, sed quando accusatur prima contumacia, scilicet hora, qua accusatur, si non regatur, dicitur tali die, tali ind., & talis mensis, talis in Judicio præsens, & apud acta dictæ Curiæ accusavit contumaciam dicti talis vocati in dicta Curia, & non comparentis, & ita servatur, & dum esset quæstio de hoc tempore fælicis memoriæ, & recolendæ Domini Caroli Ducis Calabriæ, fuit facta terminatio per Judices ipsius Curiæ, (ut dictum est) præsente Mag. stro Lancea dictæ Curiæ Actorum Magistro, tunc subactario, seù scriptore in eadem Curia. &c. & ipse retulit.

SUM-

SUMMA RERUM.

1 *Reproducto libello intimato, & reo in tempore præfixo non comparente, accusatur contumacia.*
2 *Tempus prolapsum esse non sufficit, ut dicatur contumax Reus, quamvis non comparuerit, nisi contumacia fuerit etiam incusata.*
3 *Actor, si post tempus venerit, contumaciam accusare nequit, quia citationis effectus periit.*
4 *Citatio semel, atque iterum circumducta ob contumaciam Actoris, causam tertiò, an valeat Actor ipse intentare.*
5 *Fisci procuratoris præsentia, an requiratur in accusandis contumaciis.*
Quid Jure Regni.
6 *Tempus incusandi contumacias, remissivè tangitur.*
7 *Actor habet tres vias incidendi adversus Reum contumacem.*

1 PRoducto, & deindè intimato libello, & cum relatione Cursoris, seù Nuntii reproducto, sivè alia petitione, aut mandato, si Reus minimè curaverit per se vel procuratorem comparere, contumacia accusabitur in tempore, cujus meminimus *Ritu* 94. 97. & 225. quâ non facta accusatione, quamvis præterierit tempus, haud diceretur ipse citatus contumax, non enim sufficit tempus pro-
2 lapsum esse, ex doctrina *Osaschi decis.* 3. *num.* 2. & *dec.* 71. *n.* 47. probatquè insupèr *Nicolaus Gravat. ad Vestrium lib.* 4. *cap.* 4. *nu.* 14. *Affer. cons.* 12. *num.* 31. *Anton. Trigon. sing.* 88. atquè *Andr. Gayll. observ.* 55. *num.* 7. *lib.* 1. *Thoming. decis. Lipsiens.* 24. *num.* 19. aliisquè quos laudat *Borrell. in summ. decis. tit. de citat. nu.* 509. *tom.* 1. *Amen. ad Franch. dec.* 516. *nu.* 9. aufertur siquidem citationis effectus statim & proptèr Actoris, & Rei absentiam, ac circum ductus est terminus, & citatio, ex notatis per eundem *Osasch.* adducta *decis.* 3. *num.* 4. *Imol. in l. qui ante Calendas, vers. Venio ad quæstiones, ff. de verbor. obligat.* & *Rotam dec.* 744. *sub* 6. *de Judic. in antiq. Caball. resol. crim. casu* 110. *Chart. de exequut. sentent. cap. fin. num.* 167. quin præsentia, non tantùm Actoris, & accusatio requiritur; sed in tempore, ut citatis in *ritibus* diximus, quia si postmodùm, neque posset amplius accusare illam, & si accusaret, frustra quidem esset, & invalida incusatio ita facta, nisi iterum citaretur adversarius, quo quidem casu etiam si prima vice comparuisset Reus, & juxta *ritum* 226. petiisset in contumaciam Actoris liberari, & obtinuerit, quibit, & Actor, si in termino hujus secundæ citationis venerit incusare contumaciam ex infrà adducendis Auctoribus, edocetque *Caravit. rit.* 123. *num.* 6. Quod si post tempus primæ citationis
3 comparuerit Actor, & probando legitimum impedimentum, quo detentus, venire nequiverit ad incusandam contumaciam, instet velle tùnc incusare, non propterea audiretur, quandoquidem relevans impedimentum prædictum excusabit ipsum à contumacia, non tamen in causa erit, ut terminus citationis juxta *Ritum* 225. non sit circumductus, ipsaque citatio extincta, *Petr. Frider. Mindan. de mandat. & monit. Judicum lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 2. quamobrem nova citra dubium opus esse citatione, notat copiosè *Andr. Gayll. observ.*
4 59. *lib.* 1. idemque *Mindan. nu.* 11. annectens, quod si Actor prædictus, qui semèl circumducto termino causam ut supra de novo instituendo resuscitavit, si denuò fiat contumax, omne jus suum amittat, itaut circumductione termini cessante, tertiò causam intentare, & citationem super eadem impetrare non valeat, ex *text. in auth. qui semel in fin. C. quomodo, & quando Judex,* ibidemquè *Sichard. nu.* 31. quod postremum *Mindan.* effatum usus non amplectitur.

Supradicta verò Actoris præsentia usque adeò
5 vera est, ut in causis ipsis capitalibus, si fisci procurator voluerit accusare, debeat personaliter, & præsentialiter facere, tam si vigore inquisitionis procedatur, teste *Osasco dicta decis.* 71. *num.* 48. sequiturque *Thes. dec. f.* 19. *propè num.* 4. quàm si pet accusationem, ex decreto Senatus *in ead. Thesaur. decis.* qui minus ductus in casibus restringatur, quos recenset *Gayll. observ.* 55. *nu.* 9. *vol.* 1.

Jure verò Regni in accusandis contumaciis delinquentium, fiscus nunquam constituitur in mora, itaut citatis inquisitis, nec in præfixo termino comparentibus, accusatæ contumaciæ intelligantur in tempore, taliter ut procedi valeat, ac si in tempore contumaciæ essent incusatæ, ex *pragm.* 6. *de citat.* cujus meminit *Novar. de gravam. vassall. par.* 3. *gravam.* 53. *num.* 3. & tangit *anteced. grav* 52. lateq; extricat *Angel. Scialoya in prax. forjudic. nigro cap.* 7. *hujus Ritus sub num.* 1. memor, & nonnulla notat *Carol. Rot. in florileg. concl.* 9.
6 Tempus autem, & modos incusand. contumacias scribo *in rit.* 224. necnon aliqua denbavi *Ritu* 80. 94. & 99. & etiam *ritu* 218. & advertunt *Carol. Rota in florileg. memor. conclus.* 9. *num.* 15. *Foller. pract. crim. rubr. accusentur contumaciæ, num.* 5. *Carrerius pract. crimin. tit. de appellat. vers. Septimus casus est, nu.* 39., & cujus sit major contumacia Actoris, nempè, an Rei, scribo super *Ritu* 226. quin habere Actorem tres vias incedendi ad-
7 versus Reum contumacem, quia notat *Gayll. observat.* 60. *lib.* 1. ideò electionem sibi competere eligendi quam maluerit, aliorum fultus auctoritatibus annectit, idem *Gayll.*

RITUS XCVI.

Originales processus conserventur in Curia, copia partibus, si voluerint, data.

ITem quòd processus originales in dicta Curia agitati, & facti, ac faciendi, non possint, nec debeant ad petitionem partium ab ipsa Curia tolli, & elevari, sed si ipsæ partes voluerint Regiali Majestati, vel alteri Judicio producere, & præsentare, teneantur recipere copiam de eisdem (ut solitum est fieri,) & dicti processus originales in ipsa Magna Curia conserventur, sicut de jure conservari debent.

SUMMA RERUM.

1 *Processus in Regno, apud quem observari debeant, Actuarium, nempè, vel Judicem.*
2 *Judex ad quem Judicii à quo mandare non potest,*

ut originalem processum, sed authenticam copiam tantùm, transmittat, cum limitationibus.

3 *In causis criminalibus appellationum à M. C. ad S. C. à quibus Actuariis actitentur.*

4 *Actorum unio apud quem sit facienda, & quomodo.*

5 *Processus quomodo hodie Neapoli conserventur.*

6 *Instrumenta originalia in quibus casibus retenta copia, restituantur.*

7 *Processu originali deperdito, quid agendum.*
P. Gaetanus Andreas, in seculo Cæsar de Afflicto, laudibus extollitur.

1 PRocessus originales perpetuò debeant asservari pœnès Magistrum Actorum, a lter disponit *Rit.26. & pragm.13. de ord. Judic.* & sic cessat in Regno quæstio illa, si apud Magistrum Actorum, juxtà *cap. quoniam contra de probat.* vel Judicem juxtà *cap.fin.eod.tit.* quin., ambobus contendentibus, uter præferatur, scribunt *Speculat. in tit.de instrum. edit. §.videndum, Joann.Andr. & Abb.in eod. cap.quoniam contra*, omnesque Notarii, seù Actuarii partes fovent, sed *Bal. in eod. mox. add. cap.* pœnès Curiam detinendum esse credit, quibus addo, quæ congressi in *Rit.* 24. ipsi autem Actuarii, si processus ipsos originales consignarent, pœnam falsi luerent, ex adducta *pragm.* ut neque Judici appellationis exhibere possint, sed tantum copiam, quod sequutus *DD. in d.cap. quoniam contra, de probat.Bar.* & alios *in l.eos, §.super his, C.de appellat.* admittit *Marant. par.6. actu* 10. *num.*64. *Afflict. in Constit. appellationum tempora num.*17. *Muscat.in prax. S.C.lib.2.par.1.Glos.prosequendum, num.*69. *Prat. ad eund. Muscat. loc. cit. & par.1. Glos. tenebitur, in fin. Carav.* hoc *in Ritu* laudans, in aliquando verò ordine Judicis appellationis transmittuntur originales, relictis copiis concur-
2 rente falsitatis suspicione, ut optimè additionator *Constant.Papa.* admonet hoc *rit. lit. A.*, & multoties prævia partium concordia cum Actorum Magistris primæ instantiæ originales dantur processus illis secundæ instantiæ, teste *Reg. Tapia lib.2. in Regn. tit. de Actuar.M.C.V. pag.*318. *sup.hoc Rit.*

In causis verò capitalibus acta appellationum,
3 quæ à M.C. ad S.C., fiunt, actitantur ab Actuariis criminalibus vigore *pragm.25. de offic.Mag.Justit.* & alterius 44. *de offic. S. C.* idemque in causis reclamationum, altera disponit 13. *de Actuariis* processus namque post appellationem regularitèr remanere debet apud primum Judicem, *Boer.decis.* 15. *num.4. Jodoc. in prax. civil. cap.*125. *num.*23.

Sed cum accumulatio Actorum facienda est pœ-
4 nès aliquem Magistrum Actorum, tunc originalia acta transferenda sunt, ad quem pertinet accumulatio, nullis eo nomine persolutis sportulis; idque copiosè probat *Parlador. rer. quotid. lib.2. cap.*9. ubi duas illas extruit quæstiones, quando scilicet Actorum fieri debeat accumulatio, necnon ad quem ex Notariis accumulata monimenta attineant, & praxim indicat *Prat. ad Musc. gl. tribunali, ad num.*3.

Hinc ex prædictis *Pras. Merl. lib.1. controv. forens.cap.*88.*num.*10. observavit, Actorum Magi-
5 strum obstringi ad Actorum originalium exhibitionem, ut prætereà in hujusce Civitatis Tribunalibus admirabilis manavit observantia, nam Magistri Actorum Archivia tenent, in quibus originales processus conservantur, serie alphabetica dispositi, & præponitur aliquis, qui Archivarius nuncupatur, eique incumbit adnotare processus, pœnès quos existunt, sivè pœnès Judices, sivè Advocatos, sivè procuratores, ut quoque de ibavimus *rit.24. & 26.*

6 Instrumenta autem originalia, in quibus casibus, retenta copia, restituantur, præter *Carav.* adnotat *Muscatell.lib.1.par.3. Glos. respondendum, num.* 14. præsertim si exhibita, seù præsentata fuerint, cum potestate relaxandi copiam, & recuperandi originalia, nam alias restitui minimè possunt, ut idem *Carav.* confirmat *in ritu* 176. & 185. necnon usus amplectitur, dummodo non sint instrumenta, quæ producuntur, ut liquidentur juxta formam *Rit.* 166. nam illa originalia rehabentur, tametsi presentata absque memorata protestatione, teste eodem *Carav. hoc in ritu num.*4. ipsumque insequitur *Avus meus ad Capyc. decis.* 40.*sub num.1. & de Angel.in ejusprato l.2.num.5. Cod.de edend.* advertens, hujusmodi instrumenta originalia præsentata ad effectum prædictum liquidandi, restitui partibus, elapso termino duorum mensium à die præsentationis, vel liquidationis:

7 Processu verò originali deperdito quid agendum, quando novus compilari debeat, & quid si culpa unius ex partibus, vel casu, inquirunt *Thor.p.3. compend.decis. sect.2. verbo Processus. si fuerit deperditus, pag.*340. *& in supplemen. compend.verb.processus deperditus, & D.Cæsar de Afflicto*, qui per vestigia majorum litterarium curriculum ingressus, æquis passibus ad eorum gloriam pervenit, nisi etiam grandioribus superavit. Certè Jureconsultos plurimos infrà se reliquit; supra aut paucissimos habuit, aut nullos. Summis proindè honoribus, ac magistratibus ornari in Civitate meruisset, nisi iis sese ultro, eorumque spe, sapientiori consilio exivisset: Nihil enim, homini doctissimo, tanti fuit, quam suæ ipsius salutis, atque æternorum ratio: quorum causa, forensi strepitu, Religiosæ quieti, honorum mortalium securitati posthabito, Polo maluit servire, quam foro, ac Clericorum Regularium Theatinorum numero ascriptus Cæsaris nomine in Cajetani Andreæ mutato, vitæ sanctissimæ exemplis, non minus Reipublicæ prodest, quam suis doctissimis controversiis forensibus in lucem datis, in quam, *controv.jur. resol.cap.3. num.* 7. declarans *decis.Præsid.de Franch.*707. decisionem S. C. Junctis Aulis, subnectit *num.*10.

RITUS XCVII.

ITem servat ipsa Curia; in primis citationibus expectare triduum: & ejus elapsum antequam condemnet, vel aliquem banniat, in aliis autem citationibus, quæ in processu causæ fiunt, lite contestata, ut quando citantur fidejussores, vel quando citatur quis ad publicandum, & similibus, nunquam expectatur triduum: sed condemnantur hoc modo, si hodie debet comparere; accusatur hodie contra eum contumacia; & cras con-

condemnabitur ad pœnam unciarum quatuor, seù ad tertiam partem bonorum ipsius mobilium, si dicta tertia major pars dictæ pœnæ existat: & facta dicta condemnatione per interloquutoriam, fit dictus actus, oportet enim de necessitate, ut primo fiat condemnatio ad hoc ut fiat actus in contumacia: & fit citatio isto modo; scilicet, post litem contestatam, mandamus, quatenus citetis dictum talem ad pœnam unciarum quatuor auri, non tamen in citatione dicitur, seù tertiam partem bonorum mobilium, ut supra, & quamvis in citatione non dicatur, sic, (ut dictum est) & condemnatur: fidejussores autem requiruntur, ut sistant principalem, & ad pœnam fidejussionis, non expectando triduum, sed testes, qui citantur ad pœnam unciarum auri quatuor tantùm, & non veniunt ad deponendum testimonium veritatis; expectantur per ipsam Curiam triduo, & elapso, ab eo tempore cujus memoria hominum in contrarium non existit,

SUMMA RERUM.

1 *Citatio ad publicandum, àn præcedere debeat publicationem.*

2 *Usus M.C.V.S.C. & Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ indicantur.*

Verba Muscatelli lib. 1. par. 6. Gl. partes, nu. 6. perpenduntur.

3 *Publicatio hodie fit absque interlocutoria, quod fiat publicatio.*

4 *Pœna tertiæ partis mobilium ante contumaciæ incusationem, fit ut hodiè in usu.*

CItationem ad publicandum; quam Ritus indicat, adhibendam esse jura mandant, affir-
1 mantquè *Bart. in Auth. at qui semel, Cod. de probat. Alex. Soccin. Imol. Felin. & Dec. citati*, & collaudati *ab Antonio Gabriel. in suis communibus conclusionibus tit. de citation. conclus. 1. nu. 122. & 125.* ea tamen non utitur hac tempestate
2 Magna Curia, verùm publicationem facit, illamque parti insinuat. At Sacrum Consilium jam dictam præmittit citationem ad publicandum atquè ideò vera fatetur *Muscatell. in prax. lib. 1. par. 6. Glos. partes num. 6.* si respectivè ad S. C. & M. C. referantur ejus verba, & scripserat ante *Episcop. Campanil. sup. ritu 32. Curiæ Archiep. Neap. nu. 9.*

In Curiis quoque Ecclesiasticis dissimilis invexit superindè mos atque in Archiepiscopatu Neapolitano citatio ipsa præcedit ad publicandum ut in dicto *Ritu 32.* asseritur; quin hodiernus
3 usus non admittit interlocutoriam in Ritu memoratam, sed illa prætermissa, si citatur hodie ad publicandum, aut aliud faciendum, Reus autem nihil replicet, quod relevet, fit sequenti die publicatio, nulla præcedente incusatione contumaciæ, quod *Thor. par. 1. compend. decis.* asseverat *verbo contumax ex jure*, tametsi ipsa publicatio fiat quandoque cum reservatione ex causa, idque docet *Scagl. post sua commentaria ad hos M. C. ritus vers. citatio ad publicandum*, & nos alibi scripsimus. Citatus verò *Thorus* ibidem ex-
4 planat, si isthæc Ritus sanctio, quoad pœnam tertiæ partis bonorum mobilium, deficiscat, vel conveniat cum aliis sanctionibus prodeuntibus ex Regni Constitutionibus, & in quibus citationibus militet, numquè nostris his temporibus subsistat id quod extricat *D. Carolus Rota in floril. practic. conclus. 9.* & nos alibi tangimus.

RITUS XCVIII.

ITem servat ipsa Curia quando disputatus est processus, & deinde secundum ordinem dictæ Curiæ est visus per omnes Judices, seù examinatus in Camera, Judices, qui debent dare sententiam simul cum Regente (prout continetur in alia observatia) ponunt manum suam in processu hoc modo, in fine processus: videlicet, fiat sententia condemnatoria, per quam dictus talis conventus condemnetur ad dandum tradendum, & assignandum dicto tali convento in prædicta causa, demum prædictam, & ita videtur mihi Francisco Derapolano de Senis legum Doctori dictæ Curiæ Judici, & ego Henricus Aconzajocus Judex dictæ Curiæ concurro, quod nota.

SUMMA RERUM.

1 *In causis votandis qualis ordo, & numerus attendatur.*

2 *Modus votandi in causis remissivè traditur.*

3 *Adjuncti qualiter proferre debeant vota, cum aliis ad materiam.*

4 *Auditoribus dissidentibus in votando, quid agendum.*

Quis fuit introductor votorum in decisione causarum, remissivè.

5 *Vota sunt paria, quid agendum.*

6 *Votum in processu manu Judicis scribitur, deindè in quinterno registratur.*

7 *Illud adnotatum tantùm manu Judicis super processu fidem non facit etiamsi Judex finito officio de illo fidem faciat.*

8 *Quot vota intervenire debeant in causa ducatorum ducentorum, & ab inde supra.*

9 *Ultimus Judex votum proferre debet, quamvis alii omnes simùl in unam convenerint sententiam.*

10 *Post votum datum, & rationem decidendi adhibitam, acquiescere Judices debent, & non se pertinaces ostendere.*

11 *Novissimus Consiliarius vota omnium in S. C. describere debet distinctè, & exquisitè.*

12 *Judices absentes an possint dare votum in scriptis latè inquiritur.*

1 TUm noster *Prosper Caravita* commendator, tùm *Constantinus Papa* additionator, tractant super hoc Ritu materiam proferendæ sententiæ, ac votandi causas; scilicet quo ordine, & qualis numerus attendatur, nemo tamen eorum adduxit *Bodin. lib. 3. de Repub. c. 3. Osaschum in proœm. decis. à num. 11. Anton. Gama decis. 1. num. 11.* atque *Thesaur. decis. 1. per totam.* nec miror de *Caravita*, quia ejus ætate fortassè ejusmodi libri

non-

nondùm typis dati erant, sed vehementer de additionante; Tu igitur (studiosè lector) cum indigebis, adeat prædicatos Auctores, maximè *Thesaurum* copiosissimè axtricantem non solùm sed alia multa quæ sine dubio contingere possunt & utilitati, & honori tibi erunt. Nos verò effugere cupientes notam reprehensione dignam, quod prædictos tantùm recensuerimus Doctores de ea re agentes, comminiscimur ab *Affl. d.* recenseri antiquum morem in M.C.V. in votis caufarum *in Constitut. literas*, *sub num.* 2. *& à Maranta in specul. par.* 6. 2. *actu de appellat. sub num.* 7.

2 Modum verò votandi in causis, in S. C. tradit *prag.* 13. *de offic. S. C.* & ibi *Reg. Tap. lib.* 2. *jur. Regn. pag.* 154. & in omnibus Tribunalibus hujus Civitatis enarrant post *Curavit. in hoc ritu, Molfes. ad Consuetud. Neap. tom.* 2. *p.* 10. *q.* 22. *à num.* 5. *Reg. Rovit. cons.* 102. *num.* 18. *tom.* 2. *Novar. in pragm. de offic. justitiar. à num.* 3. *ad* 9. de observantia in Regno Siciliæ, testatur *Muta to.* 6. *cap.* 11. *nu.* 107.

3 De votis proferendis ab adjunctis, qui àn teneantur inherere votis aliorum, vel de per se votare vota diversa proferendo; loquuntur *Tasson. vers.* 3. *observ.* 6. *num.* 116. *Thor. tom.* 2. *compend. decis. verbo votu Judicum, & tom.* 3. *par.* 1. *verbo adjuncti*, & qualiter se habeant adjuncti, si concedantur ad supplementum legitimum numerum votantium, qualiter, si ad derimendam votum parietatem, pertractat *Reg. Rovit. decis.* 52.

Et de illis, quæ proferuntur per Auditores, 4 quibus dissidentibus in votando, an debeat disparitas transmitti ad Excell. Regni Proregem, vel debeat expectari tertius, sermocinantur idem *Thor. tom.* 1. *verbo Votorum paritas*, *Avus meus ad Gramm. decis.* 41. *num.* 15. *Danz. tom.* 3. *tit. de vot. à num.* 6. necnon ad *Gramm. decis.* 65. & adest *pragm.* 5. *de offic. Justit.* cujus meminit *Tasson. de antefato in prætermissis ad prag.* 52. qui fuit introductor votorum in decisione causarum *Bovadill.* ostendit *tom.* 1. *polit. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 18.

5 Data paritate votorum in S.C. dantur adjuncti, sed in R.C. profertur votum pro Reo, juxta terminos *l. inter pares* 38. *ff. de re judic. cap. fin. de sentent. & re judic. de Franch. decis.* 252. *R. Rovit. super prag.* 1. *num.* 18. *lib.* 2. & nos diximus *in cit. rit.* 53. *nu.* 10. necnon tradunt *Reg. de Ponte decis.* 31. *nu.* 7. *Reg. Tap. decis. S.C.* 46. *nu.* 1. *Præs. de Amat. cons.* 27. *num.* 2. *Episcop. Ricc. collect.* 512. *Thor. in compend decis. p.* 3. *sect.* 3. *verbo Sententia proferenda*, *Tasson. de antefat. versic.* 3. *observ.* 3. *nu.* 112. *vers.* 5. *si in votando*, ubi id decisum refert, etsi Regia Camera in Collaterali Consilio vota referret proùt, si cum Regiis Consiliariis sibi adjunctis suffragia daret, *Tasson. cit. loco in fin.* & ante eum *Reg. Rovit. add. cons.* 102. *num.* 18. *lib.* 2. idquè etiam in criminalibus actionibus sancitum fuit Hispanica lege, *par.* 3. *tit.* 22. *l.* 18. Dispositio enim *add. l. inter pares*. Reorum favori prospexit, proùt etiam in eundem sensum Reorum, scilicet gratia, intelligendùm I.C. responsum *in l. si pars, ff. de inoffic. testam.* probavit *Cujac. observ. lib.* 12. *cap.* 16. inquiens: *Non favore quodam, ut plerique putant ultimæ voluntatis, sed reorum miseratione communi, quæ enim pars pro testamento facit, pro Reo facit*, idque ex *Philos. lib. quæst.* 29. *cap.* 17. probavit *Tirnquel. de privileg. piæ caus. cap.* 147. *in princ.* & ex quampluribus, tùm Græcorum, tùm Latinorum monumentis: tradit idem *Cujac. add. cap.* 16. *& in comment. lib.* 17. *Pauli ad edictum ad d. l. inter pares*. Sed an dispar sententia pro Ecclesia fisco, & aliis privilegiatis sit proferenda contra Reum, inquirunt *Covar. var. resol. cap.* 16. *num.* 3. *Peregrin. de jure fisci lib.* 1. *tit.* 3. *num.* 43. *Buccar. de different. int. Judic. crim. & civil. differ.* 164. *nu.* 7. *Farinac. in frag. crim. par.* 1. *verbo Fiscus, nu.* 192. *August. Barbos. in collect. ad cap. fin. de sent. et re judic. lib.* 2. *tit.* 27. *nu.* 8. *vers.* 1. *Novar. de privil. miser. person. privileg.* 53. *nu.* 2. *Ricc. & Thor. ad Tiraq. in cit. privil.* 147. & alii passim.

Votum itaquè in processu manu ipsius Judicis, 6 subscribebatur, deindè registrabatur in quinterno de quo hic Autor meminit, & continuus usus approbat, juxta *prag.* 5. *§.* 4. *de offic. magistr. Just.* & notata à *R. Tapia lib.* 2. *jur. Regni*, *sub eod. tit. de magist. Just.* illudque adnotatum super processu tantùm manu Judicis fidem non facere judicavit S.C. apud *Franch. dec.* 185. insequuntur *Consil. de Ann. cons.* 61. *nu.* 24. *Petr. Caball. resol. crim. cent.* 2. *casu* 133. *nu.* 6. *Ricc. collect. decis.* 149. *Thor. vot.* 1. *nu.* 48. *& vot.* 59. *nu.* 8. etiam si Judex finito officio de eo faciat fidem, *Anna sing.* 322. *Avus meus ad Gramm. decis.* 24. *num.* 6. *Danz. de pugn. DD. tom.* 2. *de elect. fori cap.* 10. *Thor. par.* 1. *compend. verbo Votum Judicis*.

In causa ducatorum ducentorum, & abindè su- 7 pra requiruntur in S.C. tria vota, duo autem si citra valorem ducatorum ducentorum sit, juxta *pragm.* 41. *§.* 2. *da offic. S.C.* & ibidem *Reg. Rovit.* declarat, quin, & postremus Judex votum proferre debeat, quamvis priores omnes Judices convenerint in unam sententiam, & sic negotium majori numero votantium decisum cognoverit, idque scripsimus *rit.* 53. *num.* 6. adducti ratione, ac lege inibi citata, & memorata per *Reg. Rovitum in prag.* 8. *num.* 4. *de suspic. official.* nunc addimus, quod si tacitus pertransiret, aut annuerit illorum sententiæ, & propriam tacuerit opinionem, quam justam credebat, quamvis ob eam tantùm rationem, quod vidit a majore parte decisam causam, nihilominùs peccavit, ac propterea tenetur per *Innoc. in cap. continebatur*, & illic *Abb. de his quæ fiunt à prælat. & Felin. in cap. cum omnes*, *sub nu.* 12. *de constit.* necnon *Marcum Mant. cons.* 289.

9 Verùm post votum datum, & rationem votandi adhibitam, acquiescere, nec pertinaces sese ostendere debent, *Tasson. de antefat. vers.* 3. *observ.* 3. *num.* 61. observentq; *Epicteti Philosophi* dictum, quod idem *Tasson.* refert sub *num.* 92. *Ne velis, quæ fiunt, fieri ut velis, sed velis, quæ fiunt,* 10 *fieri ut fiunt, et propter eris*. Talis enim suæ opinioni inhærens ab omnibus odio habetur, *Bovadill. in polit. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 7. *in princ.* Quod si votari fuerit inceptum, non valeat unus ex Judicibus à votando desistere, & discedere, notat *Danz. tom.* 2. *tit. de offic. deleg. cap.* 1. *nu.* 43. & valere sententiam ab aliis superstitibus Iudicibus latam, uno se absentante, scribit *Zammar. de offic. Judic. et Advocat. par.* 1. *qu.* 22. *nu.* 113. & tangit *Bovadill. to.*

a.politic.lib.3.cap.8.nu.65.

11 Novissimus verò Consiliarius vota omnium scribat in S.C. disposuit *prag.13. §.3. de offic.* S.C. meminitque *Praes. de Franch. decis.* 411. *num.* 6.annuens omnia Consiliariorum vota scribenda fore, tametsi illi concordes sint, imò distinctè, & exquisitè adnotanda, subnectit *dec.*524.*num.*4. quod si error contingerit in illa scribendo quid agendum sit, idem de *Franch.* extricat *decis.*398. *num.*7.

Vota etiam in decisione facienda à pluribus Judicibus, tàm ordinariis, quàm delegatis in actu judicandi proferri debere collegialiter, & non privatim, ac separatim deducitur, ex *l.si l.si in tres, cum l.sequ.ff.de recept.arbitr.l.duo ex tribus, ff. de re judic.l.cum magistratus, Cod.quando provoc. non est necess.cap.causam matrimonii de offic. deleg.cap. uno deleg.de offic.deleg.in 6.cap.cum ab uno de sent. et re judic.in* 6.idque ratione individui exercitij jurisdictionis,prout dicit *Bal.ad Specul.de Jud.deleg. versi committitur causa tribus,Socc.fin.cons.*54.*in princ.lib.*1.*Ursill.ad Afflict.dec.*1.*nu.*3. *et* 4.multaque cumulavit *Vant.in tract.nullit.tit.de nullit.ex defec.jurisd.nu.*175.& nos ipsi *in add. rit.*53. *à nu.* 4. Ideòquè nèc in scriptis absentes, vel infirmi

12 vota transmittere possint eodem *in ritu num.*9. diximus, ni tamen tria concurrant, quòd sit destinata dies pro causæ expeditione, quòd ipse Judex interfuerit relationi factæ per causæ Commissarium, & quòd non remanserit sufficiens numerus Judicum, hoc namque casu validè illud transmitti statuit *pragm.* 8. *de suspic.* ibique *Reg. Rovit.*diceus,hanc pragmaticam habere oculos ad illos officiales, qui licet sint absentes, aut alitèr impediti, sunt tamen intra Regnum, & sic in ipso Regno retinent jurisdictionem ex *prag.* 78.*de offic.S.C.*

Hinc dum adversa valetudine quidam officialis laboraret,haud intervenire poterat decisioni articuli incidenter vertentis inter duos hujus Regni magnates, proindè votum in scriptis transmisit, prævia Principis licentia, cujus articuli dec sio eo die non pertracta, sed alium diem prorogata, ansam hæsitandi præbuit, nùm in decisione facienda possit,& debeat haberi ratio de voto ab illo transmisso, & negandum existimavit insignis quidam advocatus, quasi votum emiserit irretractabile, quod tamen debet esse deambulatorium usque ad sui prolationem, ex quo, & suspectum illum fore putavit, ita ut amplius non interveniret; ipse tamen nihil video, cur votare prohibeatur, ita ut de voto trasmisso nulla habeatur ratio, nisi quatenus denuò ejusdem voti esset, & planè si licet arguere ab arbitris ad Judices, cum redacta sint arbitria ad instar Judiciorum, *l.*1.*ff. de recept.arbitr.* omninò sic fatendum duco, nam, si quis de pluribus controversiis sumptus est arbiter, nihil sibi communibus, & de una sententiam dixit, de aliis nondum, nunquid desiit esse arbitrer, item àn in prima controversia possit mutare sententiam, de qua jam dixerat, & multum interest de omnibus simùl, ut dicat sententiam compromissum sit, àn non; nam si ut de omnibus poterit mutare, nondum enim dixit sententiam, quod si ut separatim, quasi plura sunt compromissa, & ideò (quantum ad illam controversiam pertinet) arbiter esse desiit, sic loquitur *tex.l.quid tamen ff. de recept. arbitr.* quæ verba optimè congruunt huic, de qua quæritur dubitationi, quando præmaturè super omnibus votum,ille formavit, non igitur prohibetur, quin denuò sententiam dicat. Hodie autem viget *pragm.*2.*de caus.decid.*qua sancitur suffragia ab absentibus non mitti.

RITUS XCIX.

Advocati boni aequaliter litigantibus distribuantur, Judicis arbitrio.

Item quod in Curijs ipsis fiat, & fieri debeat distributio Advocatorum, non habentium salarium, etiam de publico.

SUMMA RERUM.

1 *Advocati Neapolitani ex sola consilij præstatione, qua fortè quem Advocatum non facit in alteram ex partibus collata, renuunt alterius partis patrocinium suscipere.*
2 *Advocatus, cui fuerunt secreta causæ mandata, àn valeat contra Advocare.*
3 *Advocatos partibus à Judice distribui, sancit Ritus, qui juri communi est conformis.*
4 *Advocatorum Neapolitanorum laudes remissivè recensentur.*
5 *Est tamen, facta distributione, persolvendum salarium, attenta facundia Advocati, & fori consuetudine.*
6 *Dummodò ille pauper non sit, nam gratis defendere tenetur, non secus, ac, & medicus curare.*
7 *Ad id etiam Judicis auctoritate compelli posset.*
8 *Quin, & ab Ecclesia.*
9 *Nostris temporibus Advocatis, non suppeditatur merces à publico, nisi fisci, aut pauperum illi sit, sed persoluntur à clientibus, adhùc prace dente stipendij conventione.*
10 *Illorum absentia justum præstat impedimentum decisioni causarum.*
11 *Competens dilatio concedi debet ad eligendum alium.*
12 *Juramento probatur illorum absentia.*
13 *Illis quo tempore persolvendum sit salarium, qualitèrque constituatur.*
14 *Medico quando illud persolvendum sit*
15 *Quando, & quotiès medicus visitare infirmum debeat de jure Regni.*
16 *Medicus ob imperitiam graviùs peccat, quàm Jurisconsultus.*
17 *Medicorum est promittere.*
18 *Medici parabolani notantur.*
19 *Teneatur nè subsidijs Civitatum contribuere.*
20 *Carcerari nè possint proære alieno.*
21 *Gaudent privilegijs DD.*
22 *Operarijs ob pluviam nequentibus, tota die laborare, integrum non est persolvendum salarium.*
23 *Tutori, àn salarium non petitum, nec à Judice constitutum debeatur.*

Dom. Francisc.Maria Pratus Judex M.C.V. in criminalibus, laudatur.

24 *As*

24 *An curatori ad lites, pueris, vulgò, paggi, & cantoribus merces præstanda sit.*
25 *Hujus Ritus dispositio hodiè non viget.*

DIes semper mali fuerunt, teste *Augustino*, quin
pejora fuisse secula, quàm nunc sint, conten-
dit *Franc. de Petris festivar. lect. lib. 2. cap. 9. & in*
Problem. Accadem. Problem. 7. ideò quam nunc
experimur fallaciam, ex hoc Ritu antiquitus quo-
què observatam agnoscimus. Scio enim, quàm
sæpissimè à litigatoribus, magis versutijs, quam
justitiæ fidentibus in litis initio, & antea quoquè
electos fuisse omnes Civitatis insigniores Advoca-
tos, ut causæ faverent, atque ita in causa sit, ut
nonnisi inferioris ordinis Doctores, ex adversò
contendentis partis jura defendant, quando Nea-
politani Advocati ob publicam honestatem, & de-
1 coram circumspectionem, ex sola consilij præsta-
tione (quæ fortè quem Advocatum non facit,
Glos. in constit. utilitati, ut null. ad pract. idem
de Petr. festiv. lib. 1. cap. 11. sub num. 6.) in alte-
ram ex partibus collata, renuunt alterius, & ad-
versæ partis patrocinium suscipere, cùm tamen de
2 jure constet, quod licet tuæ causæ secreta mihi
mandaveris, nihilominùs tamen contra te advo-
cationis munere fungi potest in eadem causa,
prout *Accursij* temporibus judicatum fuit *in l. fin.*
ff. de postul. quod quidem judicatum, diversimodè
acceptum habemus apud *Cora. de commun. opin.*
lib. 1. tit. 6. inspect. 2. Quibus fraudibus ad obvian-
3 dum, censuit Ritus iste constituere, faciendam
esse per Judicem distributionem Advocatorum,
atquè ideò, instante parte debeat Judex ex Advo-
catis insignibus ab altera electis sejungere aliquos
eisque mandare, ut alterius jura teneatur, ma-
ximè accedente juris sanctione, tùm prohibitum
postulare concedente cogi, tùm recusantem am-
bitione, seù potentia adversarij, vel metu, ob
quæ alius patronum non inveniat, *in l. 1. §. at Præ-*
tor el 1. ff. de postuland. juncta *l. providendum, §. si*
quis verò, C. de postuland. notatque *Bal. in l. invi-*
tus, sub nu. 1. C. de procurat. Guttier. pract. 99.
lib. 1. cap. 30. Azeu lib. 2. recop. ll. Hisp. tit. 16. l. 17.
Avus meus ad Grammat. decis. 103. *num.* 35. *Ala*
de advoc. q 44. inquirens, àn subtrahens omne,
& meliores Advocatos peccat, *Greg. Lop. sup.*
partit. leg. Hisp. par. 3. tit. 6. l. 10. Xammar. de offic.
Judic. & Advoc. par. 2. quæst. 3. num. 7. D. Franc. Ba-
ron. de effect. inimicit. effect. 5. num. 5. & effect. 146.
num. 1. (& Neapolitanorum Advocatorum lau-
4 des recenset *Viv. opin. 27. num. 10. & 11. lib. 1.*)
dummodò causa justa sit, & non evidenter inju-
sta, *Lun. in add. cons. 15. in addit. ad num. 6. num.*
4. *Muta consuetud. 68. num. 20. & sup. pragm. de*
offic. advoc. procur. & solic. M.R.C. num. 8. Non
5 quidem gratis, sed illius salario persolvendo, at-
tenta facundia Advocati, & fori consuetudine,
inquit *Glos. in ead. l. 1. vers. non habebunt*, nisi,
6 & ille pauper sit, etenim tunc gratis, quia defen-
dere debet, etiam sub pœna peccati, *Gravat. ad*
Vestrium in sua prax. lib. 4. cap. 4. num. 32. Angel.
Clavas. in summa, verbo Advocatus, num. 10 Fon-
tanell. de pact. nuptial. lib. 1. claus. 4. Glos. 18. par. 4.
num. 85. & decis. Cathal. 425. lib. 2. non secus, ac,
7 & medicus curare, uterque ad id, etiam Judicis
auctoritate compelli posset, *Rip. in tract. de peste,*
tit. de remed. ad curandam pestem, num. 88. Ama-
nell. sing. 169. Viv. lib. 2. opin. 494. verbo Medicus,
num. 14. & decis. 159. lib. 1. Foller. in constit. lege
præsenti, num. 1. Carpan. ad Consuetud. Mediolan.
cap. 432. lit. L, quin quoquè, & ab Ecclesia, tan-
8 quam recusantes illis eleemosynam præstare,
Tiraq de nobilit. cap. 29. num. 46. & laudato *Cara-*
vita hoc in ritu num. 10. & 11. insequitur *Claud.*
Bertaz. ad sui patris consil. crimin. 321. lit. B, lib.
2. Cassan. in catal. glor. mundi par. 7. cons. 32.
Amend. ad Franch. dec. 222. in fin. Marchisel. in
quæst. 27. Gayll. lib. 1. observat. 43. num. 14. & de
procuratoribus loquitur *Mysinger. singul. obser.*
centur. 4. observ. 32. num. 4.

9 Etiam si à publico non consequantur salarium,
subnectit *Ritus*. His verò nostris temporibus,
quia nulli Advocato suppeditatur merces à publi-
co, nisi fisci, aut pauperum ille sit, *Afflict. in*
constit. si quando in fine, ideò persolvitur a clien-
tibus, adhuc nulla præcedente conventione sti-
pendij, *Federic. de Senis cons. 218. in princ. Grammat.*
thor. 17. num. 9. Castill. decis. Sicil. 226. num. 2. lib. 3.
Cancer. var. resol. 2. par. cap. 14. de procurat. à num.
111. Fontanell. dec. Cathal. 376. num. 10. lib. 1. &
copiosè nos scripsimus *ritu* 58.

10 Et quia plerumquè abesse solent ejusmodi Ad-
vocati, eorum absentia justum præstat impedi-
mentum decisioni causæ, idem *Federic. cons.* 154
ut prætereà sententia probata tempore, quo omnes
Civitatis patroni ad Judicia accedere renuere, cau-
sa, non præstandi juramentum de calumnia, (cu-
jus duritiem, & absurditatem. Advocatorumquè
dignitatem, & pervetustam tot seculorum con-
suetudinem, ac præscriptam libertatem, novis
inventis, ostendit tunc *Francisc. de Petr. cons.* 1.
& nonnulla annotavit *Camill. Tambur. in ejus opu-*
sculo & advertit *Tasson.* ordines rescribens *de an-*
tef. vers. 7. obser. 2. num. 11. nullitate polleat, tue-
tur *Thor. p. 3. comp. dec. verbo Sententia prolata.*

11 Imò competens dilatio concedi debet ad eli-
gendum alium, ut inquit *Apostill. in Bar. in ex-*
travag. ad reprimendum, verbo Sine strepitu, &
vers. advocatus, latius *Jas. in l. fin. ff. de feriis, &*
Mascard. concl. 10. ubi prætereà docet juramento
12 probari advocati absentiam, quin, & aliam con-
cedendam dilationem ad instruendum novum
Advocatum in causa ascitum, docet *Gl. in cap.*
2. vers. Advocatus ut lite contest.

13 Salarium verò, quod, & quo tempore persol-
vendum sit, qualiterque constituatur, vacillant
DD. ut est videre apud *Bar. in l. pen. ff. de Advo-*
cat. divers. Judic. Jas. in §. omnes num. 59. de action.
Gaball. milleloq. 694. Magon. decis. Florent. 12. nu.
12. num. 5. Petrus Roy decis. 4. Littuania num. 384.
tom. 2. in decis. divers. Cappell. Tholos. decis. 10.
269. 426. & 448. *Guid. Papa dec. 190. & cons. 205.*
num. 9. & illic *Anfrer. Gayll. observ. 44. lib. 1. n. 12.*
Natta cons. 452. latè *Reg. Carolus Tapia decis. S.C. 60.*
Thor. par. 1. compend. decis. Regni, verbo Salarium
ultra, Jo. de Deo in sua praxi lib. 5. cap. 17. num. 4.
& juxta mentem *Carav. hoc ritu* 5. loquitur *Tun-*
tol. in Judic. 6. num. 33. & Judic. 16. num. 4. de
Franch. decis. 264. num. 22. Masull. ad Cayc. dec. 11.
num. 2. Bero. qu. 90. num. 7. Petr. de Monteforte in
Consi. hac edictali, & aliis omissis, *Franc. de Petr*
festiv. lect. lib. 3. cap. 7. nosque memorato in *Ritu*
indi-

indicavimus, ibiquè illam excitavimus controversiam, num salaria Advocatorum, & procuratorum tacitam habeant hypothecam cum jure prælationis, quamque extricat *Jo. Petr. Fontan. dec.Cathal.*426.& 427.*lib.*2.affirmativè respondens.

14 In eo tamen quod medico nihil recipienti à publico, debeatur a partibus affirmat *Vivius* attendendum esse tempus peractæ, non initiatæ curæ, *opin. prædicta* 494.*num.*1. ibi multis confirmans auctoritatibus, quibus contradicunt alii præsertim *Zasius in §.tripli, instit. de action.* adjungens, quod si veritate inniteretur, non semper rubeis vestibus induerentur, cum sivè moriatur, sivè sanetur infirmus, æqualiter triumphent, traduntque *Barbat.in rubr.de solut.in fin.Tiraq.de retract. convent.§.7. Glos.*1.*num.*10.& *de nobilit. cap.*6.*nu.* 31.*Emmanuel Themudo dec.* 243. *num.* 3. *Novar. dec.*411. *Fontanell.decis.*423.*num.*8. *tom.*2. eorum tamen utra sit verior sententia, non inquirimus ubi *Const.Regni* exordientem, *quia nunquam scire*
15 *potest*, sub *rub. de medicis.* cujus compendiosa ea est sanctio, à paucis perpensa: disponit enim, medicum requisitum ab infirmo, teneri bis in die visitare illum, & semèl in nocte, & recipere tantùm debet medium tarenum in die, & intra Civitatem, aut Castrum, extra verò consequatur tarenos tres, & expensas, aut quatuor sine expensis; Illud autèm pro diebus festivis, in quibus ad infirmum accessit, consequi non debet, ex resolutione *Magon.resol.Florent.*11.*num.*8. Ipsi verò, qui pacta mercede infirmum curavit, si reincidit in morbum, unum debetur salarium, *Fragos. de repub.Christ.par.*1.*lib.*5.*disp.*13.*n.*21.*Themudo add. loco num.*6. dicunt, sed hæc utinam servarentur

16 Medicum verò gravius peccare, quàm juristam, ex imperitia minus probè agentem, monet *Caietan.in summa, verb.Doctorari*, & discriminis causam præter à *Caietan.*traditam, tribuit *de Petr.* superiùs *citato lib.*1.*festinar. lection. cap* 6.*sub nu.* 17. sed an medicus valeat sequi opinionem probabilem, relicta tutiori, in adhibendis, & applicandis remediis, inquirit *R.P.Sacc. in fasc.flor.lib.* 1.*pract.*4.*cap.*4. *de consc.dub.num.*92. & quod me-
17 dicorum sit promittere, indicat *text.in l.medicus de var. & extraord. cognit.* & cecinit *Horat. ep.* 1. *lib.*2. *promittunt medici, tractant fabrilia Fabri*, & in ipsos circuitores multas habentes parabolas,
18 invehit *text. in l. si duas*, §.1. *ff. de excus.tutor.* necnon *in l. Parabolani, Cod.de Episc. & Cleric.* Alia multa de medicis cumulavit *Guid. Papent decis.*394. ac præsertim, si teneantur contribuere
19 subsidiis Civitatum, seù Collectis; anquè in carceribus pro ære alieno mancipari possint; nega-
20 tivè respondent in eorum gratiam *Phæbus decis.* 3. *tom.*1. *Cons. Paschal. de patr. potest.d. par.*2.*cap.* 5. *num.*85. *Novar. de elect. fori*, *q.*26. *sect.*2. *nu.* 20. & ipsis eadem *DD.* privilegia tribuunt, *Caput. de regimin. Reipubl. cap.* 4. *num.* 38. & 43. *Pras. de Franch. decis.* 564. *num.* 13. & cæteri, quos laudat *Cons. Rocc. tom.*2. *respons.*89. *n.*24.

Cæterùm, operariis promissum salarium, quod alii Cives persolvunt, intelligitur promissa infima quantitas persoluta, *Guid.Papa dec.*252.*Natta cons.* 239. *Papon. lib.*6. *tit.*12. *arresto* 9. & *Avus meus ad Capyc. dec.*163. *sub num.*1. & si aqua de
22 cœlo decidente madefierent, laborem ferre intermiserint, dieque integro continuare nequiverint, neque integram, sed pro rata tantùm recipient mercedem, *Andr. de Capua sing.* 5. cujus meminit *Avus meus add. loco, & Natta cons.*229. *vol.*1.

Illud verò non deberi tutori non petenti in
23 principio administrationis, nec à Judice constitutum, decisum memorat *d. Franch. decis.* 122. & firmant *Grammat. theorem.*12. *num.*3. *Viv. decis.* 40. *Fontanell. add. decis.*276. *num.*1. *Monter. decis. Aragon.*29. *num.*21. quibus contradicit *Francisc. Maria Prat. to.* 2. *discept. forens.cap* 5. omnibus adductis objectis per *Dom. de Franch.* occurrens, ut notavimus etiam in *Ritu* 58. *sub num.* 17. *vers. tutori verò*, quamvis in illa facti specie relata per *Prat.* articulus, superveniente extremo fato clientis, determinationem non habuerit, teste eodem *Franc. Maria Prat. ad Paschal. de patr. potest. par.* 1. *cap.* 3. *vers. curiosa in primis*, qui Franciscus Maria Pratus Judicis M. C. V. criminalis munere, jussu Excell. Comitis de Castrillo perfunctus, pro fisci quoque Advocatus, ac mòx Vicariæ Judex civilis cum extitisset, eaquè munera, singulari diligentia, incorrupta fide, mirabili probitate obiisset, syndicatum tamen non effugit. At Juncta adversus eum, æmulorum ipsius malignitate, constituta, pronunciatum fuit, die 14. Novembris 1659. *Quòd non procedatur, stante quòd non adsunt querelæ, nec delictum aliquod, pro quo possit procedi contra V.J.D. Franciscum Maria Prato*, ut ex decreto, quod ipsemet transcripsit *lib.*3. *discept. forens. cap.* 52. *num.*56. satis liquet. Quamobrem, cognita tanti viri innocentia, ac singulari doctrina, editis in lucem libris contestata, Excell. D. Comes Pegnarandæ à Rege in hoc Regno secundus, denuò, omnium bonorum studiis, ac plausu, Judicem M. C. V. criminalem illum esse jussit. An salarium de-
24 beatur curatori ad lites dato minori, inquirunt *Fontanell. add. dec.*276. *Guttier. de tutel. & Cur.* 3. *par.cap.*18.*num.*3.

Sed an merces pueris, vulgò, *paggi*, debeatur, quæstio fuit in Senatu Lusitano, apud *Cabedum decis.*162. *num.*5. *par.* 1. & manavit scitum, non deberi, nisi completo anno decimoquarto, cujus meminit *Pater Fragos. de regim. Reip.Christ. par.*3 *lib.*10. *de conjug. fidelium*, §.5. *disput.* 22. *de salario famulorum*, *num.* 108. subnectens, in puellis expleto anno duodecimo, ubique *num.* 114 quæstionem excitat, an illa præstari debeat cantoribus, citharedis, nimis, saltatoribus, & similibus, qui inserviunt dominis ad exhilarationem, & negativè resolvit ex *Coler. de process. execut. par.*1. *cap.* 6. *num.*12. nisi ipsa merces in pactum deducatur, *Gratian.discept. forens.cap.*185. *num.*41.

25 Hunc Ritum hodiernis temporibus minimè servari indicat *Reg. Tap. lib.*2. *jur. Regn. tit de offic. Advoc.*

RI-

RITUS C.

Advocati non accedant ad Bancam, nisi vocati, nec se intromittant circa ordinem processus, duasque tantum causas proponant.

ORdo per Curiam datus Advocatis sedentibus, per subscriptum ordinem habeant loca, qui quidem Advocati non audeant accedere ad Bancam, nisi vocati, servato dicto ordine, & quod non intromittant se de actis ordinariis spectantibus ad ordinem causarum, sicut est publicatio, petitio repulsæ, conclusio, & alii ejusmodi actus qui actus fiant per procuratores (ut spectat ad officium ipsorum) & quod quilibet Advocatus qualibet vice, qua veniat ad Bancam: ponat duas causas tantum. Item in Curia ipsa fiat distributio advocatorum non habentium etiam salarium publicum.

SUMMA RERUM.

1 *Advocati quo ordine sedeant coram Judicibus in Aula, & extra Aulam.*
2 *Advocati non immisceant se actis ordinatoriis.*
3 *Quæ ad procuratoris officium spectant.*
4 *Cujus ratio redditur, & efficacior est illa à Caravita recensita sub nu. 4.*
5 *Procuratoris officium esse artem vilem vilesque officium ostenditur, & Advocatos exercentes illud nobilitatem amittere idque longo themate comprobatur.*
6 *Traduntur intellectus Juribus in contrarium adductis.*
7 *Adducuntur Jura, & DD. hanc sententiam confirmantes.*
8 *Procuratores exercere artem vilem ex Baldo, aliisque DD. etiam in decisionibus, traditur.*
9 *Quod confirmavit Tiraquellus in tract. de nobilitate, qui summæ est authoritatis, dum conscripsit tractatum de nobilitate, & præfertur aliis contrarium sentientibus in lecturis.*
10 *Procuratoris officium ex Dyni, & aliorum mente licet infami exercere.*
11 *Bona Procuratore quæsita non sunt castrensia, sed adventitia.*
12 *Procurator est Notario inferior.*
13 *DD. administrantes procurationem indignos esse prærogativis DD. probatur.*
14 *Nobiles judicum domus adire non cogendi, ut testimonium ferant, ac præsertim DD.*
15 *DD. nihilominus procurationis officium gerentes utiquè illuc ire coguntur.*
16 *Nobilis sanguine exercens notariatum, nobilitatem amittit.*
17 *Cavalcan. & aliorum adversa sententia innititur consuetudine Civitatis Florentiæ, Romæ, & Cameræ Imperii, & protestatione DD. procurationem exercentium*
18 *Regni more nobili genere ortus, & insignis Doctor, hujusmodi ministerio, minimè fungitur.*
19 *Procuratores ad Doctoratus gradum evecti, refutant illud exercere, ex quo doctoratus laurea decorati.*
20 *Nobilium, & ignobilium dissimiles sunt pœnæ.*
21 *Licentiatus, & professus, qua pœna puniatur, & quando licentiatus, qui dicatur.*
22 *Causidicus ex honestis parentibus ortus dicitur nobilis respectu qualitatis pœnæ irrogandæ.*
23 *Jura allegare procuratores nequeunt, sed tantùm factum proponere.*
24 *Præsente Advocato non loquuntur.*
25 *Nec nullitates proponere, capita suspitionum, & supplicationes subscribere possunt.*
26 *Procuratores ab Almo DD. Collegio Neapolitano, Doctoratus lauream recipiunt.*
27 *Vilibus porta dignitatis non interdicuntur, sed infamibus tantùm.*
28 *Assertio Dyni, & aliorum, procuratoris officium esse infame veritate non podet.*
29 *Exemplis non est judicandum, & nec attendendum, quod fit, sed quod fieri debet.*
30 *Spurii tanquam infames Doctorari non possunt, id quod re ipsa non servatur.*
31 *Privilegio Reginæ Joannæ Secundæ prohibetur doctoralis dignitatis gradum impertiri excommunicatis illegitimis infamibus, cæterisque hujus generis.*
32 *Huic privilegio respectu legitimatorum Collaterale Consilium dispensare solet, & adducuntur scita, sive decreta Almi Collegii.*
33 *Dispensationis diploma clausulam revocatoriam memorati privilegii continere debet.*
34 *Covarr. & Guttier. non negant procuratoris de Jure vile esse officium.*
35 *Reg. Rovitus, Franc. de Petris, & cæteri loquuntur in iis, qui Advocati, & procuratoris munere eadem in causa fideliter funguntur.*
36 *Officium Advocati, & procuratoris, tametsi distincta, hodiè tamen usu practico, nedum Neapoli, sed alibi conjunctim illa exercentur.*
37 *Adducuntur verba Regentis Roviti propria manu exarata, contra detur puntes officium procuratoris, & qui sordibus dediti improbè se gerunt.*
38 *In gratiam procuratorum supremorum Tribunalium, nonnulli Doctores, qui adducuntur, respondent.*
39 *Actuarii, & examinatores vile exercent officium.*
40 *Ad dijudicandum nobile, an sordidum sit exercitium nationis consuetudo, mos, & communis patriæ reputatio, sunt attendenda.*
41 *Non eadem omnibus gentibus sunt honesta, aut turpia.*
42 *In Regno à viris tantùm popularibus, dicta exercentur officia.*
43 *A Follerio una simul proponitur quæsitum, de Actuariis, Berroariis, Carcerariis, Castellanis, & similibus.*
44 *Examinatores S. C. possunt esse iidem, qui scribæ sunt in eodem S. C. qui examinare nequeunt in eadem causa, quam agitant.*
45 *Scribarum officium toto orbe terrarum vile est.*
46 *Ritus hujusce observantia ab Aula recessit.*

Isthæc

ISthæc verba: *Servate dicto ordine*, In Ritu adjecta, præportant antecedentia de Advocatis sedentibus, attento ordine illic prescripto non esse
intelligenda coram Judicibus in Banca, sed extra
1 Bancam, scilicèt Aulam duo namque exprimit;
Primum nempè, ut sedeant data præcedentia
subscribenda; Alterum verò, ut vocati accedant
eadem attenta præcedentia, & consecutivè antecedens intelligitur in tempore, quo nondùm iverunt ad Bancam, neque fuerant adhuc vocati, &
pro majori dilucidatione videre, nè gravetur Lector, quæ congessimus in *rit.* 192. juribus multis
veritatem demonstrantes.

2 Prohibet insupèr Ritus, nè Advocati immiscéant se actis ordinarijs, scilicèt ordinatorijs,
cum subjungat spectantibus ad ordinem causarum,
de quo meminit *Borrell.tom.2. summ. dec. tit.* 25.
num 41. ratioquè suppetit illa, quod ad procu-
3 ratoris officium spectant, quod idem noster hic
Ritus declarativè addit, & nos scribimus *in Rit.*
seq.& 17.

4 Rationem verò, si investigare velimus, qua
ita decernitur, vel non aliam, vel non efficaciorem inveniemus illa, quem & *Carav. sub num.* 4.
commemorat, quia ab illis cavere debent Advocati, nè eorum nobilitatem deturpent, cum namque ad procuratoris officium illa spectare sãxerit,
atque in eis se intromittere Advocatos vetaverit,
fateri debemus cum eodem *Carav.* id contigisse,
quia Ritus procuratoris officium vile, & intimum
5 esse supposuit, ab eoquè abstinere debere ipsos
Advocatos, alioqui nobilitatem perdere, atque inter plebejos numerari, illisquè injuncta onera subire, teneri, & nobilium amittere privilegia, &
summa affectus sum lætitia, cum ipsissimam rationem reperi, scripsisse *Bart.in l. universos, & l. si
quis procurationem, C.de decurion, lib.* 10. quod
scilicèt procuratoris officium sit vile, ex quo Advocati illud exercere non debent, & sequitur
*Avilles in lib.Prætorum, cap.3. Glos.Procuratores,
sub num.2.* necnon *Cassan.cons.64. sub num.34.*

6 Has ambas *Carav.* assertiones omninò veras, &
suae fulcitas affirmo, semotis divinativis intellectibus ad jura multa apertè huic parti faventia ab
aliquibus adductis, quod namquè illorum Jurium verba suaptè natura aliquid importantia
aliud insinuent Arghatis, (ut vulgò fertur) trahentes, quid aliud est est, nisi dinare? & tot jurisperitos, tùm antiquòs, tùm modernos redarguere, dum ea Jura adversus procuratores ipsos
adduxerunt; Priorem itaquè superiùs traditam
conclusionem, quod scilicèt procuratoris officium
sit vile, probat *text. in dicta l. si quis procurationem*, illicquè ajunt *Gl. Bart. Rebuff. Andr. de*
7 *Barolo* & alij, insuperquè *Glos. fin. in cap. infamibus, de reg.jur. in 6.Jo.Monachi in cap.quamvis, de
offic. deleg. in 6. Archid. in cap.is qui, de procur.
eod.lib.6.Bal.in l. invitus, sub num.1. C.de procur.
Andr. Gaill. observ. 43. num. 5. centur. 1. Calvalc.
decis.41. sub.num. 29. par. 1.* citatulq; *Cassan. eod.
memorato loco, Gravat. ad Vestrium in praxi lib.2.
cap.19.num.3.* quin, *& cap.8. sub num.* 5. scripserat, procuratorum, secundum regulam, vile esse munus, *Gratian.* etiam *quæst.forensi 57.sub.nu.
39.tom.1.& Bong. Curtile in tract.de nobilitate,par.
3.num.142. Matth.Coler. decis.German.* 115. *num.*
11. *Franc. Caldas de in integrum restit. min. verbo
Læsis, num.*101. necnon alij mille, & decisiones
mòx adducendæ ad comprobandam secundum
conclusionem, quin artem vilem exercere procu-
8 ratores, testatur *Bal. in cap. Imperatorem, sub
num. 8. ut lite non contest.* & quod magis urget,
pro conclusione statuit eruditissimus *Tiraq. tract.*
9 *de nobil. cap. 30. num,* 1. qui cum integrum conscripserit tractatum de nobilitate, summæ eum
esse in ea re auctoritatis, ac cæteris præferendum
etiam alijs contrarium sentientibus in lecturis, ex
Bartol.Scysell.Nevilan. & alijs, quos sequitur *Farinac.q.103.sub num.*164. Non secus, ac de *Lambertino* loquentes *Doctores* in materia Jurispatronatus dixerunt, neque exilis considerationis, videntur eisdem *Tiraq.* verba, illa scilicèt *quia res
minimè dubia est; nam omnium calculis quisquis
id munus obit, nobilitatem amittit, ut pote cum
sit infamissima vilitas; Dynus* etiam *in eod. cap.
infamibus*; infamissimum reputat exercicium, il-
10 ludquè propterea licere infami exercere probat;
necnon *tex.in §. fin. Instit. de except. Jas. Glos. &
Bal. in locis*, per eundem *Gaill. eadem num. 5 relatis*, atquè *Mandos. in 4. regul. Cancell. q.8.
num. 5. & Gravat. sub num. 12. Capitis postremi
inferius citandi*, quasi quod proptèr infamiam,
non amplius dehonestetur illius officij vilitas;
Ejusmodi quoq; ex causis non castrensia bona es-
11 se, sed adventitia, quæ procurator acquirit,
jure defendimus super *ritu* 201. quin, & procuratorem esse Notario inferiorem, docet præfatus
12 *Mandos.*idemq; *Gratian. num. 40. ejusdem q.* 57.

Posteriorem verò conclusionem, tùm Ius commune, tùm Regni mos approbant, ejus non tantùm primam partem, sed postremam quoque, ut
scilicet ab illius exercitio abstineant Doctores,
13 alioquin indigni sint prærogativis, honoribus,
& imunitatibus Doctoribus concessis, Jure namquè tutatur utramquè assertionem, *Guid. Papa
tribus in decisionibus*, nempà *decis.* 88. 89. & 90.
adjungens, ita decisum, aliquè multi Doctores
amplexantur, quos idem *Carav.* recenset, quibus addimus alios insequentes, nempè *Sarayn. in
annot. ad Matthesil.singul.58. & 814. Hartm. cap.
14.de procurat. lib.1.* additionem ad *Rebuff. in dict.
l.si quis procurationem*, ubi optimè probat idem
Rebuff. in illis verbis, *quia hic exercebatur per illum, qui erat in dignitate, ideò infamat*, necnon
aperta, & finalia verba *Joan. Faban §. fin. in tit.
de except.* sunt namque. *Quare dic, quod recipere
procurationis officium infamia infamia, est vile
homini existenti in dignitate, sicut curiali, sed
alij pauperes non & ideo Doctores, & licentiati videtur infames, qui onus procurationis recipiunt,
& Cavalc.* etiam *decis. Fivia. 41. par. 1. à num.1.
usque ad* 13. annuit, necnon *tex.* peregrinus *in
l.ne quis ex corpore, C.de Advoc. divers. Judic.* Doctoribus interdici, ministeria exercere vitia, additquè inibi rationem *Gl.2.* quia fieret injuria toti ordini doctorali, ex quibus deflectit ad individuum nostrum casum *Signor. de Gomod. in suo
tract.*utrum præferatur Doctor, an miles *n.55.& seq.*
& inquit, quod Doctor propterea exercere vetetur
officium Tabellionatus, vel procuratoris, Assentitur *Franc.Marc.dec.324.par.1.* inquiens, Advocato, cujus officium nobile est, prohibitum esse,

Ta-

Tabellionis, & procuratoris officium, eo quod vi-
le utrumq; eſt; ſequitur *Martha tom. 1. juris con-
trov.tit.de Advocato , c.9.* ob id nimirùm regulam
illam omnium ore volutatem,ut egregiæ perſonæ
Judicis domum petere non cogantur , teſtimo-
14 nium dicturæ , ſed Notarius earum debeat adire
domos, recepturus illarum , teſtificata , conſtitu-
tam, & affluenter probatam per *Farinac. qu.77.à
nu.202.* ad Doctores ipſos deindè extenſam, mul-
torumquè auctoritatibus,corroboratam à *nu.214.*
Reſtringendam nihilominùs eſſe in Doctore
15 exercente procurationem, affirmat *num.221.* an-
teaquè firmaverant *Gravat. ad Veſtrium in praxi
lib.1.cap.fin.verſ. quamquidem,ſub nu.12.& Jacob.
Berlur.in tract. de privil.Juriſconſul. par.2. nu.10.
in præfat.*omneſque ea ſuffulciuntur ratione,quia
officium procurationis vile eſſe ajunt , uſquè eo,
ut nobilitas amittatur , quod etiam perpenſa ra-
tione *Rota in cauſa Comenſis habitæ* , ſemèl , at-
que iterum decidit nobilem ſanguine gerentem
notariatum , perdidiſſe nobilitatem *in dec ſ. 297.*
16 præſertim *nu.3 par.1. to.1. & deciſ.504.ſub num.
8.par.1.to.2.*apud noviſſimè recollectas a *Farinac.*
quin, & aliud præmaximè notandum , propterea
concluſerunt , quod quamvis illa in Civitate no-
tariatus officium, minimè quieſcat,minimeq;anti-
quam nobilitatem devenuſtet ; in officiis tamen,
ac dignitatibus extrà illam aſſequendis ejus natu-
ra , & vilitas omninò attendatur . Quibus omni-
bus hactenus conſtitutis , & alia , quæ *Rit.ſeq.*cu-
mulamus, opitulantur , & quippè plurimùm , ni
fallimur , & contradicentia pro adverſa ſententia
ab ipſumet *Cavalc.*relata jam dicta *deciſ.41.à.n.13.*
huic veriſſime non refrangatur concluſioni,inni-
17 tuntur enim proteſtatione eorumdẽ DD.exercen-
tiũ procurationem,quin,& conſuetudine Civitatis
Florentiæ exiſtimant procuratoris officium hono-
rabile , ſicuti , & in Camera Imperii, teſtatur *Ga-
yll.præcitata obſervat.43.num.7.*& Romæ *Veſtrius
in praxi lib.2. cap.19. nu.1.* Ubi itaquè jam dicta
ceſſat conſuetudo, omninò ſubſiſtere jam relatam
concluſionem præſeferunt, iidem *Caval. Gayll. &
alii.*

Regni etiam more certo certiùs conſtat de ve-
18 ritate aſſertorum, omnequè ceſſare dubium , ac
ſubſiſtere à me firmatam concluſionem , cum ne-
mo veridicus fateri juſtè poſſit , illud pro officio
honorabilis in eo haberi, conſuetudinẽquè extare
eiſdem procuratoribus favorabilem , at prorsùs
contrariam , nullum enim unquam vidimus no-
bili genere ortum , nullamquè inſignem Docto-
rem hujuſmodi factitaſſe miniſterium, ſcimus ta-
men, & quotidiè experimur, procuratoris munus
in cauſis gerentes ad gradum doctoratus evectos.
in eiſdem cauſis citatos , refutaſſe proſequi , ac
19 replicaſſe, non amplius poſſe intervenire, ex quo
doctoratus laurea decorati , Alios multos noſci-
mus , clientes ammittere nolentes , qui aliquos
ſuos commenſales, aut intimos, curarunt apparen-
ter citari,& procuratores deputari, nè, & ipſi pro-
curatores eſſe dicerentur , quamvis re ipſa præfa-
ti , ità conſtituti , aut ſubſtituti nihil agant , nec
ſibi notificatis ſcripturis reſpondeant, quod iidem
non dictent, moneantque Doctores; atque de his
plenæ ſunt proceſſuum paginæ, & niſi vile exiſti-
maretur in Regno officium, utiquè tot invento-

nibus, ac verſutiis non uterentur, at manifeſtè ge-
rerent, omniaquè per ſe ipſos agerent , ab illis ta-
men cavent, ſicut ab igne,qui nobilitèr vivere in-
tendunt, quia certo ſciunt vile ab omnibus repu-
tari, & laudat *Borrell.in ſumm.deciſ.par.1. tit.66.
num.66.*

Quòd, & aliis apertiora præportant argumen-
ta, illud nempè , quod ſi delictum mortè dignum
patrarent, non nobilium , ſed ignobilium, multa-
rentur pœna, quippe quod furcis ſuſpenderentur,
20 qua ignobiles plectuntur , *De Franch.deciſ.240.
nu.8.& deciſ.630. Farinac. q.98. à num.98.* quin
in profeſso , & licentiato deciderat antea S.C. te-
21 ſte *de Franch.dec.111.*declarat *Reg.Rovit.in rub.
de Scholar. doctorand. num.24.* & quando quis li-
centiatus dicatur , explanant *Gomez leg.2. tauri
nu.9.Muſcat.de Doctor.dignit.par.1. num.48.* Ve-
22 rùm quod etiam cauſidicus ex honeſtis parenti-
bus ortus dicatur nobilis , reſpectu qualitatis pœ-
næ irrogandæ , deciſum tradit per S.C. revocan-
do decretum M.C.*Franciſc.de Petris conſ.35.num.
31.*inſequitur *Reg.Capyc.Latr. dec.183.n.19. lib.2.*
23 Jura etiam allegare procuratores nequeunt, ſed
tantùm factum proponere , *Lanfranch. in praxi
c.8.ſub nu.94.*eumq; ſequitur *Aviles add.cap.3.gl.
Sollicitadores , ſub num.2.*quin , & præſente Ad-
24 vocato loqui, vetat *prag.4.§.24.de dilat.*nullitates
ſubſcribi debeant ab Advocatis , aut procuratori-
bus,attamen ex altera *prag.5.ejuſdem tituli* ſanci-
tum fuit , nullitates contra caſum legis debere
ſubſcribi ab Advocatis , *Thor.* amplians etiam ad
procuratorem Doctorem , *in ſupplem.compend.de-
ciſ. verb. Doctor qui officium .* Nequè ſuppli-
cationes ſubſcribere valent , quas Advoca-
ti manu in extrema pagina ſignatas , exquirit
pragm.26.§.3.de offic.S.R.C.& ſervari in Cathalo-
nia, teſtatur *Jo:Paul.Xammar.par.2.rer.judicat.de-
fin.127.*hujus obſervantiæ rationem tradens . Ca-
pita itidèm ſuſpitionum contra Judices ab Advo-
catis proponantur , & ſubſcribantur ; diſponit
pragm.10.§.4. de ſuſpic. official. prout quoquè ſer-
vari in Regno Portugalliæ, refert *Georg.de Cabe.
deciſ.45.nu.8.par.1.*& in Cathalonia, teſtatur *Fon-
tanell.dec.4.nu.17.lib.1.*

Illud autèm , quod Almum Doctorum Colle-
25 gium pati conſueverit procuratores in ſigniri do-
ctoratu , non efficit, quin propterea dicantur vile
26 Neapoli adminiſtrare exercitium, etenim vilibus
27 interdici portas dignitatum, non reperi, ſed infa-
mibus tantùm, *in cap.infamibus , de regul.jur.Jo-
doc.in prax. civil. cap.96.num.6. Angel. Clavaſ. in
ſumm.verbo Advocatus, num.1.2.& 3.*quamvis in-
fames eos crediderit *Dyn.* aliique multi ; eorum
28 tamen non ita communis , & vera videtur aſſer-
tio , ſicuti , & illorum , qui vilè cenſent , nec mi-
rùm ſi procuratores aſſumere ad doctoratum , ſo-
leat Collegium prædictum Neapolitanum ; Acce-
dit aſſertio altera , quod minimè judicandum exẽ-
29 plis eſt , minimèq;attendendum quod fit, ſed quod
fieri debet, atq,in his terminis non immeritò legi-
mus ſpurios , tanquam infames , doctorari non
30 poſſe , id tamen re ipſa non ſervari , teſte *Afflict.
in conſtit. incip. conſtitutione præſenti , num.3.* Id
ipſum igitur in hoc , de quo agimus caſu , dicen-
dum videtur , non autem ex eo inferre , quòd ſi
vile eſſet procuratoris exercitium , denegaret

Neapolitanum Collegium procuratoribus, assumere doctoratum, nam si spurios admittunt complura Collegia, apud *Jacobum Benium in tract. de privileg. jureconsult. par. 3. privil. 64. nu. 6. Carpan. ad statut. Mediol. cap. 349.* quid mirùm, si Neapolitanum etiam procuratores?

Verùm privilegio Serenissimæ nostræ Heroinæ
31 Joannæ II. almo Neapolitano Collegio elargito, rescripto à *Reg. Tapia de Jure Regni, sub tit. de offic. Magn. Cancell. fol. 407.* prohibetur, doctoralis dignitatis gradum impertiri excommunicatis, infamibus, aut turpi vita, & moribus apud bonos, & graves publicè diffamatis, spuriis, & aliter illegitimè natis, illosquè ad illud admitti, cui quippè privilegio respectu legitimatorum solet Collaterale Consilium dispensare, quodque servavit in gratiam Scipionis Fazali, sub die 15. Aprilis
32 1652. penès Scribam à mandatis Lombardum, manavitquè scitum, sivè decretum ex almo Collegio, his verbis: *Die nono Novembris 1652. Neap. Visa informatione capta de nativitate Mag. U.J.D. Scipionis Fazari, visisque scripturis præsentatis, ac Regia dispensatione S.E factaque de omnibus relatione in Almo Collegio Neapolitano, & coram Domino U.J.D. Mutio Borrelle Vicegerente pro Ill. Domino Marchione Sancti Sebastiani Antonio Caracciolo Regiam Cancellariam Regente, & Vicecancellario. Per Dominum U.J.D. ac Regium Consiliarium Thomam de Aquino causa Commissarium, & quia constat prædictum Magnificum Scipionem esse ortum in hac Civitate Neapolitana, ideò per dictum Almum Collegium fuit provisum, & decretum, eundem Magnificum Scipionem esse admittendum, prout præsenti decreto admittitur ad prædictum Almum Collegium, & intelligatur admissus à die sui doctoratus, qua die petiit admitti; citra tamen præjudicium jurium aliorum prætendentium admissionem ad Collegium. Reg. Caracciolus, pro Cancellario. Thomas de Aquino. Notarius Jacobus Manfredi ob absentiam Not. Januarii Miloni Secretarii, & Actorum Magistri.*

Quod si privilegii diploma clausula expressè
33 revocatoria careret, non admittitur legitimatus, ut idem Collegium declaravit die 20. Augusti 1651. *referente Senatore Muzio Recco*, in causa Francisci Roma, qui tametsi natus ex soluto, & soluta sub matrimonii colore, indè non contracti ob sponsi mortem, legitimatus absque clausula derogante Reginæ Joannæ Privilegio, non fuit admissus, sed decretum fuit audiri interesse habentes, penès Milonem Secretarium; Videas *Ann. in rub. de vassall. decrep. ætat. sub nu. 225. Monta. controvers. forens. controv. 30. sub nu. 8.*

Omnibus itaquè prostratis argumentis in contrarium ab aliquibus pensitatis, subsistit citra dubium conclusio jure, rationibus, actoritatibusque probata procuratoris officium vile esse, cui haud adversatur, *Covarr. pract. qq. cap. 19. sub num. 7.* ipsumquè insequens *Guttierez pract. qq. cap. 137. à nu. 15.* etiam si nulla extaret consuetudo, quan-
34 doquidem non negat vile esse de jure officium, quamvis non propterea spoliari privilegio immunitatis gabellarum, concesso nobilibus adjungat, & ea ratione, quia ad nobilium immunitatem tantùm, exemptionemquè ab onere solvendi tributa pertinet, non autem ad publicum nobilium, aut familiæ decorem, ergo concessa immunitate, aut alio beneficio, & commodo ad hunc effectum majoris decoris privari insinuat, nostræquè inhæret sententiæ, & si ita sentit attento jure communi libentius id ipsum conclusisset eo in loco, in quo tale exercitium dehonestare opinio esset.

35 Quæ verò peritissimi viri, *Reg. Scipio Rovit. in rubr. de procurat. à num. 2. Tasson. de antef. vers. 3. observat. 3. num. 177.* quos insequitur *Golinus de procurat. par. 1. cap. 4. num. 49.* necnon *Franc. de Petr. festiv. lect. lib. 1. cap. 8. & cons. 35.* scripsere, vendicare locum credimus, in iis, qui tùm Advocati, tùm procuratoris munere eadem in causa fidelitèr, maximaquè circumspectione funguntur, ratione, per eundem *Rovit.* memorata
36 *num. 22.* & quamvis alterum ab altero, officia ita sint distincta, ut qui Advocatus esset, idem, & procurator esse nequiret, & vice versa, hodie tamen usu practico alitèr servatur, nedùm Neapoli, teste *Prato ad Muscat. in praxi lib. 1. part. 2. Gl. exceptiones, in fine*, sed, & alibi, *Eric. Hedeman. disp. 8. th. 1. & 2. Arnold. de Rygg. disp. process. Judic. 1. th. 63. & 64. Eberharti Speckhan qq. & decis. jur. cent. 3. class. 3. §. Advocati, nu. 6.* qui *cent. 1. q. 69.* inter ipsos differentias subnectit, quin ipse *Reg. Rovit.* in quadam apostilla,
37 ejus manu propria scripta, quam servo, inquit hæc; *Fateor (quod vehementissime doleo) nobile, honestumque procuratoris officium per accidens posse vile, & inhonestum videri, seu mavis vilitèr, & sordidè exerceri per nonnullos improbos, qui sordibus dediti improbè se gerunt, & vilescunt, non solùm mendaciis, & cantilenis, quas miseris clientibus parant, & vendunt, prout Poeta de iis cecinit, (In vender parolette, anzi menzogne,) sed etiam aliquando eosdem infelices clientes prævaricantes produnt; Credo tamen hos esse perpaucos, quibus exceptis reliquos omnes summo cum decore eorum officia fungi, ideòq; summo honore, & laude sunt afficiendi, & nobilium privilegiis decorandi.* Hactenus *Rovit.* & in gratiam procuratorum supremorum Tribunalium, respondent *Gregor. syn-*
38 *tag. jur. univ. lib. 49. cap. 4. num. 5. Gabriel Berart. in specul. visitat. cap. 12. tit. de Fisci, Advoc. & Procur. fiscal. num. 5. Jacob. Schultes ad Colerum, decis. Germania 115. num. 31. Peregrin. cons. 111. num. 3. vol. 3. Joan. Papon. arrestor. curiæ. lib. 6. tit. 4. arreste 4.*

Firmata verò conclusio fortiùs tenenda est in Actuariis, examinatoribusquè ex juribus non
39 tantùm, & Doctoribus ita affirmantibus, quos recenset, commendatq; *Tiraquell. eod. c. 30. nu. 9.* necnon *Avendan. in suo dictionar. verbo Caval. vers. Item miles, & Joan. Maurit. in repet. l. unica, Cod. de mulier. quo loco, fol. mihi* 243. Sed insupèr assertione illa verissima, hac in re observandam esse cujuslibet nationis consuetudinem, mo-
40 remquè, & communem patriæ reputationem, ad dijudicandum sordidum, nè, & vile, àn honestum, & nobile sit exercitium, quam post *Bart.* & alios probat, idem *Tiraq. cap. 34. sub num. 1. & cap. 10. num.* etiam 1. Ita quòd debeamus primùm inquirere, quid patriæ mos, & communis existimatio credat, deindè verò quid jura decernant ex
41 omnium sententia, etenim non eadem omnibus

gen-

gentibus esse honesta, atque turpia, scribit *Probus Aemilius in suo vitarum virorum excellentiũ initio*, & quidem in Regno lucemis perquirere veritatem non erit opus, cum à viris tantùm po-
42 pularibus jam dicta officia exerceri, & exercitio alicujus ex illis vilescere personam, innotescat
43 omnibus. Hanc ob causam, nou immeritò *Foller. in praxi crim. verbo Audiantur excusatores*, una simul proponit quæsitum, *de Actuari s, Berroariis, Carcereriis, Castellanis, & similibus, num.* 138. itidemquè *Bajard. ad Clar. q.* 16. *num.* 10.
44 quin examinatores ordinarii Regii Consilii possint esse iidem, qui scribæ sunt in eodem Sacro Consilio, quamvis examinare nequeant in eadem causa, quam actitant, juxta *pragm.* 58. *de offic. S. C.* quàm verò sit infimum eorundem scribarum of-
45 ficium in hoc Regno, neminem latet, quin, & toto in orbe terrarum, credo, & audivi.

Hujusmodi Ritus observantiam ab Aula recess-
46 sisse, fatetur *Reg. Tap. de jur. Regn. Neapolitan. libr.* 2. *tit. de offic. Advoc.* illa vigente, tempore, quo M. C. V. juxta antiquum stylum regebatur.

RITUS CI.

Advocatus antiquior præcedat Advocatum juniorem.

IN primis Doctores sedeant hoc modo: videlicèt, quod ille qui est antiquior in doctoratu præcedat. alii Advocati servent ordinem, quòd antiquior Advocatus præcedat in sedendo alium Advocatum.

SUMMA RERUM.

1 *Jurisconsultorum virtus, atque scientia extollitur, multisquè privilegiis ab Imperatoribus fuerunt illi decorati, & in Aula Imperiali sedem obtinuerunt.*
2 *Doctores nobiles sunt, multisquè titulis decorantur, & indiguitate constituti dicuntur.*
3 *Henricus Rex, magis doctoratus titulo gloriabatur, quàm Regio.*
4 *Doctoratus est honor.*
5 *Dom. Consil. Petrus Caravita Jureconsultus consultissimus inter Advocatos, tùnc Princeps, & feudorum interpres acutissimus, Dom. Prosperi Caravitæ ex filia nepos, laudibus extoll tur.*
6 *Doctores admittuntur ad officia, ad quæ nobiles tantùm.*
7 *Privilegiis permultis, quibus gaudent DD. actu tantùm legentes, quoquè Advocatos potiri, concluditur, ex communi DD. placito, etiam ex Bartol. quicquid alii sentiant.*
8 *Ociosè tamen viventibus, & doctoratum minimè exercentibus, illa denegari probatur, explos Menochio, & Ambrosino.*
9 *Doctor non est, qui Doctoris tenet locum, sed qui illius exercet opera.*
10 *Illis non gaudet, qui aliud Doctoratui exercet contrarium exercitium.*
11 *Advocati militant, & gaudent privilegiis, quibus milites.*
12 *Hodierni milites, an excusentur à tutela.*
13 *Doctor actu legens, Advocatus, & Judex expellunt Fabrum malleatorem à vicino domus.*
Quo casu, cujus damno debet cedere pensio.
Lector, an possit expelli à vicino honesto.
14 *Advocatus incedit togatus, quod usus non admittit.*
15 *Officiales Regii dumtaxàt togam gestant.*
16 *Jura in l. medicos, Cod. de professor, & medicis, lib.* 10. *in l. sancimus la prima, Cod. de Advocatis divers. Judic. perpenduntur.*
17 *Advocatus immunis est ab omni munere personali & a tutela excusatur.*
18 *Memoratur decretum manatum in gratiam famigerati, & facundissimi Advocati D. Jo: Thomæ de Rogerio anno* 1619. *& ipse, ejusque pater. D. Joan: Laurentio laudibus celebrantur.*
19 *Aliasque Judiciarias recenset, Dom. Consil. Fr anc Roccus.*
20 *Contrarium firmant nonnulli DD.*
21 *Non solum in falsis verbis, sed in simulatis operibus, mendacium consistit.*
22 *Baronibus indultum privilegium amittit, qui ut Baro non vivit.*
23 *Legis favor, ac privilegium potentius est altero quovis favore, & privilegio hominis.*
24 *Donatum alicui si Doctoratum assumat, an recipiat, & obtineat, qui post Doctoratum exercet ministeria infima.*
25 *Legatum pro doctoratu, an debeatur proximiori Monaco.*
26 *Legatarius, cui fuerunt relictæ expensæ pro studio, potest illas recuperare, si de proprio erogaverit.*
27 *Illud pro studiis legum relictum, debetur pro studiis grammaticæ, & humanitatis.*
28 *Relictum si voluerit studere, præstatur ex solo proposito studendi.*
29 *Si legibus studuerit, intelligitur, si Doctoratus insignia adeptus fuerit.*
30 *Illud consequitur à Principe Doctoratus.*
31 *Princeps, seù Pontifex solo verbo faciunt Doctores, & servavit Urbanus VIII. in personam Religiosissimi Episcopi Aloysii Riccii.*
32 *Usus prævaleat in materia sedendi, ostenditur.*
33 *Inter Episcopos attenditur præconizatio in Concistorio.*
34 *Data privilegii, vel actus possessionis, attendatur.*
35 *In officiis tria sunt inspicienda, electio, acceptatio & ingressus.*
36 *Decisio Collateralis Consilii emanata in causa præcedentiæ, inter DD. Consil. Erasmum de Ponte, Franciscum Roccum, & Honofrium de Palma, memoratur.*
37 *Infirmus absens, non est in culpa.*
38 *Absens metu morbi, pro presente habetur.*
39 *Recensetur casus decisionis inter Doctorum D. Benedictum Trelles tunc Consiliarium, nunc Eminentissimum Regentem apud Catholicam Majestatem, & Consiliarium Jo: Baptistam Jovinum.*

40 *Episcopus antecedit alios Senatores antea creatos.*
41 *Etiam Titulatos.*
42 *Vicarius Capituli, Sed evacante, an praecedat canonicos, & alios de Capitulo.*
43 *Antiquior Doctor praecellit.*
44 *Etiam si in licentiatura junior antecessit.*
45 *Paritate temporis concurrente, senior praefertur.*
46 *In honoribus deferendis antiquior, vel magis idoneus, potiores partes habeat?*
47 *Junior praefertur seniori, si aliqua praerogativa polleat.*
48 *Doctor actu docens praeferendus est antiquiori simplici Doctori.*
49 *Caeteris paribus, antecedit, qui libros immortalitati commendavit.*
50 *Librorum Scriptores non sunt examini subiiciendi, & radii solis dicuntur.*
51 *Doctor notus, & Scholaris doctus examine non indigent.*
52 *Nobilis et ex sanguine in caeteris pares plebeo anteeant, traditur explosa Barbate, ignobili praelationem tribuente.*
53 *Nobiles ad dignitatum fastigia promovendos ex Divo Thoma, caeterisq; demonstratur.*
54 *Principes male agunt, qui ad magistratus assumunt humili, & abiecto genere natos.*
55 *Cives Magnae Civitatis non praeruntur illis parvae, & locus non nobilitat hominem sed homo locum ut propterea natus in terra, in qua ortus est Christus non majori gaudet privilegio, quam alius.*
56 *Praeferendus an sit Doctor, sive Advocatus, qui ornatius, & honestioribus vestibus induitur.*
57 *Stultus est, qui hominem ex veste, aut ex conditione, quemodo vestis, circumdata est aestimat.*
58 *DD. & Advocati indui debent vestibus decernentibus, non dissolutis, nequit fractis.*
59 *Vestis Doctori proxima nobilis, & honesta praestari debet.*
60 *Legatarius, quo tempore consequatur hyemales vestes, & aestivas relictas.*
61 *Non exigua est differentia inter Advocatos, & Doctores, cum non omnis Doctor sit Advocatus, nequè omnis Advocatus sit Doctor.*
62 *Advocati est stare Judicis sedere.*
63 *Advocati partes, & conditiones, & quae in interiori foro servare debeant, remissivè tanguntur.*
64 *Author tria potissimum in perorando in Advocatis requiritur, maturitatem nimirùm in vultu, in gestu, in voce, quod plena manu lepidè ostendit.*
65 *Advocati sua opinione non delectentur, & in Judicem insurgentur.*
66 *Maledicendi flagitium in Advocatis praesertim est vendicandum.*
67 *Ita debent patrocinari jurgantibus, ut in maledicendi temeritatem non prorumpant.*
68 *Qualiter debeant se habere cum Advocatis alterius partis.*
69 *Aliquando excusatur Advocatus, si eloquentia vi in rebus arduis in adversarium aliqua verba pergat.*
70 *Perpenditur Tex. in l. si quis C. de postulando.*
71 *Adversus Advocatos contra Judices invehentes, insurgit Afflictus, quod contra modernos Judices dicendum adnotat Follerius.*
72 *Et si plures Advocationis munere dignè funguntur, suntque viri lectissimi, sunt tamen complures qui in patronorum numerum perveniunt, nomenque Advocati usurpant, modo leguleii sint.*
73 *Hisq; sunt negantes piper esse nigrum, & de his loquitur Praes. Merlin. & Henricus Husanus, cujus Epigramma rescribitur.*
74 *Advocatis nomen Sanctis, an competere possit.*
75 *Utiquè verò Beatae Virgini.*
76 *An verò Jesu Christo Domino Nostro.*
77 *Sanctis pro nobis orant oratione expressa, & interpretativa.*
78 *Praesens Ritus, dumtaxat servatur, quando Advocati congregantur, & conveniunt pro collegiandis causis.*

1 IPsa quidem virtus (Claudian. de Conf. Mall. Theod.) *pretium sibi, solaque latè.*

Fortuna secura nitet, nec fascibus ullis.
Erigitur, plausuvè petit clarescere vulgi.
Nil opis externae cupiens, nil indiga laudis.
Divitiis animosa suis immotaque cunctis.
Casibus, ex alta mortalia despicit arce
Hanc tamen invitam blandè vestigat, & ultrò.
Ambit honor. ———

Quo sublato, & si virtus integra futura sit, paucos tamen amatores inveniat, paucos, qui ipsius pulchritudinem demirentur, eamque capiantur. Honor enim alit artes: (*Tullii verba sunt 1. Tuscul.*) omnesque incenduntur ad studia, gloria: jacentque ea semper, quae apud quosque improbantur. Quamobrem in omni optimè, sanctissimequè constituta Republica, id semper diligentissimè, sapientissimèque à legumlatoribus provisum fuisse videmus, ut quemadmodum vitium cum sua familia ignominia, ac probrosà vitus, virtutisque genus Artes, facultatesque ingenuae summis honoribus, gloriaque axornarentur. His quippè maximè neruis, ac vinculis, praemiis. scilicet, ac poenis quorum alteris honores, ac dignitates optimis civibus decernuntur alteris infamia pudendaeque improbis notae inuruntur, Civitatem consistere; servarique posse intelligebant. Nulla verò bonarum Artium ac liberalium facultatum ad Rempublicam servantam, validam, augendam, illustrandam, tam propria, tàm necessaria, quam Jurisprudentia, apud optimos quosque Imperadores summo sempre in pretio habita amplissimisque honoribus exornata: Juperitis enim permulta, praeclaraquè privilegia concesserunt; omnem Reipublicae administrandae curam demandarunt; in Aula eos imperiali sedem habere, caeterisque praeesse voluerunt. Quid quod iidem in dignitate constitut i, dicuntur *Paschal.* post alios *de patr. potest. par. 2. cap. 5. num.* 68. *Pa-*

2 68. *Valenz. conf.34. ex num.60. Thor. par.1. compend. decis. verbo Doctor.*, *Fontanell. decis. Cathal.*
503. sub num. 34. tom. 2. Regens Sanfelic. decis.
56. num. 1. lib. 1. Imò suprema, teste *Muscatell.*
in peculiari tract. de Doctor. quidditate par.2. nu.
30. quin doctoratus ipse dignitas est, si *Signorell.* vera fatetur *in tract. utrum præferatur Doctor an miles*, *sub num.51. Mastrill. de Magistrat.*
lib.4. cap.10. num. 90. Christrin. dec. Belgic. 132.
num.7. Reg. Valenz. mem. conf. 34. num. 61, Reg.
Sanfel. dict. dec. 56. num.1. par. 1. Franc. Maria
3 *Prat. respons. crimin. 21. num. 2.* hocque titulo
Henricus Rex magis gloriabatur, quam Regis
autumans huoc illi fortuito, illum propria virtute comparatum, *Paul. Christin. decis. 126. nu.*
14. vol. 1. Nobilitatem insuper nacti sunt statim,
ac doctoratus insignia assumpserunt, virique nobiles propterea appellantur, quod ex *Bar. Angel.*
aliisque deducit *Christoph. Lanfranch. in* simili
suo tract. utrum sit præferendus doctor an miles, n.
19. Imò, & celsi viri dicuntur *in l.1. juncta Glos.*
1. Cod. de offic. divers. Judic. aitque citatus *Lanfranchin. num.18.* itidemque, & viri honesti *in l.*
3. eodem addnct. tit. inibique *Glosa*, adeo quod
magna Comitissa nubens Doctori non dicitur
nubere indigno, *Lopez in cap. per vestras §.7. nu.*
12. Auns mens ad Gramm. dec. 60. num. 26. ut
non immerito doctoratum esse honorem dixerint
4 *Cardin. in cap. perpendimus, de sentent. excomm.*
Felin. in cap.2. de Magistris & Anna allegat. 123.
num.3. tituloque illustrium, nimirum decorantur, ex sententia *Bal.* commendata per eundem
Lanfranchin. eod. num. 18. ac aliis prærogativis,
quas recenset *Franc. de Petris integro cons. 1.* cujus mèminit *Fontanell. add. decis.503. num.29. &*
30. ipsum etiam allegans *in cons. 55.* ubi illam
percelebrem, & antiquam pertractat controversiam præcedentiæ inter arma, & litteras, & in favorem litterarum resoluit, quin *Fontanell. num.*
31. satisfacit Doctori *Jo: Paulo Xamarr. de offic.*
Judic. par. 3. q. 2. per tot. ipsum reprehendenti
dum *lib. 1. de pact. nuptialib. claus. 3. Glos. 1,*
simplicitèr dixerat militiam non esse dignitatem,
5 necnon *Petrus Caravita* vit nobilitate generis, &
doctrina in primis clarus, Prosperi nostri Caravitæ ex filia nepos, cujus Petri animi, ac vitæ
ornamenta: nemo non novit, inter jurisconsultos eum honoris, ac famæ locum obtinuit; ut
à Duce de Arcos, per ea tempora ab Rege in hujus Regni administratione secundo, feudorum
lector, in publico hujus Civitatis Lyceo: Andreæ Marchesio S. C. Præsidi viro eximio è vivis
sublato suffectus fuerit, quam Cathedram, nemo ferè unquam obtinere solitus fuit, qui in dignitate, ac Magistratu non esset. Quamobrem
haud ità multo post diem 13. Novembris 1648.
Consiliarii munere decoratus: lecturam tamen
illam, dum vixit retinuit. Obiit autem die ultima Januarii 1649. dum virtus, & meritum altius illum evehere durarent; Huic equidem viro
plurimum me debere non diffitear: cujus adhuc
puer voluntatem in me optimam, atque amorem
expertus fui. Advocatus enim domus meæ erat;
ac singulariter nobis (cæteris omnibus abnuentibus) patrocinari, non dubitavit, in ea causa,
quam cum Domino Consiliario, & Præside R.
C. Jo: Baptista Amendola, & Dom. D. Julia
Tortelli conjugibus susceperamus. Quid quod
poenè præsargivit, fore, ut neptem suam conjugem ducerem, Dominam scilicèt, D. Cæciliam,
D. Hortensii Pepi Regii Consiliarii, & Dom. D.
Victoriæ de Urso ex Barone Gricignani U. J. D.
D. Carolo, & D. Beatrice de Nicastro filiæ procreatæ, filiam; cum eidem Petro nupta esset D.
Portia ejusdem Victoriæ germana soror? Hic,
inquam, Petrus. In *responso* edito pro tuitione
jurium Ill. Principis Abellinatum Magni Regni
Cancellarii, rescripto à *Joanne Laganario in add.*
ad Reg. Rovit. in prag. 22. de offic. S. C. Doctorum
dignitatem, & præstantiam, & non esse Advocatos examini subiiciendos, miro ordine, ac satis lepide ostendit.
6 Ita quod DD. admittantur ad officia, ad quæ
nobiles tantum, probat *Aviles in lib. Prætorum*
in proœm. sub num. 23. ejusque propterea complura indulserunt jura privilegia, teste *Petro*
Lenanderio in suo tractat. de privil. Doctor. par.
2. §. 7. num. 8. & Joan. de Vanquel. in Breviar.
Sexti, & Clementinarum, super clem. cum sit de
magistris.
7 Illa tamen generatim loquendo, si Doctoribus tantum actu legentibus, àn etiam non legentibus competant, duas ad invicem pugnantes
adinvenimus sententias, & utra sit verior, ex professo non inquirimus, eò quod nihil ad nostram
præsentem tractationem, cumquè multa in utramque partem cumulent *Laurent. Silvan. integro*
suo cons.88. & Ambros. dec s. Perusina 12. sub nu.
2. Etenim nobis sat est ferè omnes convenire, ut
sivè legentes juxta sonum verborum, *l. medicos,*
C. de profess. & medic. lib. 10. sive advocantes ex
vi comprehensiva eorundem verborum, semper
privilegiis fruantur eisdem idque præsertim ex
Bart. optimè deduci, cum aliis insignibus proclamatoribus mox recensendis, affirmamus, ut
propterea memorandi Auctores justè crediderint
illos errore lapsos, qui *Bar.* in contrariam pugnare arbitrati sunt ille namque in eadem *l. medicos*
id aperte insinuat, si *Aret.* vera fatur, ut credimus, , *in §. item Roma, sub num.3. instit. de excusat. tutor.* atque *Anton. de Alex, in l. 1. C. de*
quæst. insequiturque *Grammat, voto civili 25. sub*
num.2. idemque *Silvan. sub num. 10.* dum una
voce fatentur *Bar.* constituere differentiam inter
legentem, seu advocantem, & non legentem,
neque advocantem, non autem inter legentem, &
advocantem, cujus sententiæ diversis tamen probatæ verbis fuit quoque *Natta consil. 65. sub num.*
2. inquiens, quod dum *Bart.* intelligit prædictam
l. medicos, in Doctoribus actu legentibus, ejus
intentionem fuisse excludere eos. qui litteris non
8 vacant ac solo nomine sunt Doctores; eos autem
qui patrocinium præstando, publiceque declamando legalem scientiam exercent non utique, in
quibus terminis loqui eundem *Nattam*, aliis suis
in consiliis nempè 1, & 486. aperte liquet ex eorum contextu nedum, àt expressus in additione
ipsiusmet Auctoris ad prædictum *cons.486.* quamobrem erroneè citatum fuisse a *Menoch.* quamvis

vis pertransendo *cons.* 908. *num.* 12. *& Ambros. ad decis.* 12. *sub num.* 14. volentibus propterea ex illis depromere concessa privilegia Doctoribus competere illis aduc copiosè viventibus, nulliq; dantibus officio operam, quam profecto sententiam re vera iidem *Menoch. & Ambros.* deinde refellunt, si eorum subsequentia perpensè rimentur verba ipsius præsertim *Menoch. sub num.* 22. necnon altera *Ripa Gallianla*, *& Felini*, quos inibi *Menoch.* memorat, non enim Doctor est, qui Doctoris tenet locum, sed qui Doctoris exercet
9 opera, dicit *tex. in cap. non est facile* 40. *dist.* idquè ad Barones, militesque dilatans *Luc. de Penna* id ipsum asserit, cum de illis verba facit, *In l.* 4. *Cod. de municip. & colon. lib.* 11. inibi alia complura adnectens similia, *Avus meus ad Grammat. decis.* 34. *num.* 3. etenim si quisquè operibus implere debet, quod nomine retinet, *cap. Dominus* 56. *dist.*
10 Certè qui otiosam ætatem, & quietam sine ullo labore, & contentione traducunt, illius *Text.* virtute, nec Doctoris digni sunt nomine, utique verò qui patrocinijs impertiendis navant, quamvis non actu legant, *dirimunt*, si quidem, *ambigua facta causarum, suaquè defensiones viribus sæpè publicis in rebus, ac privatis lapsa erigunt, fatigata reparant, non minus provident humano generi, quam si prælijs, atquè vulneribus patriam, parentesquè servarent; Nec enim illos solos imperio militare dicendum est, qui gladijs, clypeis, & thoracibus, nituntur, sed etiam Advocatos; Militant namquè causarum Patroni, qui gloriosè vocis confisi munimine, laborantinum spem, vitam, & posteros defendunt*, verba sunt *tex. in l. Advoca-*
11 *ti* 14. *C. de Advoc. divers. Judicior.* quamobrem, sicuti milites excusantur, *§. idem milites*, *instit. de excusat. tutor.* ita, & Advocati, qui milites sunt virtute, *d. l. Advocati*, eosquè nimirum gaudere omnibus privilegijs, quibus milites, post *Alex. & alios*, scripsit *Mastrill. in add.* 3. *ad Petrum de Gregor. in tract. de concess. feudi par.* 7. *q.* 8. & quando dubitetur, àn hodierni milites excusentur à tutela videtur indubitabile, quo ad mi-
12 lites actu militantes, teste *Aret. eod. §. Idem milites*, *num.* 5. ita, & Advocati, quia dum advocationis munere funguntur, actu militant, ut meritò scripserimus, eos per *Bart.* non excludi à privilegijs in ea *l.* expresse concessis legentibus, sed illos dumtaxàt, qui omni procul sunt labore, studio. sivè opera doctorali, quod nisi præseferret ejusdem *Bart.* intentio, quæso dicatur, quo tenderent ejus sequentia verba, illa relata per *Silvan. sub num.* 10. *quod credo verum, nè omnibus Doctoribus operam literis non præstantibus dicta privilegia intelligantur concessa*, si enim antecedentia tantùm protulisset verba, ut sint actu legentes, qui gaudere intendunt privilegijs in illa *l. concessis*, omnis cessaret dubietas de illius intentione, quia verò subijcit prædicta, utique declarando ipsius verba præcedentia, sivè potius ejusdem legis, præportat ipsum credere, illa tametsi loquentia in legentibus, militare in operam literis præstantibus, tantùmq; reijcere literis minimè vacantibus, tametsi relata verba, nequè etiam restrictiva, ad legentes tantùm sepererim, apud *Bart.* in libro meo.

Nos autèm omninò veram sentimus conclusionem prænarratam advocatorum, eaquè ut illustriùs pateat, addimus, & alios mille eandem tutantes sententiam omnesquè concludentes sub illa *Constantini sanctione*, includi Advocatos, *Nicolaus* nempè *de Neapoli in l. professio*, *C. de muner. patron. lib.* 10. apertà firmat necnon *Jo: Baptista de Sancto Severino in tract. de debit. suspecto. q.* 5. *princ. num.* 9. *Alciat. in l.* 1. *vers. Sed in eo*, *sub n.* 52. *ff. soluto matrim.* addens *num.* 53. in ejus calce, recentiores omnes hanc opinionem tenere, usuq; servari, quin, & illic *Ripa num.* 133. atque *in l. centurio*, *nu.* 17. *ff. de vulg. & pupill*, *Anchar. in clem.* 2. *de magistr. Felin. & Anan. in eadem rub. de mag. Addentes ad Matthes. sing.* 59. *n.* 5. *Ja. Benius de privil. Juriscons. par.* 3. *privil.* 96. *Baez de inope debitore tract.* 2. *cap.* 16. *num.* 131. *Menoch. de arbitr. Judic. lib.* 2. *cap.* 379. *num.* 3. *Marcus Mantua lib.* 2. *observat. cap.* 17. *Guttierez pract. qq. lib.* 1. *cap.* 23. *Fontanell. de pactis nuptial. claus.* 3. *gl.* 3. *num.* 16. *Gratian. to.* 1. *disceptat. forens. cap.* 186. *num.* 3. hanc, subjungens, veriorem esse opinionem, *Gaspar. Thesaur. qq. forens. lib.* 1. *cap.* 99. *nu.* 4. adnectens post *num.* 6. illam partem veriorem, & magis communem, demumq; *Philip. Paschal. in add. tract. par.* 2. *cap.* 5. *num.* 77. ex consulentibus verò *Aretin. cons.* 94. *Natta eisdem memoratis cons.* 165. & 486. *Jacob. Aemil. cons.* 14. *num.* 7. *& cons.* 17. *num.* 17. *Roland. cons.* 66. *num.* 37. *vol.* 1. *Octavian. Vulp. cons.* 141. *à num.* 8. *Honded. cons.* 81. *vers. cujus opinio*, *sub num.* 50. *vol.* 1. *& num.* 52. id ipsum in Advocatis consulentibus, ac judicantibus, scripsit *Vuesembec. cons.* 40. *num.* 39. *Borrell. par.* 1. *summ. decis. tit.* 65. *de Advoc. nu.* 25. idem *Gratian.* alia Advocatorum privilegia recensens *discept.* 184. *num.* 30. idemquè *Silvan. mentionato cons.* 88. tametsi respectu patrimonialium affirmet, Advocatos non gaudere, & nisi prænarrata nostra sententia decisionibus quoque multorum Tribunalium fulciretur, quia dici fortassè posset, vel prœtio, vel amore eam à relato hactenus collaudatam fuisse, nimirum adjungimus *Guid. Pap. dec.* 88. & 388. quem refert *Reg. Sansel. dec.* 56. *lib.* 1. *num.* 5. *Franc. Marc. dec.* 636. *Prat. observ.* 65. *num.* 16. eandem comprobantes atq; ita, & pluries decisum attestantes. Necnon similia quædam adijcimus, quibus, & illa sanè constabilitur assertio.

13 Illud præsertim, quod Doctor actu legens expellit Fabrum mallearium, à vicinio Scholæ, *Avus meus* decisum subnectens ad *Grammat. decis.* 58. *sub num.* 7. *vers. practicatam*, cujus meminit *Novar. qq. forens. p.* 2. *q.* 1. *num.* 14. Advocatus autem, & Judex à vicinio domus, *Franc. Marc. decis. Delphin.* 634. *par.* 1. *Mantua sing.* 22. *Dom. Consil. Francisc. Rocc. tom.* 2. *resp.* 89. protendens, etiam in gratiam Doctoris Chyrurgiæ, *Xammar. de offic. Judic. par.* 2. *q.* 2. *n.* 54. *Gratian. discept. forens.* 186. *n.* 12. *lib.* 1. *Bonadill. in polit. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 40. *Jacob. Benni. de privil. Jurisconsul. privileg.* 69. *n.* 1. *Mari ad Gramm. dec.* 58. *num.* 12. & declarant *Jo: Carol. de Antonell. de tempore legal. lib.* 1. *cap.* 39. *n.* 56. *Fontanel. decis. mem.* 503. *lib.* 2. amplians *nu.* 5. Fabro talitèr condemnato non licere appellare, ex *Salgad. de protect. Reg. par.* 3. *cap.* 1. *num.* 66. id quod affirmant etiam *Scacc. de appellat. q.* 17. *limit.* 7. *num.* 13. *Baron. in racemat. ad* 3. *lib. de*

citat,

citat. poſt tract. de effect. inim. num. 165. *Reg. Sanfel. deciſ.* 127. *ſub num.* 3. *lib.* 1. ſed in praxi admitti appellationem ab expulſione, teſtatur *Jo: Baptiſta Mucci var. quaeſt. forenſ. dilucid.* 7. *q.* 7. ubi examinat doctiſſimè controverſiam illam, nùm Lector expellendus ſit à locis honeſtis, agitatam in cauſa eximij, & eruditi I. C. D. Blaſij Cuſani ex primarijs jura edocentis in publico hujus Civitatis Lyceo, in qua arbitratum fuit S. C. *referente Domino Hortenſio Pepi meo Socero*, clauſis nonnullis feneſtris, Blaſium non expellendum, Acta ſunt penès Lelium Clavelli Actorum Magiſtrum S. C. Utrùm Doctor alta voce legens valeat prohiberi, *Menoch. de arbitr. Judic. caſu* 237. quo caſu damno locatoris, & non conductoris cedere debere penſionem, oſtendit *Avus meus ad cit. Grammat. dec.* 58. *num.* 9.

14 Imò, & togatus, ipſe Advocatus incidere debet, ad inſtar Judicis, *Franciſ. Marc.* teſte *in dec.* 649. *ead. par.* 1. *gloſ. in l.* 1. *Cod. nulli licere.* Inde *Sueton. in Auguſto cap.* 40. Oratores toga uſos fuiſſe ſcribit, *Menoch. de arbitr. Judic. caſu* 561. *num.* 2. concinitque *pragm.* 1. *de Doctor. habit.* cujus meminit *Muſcat. de Doctorat. quidditat. par.* 3. *ſub num.* 3. *Reg. Rovit. in pragm.* 13. *num.* 2. *de official.* quod uſus non admittit, illam dumtaxàt
15 officialibus Regijs geſtare permittens, teſte *Reg. Tap. ſuper eadem pragm. lib.* 2. *Jur. Regni, tit. de veſtib. DD. Palm. in ejus diverſor. pag.* 288.

Adnectimus inſupèr, quod ubi virtute præcalendatæ ſanctionis, Conſtantini *in d. l. medicos*, aliqua appareret contrarietas inter Doctores non-
16 nè, & illa prorſus ceſſare deberet virtute alterius ſanctionis ejus non tantùm vi comprehenſiva, ſed expreſſiva, ſcilicè *in l. ſancimus la prima, C. de Advoc. diverſ. Judic.* conſtituentis, ut Advocatis nulla penitus injungatur ſolicitudo, nulla inſpectio, nulla peræquatio, nulla operis inſtructio, nulla diſcuſſio, nullum ratiocinium imponatur, nullum deniquè aliud eis mandetur, præterquam arbitrium in eodem dumtaxàt loco, in quo advocationis exercent officium, quod ſanè reſcriptum cuncti DD. adeò generatim loqui intelligunt, ut regulam itidem genericam, ex eo deducant, illiuſquè intuitu concluſerint Advoca-
17 tum exemptum porsùs eſſe, & immunem ab omni munere perſonali, nec aliud illis injungi poſſe, quàm judicandi, arbitrandi, & conſulendi officium, ita quippè dicunt *Bart.* & alij, *ſuper eamet l. ſancimus*, necnon *Petr. Lenander. eod. n.* 8. *Aloyſ. de Leo in l.* 1. *num.* 28. *eod. add. tit. de Advoc. diver. Jud. Viv. dec.* 162. *Theſ. lib.* 1. *q. for.* 93. *Novar. par.* 1. *q. for.* 90. *& de priv. miſ. perſ. pri.* 103.

Ex quibus in contingenti caſu communi conſulentium voto, reſolutum fuit, ob id à tutelæ munere excuſari, tùm quod alioqui falſa redderetur univerſalis in ſuperioribus negativa enunciata aſſertio, quæ habet, nullum perſonale munus poſſe, vel debere Advocatis injungi, tum quod ab immunitate univerſalitèr conceſſa, ſi aliqua excipiantur, à reliquis ſine dubio oneribus tributa immunitas, teſte *Jacob. Mandell. conſ.* 290. *num.* 1. *&* 2. *vol.* 2. idcircò præter munus judicandi ſupra exceptum ab univerſali immunitate, cæterorum omnium perſonalium, atque etiam tutelæ expreſſim Advocatis cenſenda eſt conceſſa immunitas, per *Alex. conſ.* 30. *num.* 14. *vol.* 5. tùm demum, quod illa includens omne omninò munus, neceſſariò, & illud tutelæ includit, *l.* 1. *§. aqui perſonale, & l. final. in princ. ff. de muner. & honor. gloſ. in l. Præsbyteros, verbo perſonalium, C. de Epiſcop. & Cleric.* qua de re *Vueſembec eodem conſ.* 40. *num.* 32. *& Fontanell. ead. clauſ.* 4. *gl.* 10. *par.* 1. *num.* 127. aliorum ſuffulti auctoritate, aſſeverant Advocatos ipſos excuſari ab officiorum acceptatione, cum namquè ſancitum in illa *l. medicos*, ad Advocatos extendi interpretativè probatum abundè fuerit, eoſque ſub legentium nomine comprehendi, certè à tutelæ munere excuſari fatendum eſt, *l. ſed, & reprobari, §. amplius, ff. de excuſ. tutor. dictoque §. item Romæ*, necnon *Jacob. Benn. loco cit.* docet *par.* 2. *privil.* 12. & conſecutivè Advocati excuſari itidem quibunt, & nè punctualis, atque individualis deciſio abſit, *Portium* memoramus *indicato §. item Romæ, nu.* 3. ſpeciatim in tutelæ onere loquentem, in hæc verba: *Si tamen Doctor in Roma, vel Patria propria exerceat practicam, nemo ſani capitis dixerit, ipſum non excuſari, ſi magiſtri ſcholarium excuſantur*. Et nos addimus rationem, quod iſthæc immunitas non generica, non à muneribus ſimpliciter, vel à muneribus civilibus, ac publicis, ſed ſpecifica à muneribus perſonalibus, conceſſa legitur, quæ quidem immunitatem præportat à tutelæ, & curæ onere, & conſecutivè à muneribus perſonalibus quivis immunis eſt, ſimilitèr, & ab onere tutelæ, ſivè curæ exemptus erit, ad *text.* juncta *gloſa in verbo perſonalium, l. Præsbyteros, C. de Epiſcop. & Cleric.* cujus profectò *Tex.* verba, Clericos perſonalium munerum expertes eſſe dicunt, nec aliquod vel minimum adeſt, quod id ipſum ad tutelam extendat, illamvè expreſsè complectatur, & tamen jam *d. gloſa* exemplificat in tutela, & cura, conveniunt mihi *Gulielm. de Cuneo, & Odofr.* qui prætereà ſic fatur *num.* 1. *iſti non vocantur inviti ad onera, ut ad tutelam, & curam, ſed volentes admittuntur, quia tutela eſt munus perſonale*; quiu, & *Salic.* atquè *Bal.* etiam *num.* 1. opitulantur, ratioq; illa quod tutela non eſt ſimplicitèr, vel abſolutè munus publicum, ſed auctoritate ſolùm, utilitate verò privatum, ex *Gloſa* communiter recepta, *indic. §.* 1. *de excuſat. tutor. verſ. publicum munus, & l.* 1. *§. aqui, verſ. munus, ff. de muner. & honor.* eſt tamen ſimplicitèr, & abſolutè munus perſonale, cum ſit ita perſonale, ac reliqua munera perſonalia, *d. l.* 1. *§. aqui perſonale, l. Athletæ, §. tutela, ff. de excuſ. tutor.* quam ob cauſam factum eſt, idquè favore pupillorum, nè privilegium immunitatis ab oneribus publicis, amplexerur, pratèr ea, quæ ſunt utroquè modo, & abſolutè publica, & conſecutivè, nequè tutelam, neq; curam, niſi ſpecialitèr ſit dictum; juxtà *Tex. in l. ſpadonem, §. qui accepit, & l. non tantùm, §. non omnia, ff. de excuſ. tutor.* quorum intellectum non alium eſſe, quam enarratum, ſuadet *gloſ. in ipſo §. qui accepit*, Illudquè *Dyn.* cujus doctrina fretus, idipſum *Bart.* aſſerit *num.* 1. *Baldi* inſupèr ratiocinatio ſavet illa potiſſimum, quod verbum (publici muneris) abſolutè prolatum, intelligitur de eo, quod eſt ſimplicitèr tale, ſecus de eo, quod eſt ſecundum quid,

tale,

tale, quod prætereà aliorum votis corroborat, *Cravett. cons.* 835. *num.*6. *vol.* 5. *&* *Riminal. junior cons.*558. *num.*68. *&* *num.*70. *vol.* 5. eandem nostram assertionem, constituit quoq; *glos. indic.* §. 1. *vers. publicum*, illicq; *Jo: de Platea num.* 3, *&* *Aretin. num.*4. inquiens, generalem immunitatem Titlo concessam non ei prodesse, quo ad munus publicum auctoritate, & utilitate personale, nec ad realia ordinaria, sed extraordinaria, monetq; notandum, assentiuntur etiam *Jas. ad Portium lit.F. cautiuncula in paraphrasi*, *&* *Nicasius num.*9. Cum verò est à muneribus personalibus, quamvis indefinitè, quia genus verificatur in quavis sua specie, nimirùm, & à tutela, atquè cura, quarum unaquævis onus est personale ex antedictis, ut propterea supervacuum censuerimus, illa nos uti præsumptione, & plurium assertione, probata per *Surd. consil.* 234. *num.* 20. *vol.*2. in dubio pro immunitate judicandum esse, nam præcedentes eæq; evidentes rationes, adeò validæ sunt, ut pluriès M. C. ac Sacri Consilii judicio, ità decisum fuerit, potissimùm sollemnitèr discusso puncto anno 1619. in gratiam U.J.D. &
18 quippè famigerati, & facundissimi Advocati Joannis Thomæ de Rogerio, tutoris relicti ab U.J.D. Jo: Francisco Macedonio, quamvis in ea facti specie alterum itidem efficax concurrerit Privilegium, ex persona insignis illius Parentis, prodeunte, Joannis nempè Laurentii, viri inter viros, atquè Principis inter Jurisperitos Primævam tùnc tenentis cathedram in celeberrimo Gymnasio Neapolitano, hora vespertina actu legentis (quorum patris, & filii laudes, indicat *Avus meus ad Grammat.decis.* 103. *num.* 94.) quo casu intrant termini, quibus, & *Portius*, *&* *Mysingtr.* utuntur eodem §. *item Roma*, Censemus tamen illud ex abundanti additum, atque in priori dumtaxàt insudatum fuisse, eoquè innixos judicantes, admisisse excusationem à tutela prædicta, ut liquet ex edito responso in illo facti themate, apud *Paschalem in fin. cap.*5. *par.*2. plurièsq; determinatum
19 memorat in simplici Advocato, *Consil. Rocc. respons. tom.* 2. *respon.* 32. contrarium tamen firmat
20 *Marcell. Conversan. in tract. de tutel. tit. de excus. tutor.* §. 13. *num.* 12 decisumquè subnectit *Thor. par.* 2. *compend. decis. verbo Tutor*, *an esse possit Advocatus*, quos laudat *Novar. decis.*220. *num.*4. & opiniones conciliat *Judex de Angel. in prato super* 2. *lib. Cod. de Advoc. divers. Judic. l. sancimus* 6. *num.*9.

Quodsi doctoratum, nequè exerceant, eò quod laxati curis animo vacui, nimio affluunt otio, nullo eorum potiri privilegio, quæ actu legentibus elargita leguntur, idquè, prætèr in superioribus mentionatos Auctores, insinuant *Ludovic. decis. Lucensi* 6. *Fontanell. indicato loco, vers. In reliquis autem, sub num.*16. *Gaspar Baez vers. Quarto adducit sub num.* 130. *memor. tract. de inope debit.* & post alios *Gratian. adducto loco n.* 3. Doctoresq; communiter *in illo* §. *item Roma*.

Ex quibus, per argumentum in jure efficax, à multo magis, illa suboritur validissima sequela, ut multo magis dicantur illis spoliati. qui non tantùm cura vacui, & negotio vivunt, sed alicui muneri, & exercitio incumberent doctoratu inferiori, in quibus eessaret utiq; omne dubium, ac citra difficultatem amitterent. quodcumquè ratione Doctoratus concessum privilegium, nam si hactenùs adducti Auctores requirunt exercitium Doctoratus, ut beneficio, & favore illo fruantur, insinuant quippè illo spoliari, si otiosè vivant, & nominetenus Doctorum, & Advocatorum nomina sibi usurpent, *Ripa respons.*20. *num.*90. doctorellos ipsos præconizans, insequitur *Borrel. add. loco num.*28. & legum dolores. ex *Carav. rit.* 166. *num.* 30. appellat *Avus meus ad Gram. decis.* 60. *num.* 15.

Et longè magis, si actum contrarium Doctoratui gerant, his quæ suffragatur primùm assertio
21 à nobis latè comprobata super *Ritu* 100. scilicet, quod adeptam per Doctoratum nobilitatem, tunc perdit, & privilegia, quibus nunc addimus, ipsum mentiri, se esse Doctorem affirmans, dum contraria opera tractat, cum non solum in falsis verbis, sed in simulatis operibus mendacium consistat, *cap. cavetote* 22. *q.* 5. & sicuti mendax est, qui Episcopum, Sacerdotem, aut Clericum profitetur, & contraria huic ordini operatur, ex eodem *textu*, ita, & qui Doctorem, & re ipsa in Procuratoris, Actuarii, Tabellionis, aut examinatoris versatur officio; quamobrem Baronibus, aut militibus indultum privilegium, amittat, qui
22 ut Baro, aut miles non vivit, sed alia, vel sordida, vel rusticalia exercet, optimè probat *Lucas de Penna*, atque ex verbis ejus *tex.* carpit *in d. l.* 4. *C. de mancip. & Colon. lib.* 11. cujus præsertim opitulantur verba illa, *Tela siquidem in usum vomeris, ligonisquè convertere non placet*; ex quo prætereà *Textu* desumunt, *Bart. & Rebuff.* notabile contra *DD.* qui, derelicta lectura, se dedicant aliis negotiis dehonestando sanctissimi, ac nobilissimi Juris scientiam.

Hæcque si militant in legis dispositione, certè
23 multò magis in altera hominis, cujus virtute, si aliquid debeatur cuivis assumenti doctoratum, non tantùm ex prædictis indignus erit vili alicui exercitio addictus post doctoratum, at insupèr assertionibus aliis, atque illa in primis, quod legis favor, ac privilegium potentius est altero quovis favore, ac privilegio hominis, *Purpur. cons.*483. *num.*9. firmioremq; & latiorem admittit interpretationem, quam concessa ab homine, ex *Joan. Thoma major. inter consil. Mandell. consil.* 794. & si juris privilegio non potitur, qui docto-
24 ratus ad vilia descendit ministeria recensita in antecedenti *Ritu*, certè minus, qui hominis favore uti vellet.

Accedit præsumpta intentio disponentis, maximè si is ex familia sit, qui apponendo conditionem doctoratus, eam ob causam addidisse credendum est, ut ille per doctoratum eveheretur ad majora, familiamque suam, vel honestaret magis, vel in nobili, quo reperitur statu, conservaret, ille namque si tunc interrogatus fuisset, num ejus voluntati satisfaceret, qui post doctoratum aliquid non doctorali dignitati correspondens administraret officium, posset privilegio, constituto ascendenti ad doctoratum, potiri, & gaudere, omnis namque rationis non expers dijudicabit facillimè, quod promptè respondisset, hunc, non obstante doctoratu, indignum esse, & inhabilem ad consequendam rem, quam ratione doctoratus

adi-

adipisci meruisset, quin, & habita spoliari, in quam sententiam omnium voto itum est, cum die 6. Aprelis 1658. septem alii percelebres Jurisconsulti, una nobiscum congregati, & multos post dies, quibus gratia perquirendi veram conclusionem ad eos transmiseramus notulam continentem istud dubium.

25 Cæterùm, àn legatum pro doctoratu debeatur proximiori monaco ad Doctoratus dignitatem pervenire anhelanti, inquirit *Thorus* affirmativam aleam sustinens, *in allegat.* 16. impressa *post comment. super pragmat. Jo: Franc. Scaglion.* 26 quin ibidem extricat articulum, si valeat Legatarius impensas erogatas pro studio recuperare ab hærede, vigore legati ipsi relictas, & affirmativè concludit, nosquè addimus *Cancer. variar. resolut. tom.3. cap.2. à num.* 155. *tit. de legat.* ex *Paul. de Castr. in l.publicius Movius, ff. de condit.& demonstrat.& in l.filia, in fin.* ubi *Bal. C.de legat. & Jason.in l.hujusmodi, §.cum pater, num.23.& 158. de legat.1.*

27 Illud verò expensarum relictum pro studiis legum, seù medicinæ, præstari etiam debet pro studiis grammaticæ, & humanitatis, ex traditis per *Honded. cons.37. num.4.vol.2.* amplexaturquè illas pro necessariis libris, victu,& doctoratu, idem *Honded. cons.57. num.40. vol.2.* & relictum alicui, 28 si voluerit studere, præstatur ex solo proposito studendi, *Honded. cons.57. num. 2. vol. 2.* & si legibus studuerit, intelligitur, si doctoratus insignia 29 adeptus fuerit: *Mantic. de tacit. & ambig. convention. lib.14. tit.44. num.14.* conferuntque tradita à *Menoch. de arbitr. casu* 131. *Hieron.de Laurent. in repet. l.si emancipati, num.* 292. *C.de collat. Molfes. in ejus summa tom. 2. capit. 5. num.* 161.

30 An verò illud consequatur lauream doctoratus à Principe suscipiens, negativè respondet *Gratian. discept.forens. cap.*186. *num.* 78. at contrarium in illa facti specie decisum recenset *Thor. in supplem. compend. decis.verb. Legatum factum pro doctoratu*, & concinunt scripta per *Joseph de Januario par.1. resol. moral. in 1. resolut.* & an Doctor ex privilegio, vel rescripto gaudeat prærogativis DD. inquirunt *Guid. Papa decis.* 88. *num. 3. & decis.* 388. *Novar. qq. forens. par. 1. q.* 143.

31 Et quod Princeps, sivè Pontifex solo verbo faciant Doctores, admonent *Mastrill.de magistr.lib. 3. cap.10. num.* 88. *Franc. de Petr. festiv. lection. lib.*41. *cap. 7. num.* 12. quod ab Urbano Octavo Pontifice Maximo, servatum est, cum *Jo: Aloysio Riccio*, viro illi insigni, ac de Republica, editis pluribus, ac doctissimis lucubrationibus optimè merito, de quo, prætèr vitæ absolutissimas rationes, illud memoriæ prodigium memoratur; solitum fuisse Collectaneas suas memoritèr dictare, in quibus innumeræ Doctorum allegationes, ac topica loca congeruntur, quod Virginei candoris præmium ei cælitus tributum creditum est. Hic cum Pontifici Episcopatum Vici offerenti, se Doctorem non esse dixisset; respondit Pontifex, Papa solo verbo facit Doctores, & nos te Doctorem facimus, teste *Pyrrho Corrado in prax. dispensat. Apostolic. lib.1.cap.6.num.5.*

Explicat insuper *Ritus* modum in antecedenti Ritu insinuatum, illis verbis; *per subscriptum ordinem*, ubi tamen sedere debeant, & utrùm coram Judice privatim audiente causas, àn etiam in banca; Vide quæ *in sequenti Ritu à num. 1. cum seq.* annotavimus; modus autem hoc in *Ritu* Doctoribus præscriptus sedendi, considerata prioritate doctoratus, in aliis etiam quibusq; personis, atq; actibus subsistere reor, nisi consuetudo 32 contradicat, illi, siquidem parendum semper esset, *Thesaurus lib.1. quæst. forens.*48. quamobrem scripsimus, nimirùm in proferendis votis præcedere juniores, in *Ritu* 98. & advertit *Nicolin. in prax.Judic. crim.num.*660. tradens rationem, cur in Collaterali Consilio, primus ad votandum sit decanus, ex *Ann. sing.7. Thor. par.1.compend.decis.verbo Judex senior.*

Quin, & in hac specie sedendi prævaleat usus, decisum inter Capitaneum criminalem, & civilem, attestatur *De Franch. decis.* 388. *in illius calce*, subcinit *Anna cons.40.num.1. & cons.* 122. itidem *num. 1. vol.* 2. qui, & multos concordantes allegat Auctores, & prætèr eos, memoro *Surdum in tract. de aliment. tit. 2. q. 15. à num.* 86. necnon *tit. 4. q.16. num. 24. & q. 19. à num.* 3. demumquè *cons.94. num.22. vol.* 1. Inter Episco-33 pos attenditur promotio (scilicèt præconizatio in Concistorio) *cap. Episcoporum* 64. *dist. Felin. in rubr. de major. & obed.* & post alios *Ann. cons.* 42. *num.5.*

Quod si contentio in præcedendo essèt inter officiales promotionis tempus, ac data privilegii 34 attendatur, nulla habita consideratione possessionis antea captæ ex cumulatis per *Annam cons.* 42. *Reg.Capyc.Latr. decis.* 153. *num.* 17. *La Rath. cons.87.à num.49.* idque si verum dubito ob exarata à *De Franch.decis.393. num.3. Regens Revert. ter. decis.54. n.5. Ricc. cap.580. sua praxis, Reg. Sanfel.* scribens in causa propria *decis.296. num.2. Reg.Galeot.lib.2.controvers.cap.45.n.8. Pater Molfes. cons.15. n.15. Mastrill. de Magistr. lib. 5. c. 4. Castill. Sotomayor. de ter. debit. tom.7. cap. 41. Reg. Rovit. decis.* 65. quique autumant in officiis tria 35 esse inspicienda electionem, ceptationem, & ingressum, insequitur *Surgens de Neapoli Illustrata lib. 1. cap. 4. nu.* 28. Sed utra sit verior sententia non inquiro, cum sit extra rem.

Scitum tamen addam manatum è Supremo Collaterali Consilio, *Marchione Matonti Regente Regiam Cancellariam, & Præsidente S.C.D. D. Bernardo Zufia*, in famigerata causa præcedentiæ ortæ inter D. Consiliarium Honofrium de Palma olim Mag. Cur. Vic. Judicem, Commissarium Campaneæ plurium annorum curriculo, & Fisci 36 Patronum ejusdem M. C. & D. D. Erasmum de Ponte, & Franciscum Roccum; hi enim ad idem Consiliarii munus allecti insimul cum dicto Palma, primum locum obtinere extetebant, eo colore, quod ipsi prius possessionem, seù quasi obtinuerant, quibus obicem faciebat Consiliarius Palma, prælationem prætendens uti dignitates anteriores consequutus, primo nominatus, privilegium habens anterius ac illius acceptationem, & Odæum cum collegis ingredi non valuit, eo tempore gravi correptus morbo, quo casu nulla 37 sibi potuit culpa imputari, *Thor. par.2. compend. verbo præcedere quis debeat, ex duobus official. &* ad

Tom. I. Pp

*ad Reg. Salernitanum decis.*11. *num.*9. *part.*1. *discept. forens. cap.*49. *num.* 35. & de absente metu morbi, quod pró presente habeatur *Mascard.* lo-
38 quitur *concl.*7. *num.*1. & *Thom.Actus in tract. de infirmit. cap.* 23. *num.* 9. *par.* 1. quin addebat, eundem ferme casum accidisse in perso-
39 nam Consiliarii D. Don Benedicti Trelles, nunc emeritissimi Regentis apud Catholicam Majestatem de anno 1644. qui dum fuisset electus in Consiliarium ipso existente in Curia Regis, D. Conf. Joan. Baptista Jovinus, cæpit possessionem ante ipsum, sed D. Trelles præcedentiæ sedem obtinuit, His tamen non refragantibus, fuit in possessorio data præcedentiæ manutentia memoratis DD.Conf.de Ponte,& Rocco, sub die 18. Martii 1659. penès Jo: Baptistam Pisanum, hodiè Nicolaum Villano, à mandatis scribam.

40 In Episcopo verò Senatoria alteravè dignitate insignito, & si nouus, postremusque ille sit, post alios sedere minimè debeat, sed eos etiam antiquiores, anteat declaravit, *Senatus Sabandiæ* in eo qui acciderat casu loquens, ejusque meminit *Anton. Fab. in suo Cod. lib.*1. *tit.*3. *definit.* 13. & simpliciter affirmant *Ann. cons.*40. *nu.* 39. *Molfes. adconsuet. Neapolit. par.*1. *c.*5. *sub num.*40. *to.* 1. atque decisum fuisse attestatur *De Franch. decis.*138. *sub num.* 3. *de Ponte de potest. Proreg. decis.* 8. *num.* 7. idem *Anna cons.* 122. *num.* 23. miror autem quod nullus ipsorum citaverit *Caputaquens. decis.*307. præsertim *nu.*4. *par.* 1. & *dec.* 357. potissimum *sub n.*4. & *decis.* 358. *par.*2. videas *Reg. Constant. in l.*1. *C. de consulib. num.*18. & 33. *lib.*10. *Bovadill. tom.*2. *lib.*3. *cap.*8. *nu.* 20. *Gratian. discept.*298. *nu.*34. *to.*2. *Danza de pugn. DD.tom.*2. *tit.de præcedentia, nu.*5. *R.Sanfel.dec.* 180.*nu.*6.

Titulatis insuper omnibus præcellant Antisti-
41 tes, scripsit *Episcop. Campanil. in diversor. Jur. Canon. rub.* 12. *cap.* 11. *num. postremo*, probatq; *Text.* ab illo non adductus *in auth. habita*, *C. ne filius pro parte*, necnon *Const. Regni quamplurimum sub rub. de Auditor. exigendis ab hominibus,*
42 an verò Vicarius Capituli sede vacante præcedat Canonicis, extricat *Episcop. Ricc. in prax. resol.* 598. *Michael Ferr. Mariquez in tract. de præceden. Vicar. cap.*52. *num.*15. & an Vicarius Episcopi anteeat omnibus de Capitulo, idem *Episc.* inquirit *par.*4. *resol.* 389. *num.* 6. & 7. *Ludovic. Bellus cons.* 27. & de Vicario Episcopi Canonico, sermocinantur *Regens Valenz. cons.* 101. *num.* 94. *tom.* 2. *Episcop. Marant. resp.* 79. *num.* 42. *par.* 3.

43 Quod vero inter concurrentes is digniorem obtineat locum, quem doctoratus insignia priorem accepisse constiterit; probat *Bart.in l.*1. *ff. de obseq. Menoch. cons.* 51. *sub num.* 39. *Marant. in proæm.nu.*9. *Puteus decis.*359 *num.*3. *par.*2. *Reg. Valenz. cons.* 1. *num.* 39. *vol.* 1. & *Text.* extat notabilis *in l.*1. *Cod. de consul.* & alter *in l.*1. *Cod. de Præposit. Sacr. Cubic. lib.* 12. *in fin.* ampliatur
44 etiam si junior antecessisset eundem antiquiorem in licentiatura, per *Rom. cons.*333. *Freoc. de sub feud. fol. mihi* 135. *num.*58. *Reg. Rovit. in prag.*1. *sub tit. de Scholar. Doctor*, limitatur tamen jam firmata conclusio in multis casibus memoratis per *Dec. in l. cum quid*, *post num.* 17. *ff. si cert. petition.* ubi præterea copiosè de ea fatur *Jas. à num.*13.

45 Paritate verò temporis concurrente ætate senior præfertur, *Duen. reg.* 208. *Præs. de Franch. decis.*144. *num.*2. *Ann. singul.*6., multaq; de senectute enarrant *Fusc. singul.* 19. *lit. S. Ricc. collect. decis.* 1623. & 1862. *Reg. Valenz. cons.* 142. *num.*126. *tom.*1. *Anus meus ad Gramm. decis.*34. *sub num.* 1. *Reg. Merlin. controv. forens. cent.* 2. *cap.* 52. an verò in honoribus deferendis antiquior, vel magis idoneus, potiores partes habeat
46 cumulat *Ricc.collect.dec.*712.

Quod si junior aliqua prærogativa polleat,
47 præferendus sit, *Gellius* docet *lib.*2. *noct. attic. c.*15. cujus locum exornat *Amaya in l.Curiales* 66. *Cod. de decurion.lib.*10. *cap.* 1. *num.* 37. pluresque decisos casus exarant *de Franch. decis.*144. *Valenz. cons.*34. *num.*84. *Tap. decis. Supre Senat.* 21. *Reg. Constant. adducto loco* ut præterea Reg. Rovitum victum fuisse legimus in ipsius *decis.*65. a Conf. Jo: Baptista Meliore, eo quod quamvis gradu esset, & ætate anterior; impar tamen judicabatur ob Auditoratus officium, quod penès Meliorem erat, conveniunt tradita ab eodem *de Franch. decis.*365. & *Ursill.ad Affl.dec.*1. *n.*20.

Quin Doctorem actu docentem præferendum
48 antiquiori simplici Doctori scripserunt *Boer.* & *additio in tract. de Auth. Mag.Consil. num.* 90. *in fin. Cassan. in Cathal. glor. mund. p.*10. *consid.* 26. *Menoch. cons.* 784. *num.*2. *Thomas Lasius de Academ.par.*24. *Reinkingk de regim. secul.* & *Eccles. conclus.*5. *cap.*11. *num.*53. *Georg. Christoph. Vualt. in tract. Juridicopol. histor. de stat.* & *priv. DD. omn.facult. cap.*14. §77. *q.*53. *Mich.Ferr. tract. de præced. q.*23. *num.* 5. *Solorzan.* ab ipso relatus *in alleg.pro precedentia Supremi indiarum Senatus num.*56.

49 Cæteris vero paribus, is antecedit, qui libros immortalitati cõmendavit, typisq; edidit *Cassan.add. p.*10. *consid.* 28. *Marth.vot.*93. *num.* 23. & laudato *Carav. in hoc rit. num.*6. insequitur *Cyrus Mastrill. inter Cons. Fab. de Ann. cons.* 137. *num.* 52. *lib.* 2. *Reg.Rovit. add.decis.*65. *num.*2. *Franc.Mar. Prat. pract. observ.* 75. *num.* 9. *Carav. in hoc ritu* memor, quin ad filium ipsius Doctoris, *Cyr. relato cons.*137. *n.*60. protendit ex *Menoch.cons.*127. *n.*35. *vol.*2. *Thor.p.*3. *sect.*2. *compend.dec. verb.præcedente quis debet, fol.*301.

50 Insuper *Novarius* tuetur librorum scriptores nõ examini subiic.ẽdos, *in tra.de grav.vassall.to.*1. *gravam.*161. *num* 3. confirmat *Prat. respons. crim.* 30. *à num.* 23. sunt enim hi quasi radij solis, *cap. multi, de pænis. distinct.* 2. & veluti luminaria in orbe splendescere dicuntur, *cap.*1. *de reliq.* & *vener. sanct. Sayr. ad Matthes.sing.*59. *num.*4. *Reg.Valenz. cons.*34. *num.* 62. *Jo: Carol. Antonel. de tempore legal.lib.*1. *cap.* 39. *num.* 59. quorum laudes cecinit *Carol. Scriban. in tract. de instit. politic. Christian. lib.*1. *cap.* 14. *in fin.* relatus à *Larrea alleg. fiscal.* 118. *num.* 23. *lib.* 2. quin Doctor notus examine non indigeat, voluit *Glos. in cap. de Petro, ver-*
51 *bo ignota* 47. *distin.* & de scholari docto, quod sine examine doctorari possit, loquitur *Benins de privil. Jur. Consul.par.* 2. *in princ.num.* 7. *Castell.in* ejus

ejus Cod. ad leges Sicilia cap. 41. *sub nu.* 1. *& Borgu.* tangit *decis.* 41. *num.* 14. *par.* 1. & quod Advocatus cognitus examinari non debeat, scripsit *Tranc. Marc.decis.Delphin.* 648.*num.*2. *Ant.Scapp. de jure non script. lib.*5.*cap.*112. *num.*4. *Reg.Rovit. in responso rescripto à Laguar. ad eund. Rovit. sup. pragm.* 22. *num.* 40. *de offic.* S. R. C. & nos alibi notanimus.

52 Et ubi in cæteris pares extiterint, nobiliores ex sanguine plebeo anteeant, ex *Cassan. par.* 10. *consid.*35. admonet *Carav.* exploso meritò *Barbato*, ignobili prælationem tribuente, cujus *Barbati*, forsan ignobili orti genere, sophisma, improbat *Franc. de Petr.festiv. lect. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 50. quiquè *cap.* 7.*seq. à num.* 32. nobili, & generoso prognatos sanguine potius, quàm ignobiles ad honorum, & dignitatum fastigia promovendos,

53 lepido subnectit calamo, concinitq; *tex. in l.fi. cohortalis, C. de cohortal. lib.*2. ibi. *ut omnis honor, atq; militia à contagione hujusmodi segregetur. Et Angelicus Doctor Thomas de Aquino ad Habreos cap.*1. *lect.*2. inquit: *Tria requiruntur, quæ faciunt facilitatem ad dignitatem aliquam administrandam: primum quidem sapientia, ut erret in gubernando; secundum ex generis prosapia, ne contemnatur, præcipiendo; tertium virtutis potentiam exequendo*, confirmat *Reg. Sanfel. decis.*288. *lib.*2. ut propterea *Paris de syndic.* inter Princi-

54 pum excessus, illum in primis detestatur, quod interdum ad magistratus, dignitatesque provehanc humili, & abjecto genere natos, qui naturalem rusticitatem, feritatemq; vix unquam exeuntes, sæpius protervè agunt.

55 An verò Cives magnæ Civitatis præferantur illis parvæ, *Tiraq.* examinat *de nobilit.cap.*12.*& de Petris memor. cap.*7. *à num.*15. *& cons.* 35. *nu.* 33. & planè novum est prorsùs, locum nobilitare hominem, imò homo locum nobilitat, exemplo *Dionysii, & Agesilai*, & aliorum, *Tiraq.* firmat, hinc natus in terra, in qua ortus est Christus, non mejori gaudet privilegio, quàm alius, *gl. in l. unic. C. de colo. pale lib.* 11. *Rom. in l.si verò §. de viro in* 14.*fall. §.soluto matrim. Alex. ad Bart. in l.*1. *C. de Alexan. prim. lib.*11. notabileq; est *Democriti* effatum, apud *Diogenem Laertium*, qui non ex loco gloriam aucupari volebat, sed loco gloriam imponere; aliaquè, hujusue generis, adnotat *Tiraq.mox citatus cap.* 7. *num.* 10. neq; fœminæ existimantur digniores maribus, quod ex in paradiso mares extra Paradisum creati fuerint, *cap. illud* 40. *distinct. Glos. in dict. l. unic. verbo suffragetur, Cod.de colo.pale. lib.*11. *Franc. de Petr. add. cap.*7.*sub num.* 16.

56 Cum autem toga Advocatum demonstret, quemadmodum chlamys Militem, purpura Regem, stola Sacerdotem, & cucella Monacum, ostendit *Bald. in cap. causam, de prob.at.Cassan. in cathalog. par.* 1. *consider.* 23. *Pancirol. in suo thesauro var.lect. lib.* 1. *cap.* 12. jure *Speculator in tit. de Advocatis, §.sequitur videre*, quærit, quales vestes debeant Advocati, & DD. habere, & quæstio exoritur, nùm præferendus videatur, qui magis ornatis, & honestioribus vestibus indutur & sanè inter alias Advocatorum prærogativas, istæc notatur à *Cassan. consid.*44. *par.* 7. quem *Carav.* insequitur hoc *in rit. num.* 7. (& de viro benè vestito loquitur *Tiraq. ad ll. connub. pag.* 33. *num.*38. *& st.*) verùm *Seneca* testimonio, quem-

57 admodum stultus est, qui equum empturus, ipsum non inspicit, sed sellam, & frenos sic stultissimus est, qui hominem ex veste, aut ex conditione, quomodo vestis circundata est, extimat, *Luc. de Penn.in l.*2. *Cod. de vestib. olob. & aurat. lib.* 11. sanè igitur intelligere debemus DD. Advocatosquè ornari debere, atq; indui vestibus ipsis de-

58 centibus, cum vestis esse debeat, conveniens statuti, ordini, & officio, *Specul. ibid.* è contra autem affectatæ in vestibus sordes laudem non pariunt, *cap.*1. 41. *dist. & cap.* 2. *de custod. Euchar.* nam dissolutos, & fractos in vestibus non recipimus, inquit *text. in cap. parsimoniam* 41. *dist. Muscat. in tract. de doctorat. dignit. post prax.* 2 *num.* 31.

59 Hinc vestem Doctori promissam, nobilem, & honestam præstandam esse scripsit *Bart in l'fortissimis, C.de mil.veste, lib.*12. *Bologn.* tradit *in auth. habita, num.*30. *Cod.ne fil.pro patr.* quos memorat *Jacob. Benius Engubinus de priv. J. C. priv.* 36. *num.*2. Advocatorum vestibus, consule *Francisc. Marc.decis.* 649. *Roman.sing.* 366. *& Jo: Andr. ad Spec.* reprehendentes scholares vestibus, DD. utentes ex *Nebriss. de mod. studendi nu.* 4. *Magon. de rect.patroc.ration. cap.*2.*Jo:de Deo de cautel. Advoc. cap.*2. *Rebuff. de privil Scholar. q.*4. *Brisen select. antiq.lib.*1. *cap.* 4. de vestibus Consularibus, *Plat.in l.*1. *Cod. de Consul.* de habitu Clericorum, *Foler.in prax. verbo Audiantur excusatores, nu.*12. De multiplici Monacorum habitu, *Fab. lib.* 3. *semest. cap.* 21. De vestium generibus, & divisione, plura *Alex. ab Alex. lib.genial.*5.*cap.* 18. multiplicem vestem habes, apud *Fabr. lib.* 2.*semestr. cap.* 10. & de injuria facta vestibus, *Gul.de Cun. in l.si qua per calumniam, C.de Episc.& Cleric. Rovit. in pragm.* 11. *de abolit.* & alimentarius, qui

60 debet habere hyemales vestes, & æstivas, quò tempore eas consequatur, inquirit *Molfes. ad Consuet. Neap.par.*5. *de alim. q.*9. *num.*9.

Quia verò præsens *Ritus* distinctè loquitur de Advocatis, & Doctoribus, constat differentiam non exiguam inter eos extare, atq; non omnem

61 Doctorem esse Advocatum, neque omnem Advocatum esse Doctorem, cum Advocati munere fungi possit, qui Doctoratu insignitus non fuerit *Bolog. in l.* 1. *num.* 13. *ff. de offic. assess. Menoch. de arbitr. Judic lib.* 2. *cent.* 3. *casu* 233. *num.* 7. *de Petr.festiv. lect.lib.*1.*cap.* 8.*num.*1. *& cap.* 11. *sub num.* 5. cujus meminit *Danz. tom.* 1. *de pug. DD. tit.de facult. DD. cap.* 2. *num.*8. insinuans, posse in Regno eligi Consultorem non Doctorem, Dummodò sit ille in jure versatus, ex *Capibl. in prag.* 3. *de Baron. num.* 213. *tom.* 1. *& Borrell.de magistrat. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 39. Advocati verò nomen est officij, & honoris, *l. laudabile, C. Advoc. divers. Judic.* quin, & multa illis conceduntur privilegia, in *l. sancimus eod. adducto tit.* quorum aliqua recensent *Marant. cons.* 25. *Mascard. conclus.*558. *num.*16. *Ricc. collect.* 611. *Francisc. Maria Prato observ.*65. *&* 80. *Danz. add.tit.de facult. DD. integr. cap.*1. potissimum *num.* 25. tradens, esse Advocatos immunes ab excubijs, & custodia murorum, & portarum Civitatis, etiam pestis tempore, ex *Ripa in tract. de peste, tit. de remed.*

remed.præſerv. contr. peſtem, num. 110. Mar. Ma-
sa in cap. Sicil. tom. 5. *cap.* 474. quibus contradi-
cunt *Annæus Robert. rer. judicat. lib.* 2. *cap.* 11.
verſ. pro majore, & quæ eruditè exaravit *D.Judex*
Franc. Mbr.Prat. obſer. 38. memoriam faciens ob-
ſervantiæ habitæ plebicularibus illis vigentibus
commotionibus in hac Civitate de anno 1647. &
1648. circa excubias, & cuſtodias à nobilibus fa-
ciendas.

Hac ratione infames advocare nequeunt, ac
prohibentur, *cap. infamos* 3. *quæſt.* 7. *de Petr.conſ.*
36. *num.* 16. & quia advocare uon aliud eſt, quam
poſtulare, poſtulare autem, idem quod deſide-
rium ſuum, vel amici ſui in Jure, apud eum, qui
Juriſdictioni præeſt exponere, *l.* 1. *§. poſtulare*, *ff.*
de poſtul. l.dies, *§. hoc autem*, *ff. de damn. infect.*
Nepos à Montealbano in tract. de except. art. 10. *n.*
1. *Guillel. de Rovillo in tract. de juſtit. & injuſt.*
lib. 3. *cap.* 5. *num.* 3. & explicat *Sebaſtian.*
Medic. de legib. par. 3. *quæſt.* 20. cjus ideò munus
eſſe clientis jura tueri, & apud Judicem conten-
dere, & exponere, conſtat, quodque ex *Div.*
Thomæ evidentius deducitur ad *Rom.* 8. *lect.* 7. cum
dicit (ad officium Advocati pertinet, non quod
accuſet, vel condamnet, ſed magis accuſatorem
repellat, & condemnationem impediat;) Hinc
62 eſſe ajunt aliqui, quod Advocati eſt ſtare (qua-
ſi in actu pugnandi) è contra Judicis ſedere, *in l.*
quiſquis, *§. quiſquis igitur*, *C. de poſtulam.*

Quatuor autem præceteris eſſe Advocati partes
& conditiones, oſtendit *Carraria in ſuo copioſiſſi-*
mo tract. de literali regular. interpr. tom. 2. *reg.* 7.
63 *art.* 3. *punct.* 2. *à num.* 5. Qui verò multa de Advo-
catis, tùm in interiori, tùm exteriori foro noluc-
rit ignorare, perlegat, quæ *Ceval.* coacervat, le-
gum nedùm, & Doctorum Juris authoritatibus
ſuffultus, ſed Patrum quoq; ſententijs, *in ſua exer-*
tatione ad Advocatos, poſita in initio 4. *volumi-*
nis, *qq. comm. contr. comm.* necnon *Adrianus*
Pulvæus in oratione de Advocatorum forenſium Pri-
vilegijs, *& Eberharti Speckhan. qq. & dec.jur.cent.*
3. *claſſ.* 3. *quæſt.* 9. *verſ. Advocatorum*, *& Procura-*
torum, *Franciſc. de Petr. feſtiv. lect. lib.* 2. *cap.* 9.
Franciſc. Maria Prat. ad Muſcat. poſt prax. tit. de
Doctor. quidd. & dignit. par. 2. *&* 3.

Ipſe verò adverto, quod Advocati in tri-
64 bus potiſſimum ſe debeant in perorando exhi-
bere maturos, nempè in vultu, geſtu, & voce, ex
Mattienz. in dialog. Relatoris, & Advocati, par.
2. *cap.* 2. Vultu, ut cum affabilem, benignũ, & jucun-
dum Judici, ac ſtantibus oſtendant, abſq; riſu ta-
men indiſcreto: geſtu, ut caput, pedeſquè non
ducant, aut moveant, ſed cuncta membra debita
maturitate regant; manus ſiquidem, cum verba
faciunt, non ſunt jactandæ, non caput quatien-
dum, non criſpandum latus, nou vultus corru-
gandus, aut diſtorquendus, non pedes agitan-
di, oculos, qui animi ſunt ſpeculum, ſedatos,
quietoſq; non elatos, nec dejectos, non mobiles,
ſed nec rigentes habeant; faciem ipſam, non in
torvitatem, nec ferociam compoſitam, ſed ad hi-
laritatem, & affabilitatem; Voce, ut eam non
amplius debito deprimant, vel exaltent; hoc eſt
ſermonem arrogantem, ut pavidum, nec vi-
ciſſim abjectum, & effeminatum proferant, *Ste-*
phan. Aufrer in ſtilo parlament. par. 1. *cap.* 1. Quic-
quid tamen ſit, quemadmodum viro ſapienti in-
ceſſus modeſtior convenit, ità oratio preſſa, non
audax, *Seneca* notabile eſt effatum *epiſt.* 40. alias
ſi Advocatus inordinatè loquatur, erroris vulnere
audientium corda ferientur, & authorem ſuum
loquacitas coinquinabit, *Azeved. in cap. prætorum*
36. *Gloſ. Abogados.*

Nec Advocati ſua opinione tantoperè delecten-
65 tur, ut ſi Judex ſecundum adverſarium litem de-
derit; ſtatim in ipſum Judicem inflammentur,
evomendo maledicta, contumelias, murmuratio-
nes, deriſiones, judicia temeraria, detractiones
famæ, occulta delicta, & cætera hujuſce generis,
quibus valdè læditur juſtitiæ ſolium, *Alà de Advo-*
cato quæſt. 84. *Io. de Deo in cautelis Advoc. in in-*
troduct. cap. 3. *&* 4. Undè mirum eſſe non debet, ſi
in talibus delictis procedi poſſit extra ordinem,
ſummariè, ſine citatione, & abſq; cauſa cognitio-
ne, *Bertaz. conſ. crimin.* 321. *lib.* 2. declarantquè
Paul. Xamarra in tract. de offic. Iudic. & Advoc.
relatus à *Reg. Sanfelic. in add. ad deciſ.* 63. 1. *vol.*
& Conſ. Carleval. diſp. 11. *quæſt.* 7. *ſect.* 1.
num. 187.

66 Et tandem, maledicendi flagitium in Advoca-
tis præſertim eſt vendicandum, nam inter exce-
ptiones, quæ coutra ipſos obiici poſſunt, iſthæc
magni ponderis reputatur; ſcilicet, quod ſint
procaces, quod opprobiis, non ratione certa con-
cludant *Specul. de Advoc. §.* 1. quique infames re-
putantur, ex *Text. in cap. ſi quis* 3. *q.* 7. *Guazzin.*
ad defenſ. animar. Advoc. defens 1. *cap.* 4. *num.* 5.
67 (Ita enim debent patrocinari jurgantibus, ut non
ultra, quam litium poſcit utilitas, in licentiam
convitiandi, & maledicendi temeritatem pro-
rumpant. Agant quod cauſa deſiderat, temperent
ſe ab injuria, nam ſi quis adeò procax fuerit, ut
fuerit, ut non ratione, ſed probris putet eſſe
certandum, opinionis ſuæ imminutionem patietur
Nec enim conniventia commodanda eſt ut quiſ-
quam, negotio derelicto, in adverſarii ſui con-
tumeliam, aut palam pergat, aut ſubdolè.) Ver-
ba aurea ſunt *Tex. in l. quiſquis*, *C. de poſtuland.*
ſubdolè, dicendo: Non ſum ego latro, intelli-
gens de adverſario; explicat *Speculat*, *tit. de ad-*
voc. §. jam nunc videndum, *num.* 3. contra quem
an poſſit agi injuriarum actione, explanant *Luc.*
de Penn. in l. 3. *C. de Caſtrenſ. pecul. lib.* 12. *in* 2.
col. Ieg. Reg. Rovit. in Rub. de injur. num. 3. quia
ſuffultus *Tex. in l. quæ omnia*, *§.* 1. *ff. de procur.*
tradit, verbum mentiris, licitum eſſe in Judicio,
68 cui contradicit *Danza to.* 3. *de injur. c.* 1. vide *Theſ.*
dec. 229. qualiter autem Advocati debeant ſe ha-
bere cum Advocatis alterius partis, indicat *Specul.*
add. loco.

Verùm excuſabitur Advocatus, ſi aliquando
eloquentiæ vi, in rebus arduis, robur addat
orationi, ut Judicem non ad id tantum com-
69 pellat, in quod ipſe à rei natura duceretur, ſed
aut, qui non eſt, aut plus, quam eſt faciat affe-
ctum, *Budæus in l. aut facta*, *§. qualitate*, *ff. de*
pœnis, qua virtute, præter alios, plurimum De-
moſthenem valuiſſe, à Jureconſultis habemus *in*
d. §. qualitate, & de impetu diſputandi, extolli-
tur *Socrates* apud *Plat. in Parmenide*, & de mu-
nere in ipſo actu diſputandi, *Matth.* loquitur *in*
dial. relat. & Advoc. par. 2. *cap.* 1. illaque neceſ-
ſaria

ſaria eſt in Advocato, à quo cauſa non ſolùm exponenda, ſed etiam graviter, copioſeque agenda eſt, *Cicer.* advertente *in Divinatio*. Conſuetudo igitur advocatorum, ita loquendi, ad demonſtrandam magnitudinem, & amplitudinem rei *Alex. conſ.9. lib 5.* quem excuſabit, qui cum putaverit licitum fore, ita loqui ob talem orandi laudabilem pro tempore conſuetudinem, puniri haud debet, *Hieronym. Tortus in conſ. ſuo poſt Conſ. Anton. de But. Cravet. conſ.9. n.30.*

Imo ex *Cæſarum* verbis *in memor. l. quiſquis*
70 *(ultra quàm litium poſcit utilitas)* eliciunt interpretes *Cyn. Fulgoſ.* cæterique poſt *Gloſ. ibid.* licitum aliquando, licitum uultate poſceute, in convicia, & maledictiones prorumpere, ut in exemplis per eos recenſitis. Verùm vereor nè, alia ſit legiſlatoris mens, atque ratio, prohibet illa *Conſtitutio* convicia, rixas, atque maledictiones, ſubnectit rationem, ſcilicet ſunt ultra litium utilitatem, quo ſenſu, magis rationi conformi, re-
71 tento, illatio non bene procederet. Adverſus Advocatos contra Judices invehentes, inſurgit *Affl. in Conſ. Cultus Juſtitiæ*, quod potiùs dicendum adnotat in gratiam Advocatorum contra modernos Judices, *Feller. in ead. Conſtit. Cultus Juſtitiæ nu. 5. pag. mihi* 187. qui in multis invident ipſis cauſarum patronis, teſte *Franc. Maria Prato add. obſer.75. n.23.*

Illud quoque haùd prætereundum duximus, quod, etſi perplures Advocati ejuſmodi dignè fungantur munere, ſintque viri lectiſſimi, quos
72 alloqui *Ciceronem* non immerito credimus *lib. 2. ad M. Cælium*, cum ità fatur, *Novi ego vos magnos patronos, hominem occidas oportet, qui veſtra opera uti velis.* Complures tamen in patronorum numerum pervenire non ignoramus, nomenque Adſtocati uſurpare, licet leguleí ſint, quorum magna eſt turba, *Borrell. 1. par. ſumm. deciſ. tit. 65. num. 4.* ıt ut pleriſque *Terentianum* illud convenire videatur: *Hunc opus eſt patrono, quem defenſorem pare*, ob idque nimirum, hujus farinæ Advocatos à cauſidicis mediocribus, proclamatoribus, aut tabulis ſæpiſſimè ſuperatos videmus, contra quos exclamant *Franc. Marc. dec.636. nu. 7. Molfeſ. ad conſuet. Neap. tit. de renunc.* q. 19. & 24. Hique ſunt negantes, p pe.i eſſe nigrum,
73 & contra, nivem eſſe albam, *Gramm. deciſ. 104. num. 1.* quos commemorant *Franc. de Petris conſ. 36. num. 19. Praſ. Merlin. cent. 2. controv. forenſ. cap. 46. ſub num. 32.* cujus meminimus *rit. 75 ſub num. 14. & Afflict. in conſt. Regni Advocatos de præſta. ſacra ab Advoc. poſt Luc. de Penn. in l. 1. C. de lucr. Advoc. lib. 10.* (tradens, ipſorum inſipientum, & calumnioſorum Advocatorum domos clientibus, xeniiſque ſcatere, proborum autem ſapientium penitus vacuas eſſe (necnon *Henricus Uſanus* Juriſconſultus, & Ducum Megalopolitanorum Cancellarius, & Reipublicæ Luneburgenſis Sindicus, *in Epigrammate*, quod hic tranſcrivere, non gravabor.

Aqua lupos inter geminos, gallinaq; vulpes,
Inter cauſidicos, vit gravis are, duos.
Dic, quem de tribus hit poſitum in majore periclo.
Infortunatum quem magis eſſe putes?
An, quia non pluma gallo, lanavè bidenti,
Sed jugulo pracium conſtat utrique ſui;
A locuplete viro tantummodo quaritur aurum,
Hujus conditio commodiore loco eſt?

Cæterum advertimus nomen ipſum Advocati, aliquo modo competere Sanctis quia aliqua ratione Advocati, & mediatores nuncupari, & dici poſ-
74 ſint: quamvis propriè, cum loquimur, Interceſſores appellitentur idque uſu præſertim ſacrarum ſcripturarum defendit, *Carraria adduct. tract. de literali regular. interpretat. eod. art. 3. punct. 1. ſub num. 14.* nimirum cum Sanctos ipſos advocamus, eoſq; humilibus impetimus præcibus in hæc verba loquimur: *Omes Sancti, & Sancta Dei in-*
75 *tercedite pro nobis.* At Beatæ Virgini congruere etiam abſolutè, & ſimpliciter loquendo, veritas ipſa, & Eccleſiæ uſus, omneſque præces præportant, eaquè, & dicitur, & nobis Advocata eſt
76 Quin etiam tuto affirmari poſſe, Chriſtum eſſe proprie Advocatum, inquit ipſemet *Carrar. eod. punct. 1. ſub num. 15.* in hac ſiquidem nedum vita illud ſemel, ac pluries ſubiſſe munus, at poſtquam ad patrem aſcendit, pro nobis continuò exercere, probat è noſtris juriſperitis, *Gravat. ad ad Veſtrium lib. 2. cap. 18. ſub num. 3.* complura receuſens exempla, in quibus cum hic eſſet, officium advocati exercuit: Magdalenæ præſertim Advocatum fuiſſe deducens ex verbis, *Luc. 10. Martha, Martha ſolicita es*; ſuper quibus ita *Auguſtin. Dominus reſpondit pro Maria Martha, & factus eſt ejus Advocatus, qui Judex fuerat interpellatus.* Inſuper, mulieri reprehenſæ in adulterio, ſe conſtituiſſe Advocatum add. t, cum *Joan. 8.* allegando accuſatores haud quaquam idoneos eſſe, inquit: *Qui ſine peccato eſt veſtrum primus in eam lapidem iniciat.* Nunc vero ita eſſe ex *Joann, epiſtol. 1. canonica capit. 2.* depromi diſertè exiſtimat, illis videlicet verbis: *etſi quis peccaverit Advocatum habemus apud Patrem Jeſum Chriſtum juſtum*: quorum memores ſunt *Taſſon. de antefat. verſ. Septimo, obſerv. 1. nu. 29. Palm. in diverſ. Jur. par. 2. gloſ. 2. num. 3. Danza ad Gramm. deciſ. 80. in princip. Caccialup. de Advoc. q. 1, Vivius opin. 27. num. 12. lib. 1.* quo quippe & alus Sacræ Scripturæ teſtimoniis, fretus *Suares* conſentaneum videri opinatur, ſi dicamus Chriſtum non ſolum tacitè, ſeù interpreratiya inſinuatione, ſed aperta, & expreſſa voluntatis ſuæ repræſentatione, ac maniſeſtatione pro nobis in Cœlo orare ut ille dicit *tom. 1. ad 3. par. quaſt. 21. art. 4. diſput. 45. ſect. 1. verſ. nihilominus*, quam & *Divi Thoma* ſententiam, quoque eſſe adducit. At *Medina ad Div. Thomam 3. p. q. 21. art. 1. verſ. tertium modum*, omni conatu defendere nititur, Chriſtum per modum ſupplicis, præces, & ſupplicationes ad Deum nec pro ſe ipſo, nec pro no-

bis

bis offerre, *Divi Thomæ* præsertim adductus au-
ctoritate in *Pauli epist. ad Roman. cap. 8. lect. 7. Puncto* autem 2. præcitatus *Carrar. num.* 10. au-
ctoritate ejusdem *Divi Thomæ in 4. dist. 45. q. 3. art. 3. in corpore*, suffultus, affirmat Sanctos ipsos,
77 duplici modo pro nobis orare, altero quidem
oratione expressa, altero vero oratione interpre-
tativa; expressa autem, sicuti nos utimur, quan-
do vocibus propriis, & articulatis aliquid ab al-
tero postulamus, & huic modo correspondente
utuntur animæ sanctorum, cùm man festant pro-
prium conceptum mentis, quem ordinat ad Deum
insinuantque sua desideria, & quid vellent imple-
ri, pro salute eorum, pro quibus orare dicuntur
nam his modis dicuntur orare oratione expressa,
quia re vera exprimunt affectum specialem, quam
habent consequendi aliquid in nostrum benefi-
cium.
78 Hunc Ritum dumtaxat servari, quando Ad-
vocati congregant se pro collegiandis causis, &
Reg. Tapia lib. 2. jur. Regn. tit. de offic. Advoc. sup. hoc rit. memorat, & nos singulis diebus vido-
mus.

RITUS CII.

Advocatus non ascendat ad Bancam, nisi vocatus, duasque ad summum proponat causas, & non sedeat.

Item nullus Advocatus ascendat ad Bancam, nisi vocatus per Judices hebdomadarios, & vocatus, non proponat, nisi duas causas, vel unam; si esset multitudo causarum, & non sedeat sub pœna unius tareni.

SUMMA RERUM.

1 *Tria in hoc Ritu prohibentur, potissimum, ut nullus coram Judice sedeat.*
2 *Quid Juri communi conoinit.*
3 *Advocatus coram Judice alloquens domi, aliovè in loco privato sedet, secus autem cum in Tribunali.*
4 *DD. euntes ad Judicem debent prope sedere, & assurgere illis debet Judex.*
5 *Janua palatii Principis continuò patere debet Advocatis.*
6 *Judicum est sedere, Advocati verò stare.*
7 *Advocati in Tribunali, nedùm stantes, sed vertice nude alloquuntur, secus extra Tribunalia, in locis quoque differentiarum.*
8 *In Tribunalibus illustres personæ ultimum cum sella habent locum.*
9 *Quod in Titulatis, & Religiosissimis Antistitibus in hac Civitate servatur.*
10 *Advocatus, qui unam Aulam ad aliam vocatus immaturè reliquerit, ut contumax plecti potist.*
11 *Caput Aulæ, cui alloquitur Advocatus, jubere quibit, ne discedat, nisi oratione finita.*
12 *Hujusmodi in causa privilegium majoris Auditorii cessat.*

Verba Ritus, *sedeat*, affirmare videntur, ita sim-
pliciter intellecta, sed qui contextum totius
ritus perlegerit, & alia in ejus initio posita ani-
madverterit, illa nempè *nullus*, fatebitur certè,
jam dicta subsequentia negativam complecti ob-
servantiam, namque ex illis sic junctis constat,
1 tria prohiberi in ipso *ritu*, ut nullus, scilicet.
Advocatus ascendat ad Bancam, nullus proponat
nisi duas causas, & nullus sedeat, Quæ quidem
ultima conclusio jure communi non haborret,
quandoquidem *Tex. in l. quisquis la 1. C. de po-
stul.* ac *DD.* inibi dicunt, Advocato proponenti
coram Judice, non licere sedere, sed stare debere
3 quamvis *Bart. eod. in loco* attestetur contradicere
praxim, quam ipse admitterem, quoties Advo-
catus alloquitur Judicem domi aliovè in loco pri-
vato, secus autem, cum in Tribunali, atque
ita intelligi nostri *Ritus* verba non dubito, cum
antecedentia mandent, ut nullus Advocatus
ascendat ad Bancam, nisi vocatus, nam illis, si
connectamus alia subsequentia ac simpliciter di-
centia, *ut sedeat*, utique suadebunt, ne sedeat
cum vocatus ascendit ad bancam, quàm Rotam
nunc appellitant Causidici Neapolitani, atque
vulgus ipse.

Quippè, quod si Advocatos ipsos illo gaudere
privilegio, admonet *Bologuett. in repetit. auth. habita col. 4. vers. & ideò, C. ne filius pro patre*, fre-
tus *l. fin. juncta glos. C. de offic. diverf. Judic.* ut
4 Doctores euntes ad Judicem debeant propè ip-
sum sedere, quin, & Judex assurgere illis debeat,
ejusquè à dexteris sedere facere, necnon illiusmet
5 Principis Palatii janua patere semper, teste *Fran-
cisco Marco decis. 650. par.* 11 insequiturquè *Mar-
tha tom. 1. Juris controv. tit. Advocatus capit.* 7.
Certè, ut jura Juribus concordentur, Docto-
rumquè dicta conciliëntur, fateri oportet, eis se-
dendi locum competere extra Tribunal, ac pro-
priis in domibus, alloquentibus Judices, minimè
verò, si in Tribunali, in quo posteriori casu prio-
ra jura citra dubium militare, necnon apertum
Textum arbitramur *in l. 1. C. de offic. civil. Judic.*
quem refert *glos. 1. in cap. nullus el. 2. causa 4. q. 4.*
nè Advocati temporibus, & horis, quibus agi-
tantur causæ, sedeant coram Judice, scilicèt pro
Tribunali existente, vel ut ajunt, in Rota.

Quo prætereà in casu alteram illam procedere
assertionem opinamur, existimantium Judicum
6 esse sedere, Advocatorum verò stare, quam de-
ducunt ex *d. l. quisquis in fine, C. de postul. & in auth. ut ab illustribus, §. 1. col. 5. & l. 1. C. de offic. civil. Judic. & l. fin. C. de offic. diverf. Judic.* quamq;
distinctionem amplectitur *Caravit. in anteced. Ritu num. 5. Reg. Tap. super eodem Rit.* 101. insequitur
de Angelis in prato, l. honorati, C. de offic. civil. Judic. Visconti in conclus. verbo Advocatus, & Carav. add. loco laudato, idem *de Angelis* firmat *in l. Constitutionem, Cod. de Advoc. diverf. Judic. Reg. Rovit. in prag. 11. num. 4. & 5. de suspic. official. Surg. de Neap. Illustr. cap. 23. num. 21. Mastrill. de magistr. lib. 4. cap. 13. n. 132.*

Quin, ex *prag. 19. vers. item quod, de offic. S.C.*
dispo-

7 diſponitur, ut nedùm ſtantes, ſed vertice nudo
alloquantur in Tribunalibus, extra namquè tri-
bunalia etiam in locis differentiarum Advocati
cum Judicibus ſedent, & operto capite loquun-
tur, teſte *Taſſon.* hujuſce *Rit.* memore *de anteſ.*
verſ. 7. obſer. 3. ſub num. 113. & ſic uſus inolevit,
necnon obſervantia ſolertiſſima induxit in cun-
8 ctis Urbis Tribunalibus illuſtres perſonas compa-
rentes, ſivè Actores, ſivè Reos, ultimum cum
ſella habere locum, ex *l. fin. §. ſedent, C. ubi Se-
natores, vel Clariſſimi, Caſſan. in Catal. Glor. Mun-
di, par. 7. conſid. 3. Conrad. in templ. judic. lib. 2.
§. 3. de Excell. Cardin. Frecc. de ſubfeud. tit. de dif-
fer. int. feud. regal. diff. 3. & 48.* quod in titula-
9 tis obſervatur in hac Civitate, *Surg. de Neap. il-
luſtr. cap. 23.* & Religioſiſſimis Antiſtitibus, *Ann.
jun. conſ. 12.*

Et pro coronide memoro, (& ſit Advocatorum
præ oculis) quempiam, qui unam Aulam ad aliam
vocatus, immaturè reliquerit, ut contumacem
10 plecti poſſe, *Andr. de Iſern. in conſtit. contingit,
de accuſat. coram Juſtitiar.* & proindè obſervavi
cum patronus ad Aulam alterius Conſiliarii vo-
caretur, jubere Caput illius Aulæ, cui alloque-
batur, nè diſcederet, niſi oratione finita, & ma-
11 xima cum ratione; ceſſat enim hujuſmodi in ca-
ſu privilegium majoris Auditorii, ex *memor. con-*
12 *ſtit. contingit*, de quo *Foller. in prax. crimin. tit.
audiantur excuſatores num. 34.*

RITUS CIII.

*Aſtantes homines in Curia ſilentium, ſub
pœna, ſervent.*

Item quod nulla privata perſona, quæ eſt in Curia loquatur, niſi vocata per Advocatum, ſeù Procuratorem, ſed ſtet in ſilentio: & qui contrafecerit, ſolvat grana 10. & ſi pauper eſt, grana quinque. Item quod quicquid exactum erit de dictis pœnis, convertatur in alimentationem captivorum, & pauperum.

SUMMA RERUM.

1 *Silentii prærogativa, remiſſivè.*
2 *Silentium, quando, & quibus imponi poſſit.*
3 *Illud niſi duplici antecedente monitione, non imponitur.*
4 *Advocatis, & Procuratoribus, ex hoc Ritu iniungi, non eſt permiſſum.*
5 *Pars tamen adverſa illis nonnunquam imponit, ſuppeditando pecuniam.*
6 *Demoſthenis propterea refertur exemplum, necnon Tuſcilii.*
7 *Hoc probro notatum fuiſſe Oldradum, traditur.*
8 *Prævaricari dicitur, quià ſuo officio recedit.*
9 *Nonnunquam partibus, & Advocatis, ſilentium imponitur, cum tumultuoſis clamoribus, jura proponunt.*
10 *Illud à Judicibus, & Conſiliariis ſervandum eſt, donec Commiſſarius cauſæ, relationem faciat.*
11 *Judex Advocato metas excedenti præcipit, ut finem imponat.*
12 *Advocati in ſcribendo, & loquendo, debent eſſe pauciloqui.*
13 *Procuratoribus iniunxit ſilentium, pragm. 21. de offic. S.C.*
14 *Ritus iſte peroptimè ſervatur, & ſilentium frangenses, arbitrio Regentis, pœnis multantur.*
15 *Vigore hujus Ritus, ac de Jure Canonico, in uſus pios, pœnæ convertendæ.*
16 *Pii uſus ad eum effectum, qui dicantur.*
17 *Queant nè Præſules ſibi ipſis pauperibus, applicare pœnas.*
18 *Quando Epiſcopus dicatur pauper, & an ducati mille annui ſatis illius victui ſint.*
19 *Salarium per prag. 1. de Salariis cur adauctum fuerit.*
20 *Penſio pro qua ſumma ſit imponenda.*
21 *Aurei, ſivè ducati in Concil. Trident. memorati computandi ſunt attento valore, cujuſcunq; ducati in loco Epiſcopatus.*
22 *Pœnæ nedùm in pios uſus, ſed aliquæ menſæ Epiſcopali ab Epiſcopo divite applicari poſſunt.*

1 Silentii prærogativas, & laudes præconizavi-
mus *Rit. 3.* & adnotat *Nicolin. in prax. Judic.
crim. 2. num. 546. ad 554.* quod taciturnitatem,
Specul. appellat *in tit. de Advoc. §. 1. verſ. poſt me-
dium*, ibi: *Si non imperaſti, ut tacens, quomodo*
2 *ab aliis ſilentium exiges*, illud quandoq; actori
indicitur, *cap. penult. de cauſa poſſeſſ. & propr.*
aliquando Reo, *cap. in præſentia de probat.* aliquan-
do hæredi, nè petat interim à debitore, cui eſt
ad tempus legata liberatio, *l. Aurelius, §. cen-
tum*, & ibi *Bart. ff. de liber. legat.* etiam ſublato
appellationis obſtaculo, *in cap. conquerente de*
3 *cleric. non reſid.* illud, niſi duplici antecedente
monitione, non imponitur, *§. ſi quis autem in
auth. de hæred. & falcid.* juncta *gloſa in verbo ad-*
4 *monitus*, Advocatis tamen, atquè procuratori-
bus iniungi non eſt permiſſum, conſtatquè ex
Ritu noſtro mandante nè ulla perſona, quæ eſt
in Curia, loquatur, niſi vocata per Advocatum,
aut procuratorem, & nihilominùs corrumpuntur
ſæpè numero Advocati pretio, nè loquantur, &
5 illis pecunia ſilentium in damnum clientum im-
ponit, quod contigiſſe ſcimus; Cum enim De-
moſthenes Mileſiorum poſtulatis reſpondiſſet, Mi-
leſios, neque auxilio dignos, quod petebant, ne-
què ex re populi Athenienſis id eſſet, prolata re in
poſterum diem, ferunt legatos ad eum veniſſe, &
pecuniam donaſse, nè ageret, ſed ut taceret pro
6 populo, atq; poſtridiè Demoſthenem lana mulcta
collum, cerviceſquè circumvolutum ad populum
prodiiſse, dixiſseque, ſe non poſse agere, quod
anginam pateretur, cui tamen aliquis de populo
reſpondit, non anginam, ſed argentianginam pa-
ti, teſtiſquè, præter alios, *Gell.* apparet *lib. 2. c. 9.
& 10. Angel. Matthæac. de via, & ratione juris
lib. 2. cap. 26. num.* 19. hoc quoquè crimine dam-
natum fuiſse Tuſcilium, quod Vicentinorum
cauſam deſervisset, ſcribit *Plin. Cæcil. ad Val.* &
meminit *Alciat. in l. prævaricat. ff. de verbor. ſi-*
7 *gnific.* paritèrq; & *Oldradus* hoc probro notatus
fuit, & convictus, dolore contabuit, ut refert
Caſtrenſ. in l. fin. 6. de Advoc. diverſ. Judic. teſte
Menoch. de arbitr. Jud. caſ. 328. qui tandem ex-
clamat his verbis, *Sed quot hodiè Demoſthenes, quot*

vi-

8 *vivunt Oldradi*. Et Hispanico sermone is prævaricari dicitur, qui à suo officio recedit, hoc modo: *Dexar su officio, o ley*. Et *Baldus* ob mendacium falsatumq; *Textum*, ad candentes forcipes fuit damnatus si scriptores vera scribunt, quos refert *Jo: Fichardus in Chronologia Jurisconf.* cujus meminit *de Petr, festiv. lect. lib. 1. cap. 9. sub num.* 14.

9 Indicitur tamen, & quidem justè silentium nonnunquam Advocatis, quin & partibus ipsis, cum scilicet strepitu, & sic tumultuosis clamoribus jura proponunt, quodq; semèl manifestaverunt, secundò, ac tertiò proclamare non desinunt, juxtà *Regni Constit. Cultus Iustitiæ*, quam exornat *Foller.* & declarat *super Constit. pag.* 106. *Fab. Montell. in praxi arbitr. par.5. q. 4. num.* 58. quiq; de silentio Curia sedente servando, loquitur, necnon *Carrab. singul.* 220. *& Fenestella in lib. de magistr. Roman. cap. de Senator. origin.* tradit Marcum Catonem, nimis in Senatu fortè loquentem, & longiori sermone, Cæsarem ad carceres duci jussisse.

10 Quin nedùm à litigatoribus, sed à Consiliarijs, Judicibusquè illud servari, donec Commissarius causæ relationem faciat, sanxit *prag. 27. de offic.*
11 *procur. Cæsar.* & quod Judex Advocato metas excedenti, præcipere valeat, ut finem imponat, admonet *Paris. de syndic. verb. Advocati causarum n.*
12 3. quiq; debeat in scribendo, & loquendo esse pauciloquus, *Iodoc.* advertit *in prax. civil. cap. 96. n. 16.* nè ei dicatur, garrula pica, tace, *Specul. tit. de Advocat. §. hic dicendum*, & diximus *rit.* 101. & nimis verbosus potest advocationis officio privari, *Didac. del Castillo in l. 2. fori, pag. 22. col. 4. vers. & nota quod Advocatus.*

13 Procuratoribus autem injunxit *prag. 21. de Offic. Sacr. Reg. Conf.* qui illud custodire semper tenentur coram Advocatis, nisi Advocatos errasse in facto animadverterint, tunc si quidem potestatem eis relaxavit eadem pragmatica illos de errore admonendi, modestè tamen, & hoc casu Advocatus errans in facto Clienti non præjudicat, *l. fin. C. de error. Advoc. Bar. in l. ex quibusdam, §. cum plura num. 2. ff. de jure fisci*, quicquid dicatur, quod dictum Advocati reputetur dictum à parte, à *Bal.* quem refert *Franc. Mar. Prat. observ.* 68. *à nu.* 33.

Ritus autem iste peroptimè servatur, nam ho-
14 mines astantes magna cum reverentia silentium servant, illudquè frangentes arbitrio Regentis pœnis multantur, ut *Carav.* quoquè testatur *nu. 4. ex prag. 32. §. item per remediare, de offic. magistr. justic.* qua corrigitur hujus Ritus dispositio, quoad pœnam pecuniariam indictam, ut observat *Regens Tap. sup. ead. prag. lib. 2. jur. Regn. tit. de legib. pag.* 94.

15 Pœnas autem exigendas in usus pios convertendas claris præportat verbis, idem iste Ritus, at Jus Canonicum Episcopis indulget pœnas omnes, teste *Dian. cap. 144. num.* 3. verùm pijs usibus ap-
16 plicandas, sanxit etiam *Concil. Trid. in cap. 3. sess. 25. de refor.* qui tamen dicantur usus pij, scribit *Hieronim. Gliamat in summa Eccles. par. 3. cap. 13. num.* 11. & Religiosissimus quidam Antistes, me quoquè consulente, censuit pœnas in Civitate, Diocesi, exigendas à non servantibus dies festivos, persolvendas esse Medico conducto pro civibus pauperibus, cui propterea centum viginti aureos assignavit, ut in ea Civitate moram faceret, ac pauperibus gratis inserviret, salarium verò ab alijs reciperet, profuit quippè etiam divitibus, cum tres dumtaxat tantùm carolenos singulis quibusq; diebus subministrassent, duos autem aureos, & victum suppeditare debuissent, si à propria advocassent patria, legentibus tamen juvamen principaliter attulit, qui alioqui Medicum nullatenus quivissent asciscere, quod utinam, & in spiritualibus, & in temporalibus Dominis exemplo foret.

17 At posse Præsules sibi ipsis pauperibus applicare pœnas, existimant *Henrich. de Bottis in tract. de Synod. Episcopi par. 3. sub num. 25 Covar variar. resol. lib. 2. cap. 9. sub num 9. Fuscus de visitat. lib. 1. cap. 32. num. 3. Quaran.* sivè potiùs *Prosper de Augustino* ad ipsum *Quaran. in Sum. Bullar. verbo pœnæ pecuniaria, & Molfes. ad Consuet. Neap. to. 2. par. 4. q. 64. num.* 24. quiquè declaratum adnectit per amplissimos Patres Concilij interpretes, quibus repugnare videntur *Tex. in l. si mandavero 22. §. si tibi, ff. mandati*, & exarata à *Conf. Roec. post tom. 1. resp. not. 54. num. 147. de lit. Cambij*, tradente *not. 36. de mandat. seù complom.* procuratorem constitutum ad vendendum, non valere sibimet vendere, videas *Borrel. de compromiss. §. 2. Glos. 1. num. 328. cum seq. & in summ. decis. par. 1. tit. 66. de procur. à num. 431. Thesaur. qq. forens. lib. 1. q. 3.* quæstionem extricantem, nùm nominatione relicta in arbitrium alicujus, possit pater proprium filium nominare.

Quando verò Episcopus dicatur pauper, ut sibi
18 propterea valeat tuta conscientia illas adscribere, semper fuimus in ea sententia, tunc ità dici, cum ejus fructus mille ducatos in singulis annis non pertingunt, ob ipsiusmet Concilij sanctionem alteram abnuentem Episcopatum gravari pensione infrà ducatos mille, *in cap. 13. sess. 24. de reform.* crediderunt namquè Patres, & œcumenicum illud Concilium, eam summam honesto, & necessario Antistitis victui satis esse, & cum tot annorum curriculo pretia rerum adaucta fuisse pateat, quin, & illæ magno pretio hodiè merecentur, ac longè cariori, quò tempore Concilij, & salaria quoquè, & introitus majores pernecessarij sunt ad necessarium cujusque victum; etenim iniquum incipit fieri beneficium Principis si adhùc valere dicamus dicit *Paulus I.C. in l. ex facto, ff. de vulgar. & pupill. substit.* quemobrem salaria per *Reg. Prag. 1. de salar.*
19 *cor.* constituentem certam mercedem solvendam à Baronibus, mittentibus vassallos, eorumque animalia proprijs pro negotijs, & necessitatibus, ob hanc rationem, quod pretia rerum adaucta erant non amplius *prag.* observandam esse, nisi, & præmium illic statutum augeretur, proclamarunt Scriptores omnes, præsertim *Zerul. in sum. verbo salarium, & Enchirid. Ecclesiast. tit. de salario vassall. fol. mihi* 130. *cum seq.* quorum justa declamatione, factum est, ut adauctum deindè fuerit per alteram, & *secundam pragm. ejusdem tit.* Quibus; & nos concludere impellimur, non solùm Episcopos ipsos multo magis pauperes, nunc reputari, quorum redditus ad annuum valorem ducatorum mille non perveniunt, sed pensiones eas-
20 dem, nequè pro summa transcendente mille aureos imponendas esse, nisi pro quantitate excedente sal-

tèm

rum ducatos mille quingentos, idq; etiam Apoſtolica ſanctione decernendum, ſi Sanctiſſimo placeret, crederemus opportunum. Aurei tamen, ſivè ducati in eo *Concilij capite* memorati citra dubium
21 computandi ſunt, attento valore cujuſquè ducati in loco Epiſcopatus, ſivè beneficij, nam ita declaratum ferunt à Congregatione Concilij, *Lelius Zucha de Repub. Eccleſ. cap.28. num.4. Ricc.collect. 745. par.4. & Barboſa in remiſſ. ad Concil.* potiſſi-
22 mùm *ſup.eod. cap 13. num.5.* Verùm, & cum divites ſunt Epiſcopi, neque omnes pœnas, adhùc vigore Concilij, applicare pijs uſibus debent, cum aliquæ menſæ Epiſcopali competant liquidationis nempè inſtrumentorum, & aliæ.

RITUS CIV.

Quatuor Curiæ ſervientes ſilentium indicent, pœnaſquè exigant.

ITem, quod deputentur quatuor de ſervientibus Curiæ, qui habeant eſſe in quatuor locis Curiæ, & indicere ſilentium, & exigere pœnam à contrafactoribus.

SUMMA RERUM.

1 *Servientes Curiarum, quibus alijs nominibus appellentur.*
2 *Eorum depoſitionibus, an ſit habenda fides.*
Nuncio creditur ſine teſtibus, Notario non.
3 *Per Ritum M.C.V. receſſum, an ſit à pœnis ſtatutis in Conſtit. cultus Juſtitiæ, tangitur, exploſo Caravita in fine hujus Ritus effato.*

1 DOm. Proſper Caravita, ex ſententia *Caſſanei* multa recenſet nomina, quibus, & iſti Curiarum ſervientes appellitantur, ſunt tamen, & alia plura nomina, quibus vulgus præſertim, & paſſim, utitur, famulos, nempè, ſatellites, Berruarios. Alguzerios, Curſores, & Bidellos nuncupat. Nuncij appellantur *in l. magis puto, §. nè tamen 13. ff.de reb.eorum qui ſub tutel.vel cur. ſunt. & in l.is cui, §.miſſus 27. ff.ut in poſſeſſ. leg. vel fideic.ſervan. cauſ eſſe lis.* Apparitores *in §.tripli 24. inſtit.de act. Eberharti Speckan cent.3.quaſt.& dec. jur.claſſ. 3 §.7. verſ.viatores, pag.886.*

2 Prædictis verò deponentibus contra aliquem in in criminalibus ſit nè adhibenda fides, ſcripſimus plenè alibi, & tangit *Epiſcop. Campanil. in diverſ. Juris Canon. rub. 4. num. 11.* inibiquè præ ceteris adduxit *deciſ.Dom. de Franch.* tacito illius numero, ex errore Typograpi, eſtquè *deciſ. 379.* addimus inſuper *Marth.in deciſ.Piſana* 80.*num. 6. Gramm. voto 21.num.1. Bero q.84. num. 1. Joſeph Ludovic. deciſ.Lucenſ. 1. num.1. Viv.deciſ. 19. num. 6. Menoch.de arbitr. Iudic. lib.2. caſu 112. Speckan add. loco num.2. Avum meum ad Gramm.deciſ.60. nu. 21.Ricc. par.4.collect.1189.Jo: Mar.Vermigl. conſil crimin. 114.Donad.de renunciat.cap* 8. *num. 114.* quid verò dicendum ſit in ſubſidium, vide *Gramm. conſ.58. num. 4. & conſ. ſeq.* atquè *Bajard. ad Iulium Clarum q. 8. num. 2. &* 8. quorum omnium major pars verba facit de Birroarijs capientibus delinquentem, & teſtificantibus cepiſſe in delicto; Verùm contra jam dictum caſum, & generatim loquendo, fides ſit ne illis præſtanda, & conſequutivè in caſu quo proprium non exercendo miniſterium interfuerunt, prolixus eſt ſermo *Farinac.quaſt.56. poſt num. 379. quaſt. 21. num. 157. vol. 1. & q.108. num.150. vol.3. & Maſcard. concluſ.189. vol.1.* Cur verò Nuncio credatur ſine teſtibus, Notario verò non, examinat *Fontanel. dec.Cathalon. 567. num. 13. & 14. lib.2.* tràdens, Notario præſtari fidem ſine teſtibus, ſi ille fungatur officio Nuncij, ſeù Curſoris, ex *Ludoviſ. dec.426. num. 4. & ibi addit.*

Hi Alguzerij, ſeù ſervientes onus habent indicendi ſilentium, de quo ſcripſi in proximo antecedenti Ritu, pœnamq; exigunt, ſcilicet granorum decem, aut quinque reſpectivè comminatam in eodem antecedenti Ritu, qui non ſecus, ac noſter, & alter 102. verba faciunt, ubicunque Cu-
3 ria pro Tribunali ſedet, *Conſtit.* autèm *Regni Cultus Juſtitiæ* vendicat ſibi tantummodò locum in eo caſu, quo Judices in Rota ſedent, pro expediendis, & decidendis cauſis, atquè ideò præfatam *Conſtitut.* his *ritibus* non revocari ſentit, in poſtremis verbis, *ad hunc Ritum Carav.* At ipſe ab ejus deſciſco ſententia, ſivè enim Magna Curia regatur, ſivè in Rota conſideant Judices, militare horum Rituum decretationes, oſtendimus verius eſſe ſuper *rit.*102. neq; ulla poteſt juſta, & valida conſiderari diſtantiæ ratio, ideò ceſſare præfatæ *Conſtit.* legem certius eſſe opinamur. Etenim Juſtitia cultum ſuum perdit, quando ſilentium Juditij, obſtrepentium turba profunditur, *Gulielm. Redoan. de Spol. Ecclеſ. q. 13. num. 4. to. 14. tract. pag. 255. Catal. de Boncompag. in tract. de poteſt. Papæ, cap.2. num.16. 13. tom. tract.*

RITUS CV.

QVidam tenent ejuſdem Curiæ, quod in cauſis criminalibus in quibus procurator non admittitur, ad media etiam procurator non admittatur.

SUMMA RERUM.

1 *Quivis conventus ad judicium venire per ſe, vel procuratorem poteſt, niſi illuſtris ſit perſona.*
2 *Juſtè impeditus, neque mittere procuratorem tenetur.*
3 *Acta facta, mandato non producto, ſunt nè valida, poſſitquè illud omni tempore exhiberi.*
4 *Procuratores plures inſolidum conſtituti, non omnes proſequuntur litem, ſed qui occupavit, quivis tamen illorum deputatus dicitur.*
5 *Etiam ſi adſint clauſulæ, uterq; quilibet, vel illa ratihabitionis.*
6 *Clauſula quilibet æquipollet illi inſolidum, & duo in documento obligati, cum clauſula, quilibet eorum, inſolidum tenentur.*
7 *Mandatum abſq; ulla dictarum clauſularum, ſed cum plena, & libera poteſtate, àn inſolidum factum dicatur.*
8 *Illo abſque dictis clauſulis facta in plurium perſonas, unus ſine altero procedere nequit.*

9 *Principali extincto prosequi causam, utrum valeat.*

10 *Lite contestata, etiam in feudalibus, procedi potest cum procuratore effecto Domino litis.*

11 *Quid, si nemo sit hæres, an procedatur cum procuratore, cum quo lis fuit contestata, vel sit dandus curator hæreditati jacenti, diversimodè servatum traditur.*

12 *Creditor hæreditatis Iacentis, debet dari Creator.*

13 *Mandatum, an, & quando expiret morte mandantis, & quid si quis constituatur in rem propriã absque jurium cessione.*

14 *Procurator regulariter post litem contestatam revocari non potest, etiam ipsius accedente consensu nisi, & adversarius tacitè, vel expressè annuat, cum restrictionibus.*

15 *Quando revocatus censeatur tametsi non expressè fuerit an principalis prosecutione in causa, vel constitutione alterius.*

16 *Si apud acta facta fuerit, non indiget intimatione.*

17 *Procurator non dicitur, qui non habuit, nec acceptavit mandatum.*

18 *Substituere quando procurator possit, & in mandato facultas substituendi, an requiratur.*

19 *Renunciare procurationem, suscepto mandato, procurator non valet, nisi in certis casibus.*

20 *Constitutus in priori instantia, etiam ad appellandum, interposita appellatione, judicium prosequi non tenetur.*

21 *Et in actis existente, procedi, per edictum non potest.*

22 *Unum constituere debent, si plures conventi fuerint, atque ad id compelli.*

23 *Mandatum ad omnes causas, an comprehendat feudales, & procurator cum libera, & aliis clausulis constitutus, valeat feudalia hypothecare.*

24 *Procurator non quibit transigere, vel remittere in domini præjudicium.*

25 *Illius confessio de recepto, non liberat solventem.*

26 *An valeat ille vendere, habita fide de pretio.*

27 *Constituto ad locandum, an rectè solvatur pensio, & ad debita petendum electus valeat petere privari ob debita.*

28 *Procurator contrahens quando teneatur nomine proprio, finito mandato.*

29 *Rescribitur celebre responsum Regentis Scipionis Roviti editum pro Marchione Grottola.*

30 *Contractus ex partium conventione, legem accipiunt.*

31 *Procurator, qui procuratorio nomine contraxit, tenetur ante contractum docere de sua procuratione, vel illius confirmatione.*

32 *Ratificatio facta per solas literas missivas, valida est.*

33 *Interpretatio in contractu locationis operarum in dubio facienda est contra locatorem.*

MAgnus Athleta noster *Carav.* sub silentio pertransit super hoc *Ritu*, eo sub prætextu, quod eadem observantia refertur sequenti *ritu*, potissimum, quod iste minimè loquitur dispositivè, tantumque dicit, *quidam tenet ejusdem Curia* Verum nos plura in specie ipsa procuratorum
non inutilia cumulabimus, in sequenti verò de
procuratoribus in criminalibus dumtaxat, si, &
quando recipiantur, ratiocinabimur; dicimus itaque
unumquemque conventum teneri venire ad
judicium, nisi velit procedi posse in contumaciam
quibit autem, vel per se, vel per procuratorem,
venire, *l. tunc convenit, Cod. de de accusat. l. fin.*
ff. de integr. restit. cap. venerabilis, §. porrò, vers.
sicut de sentent. excomm. in 6. Donad. de renunciat. cap.34. num.191. nisi illustres sint, qui procuratorem
mittere coguntur, *l. pen. C. de procur.*
cum auth. seq. quin, & justè impeditum, neque
procuratorem mittere teneri, præfert *Capyc. dec.*
123. Mysinger. observat. 58. cent. 4. Ursill. ad Afflict. decis.92. & Campag. in capit. Regni post com-
2 *missum, num.34.* Quis verò existimandus sit, justè
impeditus, præter *Campag.* plures commemorantem
casus, videndus est *Corset. sig. verbo necessitas*
inevitabilis, in quibus sunt citra dubium obligatæ
manus Judicantium, qui si procedere in causa
nihilominus audeant, nullum prorsùs esset judicium,
ex *Bart. in extravag. ad reprimendam, vers.*
neglexerint, num.3.

Cum verò in judicium venerit, nec mandatum
3 produxerit, eo quod adversarius non opposuit,
sint nè acta nulla hactenus facta, & valeatne omni
tempore illud præsentare, & alia, extricavimus
rit.77. num. 2. & 3. & admonet *Rovit. in rubr. de*
procurator. quod si plures sint constituti, & adsit
4 clausula insolidum, quivis eorum deputatus dicitur,
non tamen omnes, sed qui occupavit prosequetur
litem, *l. plurib. ff. de procurat.* etiam si sim-
5 pliciter adiecta fuerit sine aliis verbis, illis, *& cuilibet
eorum in solidum; Rota decis. 13. de appella.*
in antiquior. quod si illa absit clausula, adhuc dicentur
in solidum constituti, si aliud adsit, quo
principalis intentio pateat delegandi insolidum,
nempè si cum dictione, *uterque, Bal. in l. si apud,*
C. de appell. Bart. in l. hoc articulo num. 10. ff. de
hæred. instit. Mysinger. observ.47. cent.1. aut altera,
quilibet; Rota decis. 7. de procurat. in anti-
6 *quior.* quæ æquipollet illi *insolidum*, ut præterea
si duo se in documento obstrinxerint cum clausula
quilibet eorum, insolidum tenentur; *Cravet.*
cons.310. Rot. Gen. dec.176. Bombin. cons. 18. nu.
13. Dec. cons.32. num.1. Soccin. cons.50. Alex. cons.
22. & cons. 119. lib. 5. Carol. Ant. Mocc. in Sylv.
cas. forens. cap.40. vel illa, *ratihabitionis per alterum,
Achill. de Grassis decis. 1. de procurat.* quod
7 si absque ulla earum, sed simpliciter, verùm, *cum*
plena, & libera potestate, contentio est, si insolidum,
verùm *Rota* amplexa est opinionem, *Aretin. cons.66.*
teste *Puteo decis. 71. par. 1.* alioquin
pro parte deputati dicuntur, nec unus sine alte-
8 ro procedere valebit, ex *Glos. indic. l. pluribus,*
& Cod. si duo de procur. in 6. atquè *Bar. & Alber.*
in l.1. §. si plures, num.1. ff. de exercit. act. & Bal.
eodem l. pluribus, num.7. Alexand. Randen. decis.
Pisan.12. sub num.86. Gratian. discept. forens. cap.
201. to.2. & insolidum tenentur etiam de his, quæ
separatim fiunt, *Consil. Roc. par.1. resp. notab.78.*
de mandat. omnesque reiiciunt sententiam, credentium,
& tunc quoquè censeri deputatos insolidum,
& eorum quemlibet admitti posse. Processum
verò agitatum cum uno ex pluribus procuratoribus,
insimul, non insolidum constitutis, aliis

haud

haud ſe opponentibus, eſſe validum, judicavit,
Rot. dec. in novis.107. quæ ſermocinatur in cauſa
beneficiali, & ſpirituali, ex *text*. quo innititur
in add.cap.ſi duo, §. ſanè ut not. Oldran. conſ.130.
in 2. dub.

Sed principali extincto, queat nè cauſam pro-
9 ſequi procurator, annuit Jus Cæſareum, negat
verò Pontificium, ſcilicèt in Eccleſiaſticis, non
prophanis, teſte *Franc. Marco deciſ. Delphin*.119.
10 lite tamen conteſtata, *Rota dec*.1046. *par*.3. *lib*.3.
diverſ. adhuc, ſi principalis civiliter mortuus fue-
rit, nempè depoſitione, translatione, ac renun-
ciatione, ex *Rotali deciſ*.28.*de procurat. in novit.*
eodemq; *Franc. Marco deciſ. Delphinal*.547.quin,
& in cauſa etiam feudali poſt litem conteſtatam,
tunc procedendum eſſe cum eodem procuratore,
tanquam domino litis, decidit *deciſ*. 186. *Ann.*
ſingul. 329. *Freccia de ſubfeud. lib*. 3. *q*. 15. atq;
Thor. in compend. deciſ. verb. procurator conſtitu-
tus p.1.

Quid ſi nemo ſit hæres, negativè deciſum appa-
11 ret in cauſa feudali, ex *dec. Minad*. 35. *Ann.Ad.*
ſing. 329. & *Thor. add. verb. procurator conſtitu-*
tus, ac praxim noſtrorum Tribunalium, ſubne-
ctit *Reg. Rovit. in add.rubr. de procur.* refertq; *Mo-*
nac. ad Minad.dec. mem.35.*ſub num*.2. inſequu-
tus *Minad. deciſ*. & ante ipſum *Rov*. dixerat *Ann.*
add. ſing. 329. At ipſe diverſimodè practicatum
vidi, nam aliquando, etiam non conſtito de hæ-
rede, interponitur decretum procedi cum procu-
ratore, cum quo lis eſt conteſtata, & aliquando
datur curator hæreditati Jacenti, qui quippè Cu-
12 rator, & ſi hæreditatis creditor, dari jure poteſt,
imò debet *Roman. ſing*.131.quem inſequitur *Avus*
meus ad Gramm. deciſ.55.*n*.12.

13 An, & quando expiret mandatum morte man-
dantis, extricant *de Franch. dec*.255. *Magon.deciſ.*
106. limitationeſq; *vulg. l.mandatum, C. manda-*
ti, ſubnectunt *Marſil. ſing*. 44. *Jacob. Novell. ad*
regul. Petri de Duen. 87. *Monac. ad Minad. mox*
add. loco à num.12. *Magon. dec.Florent*.106. *num.*
9. *Hieronym. Treutler. diſput.ſelect.par*.1. *diſput.*
9. *theſi* 10. *Conſ. Rocc. lib*.1. *reſponſ. not*.99.& 10.
de mandat. ſeù complem. & quid, ſi conſtituitur,
14 quis procurator in rem propriam, abſque jurium
ceſſione, *Reg. Rovit. conſ*.38. *lib*.1. *num*.3. & con-
ferunt tradita à *Guid. Papa dec*.1046 & *Rot.Rom.*
deciſ.174.*par*.2. *diverſ. Reg, Merlin.controv.foreuſ.*
centur.2.*cap*.31.*n*.15.

Sed revocari poſt conteſtatam litem, non uti-
15 què procurator poteſt, ſine cauſa, *l.procuratori-*
bus, C. de procur. l. ante litem, ff. eodem tit. ne-
que accedente conſenſu ejuſdem procuratoris, niſi,
& adverſarius quoquè conſentiat, *Mohed. deciſ*.4.
de procur. Puteus deciſ. 303. *par*. 2. *Seraph. deciſ.*
145. *par*.1. *Jo.Corſer.deciſ. Cappel.Tholoſ*.277.*Franc.*
Marc. deciſ.67. *par*.2. *Marth. deciſ. Piſan*.194.*My-*
ſinger. obſervat. 44. *cent*.5. *Ricc. collect*.1032. *par.*
4. *Reg. de Marin. lib*.2. *quotid. reſol.cap*.174.etiam
tacitè, non contradicendo, *Gallup. in prax. par.*
2. *cap*.8. *num*.32. Conteſtatio verò litis id opera-
tur, quoad inſtantiam, ſecus quo ad cauſam, ni-
mirum, ſi in priori haud poterit revocari, utiquè
verò etiam invitus in altera inſtantia, niſi, & in
illa conteſtatus quoquè fuerit litem, aut actum
aliquem fecerit litis conteſtationis ſuſtinentem lo-
cum, *Bellamin. deciſ*.531.

16 At in caſibus multis removeri poterit, & revo-
catus præſumitur, recenſitis per *Littam in deciſ.*
353. *par*.4. *Menoch. præſumpt*. 36. *lib*.2. *Maſcard.*
de prob. concluſ.1014. *vol*.2. *Borrel. in ſumm.deciſ.*
tit. de procurat.num.360. quin, & revocatus cen-
ſetur, conſtitutione alterius, *l. ſi quis, §. Julia-*
nus, ff. de procur. & *Rota deciſ*.14. *add.tit.in an-*
tiq. necnon proſecutione principalis in cauſa, &
procuratore præſente, niſi actus eſſet, qui validiùs
ab ipſo principali explicaretur, ex altera *deciſ.Ro-*
tali 22. ſimiliter *de procurat. in antiq.* ac in caſu
deciſ. Bellam. 454. Imò, & non ſemper conſtitu-
tione alterius remotus dicitur, quippè, quod ge-
nerali ſubſequenti mandato non receditur à priori
ſpeciali, *Put. deciſ*. 167. *par*. 3. *Novar. ſuper prag.*
collect. 196. qui contradicit *Ricc*. contrarium ſen-
tienti *collect*.2241. *poſt Cornaz. deciſ. Lucenſ*. 140.
neq; ſpeciali ſubſequenti à priori generico, *l.quo-*
niam Augerio, Cod. de conveniend. fiſci debitor.
lib. 10. *Bal. in l*. 2. *num*. 11. *C. quando fiſcus, vel*
privat. & *Rom. ſing*. 324. *Fiſcus, ſeù Reſpu-*
blica.

17 Ubi verò revocatio validè fit, non eſt neceſſa-
riò notificanda parti, ſi apud acta facta fuerit, *De*
Franch. dec. 490. *ex tex. in l. mandato de procur.*
Roman. conſ.367. *De Marin. memor. cap*. 174. *ſub*
num. 3. verùm diſtinctione utitur *Reg. Rovit.* in-
ter ad litem, & ad negotia procuratorem, *in in-*
dic. rubr. quem ſequitur *Monac. cit. num*.24. *Sal-*
gad. in laberint. credit. p.1. *cap*.27. *num*. 108. &
cap.28. *num*.11. formas autem procurationis pœ-
nès acta, per actum publicum, & per epiſtolam
reſcribit *Hieron. Nicolin. in prax. Judic. Civili, à*
num.263.

Qui verò ſciens fuiſſe conſtitutum procurato-
rem ad aliquam cauſam, illam procuratorio no-
mine intentet, aùt in ea quoque modo ſe inge-
rat, nullum conſtituenti præjudicium pariat, do-
cet *Bal.in l. filius, num*.19. *C. de furtis*, ubi *ad-*
18 *ditio* alios cumulat Authores, non enim dicen-
dus eſt procurator, qui nondùm habuit, & ac-
ceptavit mandatum, expreſsè quidem, aut tacitè
ſaltem jure Canonum. *Milis* omninò videndus
ſingul.42. *lit.P.* & apertus *tex*. ſanxit *in clem*.1.*de*
procurat.

19 Quiſquis autèm jam procurator eſt, alium ſub-
ſtituere nequit ante litis conteſtationem, niſi ſpe-
cifica inſit facultas ſubrogandi, *Bar. in l*. 1. *num.*
4. *ff. de procurat.* & communi modernorum voto
defendi *in l. quodquis, C. de procur.* ſcripſit *Marant.*
in repet. l. ſi actor, num.5. *de procur.* præterquam
in Regno, ſubdit *num*.8. Ubi virtute *Ritus* 121.
non ſolùm requiri expreſſam facultatem ſubſtitu-
endi, ſed ſubſtituendi antè litem conteſtatam di-
cit, qui re vera eſt *Rit*.107. inter recollectos a *Ca-*
ravit. ut propterea crediderimus illic extricare
materiam ſubſtitutionis procuratorum.

20 Suſcepto autèm mandato, renunciare volens,
nullatenus audiendus erit, at judicium cum eo fi-
niendum omninò eſt, ex adductis ad probandum,
nè poſſit revocari, & *Andr. Gayll. obſerv*. 46.*par.*
1. adjungente caſus, in quibus licere includit,
nempè ſupervenientes inimicitiæ, diffamationis,
& aliarum, idquè productæ cauſæ adhibita cogni-
tione ille addit.

21 Constitutus, verò in priori instantia, tametsi cum clausula ad appellandum, & appellationem prosequendum, ea interposita, compelli judicium in illa instantia prosequi non poterit, ut probavit *Episcop. Campanil. in divers. Jur. Canonici rub. 11. cap. 13. num. 322. Thesaur. qq. forens. lib. 1. q. 75.* inquirens, nùm constitutus procurator in prima instantia, sine novo mandato, possit in causa appellationis comparere, & valeat sententia contra eum in meritis prolata.

Verùm ubi procurator fuit in judicio constitutus, atque in causa ipso non citato processum, quamvis intercedente citatione, per edictum, seù
22 per contradictas, neque citatio, neque ejus virtute subsequentia acta subsistunt, ex *decis. Rotæ 486. num. 2.* apud *Farinac. par. 2. tom. 2.* quæ prætereà adiungit, quid dicendum cum procurator abest; & nos extrieamus in *rit.* 108.

Et si plures sint conventi in una, eademq; cau-
23 sa, & eorum quivis suum constituerit procuratorem, constringi poterunt ad unum, vel duos deputandos, ex *Tex.* sollemni *in l. non solum. §. penul. ff. de pecul.* eujus auctoritate in eandem deflectit sententiam, *Menoch. tract. de præsumpt. lib. 3. cap. 137. num. 4.* & decisum in Regio Consilio, memorat *de Franch. decis.* 108. *del Castillo decis. 33. num.* 17. tutantutq; *Anna singul. 387. Marth. de claus. p. 2. claus. 3. nu. 14.* & ante omnes *Franc. Marc. decis. Delphin. 389. par. 13.* necnon *Viscont. addit. unica ad eandem decis. de Franch. & Thor. in compend. decis. verbo Procuratorem unum.*

Mandatum verò ad causas, vel ad omnes cau-
24 sas, an comprehendat feudales, vide *Ann. alleg. 118. & 119. & in cap. 1. de vassall. decrep. ætat. n. 58. Gallup.* latè *add. cap. 8. à nu. 15. Avum meum ad Capyc. decis. 186. in novis.* quem refert *D. Reg. de Marin. ad Revert. decis. 574. num. 2. Nicolin. in prax. Judic. civil. num. 273.* quin procurator cum clausula constitutus, quod documentum celebrare valeat cum omnibus clausulis consuetis, & solitis, agereq; possit, id, quod ipsi constituenti licet, non queat feudalia hypothecare, cum hujusmodì clausula equiparetur illi *cum libera, Tusch. verb. Mandatum cum libera. concl. 45. nu. 6. Mart. de clausul. claus. 26. par. 1. num. 33.* quæ minimè in causis feudalibus sufficit, quæ graves dicuntur *Covar. resol. lib. 1. cap. 6. num. 3.* individuumq; mandatum exquirunt, *Angel. in §. praterea num. 32. vers. advertam, inst. de except. Jas. in l. jasiurandum 17. §. fin. num. 4. limit. 6. ff. de jur. juran. Schrad. de feud. p. 10. sect. 18. à num. 128.* & in terminis *Reg. Valenz. cons. 3. num. 51. lib. 1.* & constituta conclusio pergit etiam, si procurationis mandatum clausulam ratihabitionis amplexetur, *Angel. in l. si procuratorem 65. ff. de procur. Schrader. memor. loco num. 125. Borrell. in summ. decis. par. 1. tit. 66. de procur. à num.* 198. ad quos Lectorem relego.

25 Et habens mandatum, *cum libera*, non quibit transigere, remittere, vel cedere in Domini præjudicium, *Golin. de procurat. p. 2. cap. 4. num. 25. Fab. in C. lib. 4. tit. 18. diff. 5. Cons. Paul. Staiban. cent. 2. resol.* 153. & an compensare debitum proprium, *Thesaur. qq. foren. lib. 4. q. 1.* quibus autem in casibus, & quando mandatum speciale exquiratur, inquirunt *Castill. decis. 119. par. 2. Thesaur. decis. 193.* & quadraginta enumerat *Borrell. in summ. decis. d. tit. 66. num. 241. de procurat. Franc. Maria Prat.* illius meminit *lib. 3. discept. forens. cap. 12. num. 9.* Quod si quæratur, an illius confessio de recepto liberet solventem, non constito de reali numeratione, negativè respondent *Surd. decis. 229. num. 28. Carocc. in cap. cum quid, par. 1. ampliat. 6. num. 14. de reg. jur. in 6. Golin. in tract. de procur. par. 2. cap. 5. num. 140. Ioseph Ludovic. commun. conc.* 45. *Merlin. decis. Lucens. 7. Bertaz. de claus. instrum. claus. 31. Gl. 2. Gutier. alleg. 1. num. 29. & de tutel. par. 3. cap. 1. num. 77. Anna alleg. 11. nu. 12. Cancer. lib. 2. var. resol. cap. 14. num. 73. Gratian. tom. 1. discep. cap. 20. num. 32. Farinac. dec. 659. Rota Roman. decis. 89. num. 9. par. 2. D. Consil. Staib. resol. 38. n. 34. par. 1.* & plures similes casus recenset *Salgad. in labyrinth. credit. par. 1. cap. 27. à num. 93. Capiblanc. sing. 157. D. Consil. Rocc. lib. 1. respons. notab. 11. de mandat. seù complem. P. de Afflict. controv. jur. resol. cap. 30. num.* 36. Imò *Ferdin. Ramirez de claus. instrum. lib. 1. cap. 36. num. 6.* ampliat, etiam si procurator potestatem haberet ad de recepto confitendum, atque ita decisum, *referente Marchione Ramonti D. Francisco Merlino*, testatur *Thor. in supplem. compend. decis. Regni pag. 506. verbo Procurator constitutus ad exigendum*, & plures distinguit casus, *D. Reg. de Maria. ad Revert. decis. 410. num.* 1. & valeat ille vendere, habita fide de
26 pretio, *Ursill. ad Afflict. decis. 285. num. 19. Paul. Aemill. Verall. dec. 276. num. 1. lib. 1. Bellon. decis. Genuæ 202. num. 3. Ioseph. Ludovic. decis. Peras. 33. num.* 7. & de procuratore Cesaris, bona fiscana vendentis, loquuntur *Reg. Revert. dec. 484. Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 4. §. 6. à n. 7. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 21. num. 4.* & consti-
27 tuto ad locandum, si rectè solvatur pensio, negativam aleam, sustinet *Roman. cons. 461. num. 1. ex l. 1. §. igitur ex proposito, vers. ad locandum, ff. de exercit.* confirmatq; *sing.* 23. At contra *Romanum* determinavit Sacrum Consilium apud *Fräeb. decis. 699. par. 4.* cujus meminit *Viscont. in conclus. juris, verbo Procuratori. Cancer. var. resol. tit. de procur. num.* 93. & constitutus ad pensiones apothecarum exigendum, non valeat illas locare, dixit idem *Roman. sing. 624.* quem laudat *D. Consil. Rocc. notab. 32 tit. de mandat.* & non exactas remittere non potest, *Escob. de ratioc. cap. 23. n. 36. Paschal. de patr. potest. par. 1. cap. 2. num.* 11. & mandatum ad debita petendum non operatur ad petendum privati ob debita; *Anton. August. in dec. Rom. 1713 lib. 3. vol. 3. Paul. Aemil. Verall. dec. 181. num. 1. lib. 2.* & ad exigendum non potest novare, *l. si debitorem meum, ff. de novat.* & constitutus ad agendum, exigendum, & gubernandum, comparere, & audiri in Judicio, contra suum principalem moto, pertractant *Mantica de tacit. & ambig. convent. lib. 7. tit. 16. num. 26. Reg. Reverter. dec. 574.* & ibi *Reg. de Marin. Thor. par. 2. compend. decis. verbo Procurator absentis*, tradens, nullum declaratum fuisse judicium ab Actore institutum, citato tantùm adversarij procuratore, qui aliud non habeat mandatum, nisi ad exigendum.

Procurator verò constitutus ad aliquid per-
28 agendum, si contraxerit simpliciter, non expres-

fo no-

so nomine contraxisse, inquiunt *Mascard. de probat. lib. 1. concl. 38. num. 3. Cenocer. var. resol. lib. 2. tit. de procur. num. 4. Reg. Revertor. dec. 176.* & alij quos refert ibidem *Dom. R. de Marinis*, & quando contrahens obstringatur nomine proprio, finito mandato, scribunt *Dom. Cons. Rocc. resp. 11. nu. 5. to. 1. D. Consil. Hodiern. controver. 39. Montan. controv. 43. D. Reg. Sanfelic. in addition. ad decis. 182.* quiq; subnectit scripta docti viri *Petri Mangrella*, & replicationes non minoris doctrinę Doctoris, edita in causa Marchionis Grottulæ, & Jo: Berardini Lamæ, in qua scripsit quoque insignis ille, vir omni ævo memorandus *D. Scipio Rouitus,*
29 cujus responsum proprio ejus chyrographo habens, hic referibendum duxi.

Prætensio Jo: Berardini Lamæ Pictoris contra Marchionem Grottulæ, super solutione mercedis pro opere per ipsum Jo: Berardinum manufacto in Ædicula, sivè Cappella Divi Januarij sita intus Archiepiscopatum hujus Fidelissimæ Civitatis, nullo prorsus jure subsistere potest, si quidem Marchio non contraxit suo proprio nomine, sed procuratorio nomine Ducissæ Albæ, prout sunt expressa verba contractus, & propterea sumus in claris, quod Marchio noluit seipsum obligare, sed Ducissam tantùm, cujus solius persona fuit contemplata, ita in specie resoluit *Bart.* & cæteri omnes, *in l. procurator, qui pro evictione, ff. de procur.* idem *Bart, Bal. Angel. & alij in l. si pupilli, §. 1. ff. de negot. gest. Socc. sen.* qui quamplures casus, extra casum nostrum distinguit *in cons. 154. volum. 2. Natta cons. 641. num. 1. vol. 4. Boer. dec. 80. Ripa in l. 4. in princ. nu. 10. ff. de rejud. Silvan. cons. 8. per tot. Hieron. Laur. decis. Avenion. 76. Cabal. Millel. 275.* Ratio est quia contractus ex partium conventione legem accipiunt, *l. 1. §. si*
30 *convenerit, ff. depos.* & actus agentium non operantur ultra earum intentionem, *l. obligationum substantia, ff. de act. & oblig. l. non omnis, ff. cert. pet.* & limitata causa, limitatum producit effectum, *l. in agris, ff. de acquir. rer. dom.* & ideò, dum procurator contraxit procuratorio nomine tantùm, obligatio fuit restricta ad personam principalis solùm, & non potest extendi ad personam propriam ipsius procuratoris. Nec dicatur, quod hoc procederet, si Marchio potuisset docere, se eo tempore, quo contraxit, habuisse mandatum prædictę Ducissę, cujus se esse procuratorem asseruit, ex quo procurator, qui contrahit procuratorio nomine, saltim est obligatus docere de sua procuratione, prout declarat idem *Bart. in d. l. procurator qui pro evictione, ff. de procur. num. 4.* & tamen Marchio hujusmodi mandatum exhibere non po-
31 tuit, quia re vera non habebat. Nam ex eadem *Bar.* Doctrina, non divertendo ad extraneas, patet facillima resolutio, si quidem ibi *Bart.* contentatur, altero de duobus, vel scilicet, quod procurator, qui procuratorio nomine contraxit, doceat de sua procuratione ante contractum, vel quod illum posteà ratificari faciat à suo principali, ita sunt apertissima verba *Bar. ibi num. 4.* & idem voluit apertissimè *in l. 1. num. 5. ff. de prætor. stipul. & in l. si autem, §. si fundum, ff. de neg. gest.* per tex. qui hoc ad literam probat *in l. si procuratori falso, ff. de condic. caus. dat. non sec.* quo fit, ut cum casu nostro, adsit ratificatio Ducissæ, tam per instrumentum procurationis factæ in personam N. N. quam per literas missivas ipsius Ducissæ,
32 non est de quo sit dubitandum, præsertim, quia etiamsi ratificatio esset facta per solas literas missivas, de jure sufficeret, ut voluit expressè *Verall. in decis. 180. par. 2.* ubi attestatur ita fuisse in causa judicatum per Rotam Romanam. Ratio est, quia ratificatio mandato æquiparatur, *l. fin. Cod. ad Maced. cap. ratihabitionem de reg. jur. in 6.* & idem est, ac si à principio mandatum dedisset, *l. si quis mihi bona, §. jussum, ff. de acquir. hæred. Felin. in cap. post cessionem, num. 21. extra de probat.* Nec ulla est habenda consideratio de asserta promissione facta postmodum per Marchionem ipsi Io: Bernardo de ei solvendo mercedem promissam; nam nemo ex testibus deponit Marchio nem promisisse quicquam suo proprio nomine; & proindè hæc promissio facta de novo, cum sit facta in sequelam, & executionem præcedentis contractus, in quo Marchio erat obligatus solùm procuratorio nomine, ex vulgata juris regula, quod præcedentia declarant subsequentia, & è contra *l. Titia, §. Lucius Titius ff. de leg. 2. l. Titia, §. 1. ff. de verb. obligat.* & ipse addo *Cons. Rocc. lib. 1. respons. notab. 90. tit. de mandat. seu complem.*
33 præterim, quia summus in contractu locationis operarum, & proindè in dubio est facienda interpretatio contra ipsum locatorem, qui potuit clariorem legem in contractu apponere, ex *reg. l. veteribus, ff. de pactis*, & in dubio est facienda interpretatio pro promissore contra stipulantem *l. labeo, ff. de contrahend. empt. l. stipulatio, §. in stipulationibus ff. de verbor. oblig. Bar. in l. in conventionibus, eod. tit.* Et si replicaretur, quod ex illis verbis saltem videtur Marchio fidem suam astrinxisse de solvendo, & proinde tenetur de proprio, juxta expressam dispositionem, *Tex. in d. l. procurator qui pro evictione, ff. de procur.* ibi: *fidem suam astrinxit*, ego respondeo quod illa verba, *fidem suam astrinxit*, exponerentur, idest proprio nomine se obligavit, secundum *Alber. & Angel. ibi* quæ est vera expositio sequitur *Cabballin. d. milleloq. 235.* Et ideò, cum nullibi appareat Marchionem proprio nomine se obligasse, procul dubio cessat omnis actio contra ipsum, & ita juris esse censeo, salva tamen aliorum censura. *Scipio Rovitus.*

RITUS CVI.

Item, quod in causis criminalibus in dictis Curiis, & altera ipsarum, in quibus procurator non admittitur, etiam ad media non admittatur.

SUMMA RERUM.

1 *Procurator in criminalibus non recipitur in Magna Curia, sicuti, & jure communi, & rationes Bartolo traduntur.*

2 *Ac propterea inquiritur aliquam causam in citationibus additur clausula illa, personaliter.*

3 *Ad excusandum verò, & absentiam allegandam utique admittitur.*

4 Quod

4 *Quod agnatis, cognatis, familiaribus, quoque competit.*
5 *Quin, & ad defendendum in casibus quibusdam qui adnectuntur,*
6 *Pro carcerato, dummodo affectata non sit mancipatio.*
7 *A relegatione infrà, & pro clerico inquisito, & nobili, quod usu non probat.*
8 *In casibus in quibus reiicitur procurator, si non fuerit expulsus, valida sunt acta.*
9 *An pro minore, octuagenario, & ad probandum notorium ille admittatur.*
10 *Alii casus remissivè recenseatur.*

1 HAnc eandem conclusionem, quod procura-
tor non admittatur in causis criminali-
bus, etiam ad media causæ, ut ad producendum
testes, & similia, statuit antecedens *ritus*, & me-
minit *Avus meus ad Capyc. decis.5. num. 1.* illa-
que admittit etiam jus commune, tùm si publica
tùm si privata sint delicta, & regulam esse profi-
tetur, *Jul. Clar. §. fin. q.32. num.1. cum seq.* cujus
rationes reddit *Bar. in l. pen. §. ad crimen, ff. de
public. jud.* easque memorat *Franc. Maria Prat.
pract. observ. centur. 1. observ. 40. à num. 1.* ex-
ceptis casibus multis adductis per *Menoch. de ar-
bitr. lib.1. q.80. & lib.2. casu 264.* atque *Rubeum
Alex. in tract. de potest. procur. & defens. in causis*
2 *crim.* quæ omnia si veritate suffulciuntur, frustra
in citatione ad comparendum additur dictio illa,
personaliter, quin pejus agunt Judices alia verba
adiicientes, dum citant ad personaliter compa-
rendum per se ipsum non autem per interpositam
personam, attamen, & eos non perperam agere
fatemur, cum, & multi Doctores in alteram, &
annuentem partem perpendant, dicantque ad-
mittendum esse procuratorem, ut propterea de-
clarare non sit vanum, potissimum, quod iidem
Doctores conveniunt ut compelli possint ad per-
sonalitèr veniendum, ut se examini submittant,
Clarus q.32. sub nu. 11. Ruin. cons.118. lib.2. nec-
non *Martha voto 70. num.12.* quin, & generatim
ac simpliciter loquentes, alii fatentur, posse Ju-
dicem ob obviandum fraudibus mandare, ut per-
sonaliter veniant, & consecutive, etiam in casi-
bus in quibus per interpositam personam audiren-
tur de jure idque colligi potest, ex verbis *Capycii
dec. 143. num.7.* illis præsertim, quibus in calce
utitur.
3 Non tamen præterire duxi, quod omnibus in
casibus, in quibus, tùm de Jure, Judicis man-
dato reiiciendus venit procurator, intelligitur ad
defendendum citatum ad excusandum verò, & ab-
sentiam allegandum non impeditur, in quam re-
solutionem convenire utriusque partis fautores,
attestatur *Menchiaca controv. usufreq. cap.17. nu.
2.* adnectens, hanc non modo esse communem,
sed receptissimam omnium opinionem, quamque
opinionem, quamque post alios insequitur, ac
defendit *Clar. ead. quæst. num.* verò *16. cum seq.*
eamque subsistere arbitramur, tum si specificum
habeat mandatum ad allegandas causas impedi-
menti, tùm si ad causam ipsam prosequendum,
nam quodcumque habeat, reiici haud posse, dixit
Anan. & tenere communiter Doctores affirmat,
*in cap. venient, num. 14. de accusat. Fachin. con-
trovers. jur. lib. 1. cap. 24. Cujac. observ. lib. 20.
Æmil. Ferrett. cons. 26. num.4. de Angel. ad Fol-
ler. tit. audiantur excusatores, vers. Secunda de-
claratio;* quod agnatis, cognatis, familiaribusq;
4 quoque competit, *l. inter accusatorem, l. penul.
§. ad crimen ff. de publ. Jud. l. absens, ff. de procurat.
l. Reus C. de accusat.* & adsunt *rit. 266. & 269. Scia-
loya cit. nu.87.*
5 Necque tua unquam exeat memoria, restri-
ctio illa ubi Reus fuerit vinculis mancipatus, ete-
nim semper tunc audiretur procurator, ex *Bart.
in l. non tamen, ff. de appell. & Bald. in l. Reus
num. 21. C. de accus.* & communem opinionem
dicit *Imol. in l. pen. §.1. nu.18. ff. de public. Judic.
Prat. add. observ. 40. num. 26. Campana. in cap.
studio, Jul. Clar. §. fin. lib.5. q.32. nu. 15. Jo; Ant.
de Rub. in tract. de potest. procurat. & defens. in
in caus. crim. add. tit. audiantur excusatores, num.
57. de Leonard. in prax. offic. cap. 13. num. 29.
Matthias Colerus decis. German. 107. sub num.31.
Nicol Reusner. decis. Jenensi 10. num.21. lib.2. Phi-
lipp. Porti cons.3.* quicquid autumet *Gabri l tit. de
malefic. conclus. 9. sub num.65. vers. contrarium,*
6 teste *Borrell. in summa decis. tit. 66. de procurat.
num. 133. par. 1.* quique declarat dummodo affe-
ctata non sit captura, ex *Caravit. rit. 269. num.
16.* cœterique restringit *Angel. Scialoya in pra-
xi foriudicat. cap. 8. num.77.* & nos alibi tangi-
mus.
7 Quin, & à relegatione infra, quam probo re-
strinctionem super *rita 91.* & extricat, *Caravit.*
laudato *in rit. 108. Reg. Sanfelic. decis. 237.* vi-
dendus *par. 2.* Clerici insuper inquisiti super, &
ibique recipiatur procurator, defendit *Cepoll. cons.
crimin.72. Graff. de effect. clericat. effect.59.* quod-
cumque privilegium nobiles quoque extenditur,
ex *l. fin. Cod. de injur.* & ibi *Gl. verb. Procurato-
rem, Auth. hoc jus, Cod. de procurat. l. quoties, C.
de dignit. lib. 10. Tiraquell. de nobil. cap. 2. num.
141. Donad. de renunc. cap. 25. ferè per tot.* quod
usus non probat teste *Scialoya in add. cap.8. num.
34.* atque in casibus, in quibus reiiciendus veni-
8 ret procurator, si minime fuerit expressus, vali-
da sint acta, edocent *Cravet consil. 220. num. 4.
lib. 2. Guazzin. ad defensam reorum defens.12. cap.
1. num.53. Ricc. decis. 321. par. 4.* quod cogitan-
dum reliquit, *Hypp. de Marsil. pract. crimin. §. se-
quitur modo num.8.* & declarant *Clar. quæst. 32.
vers. ne quod in causa, Cevalll. q. 237. num. 4. Be-
rard. Pand. de exequut. instrum. par. 7. decl. 24.
num. 106. Borrell. ad Bellug. in Specul. Princip.
rub.4. verb. non interveait vers. Notandum Cened.
collect.30. num.1. par.1.* Imò in illis, in quibus vo-
9 tatur intervenire, itidem prohibetur, si sit minor
inquisitus, qui illum constituerit, per *Decian.
cons.18. num.178. & 200. vol.1. & Bertazz. cons.
crim.422. num.11. vol.2.* vel octuagenarius, *Ro-
ta Roman. decis.226. in nov.* cujus contrarium ser-
vari fatetur, *Jul. Car. §. fin. q. 34. vers. dixi in fin,*
ad probandum notorium quoquè admittitur pro-
curator, *De Franch. decis. 314. num. 2. Scialoya
cit. num.86.*
10 Cœterum alios casus in quibus procurator reci-
pitur, exarant *Gabriel com. opin. lib.7. concl.9. Bo-
nacoss.*

natoſſ. com. opin. crimin. §. procurator , par. 1. Andr. Gayll. de pac. publica, lib. 1. cap. 16. Clar. de Angel. & Scialoya addit. in locis , Bartolus Soccin. ſilius regul. 322. Borell. cit. tit. 66. de procur.

R I T U S CVII.

ITem, ſi procuratori detur poteſtas faciendi alium procuratorem , & non exprimatur ante litem conteſtatam , procurator ipſe non poteſt facere alium procuratorem, ante litem conteſtatam.

S U M M A R E R U M.

1 *Muſcatellus tradit in Regno his temporibus ſubſiſtere diſpoſitionem cap. 1. §. 1. de procuratoribus in 6. improbata Caravita contradicente ſententia.*

2 *Jure communi liceat , necnè procuratori alium ſubrogare ante litem conteſtatam.*

3 *Diſſimilitudines recenſentur inter ſubſtitutionem factam , præcedente expreſſo mandato, & alteram nullo antecedente mandato.*

4 *Subſtituentis morte , an extringuatur ſubſtituti mandatum, & ſubſtituens teneatur ex facto ſubſtituti , & ſubſtituentis à ſubſtituti.*

5 *Procurator cum poteſtate ſubſtituendi , etſi inabilis habilem ſubſtituere valet , & deciſio S. C. recenſetur.*

6 *Procurator, tùm ad negotia , tùm ad lites, an, & quando valeat alium ſubſtituere.*

7 *Mandatum generale non excedit ſpecificata, ſi addatur clauſula circa prædicta, & ſi illa abſit, non extenditur ad incogitata, ad majora expreſſis ſive ad ardua aut illicita.*

8 *De mandato generaliſſimo, quod vocatur procuratio in albo, remiſſivè.*

9 *Procurator ad lites valeat revocari , non obſtante quacumque contraria jurata promiſſione.*

10 *Mandatum, etſi teſtibus probari valeat , uſus tamen Regni non admittit.*

11 *Procuratorum materiam tangentes , DD. recenſentur.*

1 MAximus praxis enucleator *Jo: Berardinus Muſcatellus par. 2. gloſ. veniens à num. 47.* ſubſiſtere in Regno etiam his temporibus ait diſpoſitionem *cap. 1. §. 1. de procurat. in 6.* improbatque contradicente *Caravita* ſententiam ſuper hoc *ritu* , cujus meminit *Viſconti in concluſ. jur.*
2 *verbo Procurator conſtitutus* , quam deinde reperimus inſequi *Marant. in repet. l. ſi actor num. 8. ff. de procurat.* Jure verò communi inſpecto , ſi liceat procuratori ſubſtituere alium nondùm conteſtata lite tetigimus *Ritu* 105. edifferitque *Alex. in l. quodvis Cod de procur.* ubi relatæ illius *Tex.* negativæ ſententiæ addit quatuor reſtrictiones, quas itidem commemorat , & tutatur *Franc. Turzanus inter comm. opin. diverſ. lib. 14. verbo Procurator ad lites* , traduntque *Boer. deciſ. Burdegal. 285. num. 1. Unrmbs obſerv. tit. 5. obſer. 14. Treutler. diſp. ſelect. par. 1. diſput. 9. theſi 3. Gravet. ad Veſtr. in prax. lib. 4. cap. 5. num. 34. Gregor. ſyntagm. jur. univerſ. lib. 49. cap. 4. num. 6. Manſue in prax. tit. de procurat. num. 15. & Conſ. Rocc. reſp. lib. 1. notab. 79. tit. de mandat.* poſt verò litem conteſtatam ſemper alium quit ponere, etenim gerere omnia poteſt , quæ , & principalis, teſte *Rota deciſ. 38. de procur. in novis ex l. nulla, C. de procur. Gayll. obſerv. 74. num. 11. lib. 1.* cum litis dominus dicatur , ſed non rei , quæ in litem deducta eſt, *Fab. in Cod. lib. 4. tit. 18. diff. 5. num. 2. Conſil. Staiban. centur. 2. reſol. 153. num. 11.* etſi in mandato poteſtas ſubſtituendi deficiat . *Jo: Paul. Lancell. inſtit. Canonic. lib. 3. tit. de procur. §. ſed. & illud , Surd. deciſ. 195. ſub num. 8.* qua ratione vigente poterit , lite conteſtata , ſubſtitutus alium procuratorem ſubſtituere , *Borrell. in ſumm. deciſ. p. 1. tit. de procur. num. 30. Boer. deciſ. 285. num. 1. Dom. Regens de Marin. ad Reverter. deciſ. 198. num. 1. & 2. Carav.* alle-
3 gans in hoc *ritu*, & in *ritu* 106. ea tamen in ſubſtitutione perpenſa diſſimilitudine , in ſubſtitutionem factam , præcedente facultate conſtituentis, & alteram ſine tali authoritate , quod illo caſu, nec revocare poſſit ſubſtituens, nec illius facto teneatur , ſi non probetur culpa , iſto verò caſu, & teneatur , & revocare poſſit , ex *deciſ. de Franch. 212. & Anna ſeniore in allegat. 107. par. 2.* ex cujus verbis , quin ex atteſtatione *Viſcontis in illa deciſ. 212.* liquido patet omnia aſſerta in prædicta *alleg.* 107. cumulata fuiſſe in cauſam et. *dec. de Franch.* & utriuſque poſtmodùm ſcilicet *Anna allegat. & de Franch. deciſ.* adductus auctoritatibus *Ricc.* ea probavit *in deciſ. 169. num. 2. & ſeq. par. 2.* & confirmat *collect. 351. Caſtill. deciſ. 119. Reg. Conſtant. in l. ſi quis decurio num. 65. Cod. de decurion. lib. 10. D. Conſil. Rocc. lib. 1. reſponſ. notab. 80. de mandat. ſ ù complement. num. 184. D. Reg. de Marin. lib. 1. quot. id. jur. reſolut. cap. 261. in fin. & ad Reverter. deciſ. 152. num. 1.* Imò & quamvis attentis prædictis , *& l. ex facto in fin. ff. de negot. geſt.* ex ſubſtituti facto nonnunquam teneatur ſubſtituens , nuſquam tamen ex facto ejus quem ſubſtitutus ſubſtituit , *Anton. Fabr.* vera fatùr *defin. 26. num. 4. in allegat. ſub rubr. de*
4 *procur.* qua in definitione principaliter agit , ſi morte ſubſtituentis extringuatur ipſius ſubſtituti mandatum , quod præterea extricant *Rota deciſ. 33. de procurat. in noviſ. & Bellam. deciſ. 6.*

Sed an acta facta per procuratorem ſubſtitutus ante litem conteſtatam à procuratore tali poteſtate carente ſint valida, affirmative concludit *Carav. in hoc ritu in 2. q.* quem inſequitur *Viſconti in memor. verbo Procurator conſtitutus.*

At ſubſtituens virtute ſpecifici mandati remaneat quandoque procurator idque adeò , quod impedito , aut extincto ſubſtituto procedi non vetetur cum eodem ſubſtituente , deducitur abundè ex *deciſ. de Franch.* 465. cujus memores ſunt *Gallup. in prax. par. 2. cap. 8. n. 28. Rocc. mox add. loco nu. 183.* necnon *dec. Rota 23. & 26. de procurat. in noviſ. Reg. Rever. deciſ. 198. Reg. de Marinis adductis in locis.*

5 Procurator verò cum poteſtate ſubvituendi , ſi inhabilis fuerit , an valeat habilem ſubſtituere , affirmativè deciſum memorat *Franc. Maria Prat. diſcept forenſ. lib. 3. cap. 12.* ſub die 26. Novembris 1650.

1650. referente Dom. Consil. Carolo Brancaccio Junctis classibus Sacri Concilij, in causa illa celebri
Excell. Ducis Maquedæ cum Cæsare, & fratribus
6 de Zattara, an, & quando procurator, tùm negotia. tùm ad lites valeat alium substituere, *Beront
cons. 23. num. 10. vol. 3. Borrell. in sum. dec. par. 1.
rit. 66. à n. 30. Consil. Rocc. notab. 79. num. 170.
Carav.* memores extricant; & quandò substitutus
possit alium subrogare, indicat *Mysing. obser. 43.*
7 *cent. 1.* Et quoniam antiquo more inductum est
procuratorem constituendi ad causam aliquam, addita clausula generali, illis concepta verbis, cum
libera potestate, & ad omnia, & singula facienda,
gerenda, & exequenda, quæ in prædictis, vel circa prædicta, aut in aliquo prædictorum videbuntur opportuna, & necessaria, dans ei circa prædicta plenam, omnimodam, & liberam potestatem, quibus quippè verbis, tametsi videatur concessa facultas, & singula faciendi, nihilominùs
ob restrictionem illam circa prædicta, &c. ad anteà expressa dumtaxàt dicitur restricta, teste *Bar.
cons. 6. & 7. vol. 2. Paris cons. 45. vol. 1. & Cavalcan, decis. fiviz. 25. in causa executionis num. 45.
par. 1.* quin, & illa verba, si abessent, attamen
ejusmodi ita amplum mandatum, nonnunquam
paritur restrictionem, neque ad omnia dilatatur,
potissimùm ad incogitata, aut ea, quæ ille haud
esset specialiter concessurus, *Castr. cons. 335.* laudatio *num. 2. vol. 1. Corn. cons.* 225. de pluribus *par.
1.* neque ad majora expressis, aut ardua, sive illicita, *Joseph Ludovic. decis. Perus. 35. Rectores nu.
3. Cavalcan. num. 48. Alexan. Raudensis decis. Pisan.
13. sub num. 41. Blanchet. decis. Roman. 318. n.*
8 *2. vol. 1.* & de mandato generalissimo ad omnia, &
cetera, quod vocant procurationem in albo, loquitur *Sesse decis. Aragonia 81. Reg. Ronit. in rubr.
de procurat. num. 63.* quod vero procurator ad li-
9 tes possit revocari, non obstante quacumquè contraria jurata promissione admonent *Farinac. decis.
posth. 147. par. 1. Magon. decis. Lucens. 25. num.
69. Consta de retrotractu cap. 9. cas. 13. nu. 9. Cons.
Rocc. notab. 6. de mandato, seù complemento*, &
an procuratoris mandatum testibus probari valeat, affirmativè tradunt *Stephan. Ranchin. ad Guid.
Pap. decis. Delphin 40. Ludovic. decis. Perus. 110. nu.
4. Viv. decis. 470. num. 6. & opin. 476. par. 2. Cotta in
suis memorab. verbo mandatum, pag. 448. in parvis,
Villalob. in suis opin. lit. M. num. 9. & lit. P. nu. 331.
Mascard. de probat. vol. 2. conclus. 1011. num. 1. Bajard. ad Clar. q. 60. num. 50.* quam usus Regni nonadmittit opinionem teste *Ursil. ad Afst. decis. 319.
num. 7. & dec. 398. in fin.* potissimùm ad probandum mandatum, ad recipiendum solutionem, *Cremens. sing. 138. Marcell. Calà de modo articul. num.
1556. Joseph. Ludov. in suis commun. opinion. conclus.
31. vers. 18. Visconti* videndus, plura adducens, in
conclus. jur. verb. mandatum procuratoris. Reliqua
tandèm plura ad hanc procuratorum materiam,
congerunt, *Vigellius* perutili, & copioso thema-
1 itc *in methodo Juris Civilis par. 1. lib. 2. cap. 5. Golin.
integro tract. de procurat. R. Rov. in d. rub. Gallupp.
add. cap. 8. Borrell. memor. tit. 66.* & cæteri nostrates.

RITUS CVIII.

ITem si aliquis, aut aliqua citatus, aut citata fuerit de mandato dictæ Curiæ, de causa super qua procurator intervenire potest: & vigore ipsius citationis venerit personaliter ad Civitatem Neap. vel ad locum alium, in quo fortè tunc ipsa Curia residet, non potest ibidem super dicta causa procuratorem constituere, nisi post contestationem litis in causa hujusmodi faciendam: & id similiter observari debet in actore, vel actrice, idem modus servetur in Civibus Neapolitanis, seù alterius loci, in quo dicta Curia residet, quia citantur de mandato dictæ Curiæ ipsa Curia residente ibidem.

SUMMA RERUM.

1 *Procurator sit nè admittendus in causa criminali; & an ex hoc ritu sit correcta dispositio juris communis in l. penultima, §. ad crimen, ff. de publicis judicijs.*
2 *Universitas, & mulier comparere valens per procuratorem, & quando universitas delinquere dicatur, & quid, si decem simul citentur.*
3 *Illustris quoq; persona admittitur procurator præsertim in causis injuriarum, quod usus non admittit.*
4 *Citatio minimè subsistit, si mandatum Judicis non præcesserit.*
5 *Illa non nisi instante parte decernenda.*
6 *Sitnè in personam notificanda, vel sufficiat, etiamsi in domum, quidquè in Regno, & Neapoli.*
7 *Procuratori Neapoli omnis citatio personaliter fieri debet, quamvis, & alibi domi sufficiat, si prior fuerit personaliter notificata.*
8 *Latitantè procuratore aliquando fit notificatio domi, & adducitur scitum S.C. in causa Principi. Concha, cum Principe Isernia.*
9 *Citationis copia relaxanda est, & cujus expensis*
10 *In Judicis subrogatione non requiritur tametsi teneatur, saltem semel citare.*
11 *In exequutione sententiæ facienda à successore quoque requiritur.*
12 *Aut cum ab eodem Judice, sed in haredem.*

1 VErbis hujusce Ritus: *Nisi post contestationem litis in causa.* Illiusque dispositioni adstipulantur verba *rit. 91.* quibus non obstantibus, dicendum videtur, nequè postea, nisi quibusdam certis casibus, enarratis per *ritum* 269. ut hic *Carav.* advertit, & concinunt verba *de Franchis decis. 314. sub num. 4. & decis. 329. num. 10.* quin *de Fran. in tit. decis. 314. sub d. num. 1. Caravit. in hoc ritu* placito *num. 2. vers. sed quià hodiè*, indicat hujusce Ritus vigore correctam esse dispositionem Juris communis in *l. penul. §. ad crimen, ff. de public. Judic.* confirmant *Reg. Sanfelic. dec. 237. vol. 2. Franc. Maria Prat. practic. observat. centur. 1. observat.* 30. & juris communis sanctionem exornant *Guid. Pap. decis. Delphin. dec. 338. num. 1. Borrel. ad Bellu. in spec. princ. rub. 4. verbo non intervenit, vers. poterit, Petr. Cened. in collect. 30. Juris Canon. num. 1. par. 1.* nosquè *add. in ritu* 269. tractamus de procuratore non admittendo in causis criminalibus, copiosè etiam eloquimur super *rit.* 106. eodemq; *memor.*

rit.

*rit.*91. nunc eandem adnectimus conclusionem, il-
lum non admitti in causis prædictis constitutam
quoquè à *Jo: Anton. Rub. de potest. procur. & defen-
sor. in caus. crim. num.* 54. & 65. *Nicol. Reusuero
decis.* 24. *num.* 14. *lib.* 2. *Dominic. Arumeo decis.
Jenensi* 7. *num.*1. *Alphons. Montalvo in l. fori lib.*1.
tit. 10. *de los personeros l.* 7. *verbo Ninguno*, *Ant.
Scapp. de jure non scripto lib.*5. *cap.*61. *num.*1. *Par-
lador. rer. quotidian. lib.*1. *cap.*20. *num.*2. *Fab. in C.
lib.*4. *tit.*25. *de test. defin.*25. *num.* 1. *Calderin. cons.*
103. *col.* 2. *de procurat* rationem indicante, *Ricc.
collect.*856. cœterisq; quamquè in Universitate, &
2 muliere restringit, declaratquè *Carav. nu.*3. & fir-
mant *Mirin. de Caramanico, Isern. & Afflict. in Con-
stit. generalia jura, Portius comm. opin. lib.*5. *conclus.*
38. *limit.*14. *Jodoc. Damhouder. in pract. crimin. cap.*
24. *num.*2. *Cirill. Fulgeon. in commun. crim. par.* 1.
tit. de procurat. §. *unico sub num.* 2. *Vivius decis.*
212. *num.*4. *Jul. Clar.* §. *fin. q.*32. *num.*5. *Campag. in
cap. licet num.*23. *Capyc. decis.*5. *sub nu.*7. *Avus meus
ad ipsius Capyc. decis.*67. *num.*4. *in fin. Carav.* lauda-
to, *Judex de Angelis ad Foller. rub. Audiantur ex-
cusatores*, *num.* 1. *vers.* 8. *declaratio*, *Scialoya in
praxi foriudic. cap.* 8. *num.* 23. quin, & quod de-
cem citati procuratorem constituere valeant, de-
ducit *Galter. in prax. instr.* 2. 2. *p. princ. rubr. Ad-
vertat insuper ad debitorem num.*42. cautelamquè,
ut id evitetur; memorat *Carav. rit.* 166. *num.* 14.
quando verò universitas delinquere dicatur, *Nig.
in cap. Reg.* 210. & modum citandi judicat *Capi-
blanc. tom.*2. *de baronib. cap.*88. *in fin.*

Illustris quoquè personæ admittitur procura-
3 tor, *Afflict. in Constit. beneficii*, *num.*6. *de Marsil.
in pract. crim.* §. *sequitur*, *num.*25. præsertim in
causis iniuriarum, ex *l. fin. Cod. de injuriis*, *Ca-
val. opin. commun. q.* 237. *num.* 2. *Borrell. par.* 1.
summ. decis. tit. 66. *de procurat. num.* 126. quod
minimè hodierna observantia ex *Carav.* hoc *in ri-
tu*, & in altero 269. & *de Angelis* admonet *Scia-
loya add. cap.*8. *n.*251.

Insuper eadem verba nostri Ritus, *quia citan-
tur de mandato dictæ Curiæ*, in ipsius calce repli-
cantur, & jure etiam probatur conclusio, quam
continent, idq; vidère licet apud *Roman. cons.*497.
ver. ego dico, *sub num.*6. *Gayll. observ.* 54. *par.* 1.
4 & *Mysing. obser.*10. *cent.*6. quin *Tuschus* pro con-
clusione statuit, nè citatio facta per Nuncium
subsistat, si Judicis commissionem non appareat
præcessisse, *in conclus.* 230. subiiciens ampliatio-
nes, atquè restrictiones aliquas, atque hujusmo-
di unum est ex multis requisitis ad validam cita-
tionem rescriptis per *Gayll. obser.* 1. & collimant
ritus 112. & 144. & *prag.* 2. exordiens *quilibet*,
de ordin. judic. de quibus meminit *Muscatell. in
prax. S. Consil. lib.*1. *par.* 2. *glos. intimato*, *sub n.*
5 9. & 17. hoc explanans, quin, & illa cum sumus
in privatis, nonnisi, instante parte, decernenda
venit, eodem *Gayll.* teste *observ.* 49. & 50. *p.* 1.
Mysing. obser. etiam 50. *cent.* 1. necnon *Gaspare
Gulielm. dec. Rotæ Spirensis* 204. *par.* 3. & cum
6 prima est, in personam tantùm notificanda erit,
quod multis comprobat *Episcop. Campanil. super
rit.*17. *Cur. Archiep. Neap. sub num.*2. & *Farinac.
dec.*569. *num.*2. & *decis.*637. *num.*2. *par.*2. *tom.*2.
quod si habeat locum in Regno extricamus *rit.*

7 94. & Neapoli certum est, quod omnis citatio
personalitèr est facienda procuratori, nec sufficit
domi, teste *eodem Campanil. sub num.*4. & *Reg. de
Marin. lib.* 1. *quotid. resolut. capit.* 340. *num.* 7.
quamvis, & alibi in domum quoquè illius notifi-
cari possit, si tamen prior introductionis fuerit
personaliter notificata, ut tradit *Mobedan. decis.*2.
de dolo, & *contumac.* verùm aliquando latitante
8 procuratore, prævia relatione porteriorum de
præmissa diligentia in perquirendo, solet *Sacr.
Con.* mandare, quod domi notificetur, ut decre-
vit in causa Principis Conchæ, cum Ill. D. Dida-
co de Avolos Principe Iserniensi sub die 9. De-
cemb.1651. in Banca tunc Borrelli, cujus sciti
meminit *Dom. Consil. Rocc. lib.*1. *respons. notab.*80.
de mandato, & *complemento*, conferunt exarata
à *Dom. Reg. Rovit. in rubr. de procurat. num.* 60.
vers. si post litem, & quæ *Mangil.* scripsit *de sub-
hast. quæst.*9. ipsius autem primæ citationis copia
9 relaxanda est, *Crescent. decis.*1. *de dolo*, & *contu-
macia*, quamvis adversarius non petierit, *Tholom.
decis.* 762. *par.* 3. *lib.* 3. *divers.* & expensis citari
facientis, *Achill. decis.* 9. *de dolo*, & *contumac.*
Aliarum verò est quoquè, sed, instante parte,
concedenda, & illius sumptibus, ex eisdem *deci-
sionibus Tholomei*, & *Achillii*. In subrogatione
Judicis, non est necessaria prædicta citatio, *decis.*
191. *num.*7. *par.*2. *tom.*1. apud *Farinac.* ille verò
10 saltem semèl tenetur monere partem, quamvis
in causa procederetur in contumaciam, *Minad.
dec.* 28. *de Franch. decis.* 467. *num.* 3. *Nicolin. in
prax. jur. civil. num.* 130. copiosè *Gratian. decis.
Marchiæ* 108. *Rovit. in prag.*4. *in ejus calce de or-
din. judic.* tandemque *Muscatell. in praxi civili
par.*1. *glos. sententiam sub n.*13.
11 Quam præmittendam esse à successore in exe-
cutione sententiæ prolatæ ab extincto Judice, di-
xit *Caravit. rit.*128. *num.*8. quemadmodùm, & in
contrario casu observandum quoquè esse, scilicet,
ubi condemnatus obiisset, in cujus hæredem esset
12 facienda executio, dicunt *Roland. cons.*20. *num.*
5. *vol.*1. *Gram. cons.*49. *num.*11. *Borrell. cons.*90.
idem *Carav. sub dicto num.*8. *ver. secundo limita*,
necnon *ritu* 262. *num.*11. & *ritu* 178. *num.* 5. *Ca-
pyc. decis.*1. *num.*14. *Ursill. ad Affl. decis.*145. *num.*
23. *de Franch. dec.* 199. *num.* 4. & 405. *num.* 8.
Gratian. decis. Marchiæ 122. *num.* 1. & 3. & *de-
cis.*138. *num.*2. *Flam. Chartar. itidem dec. Marchiæ*
32. *Foll. in prax. censuali verb. tanquam res ju-
dicatas num.* 14. *Joseph. Ludovic. conclus.* 16. *ver.
infertur* 26. & *Avus meus ad Capyc.* alios comme-
morans *in dec.*1. *add.*3. & nos *add. in ritib.* verba
facimus.

RITUS CIX.

ITem servat dicta Curia, quod in causis extraor-
dinariis super tenoribus instrumentorum, etiam
ad media ipsius causæ (licet sit civilis) non admit-
titur procurator.

S U M M A R E R U M.

1 *Procurator in causis civilibus ad totam causam admittitur.*
2 *Non verò in illis instrumentorum liquidationis.*
3 *In quibus proceditur extraordinariè.*
4 *Perjurii pœna in Regno, quæ sit, eaque tamen militat, si ordinariè procedatur.*
5 *Illaque cessat hodiè in perjurio contracto in causa liquidati instrumenti.*
6 *Pœna est pecuniaria ad rationem granorum decem pro quolibet ducato, quæ aliquando in partem remittitur.*
7 *Causa liquidationis instrumentorum sit nè civilis vel criminalis.*

1 IN causis civilibus procuratorem nedùm ad
media, productiones, scilicet, testium, posi-
tiones, allegationes,& similia,ut explicat *Caravit.*
rit. 106. *in princ.* & dixerat *Bal. in l. servum quo-*
què, *§. publicè*, *num.* 5. *ff. de procurat.* cujus me-
minit *Galter. in prax.instrum.3. par. princ. rub.4.*
audiantur excusatores, *num.* 2. sed, & ad totam
causam admitti, jura clamitant, *in l.1. §. usus*, *l.*
servum quoquè in princ. & §. publicè, *ff. de procu-*
rat. l. fin. Cod. eodem, *Muscat. in praxi Sacr. Cons.*
2 *lib.1. par.2. gl. veniens num.* 14. præter in instru-
mentorum liquidationis causis, subnectit *Ritus*,
& admittunt *Carrab. in tract. de syndic. par.1. nu.*
170. *Galter. in praxi instrum. par.1. 2. par. num.*
15. *Aunt meus ad Capyc.* hujus rit. memor *decis.*
5. *num.1. Franc. Mar. Prat. respons. crim.* 31. *nu.*
48. *& pract. observat. cap.30.num.12.D. Jo.Franc.*
Marotta Advocatus insignis disceptat. forens. lib.1.
cap. 9. *num.* 9. cum vigore præsentis *Ritus* proce-
3 datur extraordinariè in illis,in quibus contrahitur
perjurium, ratione cujus intraret pœna manus,
juxtà *Const. Regni*, *cum juxta providum*, & alte-
ram, *eos qui scienter*, tamen quia subsistunt,ubi-
cunque ordinariè procederetur,ad perjurium, non
4 autem, si extraordinariè, per *Afflict. in Constit.*
Statuimus, *ut magna*, *num.* 14. utique cessaret
dicta pœna in perjurio contracto ex causa liqui-
5 dati instrumenti,nisi *rit.*171.& 179. in hoc etiam
casu speciatim adductam pœnam statuerint, quæ
hodiè est pecuniaria, ut enarrat *Galterius par.* 3.
6 *princ. num.* 13. & exolvitur ad rationem grano-
rum decem pro quilibet ducato,teste *Pras. de*
*Franch. decis.*366. *num.* 13. subnectente, tertiam,
& aliquando illius medietatem,remitti.
7 Et quod judicium liquidationis sit civile, con-
concordat cum hoc *Ritu Capitulum* Reginæ Jòan-
næ, registratum in *Ritu* 211. arguendo eo modo,
quo *de Franch. in decis.* 162. *sub num.* 6. sunt ta-
men alii contradicentis *Ritus*, quorum memini-
mus *rit.* 166.& utra sit verior resolutio pertingit
*De Franch. eadem decis. sub num.*15.& nos copio-
sè super *ritu* 55. necnon *Troys. in ritu M.C.V.*
166. *num.* 24. *Gait. de credit. cap.* 3. *tit.* 1. *num.*
463. *Reg. Sanfel. decis.* 188. & 289. *Reg. Capyc.*
Latro lib. 1. *consultat.* 48. *num.* 59. & *decis.* 58.
*num.8. par.1. & decis.*152. *num.*1. *par.* 2. *Marot-*
ta add. cap. 9. *à num.* 9. hunc *Ritum* addu-
cens. *Muscat. de fidejuss. q.* 2. *num.* 12. *Visconti*
ad Franch. decis. 162. *vers. in eadem decis. Gal-*
ter in prax.instrum.3. part. princip. verbo Audian-
tur excusatores, *num.*2. *Carav. hoc in ritu*, & in
ritu 181. *num.* 6. memores *Francisc. Mar. Prat.*
*add. respons.*31. *num.*28. *Reg. de Marin. lib.1.quo-*
*tid. resol.cap.*58. *num.*14. *Episcop. Ricc.decis.*170.
*num.*3. & *Blanch. in pract. crimin. vers. visis in-*
diciis, *post num.* 158. *vers. Secundo opinio*, *Ca-*
ravit. effatum insequutus, inquit, ad cognoscen-
dum, an judicium civile, vel criminale dicatur
haud inspiciendum esse utrùm pœna fisco, vel
parti applicetur, sed modum agendi per quem
judicium civile à criminali dignoscitur, nec inspi-
ciendus est finis, vel judicii effectus, sed ejus
principium,origo, & causa, cujus meminit *Prat.*
ad Paschal. de patr. potest. par.2. cap.9. ad num.5.
vers. Ego verò.

R I T U S CX.

Procuratores debeant dare interloquutorias idest citationes uni ex Actuariis.

ITem, quod omnes procuratores Curiæ assignent interloquutorias faciendas per eos ad petitionem partium uni ex scriptoribus actorum, vel alteri deputando per ipsam Curiam, & eidem solvant granum unum pro qualibet interloquutoria dandum per eum tubitus, & quod dictus tubita non recipiat, nisi granum unum pro qualibet interloquutoria quantumcunque plurès contineantur in ea.

S U M M A R E R U M.

1 *Interloquutoria dicitur decretum illud quod profertur in ultimo peremptorio citationis.*
2 *Tubitæ onus est, vocare alta voce; & nemo contumax,absque illa reputatur.*
3 *Ipsi idem debetur salarium, unum, an plures vocentur, una simul citati.*
4 *Actuariis merces unius decreti pluribus absolutis persolvitur.*
5 *Jus Tubitæ ante omnia ex pretio rei distractæ persolvi debet.*
Habet hypoteca privilegium,cum prælatione.
Persolvi debet,etiamsi partes se concordaverint,vel venditio fuerit nulla.
Decisiones S. C. adducuntur.
6 *Observantia hujusce ritus,recensetur.*

INterloquutoria sunt decreta illa, quæ Curia sedente fiunt in ultimo peremptorio citationum, si citati minime comparuerunt; nam in eorum quolibet dicitur, & vocato dicto N, quia nemo pro eo comparuit, fuit reputatus contumax, & condemnatus ad pœnam, teste *Carav. rit.* 29. *num.* 4. de aliis vero interloquutoriis differemus, & quidem copiosè, super *rit.* 137. Unde nemo contumax reputaretur, nisi per tubictam, seù latino nomine, Præconem, vocatus, *Foller. in prax. crim. rub. accus.contum. nu.*8. cui granum unum

dan-

dandum, subnectit *ritus*, etiam si plures complectetur citatio ipsa, ex verbis hujusmodi *ritus* exemplificat *pragmat.* 57. §. 2. & altera 38. §. *item pro salario de offic. magist. Justit.* etiam si numerum centum attingeret, ut in Actuariis pro mercede uuius decreti, pluribus
4 rois absolutis, firmat *Reg. Rovit. in pragm.* 38. *num.* 5. *de offic. magistr. Justitiarii*, atque in consimili casu alibi scripsimus, quod si instante Fisco vocarentur, néquè granum istud deberetur eidem Tubictæ, per eandem *prag.* 37. §. 5.

Jus autem, quod Tubictæ, seu Incatatori, cu-
5 jus onus quoque est res vendendas ordine Judicis subhastare, persolvitur, ante omnia deduci ex pretio rei distractæ, illudque diminuit *Bar. in l. ubi purè* 19. §. *qui in distrahendis*, & ibi *Ripa nu.* 5. *& 6. ff. ad Trebell. & in l. sed si hoc* 61. §. *cuidam. ff. de condit. & demonstr. Vinc. de Anna* decisum tradit *singul.* 186. *Peregr.* latè *de fideicom. art.* 50. *num.* 4. *Consil. Carleval. tom.* 2. *lib.* 1. *disp.* 29. *num.* 2. *& disput.* 32. *per tot. tit.* 3. *de Judic.* & ad instar sortis habet hypotecæ privilegium probant *Cassan. in Catal. Glor. Mund. par.* 12. *consid.* 99. *vers.* 18. *extende Gratian. discept. forens. cap.* 257. *num.* 28. *Seraphin. decis.* 891. *num.* 4. *&* 5. *Anton. Fab. in C. lib.* 8. *tit.* 17. *defin.* 15. *num.* 4. quib, & prælationem quibuscunque aliis anterioribus creditoribus, super ejusdem rei proetio concurrentibus, *Arg. text. in l. quod privilegium* 80. §. *planè ff. depositi; & in l. fin.* §. *ut autem, vers. & expensas, C. de bonor. author Judic. Papon. arest. lib.* 18. *tit.* 6. *de subhastat. num.* 12. *pag.* 591. *Rebuff. in constit. tom.* 1. *de liter. obligat. artic.* 12. *num.* 8. *in finn. & tom.* 2. *de præco, & licitat. art.* 79. *Gl. unic. num.* 7. *pag.* 559. *Mangil. de subhast. q.* 155. *num.* 1. *Gratian. add. cap.* 257. *à num.* 26. *& cap.* 343. *num.* 1. *Afin. de exequt.* §. 7. *cap.* 300. *num.* 1. *Anton. Niger. de subhast. in proœm. num.* 7. *& cap.* 5. §. 9. *num.* 13. *& cap.* 30. *num.* 24. *lib.* 2. *Borrell. in summ. decis. tom.* 2. *tit.* 39. *num.* 381. & concinunt tradita *à Negusant. de pignor.* 3. *membr.* 7. *par. nu.* 16. & latè *Fest. de subhast. inspect.* 41. *à num.* 1.

Hic quippè dirictus præconi persolui debet, etiam quod partes se concordaverint, & venditiones non fuerint sortitę effectum, cum per extinctionem eandem actus subhastationis dicatur perfectus, *Nig. de subhast. cap.* 3. *num.* 22. *Muscatel. l.* §. *venduntur, par.* 3. *num.* 95. *Salgad. in labirint. credit. par.* 2. *cap.* 2. & proindè statim ex necessitate debetur jus impositum pro Præcone, juxtà consuetudinem, & statuta locorum, quæ in subhastationibus omninò servanda esse testatur *Rebuff. mem. par.* 2. *rub. de præcon. num.* 14. *Bal. in l. ordo, C. de exeq. rei judic.* & pro illius consequutione contra quemcunque pignoris possessorem actio datur, *l. pignoris* 17. *ff. pig. l. de pignoris* 18. *C. eodem, Gratian. add. cap.* 257. *num.* 28. *Salgad. par.* 3. *cap.* 9. *num.* 19. *Giurba* post alios *decis.* 108. *num.* 10. & proptereà nil operatur concordia exindè sequuta inter creditorem, & debitorem in alterius præjudicium, ad *tex. in l. debitorem, C. de pact.*

Hinc quotidiè fit rei subhastatio in M. C. V. & S. C. cœterisque Tribunalibus, & candela extinguitur ad beneficium licentiatoris, totiès jus Præconis debetur, haud obstante, quod ob partium concordia venditio locum non habuerit, id quod Magna Curia Vagna Pandecta statuerit, & pluriès decisum fuit, potissimùm in causa Ducis Montis Calui, relatore *D. Cons. D. Antonio Navarretti Marchione La Tertia* sub die 29. Januarii 1661. & novissimè sub die 22. Augusti 1661. ad relationem *D. Cons. Marchionis Oliveti Marci Antonii Cioffi*, in causa D. Dominici Massa, cum Creditoribus Jo: Baptistæ, & Oratii Massa, è S. C. manavit decretum, quod solutio facta duc. 559. in beneficium incantatoris pro jure Tubictæ, & graduata primo loco, firma remaneat, non obstantibus oppositis scilicet, quod venditio, uti nulla suum non fuerat sortita effectum, ut ex proc. in Banca de Martino, in quo alias determinationes editas (candide Lector) habes.

Quod verò Tubicta M. C. V. exigat unum carolenum dirictus, quando bona exequuta venduntur, non quando solum sunt exequuta, si verò exequuta restituantur, solvatur unus carolenus pro conservatione bonorum, decrevit Regia Camera sub die 24. Augusti 1566. & meminit *D. Reg. de Mar n. arrest.* 311. *post.* 2. *tom. decis. Reg. Reverter.*

Pro observantia Ritus hodiè viget *pragm.* 17.
6 §. 9. *de offic. mag. justitiar.* teste *Carav. in hoc ritu*, qua cavetur citationes omnes, Curia sedente legendas, recolligi penès Actuarium, qui erit hebdomadarius, à quo posteà, Curia sedente Tubicta vocante, legantur, quęq; post rectam Curiam inter omnes Actuarios dividuntur.

R I T U S CXI.

Nullus procurator accedat ad Bancam, nisi vocatus.

ITem, quod nullus procurator stet in loco Advocatorum; nec accedat ad locum illum, seu bancam, nisi vocatus de sententia judicum hebdomadariorum, seu per judices habdomadarios, & vocatus nihil proponat ipse procurator, sed in secreto dicat quicquid vultus advocato suo, & si quis contrarium fecerit, solvat pœnam unius caroleni. Item quod nullus procurator sub pœna granorum decem ducat secum ad Bancam aliquem clientulum suum nisi primo fuerit clientulus ipse vocatus. Item quod procuratores pro actis ordinariis causarum audiantur semel in hebdomada.

S U M M A R E R U M.

1 *Procuratores quando olim, quando vero his temporibus audiendi sint.*

REstringitur hoc ritu dispositio, alterius *rit.* 77. qua jubebatur omni fero audiendos esse procuratores. Verùm cum amborum Rituum sanctio, non sit de pane lucrando, nostroque ævo gentium

moribus non probetur, cumque potissimum illic
4 probatum sit, totiès audiendos esse procuratores quoties opus est ad causæ tutionem, longiori hic commentatione non immorabimur; plurima vero ad comparitionem de sero spectantia, eaque utilissima congeremus super *ritu* 204. videasque *Galter, in sua prax. instrum. par. 2. par. 3. rubr. 2. sub num. 2. vers. 161. responsio*, qui dicto *Carav.* convenit.

R I T V S CXII.

Citationes committantur servitutibus Curiæ.

ITem quod litera citatoria, vel alia, per ipsas Curias, sive alteram ipsarum non committatur, nisi habenti officium publicum.

S V M M A R E R V M.

1. *Exequutio, sivè captura possessionis potest delegari ejusdem partis famulis, & Caravita non perpendit Baldi doctrinam in cons. 345.*
2. *Casus, in quibus possit aliquis dari exequutor in causa propria, remissivè recensentur.*
3. *Ritus iste loquitur in actis ordinatoriis, & ad decisionem spectantibus.*
4. *Judex famulum suum, quin, & partis eligere quibit, ut Adversarium citet.*
5. *Captura rei, nullo modo committenda parti.*
6. *In mandato de capiendo apponuntur verba, ne accedant partes offensæ.*
7. *Quando officialis teneatur de commissis per suam familiam, remissivè.*

1 MIratur *Prosper Caravita*, quod Judices quandoquè delegent ejusdem partis famulis capturam possessionis: Non enim fortasse, perpendit doctrinam *Baldi in cons. 345. num. 2. lib. 1.* probantem, etiam parti concedi posse à Judice, ut in causa propria sit executor, & capiat possessionē rei declaratę per sententiā sequiturq; *Tus. conc. 524. lit. E.* Ubi delibavit casus, in quibus possit aliquis
2 dari exequutor in causa propria, & *Grat.* probat excepto casu, in quo sententia concerneret quantitatem *in decis. Marchia* 12. *num.* 10. neque *Commendatoris* admirationem fovet *ritus* iste,
3 quem loqui pinamur in actis ordinatoriis, necnon ad decisionem spectantibus de quibus loquuti sumus alibi, & concinit *tex. in auth. apud eloquentissimum*, ubi *glos. Cod. de fid. instrum.* cujus meminit *Muscatell. in praxi S. C. lib. 1. par. 2. Gl. intimato sub nu. 9. & 17.* necnon *Franc. Mar. Prat. ad eundem Muscatell. lib. 1. par. 5. Glos. suspectorum, vers. hac glosa*, quin, posse à Judice famu-
4 lum suum, vel alterius partis eligi, ut adversarium citet, voluerunt *Bal. in l. ut perfectius, C. de anna. exc. Bar.* per illum *text. in l. cum qui §. si epistola, ff. de furt.* quos laudat *Marant. in Specul. par. 6. vers, rectè concipiatur citatio num. 44. cum seq. D. Honufr. Cigala in tit. de action. instit. lib. 4. §. 19. num. 29.* Omnes verò conveniunt
5 rei capturam haud committendam esse parti, ut propterea in mandato de capiendo verba ponan-
6 tur dummodò non accedant partes offensæ, teste *Avo meo ad Gramm. decis. 41. num. 11.* & tradunt *Marcell. de Mauro alleg. 93.* ib demque *Abb. de Mauro add.* decisum subnectit, *Foller. in praxi tit. notatos capiat. de persona num. 14.* nec illa proptereà concedenda inimicis Algozeriis, *Judex Baldax. de Angel. in l. omnes §. prætereà il 2. nu. 2. C. de Sarc. Sanct. Eccles. Cancer. de jure Castr. cap. 13. num. 338. Baron. de effect. inimic. effect. 47. num. 1.* quando vero officialis teneatur de com-
7 missis per suam familiam, inquirunt *Thor. par. 1. compend. decis. verbo officialis ibi tenetur. Ricc. collect. decis. 1816. de Angel. ad Foller. mox add. loco*, & dominus pro delicto famuli, & nunquid illum in manibus justitiæ exhibere cogatur *Thesaur. qq. forens. lib. 2. q. 62. & 83.* & substituens de delictis substituti, & num, inquisitione substituti pendente debeat substituens jure suo privari *Grivell. decis. 70. Reg. Reverter decis. 2. 206. 301. 325. & 530.* & ad eum *Reg. de Marin. Reg. de Ponte decis. 7. Anna alleg. 370. in fin.* & decisum per Reg. Camer. Summariæ sub die 19. Decembris 1606 *referente D. D. Didaco de Vera*, & fuisse denegatam Regio fisco petitam suspensionem ab officio contra substituentem, pendente inquisitione substituti refert *Dom. Reg. Rovit. cons. 87. lib. 1.* quem insequitur *Giurb. cons. 36. num. 52.* quod *Rovit. consilium* declarat *P. de Afflict. cap. 45. num. 25.*

R I T V S CXIII.

ITem quod omnes citationes postquam accusata est prima contumacia in cassono magno communi dictæ Curiæ ponantur, & conserventur. & quod nullus audeat abindè ipsas recipere, nisi sit procurator in ea, vel cum tangat, & quod ea recepta scribat & annotetur in quinterno, seù manuali, in prædicto cassono existente.

S V M M A R E R V M.

1. *Citatio cum est reproducta, dicitur de Actis.*
2. *Eam tunc subripiens, vel lacerans puniendus.*
3. *Perpenditur effatum Muscatelli p. 2. glos. 1.*

1 SErmocinatur *Ritus* de conservatione citationum, sed hisce nostris temporibus, viget dispositio *prag. 17. §. 9. de offic Magistr. Justit.* in reliquis nihil explicitè tractat, quod observantiæ, vel utilitati congruat, quamvis ex eo deduci rectè possit, quod citatio, cum est reproducta, intelligitur de actis, tuncque asservari penes illa
2 debere, eamque memini licere indè auferre anteà verò non cogi partem, quantumvis intimatam, illam reproducere, quæ omnia multis licet possemus auctoritatibus comprobare, facere non curamus, cum vulgata sint apud causidicos, & proptereà partem quandam, quę monitionem ad dicēdum surripuerat à quodam processu, dimittendam
absque

abſque pœna non eſſe reſpondi nudius tertius, atque in hunc ſenſum reducenda ſunt, quæ *Muſcatell.* ſcribit *in ſua praxi par.* 1. *gl.* 2. non enim
3 perpendit hujus *Rit.* verba cum) enim de actis eſſe illic dixiſſet, ſcripturam præſentatam, & intimatam, adjunxiſſet, quidem, & reproductam, niſi dicamus, ita ipſum ſenſiſſe dum *num.*6. quærit an ſcriptura præſentata, & intimata poſſit parti petenti reſtitui, ergo ſupponit apud acta eſſe, & conſequutivè reproductam poſt productionem,& intimationem; An, & quando acta originalia debeant edi parti, explicant *Jo. de Amicis conſ.*106. *nu.* 7. *Maraut. in ſpeculo par.* 6. *actu* 10. *num.* 64. *Muſcatell.* idem *lib.* 1. *par.* 3. *gloſ. reſpondendum num.* 11.

RITUS CXIV.

ITem litera citatoria, vel alia per ipſam Curiam non committatur, niſi habenti officium publicum.

SUMMA RERUM.

1 *Eadem verba leguntur in hoc Ritu, quæ in ritu* 112.
2 *Citatio dicitur quivis actus, quo quis in judicium vocatur.*

1 EAdem prorsùs verba leguntur in hoc *ritu*, quæ, & in *rit.*112.ut admirari meritò debeamus incuriam Compilatoris, non ſemèl, ſed iterùm, ac plurièsrepetentis, quæ alijs in *Ritibus* ſcripſerat, ibi verò impulſus Commentatoris verbis adjunxi nonnulla ſuper ea re, nempè, an poſſit Judex eidem parti, aut ſuis ſamulis delegare exequutionem, aliaq; conſimilia: hic tantùm addam pro utriuſquè *Ritus* verborum intelligentia, quod littera citatoria (cujus uterquè meminit, necnon *conſtit. edictorum*, alteraq; exordiens *citationis literæ*) dicitur omnis actus, quo quis in judicium vocatur, deduciturquè ex eiſdem adductis *Conſtit.* Huncq; *Ritum* exornat *Muſcat. in praxi S.C. lib.*1. *par.* 2. *gloſ. intimato ſub num.* 9. *&* 17.

RITUS. CXV.

ITem ſi aliquis, vel aliqua veniret ad dictam Curiam, aſſerens aliquem vel aliquam ſibi teneri, vel dare debere aliquam pecuniæ quantitatem, vel aliam rem mobilem, & nolle ſibi ſatisfacere: Curia ipſa ad tollendum lites, mandet alicui ſervienti, ut mandet, & injungat ei ex parte dictæ Curiæ, ſub certa pœna, ut reſtituat pœcuniam ipſam, vel rem, vel ſequenti die compareat in dicta Curia, allegaturus cauſam rationabilem, quare pœcuniam ipſam, vel rem reſtituere recuſat: ſed in cauſis modicis, vel etiam inter ſtipendiarios: & his ſimilia facilia facit ſuo (ſolus Regens, vel alius officialis) arbitrio.

SUMMA RERUM.

1 *In cauſis modicis, vel inter ſtipendiarios, Prætor miniſtro mandat, ut coram ſe debitor ſuſpectus de fuga ducatur, & ſi non eſt fuga ſuſpectus injungit, ut debitor coram ſe accedat.*
2 *Quibus in cauſis ex non ſcripto, procedi poſſit, remiſſivè.*
3 *Hujuſmodi cauſarum cognitio apud S.C. Præſidem erat, hodie demandata eſt M.C. Regenti, qui cognoſcit de cauſis, in quibus agitur de' ſervorum mercede.*
4 *Servorum ingenium dominis ſuis plerumquè iniquum.*
Quanto tempore præſcribatur illorum ſalarium, & quam habeat prælationem.
5 *Quæ verò dicantur cauſa magna, vel parva, remiſſivè.*
6 *Generalis prohibitio modica non amplexatur.*
7 *In cauſis parvi momenti unicus teſtis, àn probet.*
Exornatur Tex. in l. ſcripturas, ff. qui potior. in pign. & notabilia adducuntur.
8 *Clauſula, aliàs compareat allegaturus cauſam, cujus ſit virtutis, oſtenditur.*
9 *Excommunicatio inflicta vigore mandati eam continentis, neque nulla, neque iniuſta eſt.*
10 *Etſi citatus compareat poſt incuſ. tam contumaciam ſubſiſtit mandatum, quid verò ſi antè.*

1 TUm ex hoc *Ritu*, alteroquè 187. tùm ex *Regni Conſtitutio dilationes*, obtinuit uſu, ut in cauſis modicis, vel inter ſtipendiarios Prætor miniſtro mandet, ut coram ſe debitorem ſuſpectum ducat, & ſi non eſt de ſuga ſuſpectus, injungat, ut ſolvat, vel coram ſe accedat, & Actore, ac Reo ſummariè auditis, fit præceptum, quòd ſolvat, vel non diſcedat, teſte *Caravit. hoc in Ritu*, quem inſequitur *Reg. Sanfelic. in prax. Judic.ſect.*28. *ſub num.*2. *verſ. obſervatur.* Quibus
2 in cauſis ex non ſcripto procedi poteſt, *Muſcatel.* declarat *in prax par.*1.*Gloſ.petitur, à num.*25. necnon *Marcell. Calà de mod. articul. Gloſ* 3. §.1. *num.* 6. & quamvis olim hujuſmodi cauſarum cognitio
3 apud S.C. Præſidem eſſet, *Taſſon. de antefat. verſ.* 3.*num.*118. poſtmodùm vigore *Reg.Pragmat.*huic *Ritui* conformi, quæ eſt 1.§. 6.*de cauſ. decid.* illa demandata fuit M.C. Regenti, teſte *Muſcat. eod. add.loco num.* 31. & affirmat *Jo: Jacob. Anichin. de prævent.inſtrum.cap.*2. *q.*3.*num.*13. qui propterea de omnibus cauſis modicis, ac humilium, miſerabiliumq; perſonarum, potiſſimùm in quibus agitur de ſalario, & mercede ſervorum, cognoſcit, *Ann. ſing.* 18. cum conſilio tamen unius ex Judicibus, juxtà *cap.*20. *Regis Ferdinandi Primi, in Privilegijs, & Capitulis Neapolis, pag.* 17. At meminerit hoc caſu Dom. Regens, ſervorum ingenium Dominis ſuis plerumquè iniquum,& alienum, & *Petrarcha* effatum audiat, *de remed. utriuſq; fortuna dial.*33. *lib.*1. ubi cuidam multos ſervos ſe habere, gaudenti: *Multi ſervi*, inquit, *multa lites, multaquè diſcordia, multa deniq; bella domeſtica; hoſtes ſunt acerimi, ac impij, atq. perverſi*. alterumq, *Herod. in Artemiſia oratione. Hoc tecum*, inquit, *reputato, bonis viris malos ſervos; malis probos ſolere contingere.*

4 Et

4 Et ideò servi adversus dominos bonos, sæpèsæpiùs indebita petere solent, ut propterea, eum naturalitèr inimici dominorum sint, illos accusare non valeant, observat *Hermosill.ad Lopes tit. 5. l. 47. num.1.* quem insequitur D. *Franc. Baron. de effect. inimicit. effect. 40. num. 2.* quanto tempore præscribatur illorum salarium, *Jo: Gutterius in tract. de actibus Judicior. juratis, num.20.in tract. to.3. par.1.Giurba Siculus decis.13.* & de illo futori debito, loquitur *Anna sing. 492.* pro quibus habeantnè prælationem, expressam hypothecam tenentibus, explanant *Roderiq.de privileg. creditorum, pag.76.num 2.Consil.Carleval de Judiciis to. 2.lib.1.tit.3. disp.32. Reg.Sansel. decis. 113.Dauz. de pugn.DD.tom.1.tit.de salar.cap.3.num.10.*

5 Quæ verò dicantur causæ magnæ, vel parvæ, indicant *Laufranch.in cap. quoniam contra, vers. testium depositio, num.37.de probationibus, Jodoc. in prax. civili, cap. 23. num. 2. Franc. Tuntol. in Iudic.7.num.5. Mysinger sing.observ. cent.1. observ. 68.num.4. Marant.in specul.par.4. distinct.9.num. 189. Campag. in cap. ad hoc, num.8. Muscat. add. Gl. petitur, num. 29.* id quod Judicis arbitrio remittunt, *Viv.opin.61. & 89. Menoch.de arbitr.Iudic.lib.2. casu 72.*

6 Quin, generalis prohibitio modica non amplexatur, *Bal.cons. 91. vol. 1.* ut præterea Assensus Apostolicus non exquiratur in alienatione rerum Ecclesiæ modici valoris, *Ricc. in prax. for. Eccles. decis.39.* aliosq; casus enumerat *Io:Paul. Xam nar. par.1.ver.judic. defin. 20.* & quod modica, & minima non sint attendenda, pluribus exemplis, exornat, *Avus meus ad Capyc. decis. 32. num. 2. & decis.109. num.3.*

7 An verò in parvi momenti causis unicus testis plenè probet, affirmativè resolvitur ex *Tex.& Gl. in l. Theopompus, ff. de dote prælegat.* & meminit *Ludovic.singul. 27.* dummodò idoneus ille sit, admonet *Matthes. sing. 1.* de qua idoneitate constare debet, *Cepoll.cons.crim.58.* & advertit *Gabriel.Saray.ad Matthes.memor.sing.1.* & omni exceptione major esse debet, *Hippol. Grassetti in anatometicis proditoria, §.29.sub num.182. & §. 84. num. 11.* coneinitque dicterium, in praxi receptum, scitoq; S. C. roboratum, privilegio *Tex.in l.scripturas, ff. qui potiores in pign.* haud gaudere qui testium probitatem non articulaverit, & probaverit, *de Franch.decis. 644. Thesaur. qq.forens. lib.1. q.89.Reg.Sanfelic. decis. 373.tom.3.* de testibus bonæ opinionis, loquuntur *Vulpel.cons.61.Riminald. cons.17.num.16.* bonæ conditionis, & famæ,*Joan. de Arno. in epitom. suo 14.* de fide dignis, *Gram. cons.35. num.37.* de legitimis, & idoneis, *Cardin. Paris. cons.152. num.4. vol.4.* & optimę opinionis *Barb.cons.32. vol. 1.* & de omni exceptione majoribus, sermocinantur *Marsil.singul.287. Cepoll.cons. 57.206.& cons.450.Bertaz. consil.crim.53. num.7. vol.1.* regulaitèr tamen causa, quæ unius attestatione definitur, nullitati subjacet, qua de rè *Duena regul. 84.* limitationes subnectens, *Tiraq. in in tract.de lud in reb. exig.in princip. vers.2. ratio, Calà add.tract.§.2. Gl.unica, num.102.Giurb.cons. 90.Amaya in l.instar, num.17. C.de jure fisci, lib. 10. Frat. respons. crim.29. num.28.* quin, neque unico Angelo, quasi credendum, indicat *S. Pater Landulphus de Vita Christi, par. 1. cap.9. pag. 42.* Ubi loquens de nato Christo: *Ni unius*, inquit, *Angeli, & testis authoritas parva videretur, pro signo, & concordia testimonij subitò facta est cum Angelo multitudo, &c.* ut propterea de jure canonico in legato ad pias causas unicum testem non sufficere, post alios, scribant *Mantic. de conject.lib.6.tit.3.num.8. Thom. Maulius de ultim.volunt. lib.1. tit.13. nu.8. Mascard. de probat. concl. 1358. num. 32. Marta in summ. success. legal.par.4. q.8.art.3. num.2. Simon de Pratis lib.2. interpr.1. dub.2. solut. 3. num. 19. Christin. decis. 304. & 305. vol.1. Paschal. de patr. potest. par. 2. cap.8 à num.46. Cardin.Lugo de Justit. & jure to. 2. disput. 22. sect.9. num. 266. Tauner. in defens. Ecclesiast.libert.lib.2.cap.8. Dian. de testam. privil. tract.6. res.6.pag.133. & resol.15. fol. 136. Giazz. vell. dec.45. & 46.Reg.Capyc. Latro dec.140. num. 1.& 13.* Unicus tamen testis, si à parte producatur contra seipsam, benè probat, *Bursat.cons.311. num.21. lib.1. Farinac. de testib.q. 62. num. 213.* & declarat *Reg.Sanfelic.dec.163. lib.2.*

8 Clausula insupèr in *Ritu* adjecta, *allegaturus causam rationabilem*, intelligenda est, ut compatente Reo, mandatum resolvatur in simplicem citationem, *Glos. in l.de pupillo, §. meminisse, ff. de oper.novi nunciat.Bal.cons. 177. lib.3. Ursill.ad Afflict.decis.167. num. 4. Laufr.anch. in prax. cap. 1.num.14. Raudens.resp.17. num.48. vol.2. & Bertraud. cons. 257. volum. 7.* quod etiam bannum proptèr contumaciam prolatum, comparente Reo, resolvatur in simplicem citationem, scribunt *Bal.in l.1.num.3. C.de postul. Bar.in l.1. §. fin. de inquir.reis, Tiraq.in tract. cessante causa, par. 1.nu.57. & Farinac.q. 11.sub num. 90.* ob id, in

9 facti themate jure defendimus, excommunicationem vigore præcepti, continentis prædictam clausulam, & trina non præmissa monitione, inflictam, non solùm nullitate, sed, & injustitia carere; verùm excommunicantem, neque incidere in pœnam statutam, *in cap.sacro, de sentent.excommunicat.in 6.*ex authoritate *Episcop.Campan.in diver. jur. Canonic. rub. 11.cap. 15. num. 86.* quin, & à mandato, sivè præcepto hujusmodi, appellare nefas esse, docet *Bal. in l.2.C.de Ep scop.audient.* etenim gravamen sola comparitione reparatur, virtute illius clausulæ, *Innoc. in cap. fin. de cohabit.*

10 *clericor.& mulier.* Ipso autem citato comparente nihilominùs persistere in suo robore ejusmodi mandatum, si jam fuerat accusata contumacia, tenet *Afflict.ead dec.167 sub num.4.*quem sequitur *de Franch.dec.204. sub nu.19.* Anteà nequaquàm, ut propterea, nec dici aliquem contumacem, aut inobedientem nec pœna mulctandum esse, stante comparitione, defendat *Flam. Carthar. decis. Genuæ 130.num.7. & 8.*

RITUS CXVI.

Item servat dicta Curia, quod citatio debet fieri die non feriato, ut compateat die non feriato: ut si Curia ipsa regeretur in uno loco, puta Neapoli, & quodam die quidam citaretur in aliquo alio loco, puta Salerni, ubi dicto die essent feriæ, puta, quia ibi celebraretur à clero, & populo aliquod

quod feſtum, & eodem die in loco, ubi Curia
prædicta reſideret, & regeretur, puta fortè Nea-
poli, non eſſent feriæ, tunc citatio non valeret,
quia attenditur locus factæ citationis, & ita pra-
cticatum eſt multoties, & obtentum per dictam
Curiam ad præſens.

SUMMA RERUM.

1 *Citatio exequi prohibetur die feriata.*
2 *Facta tali die nullitati ſubiacet.*
3 *Citatus, comparere non obſtringitur.*
4 *Quid ſit ſervandum Jure Canonico, remiſſivè.*
5 *Dies citationis ſit feriatus, vel non, locus citationis, & non Judicii eſt attendendus, & adducitur M.C.V. & S.C. determinatio.*
6 *Miſſam andire, & feſtum ſollemnizare iter faciens, quando teneatur, & ubi.*
7 *Feriarum quatuor ſunt ſpecies, remiſſivè.*
8 *His adduntur feriæ nundinarum.*
9 *In pluribus Regni locis, celebrantur nundinæ.*
10 *Nonnulla de nundinarum origine, & quanti interſit Reipublica illas exerceri.*
11 *Quæ ſit differentia inter nundinas, & mercatum, traditur.*
12 *Illa non poſſunt celebrari, niſi præcedente Principis privilegio, & particularem, ac determinatum locum habere debent.*
13 *Memoratur controverſia orta inter Dom. Marchionem Oliveti, & Civitatem Salerni.*
14 *Quis cogi non poteſt ad exercendum mercaturam, & ad conducendum alterius domum, habens propriam.*
Dominus Petrus-Antonius Comite laudatus.
16 *Subditi, abſque Principis licentia locum nundinarum, variare, & mutare an poſſint?*
17 *Author juribus adductis à Luca de Penna, ſigillatim occurrit.*
18 *Finis præcipuus nundinarum conſtituendarum fuit utilitas humana.*
19 *Tempore nundinarum antiquitùs res, aut perſonæ arreſtari non poterant.*
20 *S.C. ſcitum in propoſita facti ſpecie recenſetur.*

PRæſens *Ritus* non loquitur de decernenda citatione, illiuſq; expeditione, verùm de illius notificatione, idq; conſtat primùm ex verbis: deindè
ab exemplo: deniquè ex ſpecifica diſpoſitione ſequentis *Ritus* concedentis, poſſe citationem decerni die feriato; itaque verba præſentis Ritus,
1 *Quod citatio debet fieri die feriato*, arctanda eſſe
ad illius notificationem faciendam per Nuncium,
omninò eſt dicendum, quæ, illa die, tùm ad Dei
2 honorem, tùm ad hominum neceſſitates feriata,
irrita prorſus erit, ac nulla, *Jodoc. in praxi civili
cap.60. num.8. Foller. in prax. crimin. rub. vel eos
citari fac. num. 34. Guid. Pap. deciſ. 115. Gaill.
lib.1. obſerv. 53. Marant. par.4. diſt.16. num.82. &
p.6. memb.1. num.119. Muſcat. in prax. S. C. lib.1.
par.2. Gloſ. intimato, num.21. Jo. Paul. Galter. in
prax. inſtrum. par.3. rub.2. num. 48. & 49.* ambo
Rit. adducens, *Reg. Rovit. in prag.3. de citat. nu.*
3 *14. & in rub. de feriis num. 9.* & citatus comparere non obſtringitur, *Viv. deciſ.244. num.13.* Ju-
4 re verò Canonico, quid tenendum, ſcribit *Epiſcop. Campanil. in rit. Curia Arcchiep. Neap. 1. nu.
18.* atque in *diverſorio juris Canonici rub. 12. cap.
13. ſub num. 10.* ejuſq; meminit *Ventrigl. in præ.
rer. notabil. annot.16. §.2. de diebus feſtiv. num.14.*
de exequutione tùm reali, tùm perſonali, an ea
fieri tunc poſſit, in ſequenti *Ritu* eloquimur; Quia
5 attenditur dies feriatus in loco notificatæ citationis, & non Judicii, *Foller. num.37. Galter. n.49.
add. in loc. Viv. in ſylva comm. opin. 992. Maſullus
ad Capyc. deciſ. 79. num. 10.* & ita determinatum
in M. C. V. & S.C. ſub die 23. Settembris 1556.
in cauſa liquidationis inſtrumenti, inſtante Martino Spinello contra Marchionem Oriæ, memorat
de Bottis in rit. 117. in add. incipient. quod oſtenditur locus, quem laudat *Judex de Angel. ad Foller. memor. loc. num.77. Gallup. in prax. S.C. par.
2. cap.2. num. 22.* concinnant cumulata à *Campa-*
6 *nili in add. cap.13. diverſor. num 81.* atquè in *adhortatione ad Conſacerdotes*, in quibus verba facit
de Miſſa audienda, & obſervantia diei feſti, ſcilicet, ubi quis teneatur ad illa, ſi in alterutro locorum, unde ſcilicet digreditur, vel ad quem proficiſcitur, celebretur feſtivitas.

7 Feriarum verò quatuor eſſe ſpecies, indicant
*DD. in cap. fin. extr. de feriis, in cap.1. & in cap.
rogationes de conſecr. diſt.3. in l. 2. C. de fer. Jodoc.
in prax. Civil. cap.119. num.9. Theſaur. dec. Pedemont. 39. num.4. & 7. Cavenſ. in hoc Ritu num.2.*
d c us, quartam eſſe illam, quæ inducitur per ſtatutum in aib tia nentis, in quibus ſilere debet
arbitrator, ſecundum *Bal. in l. Cretionum, Cod. de
jure delib.* H. addi, & numerari poſſunt etiam
feriæ nundinarum. Habemus etenim in Regno
Pragm. ſanctiones *de Nundinis, ſeu feriis*, & ſu-
8 per illis *Novar. collect.1.* tradit, quod ideò nundinæ dicuntur feriæ, à ferendo, quia illuc quilibet
concurrit aliquid deferendo, emendi, vendendiquè
9 cauſa. Et quod in hoc Regno in pluribus Civitatibus, & locis celebrantur, diverſis tamen temporibus, & diebus, ſecundum devotionem Sanctorum, quem unaquæquè Civitas, & Communitas tenet pro ſuo Tutelari, & Patrono; & inter alias commemorat nundinas, quas celebrat
Fideliſſima, atq; Nobiliſſima Civitas Salerni, in
honorem Beatiſſimi Apoſtoli, & Evangeliſtæ Matthæi, cujus Cathredalis Eccleſia extructa fuit à
Roberto Guiſcardo Hortmanno, ejuſquè Sacroſanctum Corpus in Cappella, Regio munita, &
decorata ſplendore, integrè obſervatur, aſſervatur, & veneratur, & exordiuntur ſingulis annis
dè Menſe Septemb. tempore, quo celebrantur ſolemnia ejuſdem feſtivitatis, & perſiſtunt per decem dies continuos. Et teſte famigerato *Camillo
Borrello in lib. de præſtant. Reg. Catholici diſp.*
10 *36. num.3.* Nundinæ dictæ, quia feriarum dies
eſſe voluerunt antiqui, ut ruſtici convenirent,
mercandi, vendendiq; cauſa, & ideò ex eodem,
author. Plutarch. probl. 41. appellabantur Nundinæ, quia nono quoq; die fiebant, vacabant enim
in agris rei ruſticæ octo diebus, & nono ad Civitatem, & ad mercatum accedebant.

Et quanti interſit Reipublicæ Nundinas exerceri, idem *Borrell.* demonſtrat ex antiquorum monumentis, & Jureconſul. placitis perbellè, curiosè, & lepidè, ſuo more, *citato loco*; Ibiq; recenſet omnes ferè Nundinas mercatus, emporia,
ſivè fora, quæ per orbem, & in unaquaq; Pro-
vincia

vincia celebrantur, & magis solemnes commendat, & extollit, concessas ex Principum, & Regum munificentia per diplomata, quibus mercatores ad illas invehentes, & evehentes, immunitatibus potiuntur, & inter cæteras de his meminit, quæ in prædicta Civitate Salerni conspiciuntur, & antiquorum testimonio habemus, omnes orbis etiam infideles nationes ad illas accessisse ante calamitates; & testatur *D.R. Capyc. Latr.* à nobis alias allegatus, *in dec.169. to.2.* quod hujusmodi Nundinæ ibi celebrantur quadringentum ab hinc annis, & ultra; Nam sub anno 1226. ad preces illius eximii viri, & præclarissimi Patritii ejusdem Civitatis Joannis de Procida fuerint concessæ (& cognomentum de Procida fuerit sortitum ex dominio Insulæ Procidæ, propè hanc Civitatem positæ, præter innumera alia oppida (quæ possidebat) quæ quidem Insula ad præsens manet sub perpetuo guberno Excell. Marchionis Vasti, & Piscariæ, ob tot, tantaq; benemerita suorum majorum.)

11 Et differentia maxima est, ut idem *Borrell.* fundat inter Nundinas, & mercatum, qui consuetudine introduci potest, & absque Principis licentia, cum ex eo nulla fruantur immunitate negotiatores, & propriè dicitur coadunatio illa rusticorum, de qua supra meminerunt antiqui scriptores; Cum nec copia omnium rerum, & mercium obvehatur, sed tantum pauperes villici, eorumque mulieres benè operantur, asportando ibi fructus, gallinas, columbas, & comestabilia; prout observatur hic Neap. tèr in hebdomada, in die lunæ, veneris in foro magno, & ante Ecclesiam Divæ Mariæ de Monte Carmelo, & in die mercurii extra Portam, dictam Realem, & ante Venerabilem Ecclesiam Divi Dominici de Suriano Rev. Patrum Prædicatorum, de quò fit mentio in *pragm.2. sub d. rubr. de Nundinis*, & in quamplurimis aliis Civitatibus, & signanter in dicta Salerni, quolibet festo, & primo die Dominicæ, cujuslibet mensis ante Vener. Ecclesiam Divi Augustinij, rustici coadunantur, cum mulieribus conducendo similia.

Imò ex peculiari Privilegio, in qualibet hebdomada, alternis diebus, habentur ibidem frumentariæ contractationes in loco *detto La Dohana Regia de vettovagli*, & concurrunt omnes Civitates, & Insulæ adiacentes ad emendum frumenta, & alia victualia.

Et in eademet Civitate, ad instar urbis Romæ, fit forum suarium extra muros ad evitandum aeris corruptionem, & ab ædilibus, & decurionibus ejusdem promulgantur edicta per totam Provinciam, & circumspectè declaratur assisia carnis suillæ.

12 Nundinæ verò non possunt celebrari, nisi precedente Principis Privilegio, quia in iis, cum nullum vect gal pro mercibus exigi possit, & quammaximis aliis potiantur mercatores immunitatibus, & exemptionibus, talis immunitas concedi minimè potest ab alio, quam ab habente supremi imperii potestatem, & à non recognoscente superiorem; Ita scribentes omnes ad *Tex. in l.1. C. de Nundin. Novar. ubi supra collect.1.& 2. Franc. Marc. decis. Delphinal.53. Thesaur. dec. 264. & Christin. decis. belg. sub tit. de Nundin.to. 3.decis.99.*

Quæ quidem Nundinæ particularem, & determinatum locum habere debent; ut tradit idem *Novar. d. collect.* 1. ad instar fori judicialis, per *Tex. in l. locum, ff. de Judic. & cap. Statutum, de rescript. in 6.* & ingeniosè scripsit eruditus *Surg. de Neap. Illustr. cap.*10. *à num.*33.*cum seqq.* nam alias mercatores cogerentur per diversa loca vagari.

13 Hinc nupèr, suborta controversia inter D. Marchionem Oliveti Regium Consiliarium Marcum Antonium Cioffi Patritium ejusdem Civitatis Salerni & mercatores, ac nonnullos particulares ejusdem Civitatis, & ipsammet Civitatem, prætendentes, posse mercatores morari tempore Nundinarum dictarum de mense Septembris intra Civitatem, ubi tenent privata officina mercaturam exercendi, & in quadam Platea nominata de Sancto Salvatore, ibiquè frui posse immunitate illis concessa, ac si in loco Nundinarum existerent, & mercarentur.

Cumquè ex adverso eisdem opponeretur à præfato Domino Marchione, cæterisquè condominis maritimæ territorij, & apothecarum constructarum extra mœnia dictæ Civitatis, in loco, qui dicitur *Porta Nova*; quod omninò deberent accedere ad dictum locum, uti particularem, & deputatum pro celebrandis dictis Nundinis; Nedùm ex antiquissima consuetudine, sed etiam vigore Privilegiorum Serenissimorum Ludovici, & Joannæ Regum concessorum in anno 1353. Matthæo de Porta, & similiter pro observantia *Reg. Pragm.* 4. *sub tit. de Nundin. & feriis*, §. 1. qua expressè cautum est, per hæc verba. *Che uscita la Bandiera, vadano anco in fiera tutte le Botteghe delle dette Città.*

Ac etiam pro observantia Bannorum Curiæ Magistri Nundinarum prædictarum, per quæ expressè mandatur, quod accedere habeant ad dictum locum extra mœnia, quæ, & conformantur dispositionem dictæ *Regiæ Pragmaticæ.*

14 Et quamvis pro parte dictorum mercatorum, adducebatur esse contra Juris debitum, ut quis coactus, exercere haberet mercaturam, per *Tex. in l. moris*, §. *sunt autem*, *vers. Sed damnari*, *ff. de pœnis.*

Et similitèr, quod esset contra libertatem cogi posse ad conducendum alterius domum, habens propriam, ubi artem exercet, per *Tex. in l. ancillarum* 30. §. *sed pensiones*, *ff. de petit. hæredit.* Dum videmus in propria domo non prohiberi exerceri, etiam lupanarium, & ex *Tex. in l. cum interdum* 4. *ff. de instit. act.* dispositum est, locum emendi, & vendendi, causam non mutare per Jura deducta per *Luc. de Penn. in l. unica*, *C. ne rustic. ad ullum obseq. devocent. lib.*11.

15 Sed à me, qui patrocinabar pro dicto Dom. Marchione, insimul cum Domino Petro Antonio Comite Patritio ejusdem Civitatis generis splendore, integritate, & doctrina perinsigni, ac omni munere digno, & compatrono dictorum locorum, fuit adductum, non posse controverti dictas Nundinas per tot secula fuisse celebratas extra dicta mœnia, ut etiam testatur *Dominus Marchio Torelli Reg. Capyc. Latro in mem. decis.* 191. *tom.*2. *num.*26. *usque ad num.*48.

Etenim in jure exploratissimum est, solius Prin-

Principis esse concedere nundinas, sivè ferias, & deputato ab eodem loco, pro illis celebrandis, vel per longissimam consuetudinem introducto, non
36 est in subditorum facultate locum ipsum variare, illumquè mutare, aut immunitatem dictarum in alium locum transferre, vel extendere, ut fundat *Thesaur. in decis.*264: hoc enim esset, contra concessionis formam, & contra legem operari, non citra delictum, quod leges, nec æquitas patitur; Principis namquè placitum vim legis obtinet, *§. sed, & quod Principi, instit. de Jur. naturali, & civili.*

Rursus Nundinæ, sivè feriæ à *Novar. super rubr. prædicta collect.* 1. *&* 2. definiuntur, esse mercatorum conventiones, certo loco, & tempore mercimoniorum causa, & ante eum scripsere *Thesaur. alleg.* 264. *Franc. Marcus d. decis.* 53: *Christin. d. decis:* 99. per *Tex. in l. unica, Cod. de Nundinis.* Igitur cum certum locum, & tempus requirant, neutrum potest, absq; Principis novo placito, mutari, & variari, ut præcitati DD. tradunt.

Et peritissimus *Alciat. in cons.*43. *lib.5.respons.* Magistralitèr fundat, quod non potest, nec debet mutari locus nundinarum, in quo solitæ fuerunt celebrari, ex longissima consuetudine ex multis, tùm etiam quia dicta consuetudo vim Privilegii habet, & quam vetustissima sit hæc consuetudo celebrandi hujuscemodi nundinas in dicto loco extra mœnia, testatus sæpè citatus *Reg. Capyc. Latr. in d. decis.* 191. quibus confert decisio apud *Novar. qq. forens. p.*2. *q.*73.

Nec urget authoritas doctissimi *Luca* de Civitate *de Penna* Provinciæ Aprutii Regni Neapolitani, (teste *Nicolao Toppio de Orig. Tribunal. lib.* 3. *c.*11. qui ipsum non fuisse Patria Tholosanum, sed de dicta Civitate (explosis iis, qui in editione operis ipsius Lucæ facta per Jacobum Myt de anno 1529. & deindè 1538. per Jo: Chappium Borbonensem, seù per alium ejus nomine prodierunt in lucem,) acerrimè defendit *c.* 12. 13. *&* 14.)
37 hic, inquam *Lucas add. in loco*, conatus fuit multis argumentis fundare, non prohiberi alio in loco emi, & vendi, quamvis consuetudine fuerit introductum, in quadam platea mercatum, & forum fuisse celebratum.

Nam satis diversa est facti species, & jura per eundem alegata (salva pace tanti Viri) ad casum non conferunt, & ipsemet paulò pòst, pro nostra resīdet opinione, etenim ibi sermo fit de mercatu simplici, & rusticorum coadunatione, in quo, cum nulla fruantur immunitate mercatores, parum refert, quod hodie in uno, cras in alio loco fiat, & celebretur, & per consequens ad libitum dictorum rusticorum variari, & mutari benè potest locus; verùm, ut idemmet elegantèr, & ingeniosè advertit, etiam in hoc casu variatio, & mutatio, in tantùm fieri poterit, in quantum novus eligendus antiquiori aptior, & commodior videatur.

In nundinis autem solemnibus, in quibus requiritur Principis Privilegium, deputato loco, non possunt mercatores locum prædictum mutare, aùt in alium transferre, vèl extendere, absquè ejusdem Principis facultate, ex his, quæ suprà adduximus, eò magis quia in casu nostro sumus in terminis dispositionis *Regiæ Pragmaticæ*, quæ est in viridi observantia in Regno, & præcipuè in eademmet Salerni Civitate, in qua dictæ nundinæ semper fuerunt habitæ extra dicta mœnia, quo in loco, & vexillum immunitatum prædictarum, et Regia Statera resident.

Et imminutatim examinando jura, ibi per *Luc. de Pen.* adducta, quod nostræ supra firmatæ, non repugnent, illa sigillatim adducam.

Et primo, *text. in cap. fraternitatem* 54. *dist.* neque inductivè ad propositum facit, nam ibi de Judæis, qui mercimonii causa emerant Paganos, sivè Judæos, præcipit Summus Pontifex iis Christianos fieri volentibus, minimè à Judeis illos venundari posse.

Text. in l. quod si minor, *§.* 1. *ff. de minor.* sermocinantur in quibus casibus gesta per minores rescindenda sunt.

Jurisconf. in l. liberta 11. *ff. de obseq. à lib. & libert. parent. præstand.* loquitur quod Patronus non potest libertum in servitutem revocare, ex quo contra suam voluntatem sua utatur arte: ea propter hoc libera facultas liberto tollitur; quod minimè considerari potest in casu nostro, in quo Actores de Cioffi, & Pirro non prætendunt prohiberi facere Mercatoribus, nè suam unusquisque ad sui libitum exerceat artem, sed quod tempore nundinarum, ut moris communis est Provinciæ, locique, in quo illæ celelebrantur, ibi, & non alibi illam exercere debeant, & juxta legem Regiam, & dictæ *Pragmat.* dispositionem.

Ad *Tex. in l.cum interdum* 4. *ff. de instit. act.* Verùm est, quod locus emendi, vendendiquè causam actionis non mutat; nam semper institutoria actio sibi locum vendicat, sivè in uno, sivè alio in loco negotietur institutor; ejus tamen dispositio non benè sed habet ad casum nostrum; in quo non agitur de actione que ex negotiatione oritur, sed ubi negotiatio fieri debet certo tempore Reipublicæ enim valdæ interest, ut nundinarum tempore omnes in eodem loco conveniant, nedùm ad evitandum fraudes, quàm, ut ementes res viliori pretio consequantur, & emanant per copiam vendentium, ut praxis passim demonstrat.

Ad *Textum in l. ancillam* 30. *§. Sed pensiones ff. de petit. hæredit.* Certum est, quod in propria domo cuilibet permittitur, quodcunque genus artis exercere etiam lupanare; Atqui loquimur quod si tempore nundinarum negotiatio quælibet debeat fieri in certo, & peculiari loco deputato, in quo omnes conveniunt, unusquisque suum exercendo ministerium; & sic facultas non restringitur, nè in sua domo etiam lupinarium quia non exerceat; sed quod tali tempore ibi, & non alibi, pro publica utilitate illud exerceat.

Ad *Tex. in l.* 2. *ff. si à parent. quis manumiss. fuer.* concedimus liberis, & ingenuis hominibus libere esse suorum bonorum alienationem; sed illam tali tempore debere fieri, certo loco, non est adimere liberam facultatem alienandi, & disponendi; Prout leges statuentes, quod res minorum, Ecclesiæ Univarsitatis, & similia, non possint alienari, nisi, certis adhibitis solemnitatibus per illas libertas non tollitur; sed tantùm indicta fuit norma alienationis faciendæ, & forma dis-

disponendi præscribitur, quod in Jure absonum nunquam fuit; Ideò Princeps mandare rectè potest, quod certo tempore, tali in loco, & non alibi mercatura exerceatur, ut cautum est per dictam *Reg. pragm. de nundinis*. Ex hoc enim minimè mercatura prohibetur, volenti illam exercere sed quod in tali loco, & non alio peragatur, accedente publica utilitate, & Prætoris edicto, libertas non infringitur.

Nequè *Tex. in l. quæro* & ibi *Glos. ff. de Jure Patron.* sententiæ nostræ adversatur, quia patronus ex *Scævola* responso, non potest prohibere libertum, ne idem negotii genus exerceat in eadem colonia, idque *Glos.* explicat, quod sit idem, ac dicere (in eodem vico) ex quo longè distat à nostra hypotesi, in qua diversa concurrit ratio; nunquam enim petierunt actores prædicti de Cioffi, & Pinto prohibere mercatores, nè quodcunque genus negotii exerceant, sed quod illud quilibet exercere habeat in loco prædicto nundinarum, uti commodiori, aptiorique utilitati publicæ, & sic retorquendo illius dispositionem, eundem expendimus ad corroborationem nostræ opinionis quod sicuti prohiberi vetitum est per hunc *Tex.* ita ad illud exercendum cogi permittitur, maxime, ubi Reipublicæ concurrit commodum.

18 Quos etenim ignorat, quod finis præcipuus nundinarum constituendarum fuit utilitas humana, cui facilius consulitur relevatis oneribus vectigalium, & sub tutela publica extraneis receptis, qui alioquin sibi metuens nequaquam sua nobis commemorarent; ut dixit *Petr. Gregor. syntag. jur. lib. 25. cap. 3. ex Dionis Alicar. lib. 2. & Macrob. lib. 1.* sententiis.

Vnde Imperatores *Valens. & Valentinus in l. 1.*
19 *C. de Nundin.* tempore nundinarum res, aut personas alicujus sisti, aut arrestari prohibuerunt (& utinam observaretur, quòd tàm pii Principes, tam sanctissimè præceperunt) itaut nundinæ tutæ sint pro debitis, & gabellis; subjunxit *Petr. Pecchiu. Ziric. de jur. sistent. inter tract. tom. 2. cap. 20. num. 3.* ea prorsus ratione, ut merces, quæ proculdubio ad hujus vitæ conservationem necessariæ sunt liberius, & majori copia invehantur, & evehantur, & in proclamatione nundinarum excipiuntur, omninque pacem publicam turbare possunt, & odiosas, noxiasque reddere nundinas quas liberrimas, & utiles omnibus esse convenit, & ob id malitiæ occurrendum est, *l. in fundo ff. de rei vendicat. & in auth. de monach. §. si verò*, idem *Pecch.* ait *loco citato*.

Et divinus *Plato*, summæ prudentiæ authoritatis, dum methodum, qua Civitas bene, ac beatè habitari posset, instituerет, illum pernecessarium esse tradidit quod in primis mercatura exerceri deberet, ubi pluribus agricolis, & artificibus, ac ministris opus est, qui importent, & exportent, singula, quod sine mercatura, minimè annuit, *add. ad Marant.* etiam tanti viri author. fretus *in Specul. Judiciar. prax. verb. ut judic. mercatorum, num. 50. usque ad num. 55. & Joan. Calvin. in lexic. jur. lit. N.* nundinas necessarias, & hominibus per quam utiles ostendit, ex prædicta *Platon.* sententia *lib. 2. civil. conversat*, inquientis, *In Civitate benè instituta, negotiatores in primis esse necessarios*.

Nec *Text. in l. moris, §. sunt autem vers. sed damnari, ff. de pœnis*, obicem facit, nam Actores nunquam ausi fuerunt cogi facere mercatores ad eorum ministerium agendum contra *d. Tex.* dispositionem, sed eisdem volentibus mercaturam exercere, & immunitate frui: potiriq; quæ mercatoribus, certo tempore, scilicet nundinarum à supremis dominis fuit impartita, illam exercere ipsi habeant in loco cui immunitas prædictarum nundinarum fuit concessa, & non alibi, itaut existentes extra dictum locum nulla debeant frui impedimentum.

Preterea eidem *Tex.* ad literam insistendo, quam maxime arrideat nostræ sententiæ, perpendatur quęso tota ejus litera; In ultimis namque verbis respondit *Jurisconsult.* quod potest esse justa causa compellendi, si solitus sit talem facere negotiationem, ut etiam explicavit *glos. in verbo tractaverit, Puta in eo, qui scit id facere, in quod damnatur, aliàs, si nescit, sunt inciviles*, sunt verba *glos.* quæ ecce quam apertis loquitur verbis, quod solitus mercaturam exercere, justa concurrente causa, & rationabili; potest etiam cogi, Igitur poterunt sine ulla legis contradictione, & etiam compelli mercatores, ut ad dictum locum Nundinarum dicto tempore accedant, ad exercendum unusquisque suam negotiationem, & artem, uti soliti.

Nec ad alia nos diffundere fas erit, quæ ibidem Doctiss. *Luc. de Penn* adducit. Posito quod, nec ipse de Nundinis differuit, nec sua tempestate emanaverit dicta sanctio *Pragm.* allegata: cujus expressa dispositione attenta, in quavis Juris communis articuli disputatione frustrà esset tempus terere; illaque adamussim est observanda, uti lex statutaria.

20 Itaquè optimo Jure efflagitabant. Actores predicti observantiam dictæ Regiæ Pragmaticæ, ac Bannorum Curiæ Magistri Nundinarum, & justissimè de anno 1656. ad relationem *D. R. Cons. Aloysii Gamboa*, sub die 2. Junii S. R. C. declaraverat, quod observentur Banna prædicta, donec aliter; dictumque decretum, *referente D. Consiliar. Paulo Staibano*, Viro literis virtute, & nobilitate conspicuo, ac omni eruditione refertissimo, sub die quinta Julii proximi præteriti anni 1661. denuò, in gradu reclamationis, rejecta in integrum restitutione, quam petierat dicta Civitas Salerni fuit per idem S. R. C. confirmatum cujus decreti verba hæc sunt: *Visis supplicationibus porrectis, tam per Civitatem Salerni sub die 16. Mensis Septembris anni 1660. fol. 102. quam per Gubernatores Reg. Dobana Neap.* (qui interesse etiam habebant pro observantia bannorum emanatorum *sub die 13. Februarii currentis anni 1661. fol. 121. infra quatuor dies audiantur partes. Et interim observetur decretum latum per S. R. C. sub die 12. Junii 1656. fol. 9.* penès de Fusco Act. Mag.

Notandum, verò puto in hac nundinarum materia, quod si ante nundinas res vendita sit, quamvis tempore nundinarum tradita, privilegium non obtinebit, nisi intuitu, & causa nundinarum tradita privilegium non obtinebit, nisi intuitu, & causa nundinarum contractum fuerit

vel

vel ea lege, ut in nundinis solveretur, *Chopin. lib.* 1. *tit.* 11. *Andom. nu.*23. *&* 25. *Paul. Christin. dec. Cur. Belgic.* 99. *&* 100. *tit.* 60. *t.* 3. An, & quando nundinarum exercitium per non usum amittatur, & citra privilegium acquisitæ immemorali tempore auferri, & inhiberi possint à Principe; *Natta cons* 511. *&* 512. *Alex. Raudens. respons.*23. *num.*8. *vol.*2. *Thesaur. decis.*264. *num.*3. *Alciat. cons.*208. *Cravett. cons.*592. *num.* 104. *& cons.*640. *per tot.* Ad materiam videas *Caphal. cons.* 342. *par.* 3. *Franc. Marc. dec. delphin.* 53. *Mignon.ad consuet. Andegavens. pag.*20. *col.*1. *Tholos. syntagm. jur. lib.* 2. *cap.* 16. *Gayll. lib.* 2. *pract. observ. lib.* 20. *observ.* 60. *Bern. Gravat pract. concl.*60. *consid.* 1. *& seq. Petr. Rat. ad Consuet. Pictan. art.*63. *tit. de la distinction des jurisdections*; *Petr. Ant. Petra in tract. de potest. Princip. cap.*10. *num.*18. *Sixt. de regal. lib.*1. *cap.*2. *&* 6. Et Baronibus an sit permissum, absque Regia facultate in terris suis mercatum facere *R. de Ponte de potest. Proreg. in rub. de divers. provis. tit. de mercatis, seu nundinis, Jo. Francisc. Capiblanc. de Baron. prag.* 8. *par.* 2. *num.* 52. *Reg. Reverter. dec.* 111. *num.*5. Et mercatores itinerantes, quibus gaudeant pro mercibus quas trahunt, & num fori prærogativa, *Capiblanc. cit. loco num.* 159. *Carleval de Judic. tom.* 1. *num.* 571. *Novar. tom.*1. *de elect. fori, sect.* 2. *q.*22. *nu.* 1. *Paschal. de patr. potest. par.*4. *cap.*4. *num.*43. *Danz. tom.*3. *de pugn. DD. tit. de sentent.forindicat. cap.* 11. *num.*42.

RITUS CXVII.

ITem prælibata Curia solet servare hanc practicam, quod data commissionis cujuslibet, vel datæ citationis cujuscunque, potest fieri sub quocunque die etiam feriato, die etiam Paschali: & ea, quæ occurrunt in dicta commissione, vel citatione (si sit actus juridicus) debent fieri die non feriato: puta, debet quis citari die non feriato. Et attenditur, utrum sit feriata, vel consuetudo loci in Regno in quo loco fuit facta citatio, vel ille alius actus, quando tamen committuntur citationes apertæ, sicut quando quis debet citari, qui sit in loco, ubi Curia regitur, & ejus loci pertinentiis: tunc dies datæ talis citationis debet esse juridicus, secundum consuetudinem dictæ Curiæ, in ipsa Curia diutius observatum.

SUMMA RERUM.

1 *Citatio decerni die festivo, an prohibeatur, & quid usus admittat.*
2 *Dictio (etiam) cujus sit virtutis, explicatur.*
3 *An peccatum vitetur, decernendo citationem die festivo.*
4 *Exequutio realis, aut personalis, fieri non possit tali die.*
5 *An possint libellus, & articuli præsentari. & audientia testium committi.*
6 *Diebus festivis in honorem Dei inductis, absq; peccati labe, lucro mediante, Avocato, an liceat studere.*

PRæcedentis *ritus* verba duo inter alia conti-
1 nent vetita fieri in die feriata, scilicet, intimationem, & obligationem ad comparendum; iste verò loquens de expeditione citationum, annuit posse fieri, etiam die Paschali. Quam conclusionem utique fovent illic cumulata; exemplificat autem noster *ritus* in die Paschatis, ut cum sit aliis omnibus diebus iste solemnior, credatur
2 multò magis licere in aliis cum, eamque illis utatur verbis *etiam in dies Paschatis*, natura præfatæ dictionis (*etiam*) quia est ampliare, & extendere, quod prius dictum erat ad casum magis dubitabilem, per *Cravet. cons.*294. *sub num.*7. *& Caval. can. decis. fruis.*25. *num.*16. *par.*3. majus dubium certè verlabitur, si in illo die, quam in aliis liceret, & dùm annuit, præcedentemque statutam resolutionem extendit ad ipsum Paschatis diem, itidem ad alios, quamvis sint ex solemnioribus, dilatare videtur, atque illud ipsum concedere, scilicet, quoad validitatem, *Muscat. in prax. lib.* 1. *par.*2. *gl. intimato num.*20. *Grav. par.*4. *declar.* 2. *num.*5. *Gulter. in prax. instrum. par.* 3. *rub.* 2. *num.*43. *Viv. opin.*992. *Foller.*, *in pract. crim. rub. vel eos verbaliter citari fac. num.*33. quem explodit *Danz. de pugn. DD. tom.* 2. *tit. de fer. cap.* 2. *vers. primo casu*, dum tradidit hunc Ritum contradicere *Foller.* cedùm hos *ritus* non contrariari sed unum, ac idem statuere, *Scialoya* hujus *rit.* memor *in prax. forindic. cap.*5. *num.*20. & declarat *Jo. Bapt. Ventrigl. in prax. rer. notab. ann.* 16. §. 2. *de diebus festivis num.*31. *lib.*1. non ut vite-
3 tur peccatum, quod suum non est impedire: quia & nostris temporibus, neque usu admittitur hujus *ritus* observantia, quo ad validitatem, cum fieri illis diebus non amplius sit in more, juxta *Afflicti* effatum *in constit. Regn. si quem nostrorum num.*6. *rub.* 95. idque scripsit *Episcop. Campanil. in diversor. jur. canon. rubr.*12. *cap.*13. *sub num.*
4 100. ubi etiam, ne fieri possit exequutio realis, aut personalis probavit, cujus dicti veritatem extricant *De Angel. ad Foller. pract. crim tit. notatos capiat, num.* 26. *Manson. de cons. exequt. ampl.* 1. *num.*3. *Reg. Rovit. in rub. de fer. num.* 8. & nos alibi. Verùm citationem posse expediri die feriata; tradunt, præter adductos *DD. Marant. in verbo recte concipiat. cit. num.*119. ubi de *rit.* M.C.V.183. meminit *Muscat.* qui breviter se expedit, *in p.*2.*Gl. intimato n.*19.*vers. tertio quæro*, laudans hunc Ritum *Consil. Campana resolut. ad mater. forindic.* 18. *num.* 3. tradens jure Ritum attento, relationem Nuncii, die feriata factum esse validam in quo *Bald. in l. dies festos, C. de fer. num.* 3. pro, & contra, tenet, de tribus actibus distinguens, commissionis, videlicet, intimationis, & relationis, & *additio ad Bart. in l.* 1. §. *nunciatio*, *num.* 30. eam fieri posse die feriato, notat quia hoc approbat consuetudo per quam feriis derogatur secundum *Glos. notab. in l. quinquaginta, C. de fer. in ultim. ver. quod nota, in c.*

n. de dilat. & dicit esse videndum *Bart. in extravag. ad reprimendum, vers. de plano, & Bal. in l. minor.*, *C. in quib. caus.* & *addit.* ad ipsum *Bal.* alios laudat DD. feriatis diebus libellum dari posse, dicit *Glos. in l. 1. ff. de fer. verbo compellendi.* laudans *text. in l. miles, §. sexaginta vers. de plano videas, ff. de adulter.* quo tex. fretus respondi, articulos die dominico præsentari posse, quia offerre scripturas non est actus judicialis, ut dicit *Afflict. in const. Regni lite legitimè num.* 24. sic, & audientiam testium posse committi, ex *Crescent. decis. unic. tit. de fer. Novar. collect.* 95. notat
5 *Dans. addit. tit. de fer. cap. 1. num.* 19. sed in nostri Regni Tribunalibus in diebus feriatis, nec scripturæ præsentantur, nec audientia committitur. Sed an patrocinium præstari possit in die feriata, *Amat.* inquirit *dec.* 22. cujus meminit *Novar. in prag. 2. de fer. collect.* 95. *num.* 3. lateque pertractat *D. Judex Franc. Mar. Prat. observ.* 69.
6 tradens licitum esse Doctoribus, etiam in diebus festivis in honorem Dei inductis, absque peccati labe lucro quoq; mediante, studere, dummodò divina non deserantur.

RITUS CXVIII.

Triduum expectatur post citationem.

ITem nota, quod si fit mandatum alicui extraordinarium (tamen non in aliqua causa, in qua sit inchoatus processus) ad aliquam pœnam, semper expectatur ille cui est factum mandatum, triduo ut fit in citationibus ordinariis, & hoc semper servavit, & servat ipsa Curia de consuetudine antiqua.

SUMMA RERUM.

1 *Mandatum quale dicatur extraordinarium, & quale ordinarium.*
2 *In utroq. ut secunda incusetur contumacia requiritur, ut triduum labatur, post primam contumaciam, cum aliis.*
3 *Princeps si quid extraordinarium demandet, exequutor debet expectare secundam jussionem.*
4 *Liquidationem instrumenti, quæ anteire debeant.*
5 *Actus citationis, si veniat expediendus certo die, & is fuerit festiuus, in sequentem diem non festiuum transfertur.*
6 *Contumacia debet accusari, sedente Curia pro tribunali.*
7 *De triduo expectando in citationibus ordinariis, in causis criminalibus, & liquidationis instrumentorum, loquitur, remissiuè.*

1 MAndatum extraordinarium illud esse videtur, quod expeditur in causis non agitandis ordinariè, sed attentis verbis hujus *Ritus*, in quibus non est inchoatus processus, & proptereà extraordinarium dicitur mandatum, cujus meminit *ritus* 109. qui insuper exemplificat in mandato super tenore instrumentorum, & cum *rit.* 94. ostendisset, incusata prima contumacia in illis expectandum esse triduum, antequam accusetur postrema, & dubitari posset, si hoc ipsum obser-
2 vandum quoq; esset in istis, nimirùm, si præsens *Ritus* volens omnem auferre dubietatem, statuit id ipsum fieri debere, & nos addimus id optima ratione dispositum; quin, & fortasse longius tempus in extraordinarijs mandatis ferè requisitum, indulgendum erat, quo non opus est in or-
3 dinarijs, etenim, si quid extraordinarium tibi mandavero, secundam expectes jussionem, dicit *Imperator in §. deinde, in Auth. de mand. Princip. & §. & hoc verò, in auth. & nulli. Judic. cap. si quando, de rescript. cap. pastoralis, de fid. instr. cap. si quando, de offic. deleg. Marant. disp. 1. Affl. in constit. pacis cultum.* Unde *tex. in l. si vendicari, Cod. de pœnis à Divo Ambrosio* statutus (teste *Niceph. Calist. 12. lib. histor. Eccles. cap.* 41.) mandat, Judicem differre, usq; ad triginta dies, exequutionem sententiæ, quam Princeps ultra modum mandat, quem *text.* literis aureis pingendum, dicit *Jodoc. in prax. rer. crim. cap.* 82 *in tit. de bello*, & plura notatu digna, recenset *Avar meus ad Gramm. dec.* 36. *à num.* 9. quibus fortalsè suffulti Proreges, aut delegati, & Præsules non illicò exequuntur suorum Principum arduas jussiones, nisi responderint, illosq; prius erudierint de negotij veritate, cujus cum idem Princeps cognitionem habuerit, si rursus fieri illud demandaverit, ei omninò parendum est, secundæq; jam dictæ jussioni obtemperandum; ut adductis in juribus asseritur; qua quidem constabilita assertione, ad veram hujus rei notitiam habendam, rapetimus, cognitionem causæ requiri
4 in causa liquidationis instrumentorum, teste *De Franchis dec.* 405 *sub num.* 6. ideò mandato, seù citatione hujusmodi super tenore instrumenti notificata, incusandam omninò esse die sequenti primam contumaciam, eò quod citatus comparere in banca Actuarij in terminis liquidationis instrumentorum, nusquam potest, sed tantum Curia pro Tribunali sedente, & consecutivè ipse incusata prima contumacia, prolabi integrum triduum oportet, in quo neq; dies prædictæ incusationis, neq; altera secundæ, incusationis faciendæ Curia sedente numeratur, eaq; facta, creditor, per spatium unius mensis, potest interloqui facere super liquidatione, eoque elapso, dictaquè liquidatione non intercedente, iterùm exordiendum est, & prior citatio præmittenda, non secus, ac si posterior contumacia in prima dicta Curia post triduum non fuisset incusata, quod si prima superveniens Curia, non elapso triduo, sed infrà illud occurrat, si die lunæ citetur, & die martis proptereà incusetur prior contumacia, quia subsequentibus diebus mercurij, Jovis, & Veneris, currit triduum, tunc ad sequentem diem, in qua regitur Curia, protelatur accusatio alterius, & ultimæ contumaciæ, quod etiam attenditur, si illo elapso, prima dies, qua solet regi, esset feriata, quippè quod protenditur ad primam diem, qua re vera, Curia ipsa regitur. Quod triduum quoq; expectetur in citationibus ordinarijs, probant *rit.* 97. & 226. & consequutivè præsens *rit*

fatur

fatur de secunda contumacia, prior namq; incusatur eadem die, juxta *rit.* 223. *& prag.* 3. *de ordin. Judic.* itaq; ista, quæ accusatur prima die juridica, elapso triduo, post primam contumaciam, erit secunda, scilicet ultima, juxta præfatum *rit.* 223. & inibi notata per *Carav. sub num.* 8. & melius *rit.* 183. *in princ.* ejus autem citationis actus, si veniat expediendus aliquo certo die, & is fuerit festivus, in sequentem non festivum transfertur, *Viv. decis.* 11. *num.* 11. *lib.* 1. *de Franch. decis.* 639. *Gallup. in prax. S.C. cap.* 4. *tit. de contumacia, num.* 5. *&* 6. *Ricc. collect. decis.* 74. cum distinctione tamen posita per *Carav.* & à meipso compro-
6 bata, *rit.* 219. quin, & ipsam desiere in Regno accusari, sedente Curia pro Tribunali, ex multis deducit *ritibus*, idem *Viv. dec.* 138. *sub num.* 24. Cæterùm de triduo expectando in citationibus ordinarijs, sermocinantur *Marant. in spec. par.* 6. 2. *memb. de contumac. in princ. & num.* 67. *Rovit. in prag.* 3. *num.* 6. *de ordin. Judic.* in criminalibus *Foller. in prax. crim. rub. accusentur contumaciæ, num.* 2. *Nantius Tartagl. in marg. fisc. cap.* 6. *num.* 8. & liquidationis instrumentorum, *Galter. in prax. instrum. par.* 3. *princ. nu.* 9. *& per totam*, *Muscat. in prax. lib.* 1. *par.* 2. *Gl. Tribunali*, *num.* 8.

RITUS CXIX.

OBservat ipsa Curia, & omnes aliæ Curiæ hujus Regni, quod ubi quis citatur, ut quintodecimo die, vel alio quocunq; post citationem compareat in dicta Curia, non computatur in illis quindecim diebus illa dies, qua fuit facta citatio .i. qua fuit citatus.

SUMMA RERUM.

1 *Ritus isti observandi, necne sint extrà Neapolim.*

2 *Dies termini, àn computetur in termino; negativam sustinet opinionem Carav. ita ex hoc Ritu, & deducit Trentacinq.*

3 *Auctor eorum, & cæterorum assentitur assertioni, ut illa dies non connumeretur, desciscit tamen à Carav. & Trentacinq. effato, quod isthæc sit hujus rit. observantia.*

4 *Ritus utitur dictione (post), qua dies, qua quis fuit citatus, excluditur.*

5 *Auctor insequendo distinctionem Trentacinq. tradit, quod ultima dies termini computetur, prima verò dies intimationis termini non connumeretur.*

6 *Hancq; opinionem Tribunalium consuetudo, stylus, & DD. placita, tùm antiquiorum, cùm recentiorum, admittunt.*

7 *Quid vero dicendum sit in lege, pragmatica, aut banno.*

IStæc in *Ritu* verba, *Aliæ Curiæ hujus Regni*, præseferre videntur extra Neapolim haud custodiri, & observari cæteros alios *Ritus* simpliciter loquentes, ut quoquè advertimus super alijs in *ritibus*, alioquin addita incassum illa fuissent in hoc *Ritu*, si extra Neapolim, ubiquè observandi essent omnes.

Hujus verò *Ritus* tractationem consistere, in ea pervulgata quidem, sed [illegible] quæstione, dicit *Carav.* [illegible], an dies termini computetur in ter-
2 mino, in qua, prætermissis distinctionibus DD. concludere, addit *Carav.* nè computetur, atq; ita ubiq; servari in Regno, & consuetudine receptum, dixerat *Jas. in l.* 1. *num.* 2. *ff. si quis caution.* firmat *Didac. Perez in l.* 1. *tit.* 2. *lib.* 3. *ord. col.* 828. quamquè regulam ampliat, restringitquè *Duen. regul.* 196. *&* 197. *Imol. cons.* 101. *Marant. sing. verbo dies*, *Fusc. sing. lit. D. Caravit.* adducens, *Guid. Pap. dec.* 270. *Joseph Vela dissert.* 18. *num.* 8. quin, id ipsum ex hoc etiam deducit *Alex. Trentacinquius lib.* 2. *variar. resol. tit. de dilation. cap.* 1. *in vers. Ego non discederem, sub num.* 3. & rursùs *num.* 12. Verùm assentimur nos prædictæ assertioni, ut illa dies, haud connumeretur in termino ipso, sicuti, & inferius probabimus, desciscimus
3 tamen ab eorumdem *Carav. & Trentacinq.* priori assertione, quod isthæc sit hujus *Ritus* observantia, quandoquidem neuter eorum perpendit dictionem (*post*) qua noster *Rit.* utitur. Ait enim
4 *ubi quis citatur, ut quintodecimo die, vel alio quocunq; post citationem compareat, non computetur dies, qua fuit citatus*, quod etiam asseritur in *rit.* 123. quandoquidem dictio (*post*) in citatione apposita, expressè, nostra sententia, excludit illam, qua fuit citatus, ad tradita per *Card. Tusch. pract. conclus. to.* 2. *lit. D. concl.* 336. *Io. Christoph. Sneles cons.* 15. *num.* 4. *lib.* 1. *cons. diversor.* Verùm, si prædicta careret dictione, ac simpliciter juberet, comparere die decimaquinta, an dies exequutæ citationis numeranda esset inter illos quindecim dies, non aperit iste *Rit.* nec alter memoratus 123. ille expressioribus verbis adjungat pro ratione, verba illa, *dies, quo fit citatio, non computatur in termino*, attamen videntur referri ad casum anteà propositum, citationis mandantis comparere post dies præscriptos, itaquè ubicunquè fuerit simpliciter constitutus, non comprehendant, & propterea sub dispositione Juris communis remansisse, ad *l. commodissime, ff. de liber. & posthum. l. si extraneus, ff. de condit. ob causam, c. susceptum, de rescript. in* 6. *& Alex. cons.* 42. *sub num.* 3. *vol.* 3. Quamobrem altiùs rem ipsam exordiendo, distinguimus cum *Trentacinq.*
5 *indic. cap.* 1. *num.* 2. & dicimus, vel quæri, an ultima dies termini computetur, & certum sit, computari, ut ille ait, post *Specul. in tit. de appellat.* §. 1. *num.* 3. *& Ias. in d. l.* 1. *ff si quis caut. & text.* opitulantur *in l.* 1. §. *quod dicimus, ff de success. edicto, & l. Pater*, §. 60. *ff. de adult.* vel quæri, an connumeretur prima dies assignati termini, sivè intimationis illius, & tunc contentio est inter DD. quorum plures annuunt, & computari credunt, quos idem *Trentacinq. sub num.* 3. recenset, alij verò prorsùs negant, quos illemet deindè commemorat, quibus addimus *Soccin. in regul.* 16. *Petrum Fridericum Myndanum in tract. de process. & mandat. lib.* 2. *cap.* 18. *Tusc. concl.* 409. *lit. D. & conclus.* 6. *lit. T*, *Guttierez pract. qq. lib.* 2. *q.* 154. *Ceball. q. comm.* 401. *Parlador. lib.* 2. *rer. quotid. par.* 5. *cap. fin.* §. 10. *num.* 3. *& Tiraquell. de retract. lignag. Glos.* 11. *à num.* 17. Isthæc tamen assertio verior citra dubium apparet, & multo-
6 rum

rum Tribunalium voto, ac decisione comprobata, præsertim decisione Cameræ Imperialis, apud *Mysinger. observ.* 15. *cent.* 1. Senatus Gratianopolitani, apud *Guid. Pap. dec.* 271. Rotæ Spirensis, apud *Gasparem Gulsel. decis.* 94. *par.* 3. Rotæ Romanæ, apud *Tholosheum decis.* 763. *par.* 3. *lib.* 3. *divers.* Senatus Cathaloniæ, apud *Fontanell. decis.* 409. *num.* 3. & 15. memorem styli hujus Regni Regni Aragoniæ, penès *Petr. Molin. in prax. Jud. process. crim. absentia*, *vers. Adverti*, *fol.* 331. Illa tamen complures patitur restrictiones, quas iidem *Soccin. Tiraq. & Tusc.* referibunt, quibus, & illam adjungimus, si dicat, infrà decem dies, ex *Castrens. cons. mihi* 398. *sub num.* 1. *lib.* 1. prout si dicat, post decem dies, juxtà *Ritum* nostrum, alterumq; prædictum 123. in quo casu loquens *Martha* id ipsum dixit *voto* 135. *num.* 3. in termino etiam ad articulandum computari, decidit eadem *Tholomei decis.* 768. anteà verò recensitæ auctoritates *DD.* ad regulam comprobandam, nostra interfunt ad sciendum prædictam sententiam, & regulam, non tantum militare in termino dando, sed in quovis decreto, statuto, aut lege, ad præscriptum in eo terminum demandante, aliquid fieri; etenim, si *Carav.* ita intelligit, vel potiùs extendit hunc *Ritum*, specificè in termino loquentem & *Carav.* insequitur *Francisc. Maria Prat.* post hæc delineata lectus lepidè materiam pertractans, *observ. pract.* 40. *à num.* 40. Multò magis ita declarandos esse existimamus jam citatos *DD.* generatim, & simpliciter verba facientes, cùm eorum plerique in alijs casibus, quam termini dati, agant;
7 Quid verò dicendum sit lege, sivè pragmatica, aut banno, prohibente aliquid sub pœna fieri, an devinciat contrafacientem eadem die promulgationis. Tu, candide Lector, attentiùs perscrutando, intelligere facilè poteris, quid sit dicendum.

RITUS CXX.

Item servat ipsa Curia, quod si quis citatur de mandato dictæ curiæ, ut tanquam principalis, & legalior veniat responsurus super tenore articulorum, seu exceptionum, aut positionum: & non venit: tunc curia habet eum pro confesso: & ita determinatum fuit in causa Antonii de Celano, est verum, quod in ultima ipsarum citationum debet inseri totus tenor articulorum, seu exceptionum: & à dicto decreto nunquam appellatur.

SUMMA RERUM.

1 *Cum principalis non curat deponere, quid agendum, & quibus decretis utendum.*
2 *Ultimum decretum, quod habeatur pro confesso, vel habeatur, prout deterius, omninò requiritur.*
3 *Quid verò, si examinandus sit absens.*
4 *Postremum decretum, debet notificari personaliter.*
5 *Recognitio apocæ in contumaciam, an paratam habeat executionem.*
6 *Verus contumax, quando quis dicatur.*
7 *Causæ, ad quas nullatenus respondere principalis obstringitur, remissivè recensentur.*
8 *præfatis non obstantibus decretis auditur, qui legitimas impendimenti excusationes producit.*
9 *Regulariter non admittitur audientia, & mora purgatio, præsertim in recognitione scripturæ, & post sententiam, & S.C. scitum subnectitur, num.* 10.
11 *Sufficit unum ex tribus præceptis, & si non postremum, personaliter notificetur.*
12 *Adversus hujusmodi decretum, admittitur probatio in contrarium.*
13 *Non verò appellatio.*
14 *Partes, quando queant revocare confessiones, & declarationes factas, tùm in Judicio, tùm extrà, remissivè.*
15 *Qui dixerit se non esse hæredem, validè revocabit effatum, annuendo se esse, & quando talis confessio noceat, quoad absentes.*
16 *Multa de confessione, remissivè.*

Cum hoc *Ritu* concordant *Rit.* 70. & 79. verùm, ut utriusq; dispositio procedat, ea concurrere oportet, quæ *Afflict.* edisserat, *in constit. Partes in judicio*, ut advertit *Ann. sing.* 406. quin, & postmodùm mos ille invaluit interponendi tria
1 decreta, ut quis dicatur confessus. Quorum primum, ut, scilicèt, deponat tanquam principalis infra biduum, & intimetur, quo elapso termino, aliud interponitur, quod infrà aliud biduum precisè, & peremptoriè deponat, aliàs providebitur, & intimetur. Quo notificato, & biduo elapso, tertium profertur, quod infra aliud biduum, præcisè, & peremptoriè deponat, aliàs habeatur pro confesso, quandoq; solet dici, aliàs habeatur, prout
2 deterius, quod decretum omninò requiritur, ut per *Senat. Pedem.* apud *Cacher. dec.* 5. *nu.* 4. quam quidem praxim recensent *Muscat. in prax. civil. par.* 5. *Glos. legalioris*, *sub num.* 16. & *par.* 1. *Glos. Reus*, *num.* 9. *Carrab. in sing.* 33. & 126. *Capiblanc. de Baron. prag.* 3. *num.* 55. *Ann. add. sing.* 406. *D. Consil. Rocc. lib.* 1. *resp.* 29. *num.* 7. *Gizz. ad Capyc. Latr. decis.* 86. *num.* 6. *lib.* 1. *Nicolin. in prax. Judic. Civil. num.* 100. quam, & nos pluriès observatam, vidisse testamur, adducto in *rit.* 79. passimquè incedere, nemo Curialium dubitat, tùm ex hoc *ritu*, tùm ex *prag.* 8. *de ordin. Judic.* quorum jurium meminit *Reg. Capyc. Latr. lib.* 2. *consult.* 136. *num.* 3. cum tamen examinandus præsens
3 est, ut illic adjunximus, cùm verò absens, altera attenditur illic rescripta praxis, quod quidem ultimum decretum notificari debet personaliter,
4 *Muscat. in prax. lib.* 1. *p.* 5. *add. Gl. legalioris*, *nu.* 19. *Rifal. ad Tartagl. in prax. civil. c.* 154. *num.* 29. idemq; voluit *Covar.* in simili quæstione de contumace, nolente apocam recognoscere, *lib.* 2. *variar. cap.* 11. *num.* 4. *circa finem*, *Cavans. rit.* 120. *num.* 37. *Apicell. de tutamin. pauperum tit.* 1. *de quinquennal. dilat. num.* 16. *Roman. sing.* 723. *num.* 2.

Sed an apoca recognita in debitoris contuma-
5 ciam, prævio decreto, quod habeatur pro recognita, executionem habeat paratam, adeò quod debitor non audiatur, nisi in vinculis, vel facto deposito, affirmativè resolvit *Prasid. Franch. dec.*

502.

goa. cum memoratum decretum vim veræ , ac
realis recognitionis habeat , *Corn. conſ.*229. *num.*
95. *&* 138. *lib.* 3. *Novar. qq. forenſ. par.* 2. *q.* 70.
Caballin. milleloq. 655. *&* 668. *Manſon.de cauſis*
*execut. lib.*1.*q.*5. *num.* 42. *Capiblanc. de Baron. in*
*prag.*16. *num.*86. *Urſill. ad Affl. dec.*85. *num.*4.*&*
*de Franch.*deciſionem tuetur doctiſſimus *Jo: Domi-*
*nic. Gaitus in tract. de credit. c.*2. *tit.*8. *nu.*2915.
adverſus ea , quæ in coutrarium dixit *Jacob. Ma-*
ſull. ad Capyc. deciſ. 139. *num.* 12. & confirmat
*Dom. Conſil. Rocc. add. reſp.*29.*n* 5.
6 Verus contumax quando quis dicatur , *Man-*
ſuer. in prax. tit. de contum. collect. 1. *Balb. deciſ.*
254. *Hercul. in tract. de cau. de non offend. c.* 51.
*num.*33. *Gram.conſ. crim.* 45. *num.* 26. *Battand.*
*in prax.crim. regul.*19.*num.*3. *Veſtr.in prax.lib.*7.
7 *cap.*3. *num.*22. *&* 53. cauſas verò , ad quas nulla-
tenus reſpondere obitringitur principalis , ultra
Marantam , *& Muſcat.* collexit *Jodoc. in prax.ci-*
*vil. capit.*154. *à num.* 6. *ad* 22. *Joſeph Lud. deciſ.*
*Lucenſ.*5. *num.*37. *&* 42. *& dec.*44. *num.*36. *Ma-*
*gon. deciſ. Lucenſ.*5. *n.*30.
8 Prædictis autem prolatis decretis , non am-
plius auditur , qui deponere non curavit , niſi le-
gitimas , & efficaces excuſationis deduxerit cau-
ſas , illas , nempè , quas *Gl.* commemorat *in cap.*
2. *de confeſſ. in* 6. tametſi neq; nos practicaveri-
mus , neq; ab aliis conſultò à nobis interrogatis,
obſervatum vidiſſe , meminerimus , id tamèn eve-
nerit nè , quia partes nullam habuerint excuſa-
tionis cauſam , àn quia non adverterint, ſivè non
crediderint audiri poſſe , producendo validam ex-
cuſationem , ignoramus, ſatis eſt neminem noſtro-
rum vidiſſe , ſicuti neq; nos vidimus , valida pro-
poſita cauſa , ejectum comparentem , eiq; dene-
gatam facultatem deponendi. Regularitèr tamen
9 non admitti , & moram non purgari , in recogno-
ſcendo potiſſimùm ſcripturas , concludit *Apicell.*
*mox indic.loco num.*17.conferuntq; *Carſet.in tract.*
*de verbor. gemin. num.*22. *Bar. in l. ſi is cui* , *ff.de*
*leg.*2. *Dec. conſ.*140. *col.*3. *Cacb. add. deciſ.Pedem.*
5. *Lud. dec.Luc.*44. *num.*43.*Cavalcan. deciſ.*27. *n.*
60. ex *Tex. in l. ſi inſulam* , *ff. de verbor. obligat.*
10 *Giuzar. dec.*49. ſubnectens , amplius non licere
poſt ſententiam , & obtinui in S.C.ſub die ultimo
Octobris 1650. in cauſa creditorum quondam
Antonelli Mazzella , & Andreæ Pappagallo, ad-
verſus Franciſcum Antonium Biancum , & pro-
poſitis nullitatibus , potiſſimùm non fuiſſe ulti-
mum decretum, injurgens apocæ recognitionem,
aliàs haberi pro facta , perſonalitèr notificatum,
de menſe Novembris ejuſdem anni , *referente D.*
Conſiliario Marco Antonio Croſſi Marchione Oliveti,
cum interventu Spectab. Præſid. S C. D. Bernar-
di Zufiæ , manavit ſcitum , illas non obſtare , in
banca Litti , quin habuit pro vero , ſupremus ille
11 Regni Areopagus , ſat eſſe alterum ex tribus
præceptis , & ſi non poſtremum , perſonalitèr no-
tificatum fuiſſe , ex exaratis à *Ricc. Epiſcop.* in ci-
tatione ad excommunicandum , *in prax.fori Ec-*
*cleſiaſt. cap.*428. *n.* 6. videas *Pegner. tom.* 2. *deciſ.*
*cap.*70.*pag.*181.
12 Adverſùs verò hujuſmodi decretum , àn pro-
batio in contrarium admittatur, affirmativè reſol-
vit *Menech. de præſumpt. lib.*2. *præſumpt.*70.*n.*9.
Peregr. de jur. & privileg. fiſci lib. 2. *tit.*1. *num.*
10. *& ſeq.* àn verò appellatio,extricant *Ann.ſing.*
*cit.*406. *Surd. conſ.*360. *vol.*3.*Marant.in ſpec. par.*
6. *de appellat.num.*158. & hujuſce *Ritus* decreto
13 negativè reſpondet *Reg. Sanfelic. in prax. Judic.*
*ſect.*38. *num.*31.
14 Quando verò partes valeant revocare confeſſio-
nes , & declarationes in Judicio , & extra factas,
probato juſto errore , *Reg. Reverter. deciſ.* 90. *&*
deciſ. 523. & ad eum *D. Reg. de Marinis* , idem
Reg. Sanfel. demonſtrat *ſect.*45.*&* 54. illam potiſ-
15 ſimùm , quandocunq; revocare quibit , ſi pri-
mùm quis dixerit ſe non eſſe hæredem , & poſteà
ſe eſſe , annuat , *l. de ætate, §.fin.ff. de interrogat.*
action. & admonet *Reg.* ipſe *ſect.*45.*ſub num.* 10.
verſ. verùm ſi , & àn talis confeſſio ab aliquo fa-
cta coram uno Judice , ſe eſſe hæredem præjudi-
cium ſibi inferat , quoad alios abſentes , ad intel-
lectum , *tex. in l. fin. ff. de interrog.action.de Franc.*
extricat *deciſ.*694. *Conſil. Staiban. reſol. forenſ.*26.
in fin. & reſol. 86. *lib.* 1. *Paſchal. de patr. poteſt.*
par. 4. *cap.* 10. *num.* 20. *Thor. in compend. deciſ.*
verb. confeſſio , & noviſſime hoc diſcutit , exami-
natis omnibus à *Præſidente de Franch.*adductis, *Jo:*
*Baptiſta Mucci quæſt. forenſ.*4.
Cæterùm multa ad materiam hujus depoſitio-
nis ſpectantia , necnon ad alteram declarationis,in
caſibus , in quibus de jure tenetùr ipſe principa-
lis deponere , aut declarare , copioſè congeſſimus
ſuper *add. rit.* 70. atquè *rit.* 300. & multa ad
16 confeſſionem pertinentia , tradunt *Theſaur. dec.*
109. *Maſcard.de probat.lib.*1. *concl.*347. *R. Capyc.*
*Latr. mem. conſul.*136. Et de confeſſo, qui valeat
dicere de errore , & docere de negativa , coarcta-
ta loco , & tempore in criminalibus , loquitur
*Danza de pugn. DD. to.*3.*cap.*1. *tit.de confeſſis à n.*
8.*poſt Gram.deciſ.*56. *& Cavalc. de bracch.Reg.tit.*
*de probat.teſt.par.*3.*n.*11.

RITUS CXXI.

ITem ſi quis impetrat citationem à dicta curia:non poteſt eam tenere ſemper , & non facere citare eum , contra quem impetravit. Sed debet curare dictus impetrans , quòd citetur adverſarius ſuus, & in criminali banniatur , & condemnetur , & in civili , ut condemnetur in ſex menſes , ſi eſt propè locum , ubi curia regitur per unam dietam , ſi verò eſt infra duas dietas , tunc infra octo menſes, ſi verò ultra duas dietas uſquè ad quatuor incluſivè , tunc infra decem menſes , ſi verò uſque ad quatuor infrà annum . Aliqui dicunt infra ſex menſes in omnibus prædictis caſibus , ubiquè per Regnum : aliàs citatio evaneſcit , & ſic determinatum fuit in cauſa Domini Jacobi Barilis.

SUMMA RERUM.

1 *Circumductio quid denotet , potiſſimùm in cita-*
tionis materia.
2 *Citationem duobus modis dici circumductam , ex*
magno praxis Muſcatelle enucleatore ; oſtendi-
tur.
3 *Illa , ſeù potiùs mandatum de citando infrà ſex*
menſes , intimari poteſt à die data.

4 Cir-

4 *Circumducta citatio non est citatio præscriptionem non interrumpit, litisq; pendentiam non inducit.*
5 *Sola libelli oblatione parti notificati, inducitur pendentia litis.*
6 *Si Judex infrà sex menses obierit, vel functus sit officio, citatio ab illo subscripta, àn valeat.*
8 *In exequutione verò decreta ab extincto Judice, quid etiam sit dicendum.*

1 Circumducere idem est quod, cancellare, *l. post dictum, §. circumducto, ff. de judic.* ali-
quando significat destruere, *l. acta ff. de re Judic.*
in materia verò citationis, cicumducere est pro-
priè idem, quod tollere, *Abb. in cap. consuluit, de
offic. deleg.* quamvis si citationem circumductam
explicaremus cancellatam, sive destructam, in ef-
fectu importaret idem quod sublatam, scilicet,
quæ evanuit, juxta verba præscotis *Ritus*; Ad
cujus declarationem reperi summum practicum
2 *Muscatellum*, cæteris melius explicantem, &
quidem brevibus verbis, *in praxi civili par. 2.
glos. Tribunali, à num.* 8. Ait enim duobus modis
circumduci citationem. Primò, quippè respectu
datæ: altero respectu contumaciarum. Primus,
siquidem, modus exemplificatur, cum actor
3 infra sex menses num randos a die datæ citationis
minimè curavit, ut illa intimaretur adversario de
quo loqui præsentem *Ritum* advertit, eamque
tunc circumductam esse scribit, & fatentur *Nunt.
Tartagl. in prax. civil. cap. 4. num. 8. Paul. Galter. in prax. Instrum. par. 3. rubr. 12. num. 50. & p. 3. principali num. 4. Reg. Sanfelic. in prax. Judic. de ord. Jud. num.* 3. quin in ipso semestri om-
nia necessaria adimplenda esse nempè, omnium
contumaciarum incusationem; alioquin dici cir-
cumductam citationem, scribit *de Franch. dec. 232. n. 3. & decis. 471. nu. 1.*

Alter vero exemplificatur, cum exequuta ci-
tione, Reo non comparente incusata non fuit
contumacia, & loquitur sequens *rit.* 122. tùm
neutra parte comparente *Tusc.* qui multa cumu-
lat, *in conclus. 233. à nu. 4. lit. C* etiam si citatio sit
ad sententiam, *Cæsar. de Grassis dec. 104. seù 11. n. 2. de sent. & re judic.*

4 Quod verò circumducta citatio non dicatur
citatio; loquitur idem *de Franch. decis. 232. nu.* 4. in terminis hujusce *ritus*, cujus meminit *Reg.
Capyc. Latro decis. 69. lib. 1. Molfes. cons. 4. num. 31. Cacher. dec. 14. num.* 37. nullamque illa parit
effectum, nec præscriptionem interrumpit, *Franc. Balb. de præscript. 3. par. 6. p. q. 4. num. 25. & Carav. in rit.* 123. insequitur *Reg. Sanfelic. in add.
prax. Judic. sect. 35. num.* 15. litisque pendentiam
haud inducit *Afflict.* ibidemque *Ursill. decis. 366. Cepoll. caut. 191. & Carav. hoc in rit.* laudato, tra-
dit *Avus meus ad Gramm. dec. 65. num.* 4. & post
alios *Reg. Sanfelic. mox cit. num.* 14. quæ alias
5 sola libelli oblatione parti notificati inducitur,
Afflict. decis. 354. absque alia litis contestatione,
Glos. in l. ubi captum, ff. de Judic. ex *text. in l.
si quis postea, eod. tit. & in l. penul. ff. de Jurisd.
omn. Judic. Mynsig. observ. 26. centur. 4. Guid. Pap. decis. 416. Gratian. discept. forens. lib. 2, cap. 384. num. 10. Reg. de Marin. ad Reverter. decis. 87. & decis. 284. nu. 1. lib. 1.* & quando dicatur circum-
ducta citatio sermocinaotur *Gayll. lib. 1. obser. 59. Maur. senior. alleg. 4. num.* 6. Quid verò, si infrà
6 sex menses obierit, vel functus sit officio Judex,
qui citationem decreverat, & subscripserat, ha-
beat ne robur, & virtutem, ut notificari possit,
& reus teneatur venire ad Judicium, alioqui in-
cusata contumacia legitimè procedatur contra il-
lum, & certè abonimus, in exequutione verò
7 quid dicèndum, si illa ab extincto Judice, vel mu-
nere functo decreta fuerit, & discutit *de Franch.*
annuitque si a successore præmittatur citatio *in
decis.* 405. & obitèr dixerat quoquè anteà *decis. 199. num.* 4. & nos defendimus super *ritu* 108.

RITUS CXXII.

Item servat ipsa Curia, quod si aliquis impetrat citationem civilem, vel criminalem ab ipsa Curia: non potest eam tenere à die dictæ citationis nisi per sex menses, unde infra tepus sex mensium debet facere citare Reum, & assignare responsale in actis, & accusare primam contumaciam, & facere condemnare in civilibus ad tertiam, vel in criminalibus banniri, & condemnari: dico banniri, & condemnari sceundum constitutionem Regni, & hæc observantia facta fuit, quia quidam impetrabant citationes, & eas tenebant longo tempore antequam facerent citari: & quandoque faciebant citare Reum, & assignato responsali in actis Curiæ, & accusata prima contumacia, non curabant ad ulteriora procedere. Unde infra istos menses debent hæc omnia facere, seù curare, quod fiant, & computatur a die datæ dictæ citationis (ut dictum est) & hoc scilicet sex mensibus, concedunt omnes antiqui litterati, & procuratores, ac scriptores dictæ Curiæ quorum aliqui dicunt, quod non prædicti sex menses, sed dantur alia tempora, secundum hoc modo tene, quod vis quandoque servatur unum quandoque aliud de prædictis duabus opinionibus: concordant tamen in prædicta ultima opinione, quod dentur illa tempora limitata.

S U M M A R E R U M.

1 *Citationis circumductio extricatur proveniens ex non comparitione actoris.*
2 *Contumacia quando infrà mensem quando vero infra bimestre accusari possit.*
3 *Quæ concurrere debeant, ut citatio circumducta dicatur.*
4 *Quid servandum, si incidat mensis triginta, & unius diei,*
5 *Citatio ad sententiam, cum clausula, pro singulis diebus, & horis, àn sustineatur; & pro quibus diebus.*
6 *Quid vero servetur in Neapolitanis subsellsis, ostenditur.*
7 *Citationem esse circumductam ab actore allegari non potest sed tantùm à Reo.*

8 Ul-

8 *Ultima hujus Ritus verba (ultima opinione) an corrigant antecedentem Ritum.*
Illa cujus cenſeri debeant.

1 CОncinit iſte *ritus* præcedenti in ea parte, quæ de exequutione citationis facienda infra ſex menſes, loquitur, & ſic de primo modo circumductæ citationis; addit ipſe alium modum *circumducta citationis*, provenientem ex contumaciis non incuſatis per Actorem contra Reum non comparentem; meminit *Reg. Sanfelic. in prax.judic. de ordine Judic. num.* 9. probat etiam *Anchar. conſ.* 97. *num.* 5. licet autem ipſæ contumaciæ, certis quibuſdam temporibus debeant de jure incuſari, ut ſcribemus alibi tamen ex uſu habet Actor menſem, ad incuſandum adverſus ci-
2 tatum in Civitate, ejuſque Suburbiis, ac diſtrictu degentem; duos autem menſes à die citationis exequutæ adverſus habitantes extra Civitatem in cæteris Regni partibus, ut inquit *Carav. rit.ſeq. num.*8. & ante ipſum ſcripſerat *Afflict. in Conſtit. edictorum n.*17.*& deciſ.*366. *n.*4.& probat *ritus* 225. *&* 218. in illis verbis *durante citatione*; *Carrab. ſing.*2. *de Sindicatu*, *Foller. in prax. crim. rubr. accuſentur contum. ſub num.* 3. *Muſcatell. in prax. lib.* 1. *par.* 2. *gloſ. Tribunal. num.* 9. *Ricc. deciſ.* 83.*lib.*1. idque ſive in foro Eccleſiaſtico, ſivè Seculari verſemur, teſte *D.Reg. de Marin. ad Revert. deciſ.* 87. *ſub num.* 2. *Galter. in prax. inſtr.*3.*p. princip. rubr.*3. *num.*8. *Nicolin. in prax. judiciar. civil. num.* 71. *Anich. de prævent. inſtrum.cap.*3. *q.*7. tradens *Affl.*dictum quod tempus circumductionis citationis currat poſt contumacias incuſatas, nunquam receptum à praxi fuiſſe, ſed ſolum conſideratum fuiſſe ſpatium temporis; quod lapſum eſt à termino citationis ad incuſationem contumaciarum; ex *Baron. de citat. qu.*47. *num.*1. quicquid de contraria praxi teſtatus, ſcribat *Caravit. in rit. antec.* 121. *num.* 1. *verſ. hodiè tamen ſervatur*, *Franc. Ant. de Judic.* cenſeat *in tract. de liquid inſtrum. verbo expediatur citatio*, *num.*50. Neque omittimus, opor-
3 tere duo concurrere, ut hoc modo circumducta dicatur, illaque memorat *Alberic. Oliva ad rit. Cur. Archiep. Neap.* 2, *n.* 5. *Jo.Anton. Bazius*, qui ab *Oliva* forma alia verba poſita à *verſ.non circumducitur*; reſcripſit ad *Affl.in Conſt.reorum fraudibus,rub.*41.*lib.*2. & dixit *in rub.*45. *de exord. præpar. Jud. lib.*1.

Quoties verò menſis incidit trigiuta, & unius dierum, ille attenditur; ut currit, nec plus com-
4 putatur quam ſi eſſet dierum triginta, adeunt, incuſata contumacia prima, die 13. Octobris, & ultima, ſub die 12. Decembris, valida ſit incuſatio, & circumducta citatio minimè dicatur, tametſi intercapendo ſexaginta dierum excluſivè ſit inter primam, & ultimam contumaciam; *D. Vincent.de Franch.* deciſum ſubnectens *deciſ.*471. Cœterum, vide *Tuſc. concl.*266.*lit. C.* multa de citatione circumducta recenſentem, & *concluſ.* 233. loquentem, cum clauſula, pro ſingulis diebus & horis, & quando dicatur circumducta; & nos addimus *deciſ.*100. *num.*1.apud noviſſimè recollectas à *Farinac.* omneſque dicentes ejuſmodi citationem prædictam addita clauſula, cum conti-
5 nuatione dierum, & horarum ſequentium, ſivè cum ſingulis diebus, & horis, tanquam nimis vagam, non ſuſtineri, atque ita fuiſſe reſolutum dixerunt etiam *Puteus deciſ.* 258. *num.* 5. *lib.* 1. *Caputaque deciſ.* 118. *lib.* 2. *Creſcent.* 11. *de dolo, & contum. & Mohedan. deciſ.*4. *num.* 3. *de Teſtibus*, adjungens *Rotam* ſemper id inſecutam eſſe; aut ſaltem affirmandum, quod ſuſtineatur pro die ſequenti, vel intra brevem terminum, ex altera ejuſdem *Rota*, coram *Pirovano*, *in Toletana decimarum* 15. *Novembris* 1613. quæ inter prædictas recollectas eſt *deciſ.*486. *ſub num.*7. *p.*2. *t.* 1. ac propterea, alias declaraverit eadem *Rota*, nullam eſſe ſententiam prolata, decem, aut viginti diebus poſt illius intimationem: teſte *Puteo de-*
6 *ciſ.*152. *num.*2. quod conſuetudo noſtrorum Tribunalium non amplectitur, nam menſis ſpatio in Civitate circumducitur, duorum verò extrà Civitatem quolibet facta citatio, ſivè, ut ajunt cauſidici monitio ad dicendum, ſuper expeditione cauſæ prima die juridica, cum continuatione ſequentium. Prætereà autèm nolo ſingulare dictum *Matth. Berlichii dec. German* 1. ut, nonſi
7 à Reo citato, citationem eſſe circumductam allegari poſſit ſecus ab Actore itaut, ſi circumducta citatione, vellet Actor coram alio Judice Reſi convenire, qui quidem Reus litis pendentiam coram primo Judice allegaret, non audiretur Actor replicans primam citationem eſſe circumductam; inſequitur *Dom.Reg. de Marinis ad mem. deciſ.*87. *Reg. Revert.num.*2. *& deciſ.* 224. *num.* 1. *lib.*2. & dixerat *lib.*1. *quotid. reſol. cap.*54.*num.* 17. obſervans, practicam in peremptione inſtantiæ, quod ab Actore allegaretur, S. C. Reo inſtante, mandat, ad ulteriora procedi in cauſa oppoſita obremptione inſtantiæ, non obſtante.

8 Cœterùm, ex verbis in fine *Ritus* adjectis *(ultima opinione)* non utique corrigi antecedentem *ritum* teſtatur *de Franch.deciſ.*232. *ſub num.* 2. verùm eadem ultima hujus *ritus* verba legiſlatoris non eſſe ſed potius alicujus periti, & ex errore *ritui*, inſerta, credit *Anichin. add. loco ſub nu.*8. indignum cenſens legiſlatorem, obſervantiam Curiæ relaturum, quæ tranſire habeat in legem, ad ſedandas controverſias, ipſas referre, & in arbitrio litigantium ponere eam ex duabus amplecti opinionem.

RITUS CXXIII.

ITem ſervat dicta Curia in citatione, dare terminum ſecundum diſtantiam locorum: ut de jure eſt hoc modo, quatenus ex dicta Regimali noſtraque parte citetis eundem, ut decima die poſt citationem in dicta Curia ſe præſentet, &c. & dies, quo ſit citatio non computatur in termino, unde ſi primo die Auguſti citatur quis, ut decimo poſt citationem compareat: die undecima ejuſdem menſis debet accuſari prima contumacia: alias ſpirat citatio & deinde poteſt, ſi non compareat ipſe Reus condemnari, poteſt tamen in civili ad tertiam partem, vel criminali condemnari ad eandem tertiam partem, & banniri die

quindecim ejusdem mensis, & ab inde in antea, & hoc fuit de facto in eadem Curia die decimoquarto mensis Augusti 15. indictionis.

SUMMA RERUM.

1 *Terminus est dandus in citationibus, juxta locorum distantiam, Judicis arbitrio.*

2 *Citatio brevem continens terminum, quò sit impossiqile citato accedere nulla erit, fortius, si certum diem non statuat.*

3 *Quibus in casibus, nequè post terminum comparere obstringitur.*

4 *Et appelatio admittitur.*

5 *Terminus ab intimatione incipit.*

6 *Actualis intimatio, & notificatio exquiritur, nec sàt erit scientia, aliundè habita.*

7 *Terminus dierum sex, ad nullitates proponendum, vigore Regni Pragmaticæ impartitus, currit a die Judicialis notificationis, & scitum S.C. à Reg. Rovito adductum, subnectitur.*

8 *Quod S.C. in fortiori casu amplexatum fuit, in famigerata causa Universitatis Collis, cum Eminentissimo Cardinali Rospiliosio, & facti schema recensetur.*

Eminentiss. Cardinalis Rospigliosius, laudatur.

9 *Nonnulla ad ingenii acumen, sub censura Senatus, adversus emanatam definitionem perpenduntur.*

10 *Decendii tempus à die scita sententia currit ad appellandum.*

11 *Qua scientia sufficit quomodocumque illa habeatur, dummodo sit certa.*

12 *Certus non est amplius certiorandus.*

13 *Cur DD. sæpiùs de intimatione sermocinentur*

14 *Tempus currit in S.C. à die lata sententia.*

15 *Statutum à jure communi in casu dubio interpretationem recipit.*

16 *Pragmatica quarta de dilationibus, àn requirat de forma intimationem excludat sententiam aliunde habitam, negativè, ex Lancell. Gallin, resolvitur.*

17 *Statutum requirens probationes certas non ob id, alias legitimas excludit.*

18 *Pragmatica prædicta, non solum de intimatione sed, & de notificatione loquitur, & in illa clausula irritans, & annullans, ex quo forma inducitur, non legitur.*

19 *Cur in ipsa pragmatica sit additum, ut terminus currat à die intimationis.*

20 *Præfata sanctio non aliud spectat, quam obviam dilationibus ire, frænumq; imponere.*

21 *Forma quæ præcisè est servanda, si effectum, ad quem inducta fuit, sortiatur, adimpleta dicitur.*

22 *Solemnitate omissa, non vitiatur actus, quando ex aliis est satisfactum statuentium menti, vel sit actus habens eandem vim, quam solemnitas.*

23 *Citationis effectus adimpletur per æquipollens, si citandus sit præsens tempore sententiæ.*

24 *Appellans à decreto non valet allegare intimationis defectum.*

25 *Scientia, absquè intimatione, sufficit in simili constitutione Mediolanensi.*

26 *Pars reclamans à decreto illo non notificato, non valent elapso tempore dierum sex nullitates proponere, decisum traditur.*

D. R. Jo: Franc. Marcianus, D. Cons. D. Marcellus ejus filius laudantur.

27 *Hanc aleam, insequi videtur Reg. Rovit. in add. prag. 4.*

28 *Traditur discrimen inter casum decisionis à Reg. Rovito memoratum. Et Eminentiss. Cardin. Rospigliosii.*

29 *Cabedus dec. 45. illi speciei non convenit.*

30 *Bartol. à Cabed. allegatus, cum tex. non bene ad thesim propositam allegatur.*

31 *Molina malè adducitur ab eod. Cabed.*

32 *Cabedi dec. improbat Franc. Maria Prat. tradens terminum dierum 40. præfixum à Reg. Pragm. ad recusationes Judicum, proponendas, currere à die prima recusationis, nulliter proposita, & non à die secunda valida.*

33 *Adducitur dec. S. C. qua fuerunt admissa capita validè proposita elapso termino à pragmatica præfixo.*

34 *Terminus juris, àn minui possit.*

35 *Prorogatio longior esse nequit quam erat prorogatus.*

36 *Quæ regula procedit in aliis omnibus prorogationibus, nempè, in licentiis audiendi confessiones in dimissoriis, & aliis.*

37 *Terminus an sit concedendus in Judicio revocationis fendi, juxta constit. Regni, constitutionem Divæ memoriæ.*

38 *Contumacia eadem die incusanda est, qua venire tenentur, alioquin spiraret citatio, nec amplius incusari posset, quidque servet praxis in citationibus, quæ per Regnum mittuntur, indicatur.*

39 *Tempore quo scribitur contumacia, debet constare de relatione intimationis facta per nuncium, & non sufficit, si illa postea scribatur.*

MUltis in *ritibus* de termino loquuti sumus
1 præsertim *rit.* 69. 90. & 119. adiicimus in
citationibus, juxta locorum distantiam, Judicis
arbitrio *Carrab. singul. 2. Andreas Gayll. pract.*
observ. 53. num. 16. Marant. in spec. p. 6. de citat.
sub num. 67. Galter. in prax. instrum. par. 3.
num. 33. Muscat. lib. 1. par. 5. glos. defend. num. 25.
Reg. Sanfelic. in prax. Judic. sect. 4. nu. 1. ut pro-
pterea illæ, quæ adeò brevem continent termi-
2 num, ut sit impossibile citato accedere; nullæ
erunt, *Amendol. ad Franch. Carav.* adducens,
decis. 232. num. 4. Vantius de nullit. rub. de nul-
lit. ex defec. cit. num. 67. Sanfelic. eodem *Carav.*
num. 2. laudato, *indic. sect. 2.* fortius si certum
diem haud statuant *Marant.* ibidemque §, *Foller.*
num. 65. Galter. num. 34. loc. indic. Borrell. par.
3 *1. summa decis. tit. 44. num. 57.* quin, nequè post
terminum, arctari citatum, ex *Cassiador. dec. 6.*
de dolo, & contum. subnectit *Sanfel. num. 3.* &
4 appellatio admittitur, *Jodoc. in prax. civil. cap. 60,*
num. 12. & in simili loquuntur, *Giurar. dec. 17. n.*
8. Thor. par. 2. comp. dec. verbo dispensatio, D. Consil.
Rocc. lib. 2. resp. 92. n. 1.

Terminus verò cum intimatione præfixus, illa

non

non ſubſequenti intimatione , nunquam præte-
rit eo quod ab intimatione incipiat, ac propterea
5 actus quivis deinde geſtus irritus appareat , ex
Rotali dec. apud *Puteum.* 174. *par.* 1. quin actua-
6 lis intimatio , & notificatio exquiritur : nec ſat
erit ſcientia aliundè habita,ex doctrina *Bart.Salic.*
& aliorum , ſcito noſtri S. C. ſuffulta , in cauſa
creditorum Marchionis Cenſani die 15. Maii
1615. indicat *Reg. Revit. in prag.* 4. *num.* 10. &
7 11. *de dilat.* ſermocinans de termino dierum ſex à
præfata *prag.* 4. §. 18. impartito , ad proponendum
nullitates , adverſus decreta interloquutoria ,
quamque opinionem in fortiori caſu amplexatum
8 fuit idem Supremum Conciſtorium , in cauſa
Univerſitatis, & Civium Terræ Collis cum Emi-
nentiſſimo Cardin. Roſpigilioſio Abbate S. Ma-
riæ Decoratæ , cujus Eminentiſs , Principis vir-
tutes, qui non ſub modio, ſed ſuper candelabrum
poſitæ ſunt non eſt quod multia eas celebrari à
nobis oporteat ; quis enim ſummæ ejus doctrinæ
quis integerrimæ vitæ quis capaciſſimæ omnium
decorum mentis neſcius eſſe poſſit ; In illo enim
facti themate *referente Conſ. Jo: Baptiſta Muſettu-
la* , ſub die 24. Maii 1655. declarato dictæ Uni-
verſitati , illiuſve hominibus præſtandum eſſe
regale præſidium , adverſus turbationes , & mole-
ſtias illatas in poſſeſſione lignandi , & paſcendi
in territoriis prædict. Abbatis , quo reclamante
à decreto fuit die 16. Martii 1660. illud confir-
matum , itidemque ſancitum , ut caperetur in-
formatio ſuper incumbentibus ad utramque par-
tem reſpectù poſſeſſorii , àt quoniam definitio
reclamanti diſplicuit , impetravit ab Excell. Re-
gni Prorege die 7. Aprilis 1660. ut decreti nulli-
tates , cum interventu Conſiliariorum Adjun-
ctorum tractarentur , ſed tamen nonniſi die 18.
Junii fuere exhibitæ , & ſubſcriptæ a procurato-
re , & non ab Advocato contra formam *Reg.Prag.*
ut propterea , nè admitterentur , placuerit Sa-
cro Senatui , decernere . Verùm enimverò , quia
eaſdem denuò ab egregio cauſæ patrono , ſubſcri-
ptas propoſuit die 24. Auguſti , illas , dilapſo jam
termino , non recipi, ſed reiici , efflagitabat Uni-
verſitas , maximè ſtante certa,ſpecifica , & judi-
ciali notitia decreti tametſi judicialiter non noti-
ficati ; Quibus tamen haud refragantibus , illas
diſcuti ſancitum fuit , *referente* integerrimo , &
nunquam ſatis laudato viro Domino meo præ-
cipuo Conſiliario meritiſſimo , Equite Sancti
Jacobi digniſſimo , *D. Thoma Caravita* , ſub die
10. Septembris 1660. in banca Franciſci Lom-
bardi.

9 Liceat verò cauſa exacuendi potius ingenio-
li , quam tanti Senatus ſententiam improban-
di , cujus judicio , noſtrum , noſtra , noſque ip-
ſos ſubiicimus , nonnullas animadverſiones non
præterire.

10 Decendii enim tempus ad appellandum in
Auth. hodiè , *Cod. de appellat.* conſtitutum , à die
cognitæ ſententiæ currere , docent ferè omnes,
potiſſimùm *Gl. in d. Auth.* *Speculat. in tit. de ap-
pellat.* §. *reſtat. verſ. Sed numquid* , *Covarr. pract.
quæſt. cap.* 15. *num.* 2. *Natta conſ.* 248. *num.* 1. *vol.*
2. *Lancellot. de attent. cap.* 12. *lim.* 50. *à num.* 43.
uſq; ad 183. & *Scaccia de appellat. quæſt.* 12. qui
latiſſimis habenis materiam pertractantes, amplia-
tionibus , & limitationibus , explicant , quam ſa-
nè ſcientiam per intimationem non exigi , ſed
11 quomodocumquè illa habeatur, ſat eſſe,dummo-
dò certa illa ſit , poſt alios , docet *Menoch. de ar-
bitr. Judic. quæſt.* 66. *num.* 3. & 4. Certum enim
12 non eſſe ampliùs certiorandum , indixit *Tex. in
cap. cum qui , de regulis juris in* 6. *in clement.
cauſam , in fine*; ubi *gloſ. verbo plena , de electión.*
& quia ſæpiùs per intimationem quis certior red-
ditur , & ſcientia probatur , nil mirùm , quod ſæ-
13 pè de intimatione *DD.* loquantur , teſte *Lancel-
lotto Gallia conſ.* 109. *num.* 25. Advertimus tamèn
in aliorum ſubſelliorum ſententiis , non autèm S.
C. præfata vigere , quippè , cum noſtratibus , &
exteris pateat in illo à die latæ ſententiæ currere
14 tempus ; *Maur. alleg.* 200. *num.* 3. *R. Revit. in
prag* 5. *de offic. S.C.R. Capyc.Latr. conſult.* 159. *n.* 1.
& tangimus in *ritu* 128. Quæ cum ità ſint de ter
mino à jure communi ad appellandum impartito,
non ſecùs dici poterit de termino dierum ſex , à
cit. prag. 4. ad nullitates edendum ſtatuto , ut ſcili-
cèt à die ſcientiæ , & notitiæ decreti currat,quan-
doquidem indubitati eſt à jure communi interpre-
tationem ſtatutum in caſu dubio recipere , ex *l.* 2.
15 *C. de jur. deliberand. cap. cum dilectus de conſue-
tud.*. *Gratian. diſceptat. forenſ. cap.* 920. *num.* 8.
Cyriacus tom. 2. *controv.* 354. *num.* 7. & 62. *Berlich.
p.* 3. *concl.* 24. *ſub nu.* 91. *verſ.* 3. & *verſ. ſeptimus*
quin , nec officit pragmatica , quaſi , quòd de for-
16 ma requirat illa intimationem , nec redargui de
nullitate poſſint decreta , niſi infrà dierum ſex in-
tercapedinem poſt intimationem , non enim ex-
cludit prohibetquè , quin currat dictus terminus
à die ſcientiæ aliundè habitæ , preterquàm per in-
timationem , etſi velit pragmatica , ut infrà ſex
dies ab intimatione decreti nullitates proponan-
tur ; ut perpendit *Lancellot. Gallia memor. conſil.*
109. *num.* 25. & *conſ. ſeq. num.* 41. & ſtatutum
17 requirens certas probationes , non ob id alias le-
gitimas excludere,monet *Cyriac. controv.* 252. *n.* 11.

Amplius , illa non ſermocinatur , dumtaxàt de
intimatione , ſed etiam de notificatione, ibi: *Dopò,
18 che ſaranno intimati* , & *notificati*: Et propterea
expreſsè voluit , quod curreret tempus , nedùm
à die intimationis , ſed etiam notitiæ , & conſultò
dictionem illam (*notificati* (appoſuit , & Tipo-
graphi in curia ſciptum , *e notificati* , prò; *ò noti-
ficati* , credimus , nec in illa clauſula irritans , &
annullans , ex qua forma inducitur,legitur *Alex.
conſ.* 27. *num.* 1. *lib.* 6. *Tuſc. lit. I. concluſ.* 339. *nu.*
21. nec alia ratione , additum opinamur , tempus
ab intimatione decreti currere , quàm , ut occur-
19 reretur contentioni , quæ alioquin exoriri po-
tuiſſet, àn ſcilicet tempus prædictum à die lati de-
creti (ut in ſententiis) vel à die ſcientiæ currere
deberet ; Cœterùm , data notitia , quòd tempus
currere noluiſſent , qui legem tulerunt , nobis
quidem ſuadere non poſſumus , nèc quempiam,
qui rectè finem, mentemquè legis expenderit,fore,
qui ſibi id perſuadeat , exiſtimamus; ſiquidem ni-
hil aliud ſanctiſſima illa ſanctio intendit , quàm
20 obviam dilationibus ire , frenumquè currenti-
bus illis in immenſum ponere, quòd ſi à die ſcien-
tiæ de jure terminus currit , cur alitèr *Regiam
Pragmaticam* voluiſſe credendum , quæ lites co-
hibere voluit?

Imò, etsi de forma intimatio exigeretur, adhùc
hoc casu satisfactum illi esset, quamvis enim re-
gularitèr forma præcisè, & non per æquipollens
21 observanda, & adimplenda sit, non procedit,
tamen quotiès illa ad certum fuit inducta effectũ,
& finem, sufficit enim tunc, quod effectus, ad
quem data fuit, sequatur; *argum. legis quotiès, §.
si quis nomen, de hæredib. instituend. Hieron. Leo
decis. Val.* 108. *num.* 13. *Mantic. de tacit. lib.*2.*tit.*
4. *num.*45. *Beltram. ad Ludovis. decis.* 518. *num.*
11. *Farinac. dec.*577. *num.*9. *tom.*1. ubi alios al-
legat, & *decis.*167. *num.*13. *to.* 3. & solemnitate
omissa non vitiatur actus, quando ex aliis est sa-
22 tisfactum statuentium menti, *Roman. cons.*344.
num. 3. *Cyriac. controv.* 308. *num.* 29. & 30. vèl
quando actus sit eandem habens vim, quam so-
lemnitas, ut *Felin.* authoritate fretus *in cap. quo-
niam frequentèr, sub num.*4. *de probationibus*, in-
dicat *D. Consil. Hodiern. controv.* 12. *nu.*22. Qua-
mobrèm cum intimatio non ad alium exigatur fi-
nem, quàm ut pars decretum contra se latum
sciat, valeatquè si voluerit se tueri, necessariò con-
sequitur finem, & effectum legis, formamquè il-
lius fuisse adimpletam, quotiescunquè adversarius
decretum rescivit, & quòd magis est, contra il-
lud reclamavit, vel, ut in illa facti specie, nulli-
tatum adhibuit remedium. Nec quod defecerit in
forma illas proponendi, absque causæ Patroni sub-
scriptione prodesse poterit, cùm parti imputan-
dum sit, quæ actum explere debebat, quemad-
modùm, verè notificato decreto, idem dicendum
foret, si invalidè eodem modo proposuisset.

Quin, citationis basis Judiciorum solemnitas,
23 adimpletur per suum æquipollens, si citandus
tempore sententiæ præsens foret, ut sermocina-
mur alibi, & tradit post *Bar. Bal.* & alios, *Vant.
de nullit. ex defect. citation. num.* 17. ut prætereà
appellans à decreto, nequeat allegare intimatio-
24 nis defectum, cum ex illa arguatur plena decre-
ti notitia in appellante, scripsit *Farinac. decis.*165.
*num.*2. *in posthumis lib.*2. *Cavalor. decis.*486.*nu.*2.
25 & iisdem in terminis Mediolanensis Constitutio-
nis, præfigentis terminum dierum quatuor, à die
intimationis sententiæ ad appellandum, quòd ille
currat à die notitiæ, & scientiæ, etsi intimatio
non intercesserit; annuit *Lancellot. Gallia cons. cit.*
109. *n.*25. & *cons.*110.*n.*4.

26 Et strictiùs arma sumendo, quod pars compa-
rendo in Judicio reclamans à decreto, haud illo
notificato, non valeat, peracto tempore dierum
sex, nullitates proponere, junctis classibus S. C.
decisum, memorat, *Thor. tom.* 3. *compend. decis.
verbo citatio decreti interlocutorii, fol.*160. & rur-
sus *eod. tom. sect.* 2. *verbo nullitas adversus decre-
ta, fol.*188. & quotidiè ita in S.C. determinari fa-
tetur *in sua disput.*18. *num.*45. *to.* 1. doctissimus,
& integerrimus Reg. Jo: Franciscus Marcianus,
parens Domini D. Marcelli Marciani, qui, Judi-
cis civilium, criminaliumquè rerum M. C. Vic.
laudabilitèr obito munere, intèr Consiliarios æta-
te adhùc præviridi, àc juvenili cooptari meruit;
quem Virum ad eam dignitatem brevi equidèm
perventurum spero, diùq; ea potiturum, quam
Pater ipsius eùm obtinuisset, non longo tempore
ea potiri fato permissus fuit.

27 Cui opinioni non adversatur *Reg. Rovit.* qui
nostram insequitur aleam, verioremq; asserit, ac
increpat *Intrigliolum*, cujus authoritate S.C. cau-
28 sam definivit, imò in thesi enarrata à *D. Rovita*
adfuit dumtaxàt scientia simplex, generica, &
extrajudicialis, àt in mòx enarrato themate spe-
cifica, & judicialis intercessit notitia, pars com-
paruit, reclamavit, & nullitates (etsi invalidè)
proposuit.

Nec ullum facessit negotium, *decisio Georg. Ca-
29 bedi dec.*45. etenim conclusio, de qua *Cabedus*
huic speciei non convenit, siquidèm ibi non tra-
ctatur de primo termino ad proponendum recusa-
tionem, à quo scilicèt tempore currere incipiat,
(quemadmodùm in Regno nostro dantur quadra-
ginta dies ad proponendum suspicionem à die ci-
tationis primi libelli, ex *prag.*15. *de suspic. official.
§.*6.) sed de instantia causæ recusationis, seù de
secundo termino quadraginta quinque dierum ad
prosequendum recusationem, an scilicèt currat à
die, quo fuit proposita inutilitèr, absq; subscriptio-
ne Advocati literati, vel utilitèr, cum subscrip-
tione illius, ex speciali dictæ Provinciæ jure, (quod
etiam in Regno servatur *pragm.* 10. *§.* 4. *eod. tit.*)
Hic verò è conversò, non agitur de termino ad
prosequendum nullitates, quòd nullibi statutum
fuit, sed tantùm de termino ad illas proponen-
dum. Quæ inter se longè differre liquidò patet. In
primo enim casu ab actu recusationis, quando sci-
licet proponitur, incipit terminus ad recusatio-
nem probandam, At in secundo, dum actus con-
ficitur, scilicèt, quando nullitates proponuntur,
desinit terminus ad illas proponendum. Et de se-
cundo termino *Cabedum* loqui, patet ex *Rovita
in pragm.*10. *de susp. offic. n.*2.

Prætereà *Doctores à Cabedo* allegati ejus conclu-
30 sionem minimè probant. Siquidem nedùm *Bar-
toli* commentum *in l. jus civile, ff. de legibus*, sed
nec *tex.* hujusmodi *in d. tit. reperitur*. Adest ta-
men *tex. in l. incivile*, verùm *Bartol.* ibi, nihil de
materia loquitur, sed argumento illius legis, asse-
rit dumtaxàt, integrum statutum exhibendum,
non partem illius. Et paritèr *Molin. de primoge-
31 niis lib.*3.*cap.*13. *num.*16. aliud agit, docet enim
in possessorio admitti omnes exceptiones, quæ in
continenti probari possunt, nempè intra termi-
num judicio summario præstitutum.

Ex quibus liquet *Cabedi* decisionem, nec pro-
bari, nec adversari, illam tamen improbat *Franc.
Maria Prat. cap.*51. *à num.*3. *lib.*3. *discept. forens.*
32 consulens in illa thesi, terminum enunciatum
quadraginta dierum ad recusationem magistratu-
um libellos offerendum, cum subscriptione cau-
sarum patroni, qui primas causæ vices in defen-
dendo sustinet, currere à die subscriptionis inva-
lidè, itaut, iis elapsis, si validè subscribatur, pa-
rùm prosit, cujus *Prati* placitum non approbavit
33 S.C. in proposita recusatione à D. Camillo Pi-
gnatello, Marchione Lauri, in personam Consi-
liarii D. Francisci Savii, nam capita non subscri-
pta ab Advocato ordinario, sed à Vincentio Lon-
go, decreto S.C. fuit provisum, non esse recipi-
enda, & exacto termino, fuit admissus principa-
lis posteà, ad illa subscribendum, & altero scito
S.C. sub die 5. Aprilis 1631. *referente Consil. Di-
daco Varela*, sub die 8. Martii 1631. fuit provisum,
quod præfatus Consiliarius deponeret super capi-
tibus,

tibus, & sic illa fuerunt admissa, prævio duplicato deposito facto ab ipso principali, suspicionis libellum subscribente, pro exequutione *Pragm.* ut ex actis, penès Magnificum Secretarium de Mercati; Sed de his hactenus.

34 Terminus datus in sententia prorogari non potest, *Flamin. Cartar. decis. Gennensi* 108. nequè ille, qui juris municipalis est, *Mastrill. decis.* 178. *& Flam. Cartar. decis. Cenna* 100. sicuti, & è contrario minui terminus juris, nequit, *Cappella Tholos. Corserii decis.* 198. nisi quandoquè, & magnam ob causam, ex altera ejusdem *Corserii dec.* 427. Ad illius verò circumductionem multa congessimus *rit.* 28. aliaq; *Rota dec. 6. de Judic. in antiq. Mysing. observ.* 62. *&* 63. *cent.* 2.

Regula autem illa, alibi constituta, ut pro-
35 rogatio termini non sit latior primo termino, procedere in quavis prorogatione, admonemus; *Rotalis* enim decisio *in Mediolanen. pensionis* 20. *Febr.* 1615. quæ, inter relcriptas à *Farinac. est decis.* 651. *par.* 2. *tom.* 2. loquens in materia applicationis factæ à Glorioso Sancto Carolo cujusdam suæ pensionis ad quinquennium pro fabrica certæ Ecclesiæ, & deindè absolutè prorogata, absq; aliqua temporis præscriptione, atquè multis ex rationibus prætenderetur facta, usquequò moles ædificii consummaretur, tamen hac sola ratione, nè prorogatio esset amplior priori applicatione, decidit ad aliud quinquennium ceuleri factam;
36 qua, & nos freti postmodùm respondimus Presbytero nostræ terræ Vasti Girardi licentiam audiendi confessiones ad sex menses ab Episcopo impartitam, & deindè simplicitèr prorogatam, nonnisi ad idem tempus aliorum sex mensium extendi, ac monuimus eundem Sacerdotem, ut deindè abstineret, ille namq; ob longam Præsulis absentiam, & Vicarii malevolentiam, cum aliam le impetrare posse desperaret, intendebat illius virtute prosequi: simile poterit esse exemplum in prorogatione literarum dimissorialium, & consimilium licentiarum.

37 Quibus, & illud adnectimus, quod, prævia licentia nobis impartita, perlegimus, *in 2. par. diversorii feudalis c.* 5. *num.* 148. *de Curte*, intentato Judicio revocationis feudi ante assensū, juxtà terminos *constitut. Regni* exordientis *Constitutionem Divæ Memoriæ*, alteri partium petenti terminum, necnè, esset illi concedendus, & cum accidisset casus in causa inter Nuceriæ Ducem, & Arenæ Marchionem, plenèquè discussus fuisset articulus in Sacro Consilio, paritate votorum sub Judice remansit, & alios adiungere oportuit, tuncq; rursùs, controverso dubio, decisum fuisse illic asseritur, procedendum esse ad expeditionem causæ, sine termino, cui sententiæ, cùm illius Auctor, unus ex adjunctis adesset, ex illa; ratione tutatur decreti justitiam, quòd illo in judicio, ut Reus obtineat, non aliud deducere tenetur, quam quod assensus revocationem præcesserit, & cum, nostris temporibus, illa vigeat opinio, nè assensus testibus probari possit, sed scripturis dumtaxat, proptèr solemnitates, quas requirere assensum, pollicetur inferiùs ostendere, ideò prodesse illi nihil potuisse testium depositionem, & examen, & consecutivè haud opus illo fuisse, & meritò denegatum, confirmat; *D. Reg. Sanfelic. decis.* 151. *num.* 5. *lib.* 2. ex notatis per *Afflict. decis.* 151. *num.* 5. & tradit, post *de Curte*, *Reg. de Marin. lib.* 2. *quotid. cap.* 231. conferuntq; a me tradita *rit.* 64. terminum, nempè, non impartiri, in quo agitur tantùm de mero juris articulo, *Præs. de Franch. dec.* 221. *num.* 12. *Reg. de Marin. lib.* 1. *quotid. resol. cap.* 66. *nu.* 6. *Thor. par.* 3. *compend. sect.* 3. *verbo terminus.*

Quando verò debeat accusari contumacia, de qua *Ritus*, tetigimus *rit.* 94. *& rit.* 97. & diximus contumaciam incusandam esse eademmet die
38 qua citatus tenetur comparere, idquè præsens *Ritus* comprobat, cujus observantia voluit, ut citatus ad comparendum decima die post intimationem (& sic undecima die) ejus contumacia incusetur prædicta undecima die, quod etiam *Castrens.* edisserit *cons.* mihi 398. *lib.* 1. *& Carav.* hoc *eod. ritu in 3. notab sub num.* 3. *& ritu* 223. quin, & aperta verba adducti *rit.* 94. & alterius 225. *Iul. Clar. lib.* 5. *§. fin. q.* 44. *nu.* 6. *R. Rovit. in pragm.* 3. *de ordin. Judic. num.* 6. *Galter. in prax. instr.* 3. *par. rub.* 3. *nu.* 9. Quod usquè adeò verùm, ut si tùnc minimè fuerit incusata, nec illa amplius incusari, nec Reus, contumax declarari valeat, ex *eod. l. Carav. add. nu.* 3. *Masull. ad Capyc. decis.* 136. *num.* 8. *de Franchis dec.* 232. *Gaill. lib.* 1. *pract. observ. in* 59. *observat. n.* 2. *Mysinger. sing. observat. centur.* 5. *observat.* 86. *nu.* 2. effatum *Caravit. num.* 6. confirmans, & consecutivè cesset omninò, ac spiret citatio ipsa, idquè aperta hujus *Ritus* verba tradunt, atquè alterius mentionati 225. Omnium tamen gentium more introductum esse, ut postrema dies termini integra cedat in beneficium ipsius citati, & contumacia accusetur prima die immediatè subsequenti illam, qua adesse debebat, advertimus, eodemq; in *rit.* 97. insinuavimus. Praxim autem, quam *Carav.* hoc in *ritu sub num.* 5. *vers. quarto noto*, demonstrat, quòd cum in citationibus, quæ per Regnum mittuntur, non valeat incusari contumacia ultimo die dato ad comparendum, scribatur dies incusationis in illo die ultimo peremptorij, tametsi eo tempore citatio non fuisset in banca producta, ob loci distantiam; confirmat *Reg. Capyc. Latr. decis.* 69. *num.* 30. *to.* 1. *ex pragm.* 9. ibiquè *Reg. Rovit. de citat.* verùm tempore, quo contumacia scribitur,
39 debet constare de relatione intimationis factæ per Nuncium, alias, si illa posteà scriberetur, non sufficeret, ità expressè *Bar. in l. si finita, §. item, n.* 18. *ff. de damn. infect. & in l. hæc autem, §.* 1. *num.* 2. *ff. quibus ex caus. in poss. eat. Balb. de præscript.* 6. *par.* 4. *q. princ.* 25. *in fin.*

RITUS CXXIV.

Valet M. C. V. committere causas Civiles ascendentes ad summam unciarum sex.

ITem quod curiæ ipsæ, & quælibet ipsarum possint, si voluerint, committere causas pecuniarias ibi movendas usquè ad summam unciarum sex, de carolenis argenti (& non ultra) curiæ referat in forma consueta. Item quod causæ committendæ per curiam, non excedant ultra summam unciarum sex, ut supra.

SUM-

SUMMA RERUM.

1 *Judices Pedanei Magna Curia olim extabant, quibus aliqua committebantur causa.*
2 *Quin, & hujus Ritus vigore, alijs non Iudicibus Pedaneis.*
3 *Hodiernus usus, illius observantiam non attendit.*
4 *Qua antiquitatis fuerint, ignorari non debent.*
5 *De verbi (debet) effectu, remissivè.*

Opinatur D. *Prosper Carav.* in hoc *ritu*, illud ipsum decerni, quod in *rit.*16. asseritur, ut hæc
1 commissio fiat Judicibus Pedaneis cujus dictum quamvis, & nos haud improbaverimus in eo *ritu*, nunc autem rectiùs pensitantes, dubitamus, tum nè dicatur, idem pluriès, ac frustra repeti in istis ritibus, tùm qu'a illic exprimitur, cui sint committendæ. Scilicèt, literatis idoneis, idest Judicibus Pedaneis, hic verò generatim dicitur com-
2 mitti posse, hoc est, cui voluerint Judices Magnæ Curiæ, *Reg.Tapia sup.hoc rit. lib.2. jur.Regn. rub. 16. de Iudic. Pedan.* ille loquitur de causis, quarum valor est infrà libram auri, iste verò de causis non excedentibus sex uncias, ut propterea non sit mirandum, quòd ille statuerit esse committendas ejus valoris causas Iudicibus illis, quibus, & juxtà ordinem sedendi delegandas esse, sanxit etiam *Pragm. 12. de offic. Mag. stri Iust.* iste verò non necessitet committere, se apertis verbis asserit posse, si voluerint committere. Verùm neutrius obser-
3 vantiam hodiernus attendit usus, quare sthæc missa faciamus, quæ dumtaxàt attingere censuimus, in gratiam venerandæ antiquitatis, nè quæ ejus
4 sunt, penitùs ignorentur, ad *tex.in §.1. inst.de testam.* De verbo, *debet*, cujus meminit *Caravit.* ser-
5 mocinantur *Ann. in repet. rubr. de vassall. decrept. ætat.num.*304.*Fusc.sing.*57. *lit.B.August.Berous q.* 116.*num.*6. *Marant.in sing.verbo dictio debet.*

RITUS CXXV.

Item curia ipsa, nec causas delegat, nec mandatum facit, quod habeat in se causæ cognitionem quo ad commissarium, sed benè committit, quod ad certam pœnam mandetur alicui, ne turbet, spoliet, vel injurietur.

SUMMA RERUM.

1 *Vis aliud non est, quam jus perturbatum, & naufragium Reipublica facit.*
Turbari in possessione, quando quis dicatur.
2 *Iurisdictio verò, quando turbetur, & alia.*
3 *Iudex oppressionis, quis sit.*
4 *Capitula Regni ad pacem inter subditos conservandam, que tempore ediderit Rex Robertus.*
5 *Iste Rex fuit tertiogenitus Caroli secundi, & frater S. Ludovici, & vigore sententia, hoc Regnum obtinuit.*
6 *Fuit alter Salomon habitus, & ad ejus pedes in tumulo Lupus, & oves simùl comedunt.*
7 *Conservatoria in Regno dantur clericis turbatis à laicis, laicis à clericis, laicis, à laicis & clericis à clericis.*
8 *Pravis obtinendi, & requisita proponendi prafata Conservatoria, sive Regale prasidium, remissivè recensentur.*
9 *An illa concedantur, comparente violentiam inferente, negativè firmat Reg. Tapia; At contraria sententia verior ex pluribus ostenditur.*
10 *Quando viget eadem ratio, militat juris eadem dispositio.*
11 *Husmodi remedia usu, & consuetudine, totius Christiani orbis sunt recepta.*

Illud unum, in omni Repub. optimè constituta, civium salutem, societatem, tranquillitatemque servandam, maximè necessarium, ac validissimum omnium instrumentum, sapientium judicio censeri videtur; Jus optimum, optimis legibus, optimè constitutum. Eo enim integro, in morem placidissimi æquoris Respublica coæquata, ad tutissimæ securitatis portum, civilis vitæ, atque
1 cymbam perducit. At si qua *vis* veluti procellosus turbo, incumbens, *Jus* ipsum perturbet, neque enim aliud *vis* esse videtur (vel si nomen ipsum attendatur) quam *Jus* perturbatum; quod naufragium Reipublicæ toti pertimescendum? Nam sicut in eodem Mari tranquillitas, & tempestates simul esse non possunt, ità nec in republica, *Jus* ullum consistere, aut quiescere, in qua *vis* locum habet & impunè versatur. Exulet, aut pereat *Jus* omne cum suis legibus necesse est, ubi *vis*, audacia, injuria dominantur. In feratum lustra vertantur Civitates, si humana societas contra vim, & audaciam legibus non defendatur. Sileant forum, prætorium, judicia, ubi Jus sibi cuique dicere, non ex lege licet, sed ex libidine. Qualitèr olim Lysander (apud *Plutarchum in Lacon.*) cùm inter Argivos, & Lacedæmonios, de ditionis finibus controversia esset: Neque enim arbitros ille, aut Judices admittendos sibi putavit, sed strictò gladio: *Qui hoc*, inquit, *superior est, is optimè de finibus disputat.* Non ita agi res apud nos, neque ratio postulat, neque *Ritus* iste noster, qui mandari ad certam pœnam alicui committit, nè turbet, spoliet, vel injurietur. Et quid sit, turbare, exponit *Alberic.in suo dictionario, vers. turbant*, & ait, idest intricare, vel imbrigare, per *tex. in l.1. §.fin. ff.de servo corrupt.* vel infestare, ex *l.observa-*
2 *re, ff.de offic, procons.* turbatur autem quis in possessione, seù quasi, per ingressum alterius, possessore invito, aut alios actus impedientes colere, arare, fructusquè colligere; ex *Bal.cons.*406. *lib.* 3.*Bar.in l.ait Prætor, §.hujus autem interdicti,n.* 2.*ff. uti possid. Corn. cons.* 94. *lib.*3. *Dec. cons.* 604. *propè finem*, est autem verbum generale ad omnem molestiam judicialem, & extrajudicialem, tùm de facto, sive agendo, sive excipiendo illatam, teste *Mandos. in 5. formula commiss. verbo turbare*, & quod quatuor modis, quis turbetur in possessione, dicit, atque declarat *Milens in repertorio, verbo turbatio quando fieri dicatur*, sed probeturnè turbata possessio, per testes, enodat *Cornacaan.decis.* 85. quæ verò ad jurisdictionem turbatam spectant, scilicèt, quibus actibus turbetur, quibus pœnis afficiatur turbator, qui possit conqueri de turbata jurisdictione, & aliis multis, discutit *Capyc.decis.* 130.*num.* 21. & illic *Avus meus*, *Anna junior in cons. terminum vita*, exculs. post *Fal. de Anna* con-

consilia vol. 1. *& Farinac. q.* 114. Laicus autem ra-
tione turbatæ jurisdictionis excommunicari ab
Episcopo, utrùm possit, vide *Socein. conf.* 137. *&*
Pisanell. in sua addit. in Afflict. dec. 30. & notabilitèr
Rebuff. ad lege Gallicas, tract. ut ci non conveniant
coram Iudic. num. 8. *&* 10. demumq; solertissimum
Auctorem, & meritissimum *Reg. Valenz. in in sua*
defensione monitoris, par. 5. *nu.* 81. annuentes, per
tex. in cap. conquestus, de for. compet. c. quoniam, de
immunit. Eccles. in 6. Sed oppressionis Judex quis
3 sit, vide *Lapum alleg.* 58. insuperq; *Gl. fin. in cap.*
2. *nè cleric. vel monac.* eundemq; *Valenz.* copiosè
extricantem *ead. par.* 5. *à n.* 2. Civitas autem quan-
do dicatur alterius possessionem turbare, *Affl. &*
Ursill. copiosè *in dec.* 376. quin in Regno extant
Capitula, *incip. Ad Regale fastigium, ad Præsi-*
dentis spectat officium, finis præcepti charitas, om-
4 *nis prædatio, & charitatis affectus*; edita de anno
1332. à sapientissimo Rege Roberto tertiogenito
Caroli II. & fratre Sancti Ludovici Episcopi To-
5 losani, qui quidem Robertus Regnum hoc vigo-
re sententiæ in ejus prolatæ favorem adeptus
6 fuit, teste *Gram. decis.* 1. & ob ejus nimiam pru-
dentiã, eximiamq; doctrinam, ac pacem inter sub-
ditos conservatam, alter sui temporis Salomon
habitus fuit, ut propterea in ipsius tumulo in præ-
clarissima Sanctæ Claræ Ecclesia, Lupum, & ovem
insimùl ad ejus pedes commedentes, videamus,
quæ capitula, seù conservatoria, adinventa fuerunt
ad pacem inter Regni subditos conservandam,
omnemquè arcendam, ac comprimendam violen-
tiam, & nè quispiam licentiam, ac facultatem sibi
assumat jus propria authoritate sibi dicendi, pas-
simq; conceduntur, tàm clericis adversùs laicos
7 violentiam inferentes, quàm laicis adversùs cleri-
cos, laicis adversùs laicos, & clericis adversùs cle-
ricos, de quibus meminit *Tasson. de antefat. vers.*
13. *observ.* 1. *à num.* 62. *Francisc. Maria Prat. respons.*
8 *crim.* 40. *nu.* 32. Praxim autèm, & requisita pro-
ponendi, & obtinendi præfata conservatoria, sive
Regale præsidium, modum citationis, formamquè
determinationis, memcrant novissivè *R. Capyc. Latr.*
decis. 69. *lib.* 1. *Reg. Sanfelic. in prax. Judic. sect.* 30.
quorum non meminit *Franc. Maria Prat. observ.*
57. *centur.* 1. *pract. observ.* teste *Gizzio ad Capyc.*
Latr. in dic. decis. num. 1. necnon *Onufr. Donad. lib.*
1. *de renunciat. cap.* 29. *à num.* 11. *Præs. Merlin. lib.*
1. *controv. forens. cap.* 49. *num.* 11. quæquè violen-
tia requiratur; idem *D. Prat.* extricat *lib.* 1. *discept.*
forens. cap. 43. *num.* 16. necnon *Dom. Reg. de Mari-*
nis lib. 1. *quotid. resol. cap.* 328. *Dom. Consil. Staib. lib.*
1. *resol. forens.* 39. *num.* 5. An verò Regale præsi-
dium rectè concedi possit, comparente violentiæ
illatore, *Reg. Tapia lib* 3. *jur. Regn. in rub. quando*
Rex inter Ecclesiast. personas cognoscat in cap. finis
præcepti charitas, num. 9. annuit, illud tantùm
9 in contumaciam impartiri, ut propterea decisum
meruerit in causa Abbatis S. Jennarelli cum Jo:
Berardino Longo, ipsum Abbatem audiendum,
suspenso decreto, præstante regale præsidium. At
falsa est assertio, illud non concedi, nisi in contu-
maciam, illa enim nullibi cavetur, nec Doctoris
alicujus authoritate nititur, quin ad hunc finem
citatio per edictum contra interesse prætendentes
emittitur, ut quicunque sua putaverit interesse,
accedat, visurus producendorum in causa testium
juramenta, & oppositurus circa rei substantiam
voluerit deducere, ad tradita per *Luc. de Penna in*
l. si Coloni, Cod. de agric. & censit. lib. 11. *Jo: Baptist.*
Pontanum in tract. de spoliat. in princ. per *Regnico-*
las in c. subditorum, sub tit. de violent. Affl. dec. 24.
& 28. Hinc in casu *decis. Præsid. de Franch.* 163.
fuit illud præstitum possessori contra Abbatem
præsentem, & contendentem, ut *num.* 2. *in fin.*
in altero *Gramm. dec.* 78. adversùs turbationes
Abbatis Sancti Benedicti, qui in judicio compar-
verat, concinunt exarata à *Giszarel. decis.* 83.
Tapia ead. rub. à num. 8. *Ann. allegat.* 7.
& 92. *& Marcello Mauro allegat.* 90. in
speciebus ibi tractatis, liquet, partibus præ-
sentibus, fuisse contentionem actam super reme-
dio prædicto, quod semper dandum, violentia
concurrente, compareat, sivè contumax sit il-
lam inferens, certum est protenditur, namque ju-
10 ris dispositio, ubicunque illius viget ratio, *l. illud*
ff. ad l. Aquil. l. itaque veniunt, §. ait Senatus, ff. de pe-
tit. hæred. l. bis solis, Cod. de revoc. donat. & collimant
quæ cogerit *Barbosa axiom.* 197. Quod autem hu-
11 jusmodi remedia, quibus nostri Reges, eorum-
que suprema Tribunalia utuntur, usu, & consue-
tudine recepta sint ab omnibus Christiani Orbis
Principibus, ex nostratibus trahunt, præter me-
moratos, *Afflict. dec.* 2. *num.* 10. *&* 11. *& decis.* 24.
num. 2. *Grammat. decis.* 78. *Viv. decis.* 30. *vol.* 1. apud
Gallos, *Guid. Pap. dec.* 31. *&* 85. *Franc. Marc. de-*
cis. 190. *&* 512. *Boer. dec.* 69. *num.* 23. *Rebuff.* 3. *tom.*
tit. de possess. benefic. artic. 8. *Glos.* 2. *Gulielm. de Be-*
ned. in cap. Raynutius par. 1. *vers. & uxorem nomine*
Adelasiam num. 39. *Io: Igneus in l. necessarios, §. &*
non alias, 2. *par. col.* 1. *ff. ad Syllan. Aufrer. in clem.* 1.
de offic. ord. regul. 2. *fall.* 30. *Carol. de Grassar. lib.* 2.
Regal. Franc. jur. 7. Mediolani, *Alciat. cons.* 24. *nu.* 1.
de Senatu Pedemontano, *Osasc. dec.* 30. *Menoch. de*
recuper. possess. remed. 15 *num.* 210. *Roland. à Valle*
cons. 23. *vol.* 1. *Natta cons.* 411. *vol.* 2. apud Hispanos,
l. 13. *tit.* 13. *par.* 2. ubi *Gregor. Lopez l.* 2. *tit.* 6. *lib.* 1.
& l. 4. *tit.* 12. *lib.* 2. *recopilat. Didac. Per. l.* 5. *tit.* 1.
lib. 2. *ordinas. Avend. de exeq. manda. cap.* 1. *num.* 32.
& cap. 6. *num.* 10. *Covar. pract. qq. cap.* 35. *num.* 3. *Me-*
xia super l. Toleti in l. funda 11. *par. num.* 47. *Jo:*
Garsia de nobil. Gl. 9. *num.* 51. *par. in sua praxi* 1.
tomo tempor. 1. *num.* 23. *Segura in direct. iud.* 2. *par.*
cap. 7. *num.* 12. *Bonad. in sua polit. lib* 2. *cap.* 16. *nu.*
91. & alibi teste *Franc. Mar. Prat. lib.* 3. *discept. fo-*
rens. cap. 43. *num.* 19.

RITUS CXXVI.

Præscribitur forma relationis facienda per Judices pedaneos, de processibus sibi commissis.

ITem observat dicta Curia committere causas, si vult, quatuor unciarum alicui literato, qui ritè procedat: deindè ipsi Curiæ referat in scriptis id, quod sibi videtur: & forma relationis est, quia facit mentionem de toto processu, & deindè dicit in fine relationis, si est probata intentio actoris, quod sibi videtur mandandum per dictam Curiam dicto Reo, ut petita per dictum Actorem in causa prædicta infrà terminum decem dierum assignet

ipsi

ipsi Actori, & etiam datur major terminus arbitrio ipsius Curiæ,

SUMMA RERUM.

1 *Causæ committendæ Judicibus Pedaneis, ad quem valorem ascendere poterant.*

2 *Illi sunt incompetentes in causis meri imperii, & summam eorum jurisdictionis excedentibus.*

3 *Hodiernis temporibus, nulla causa illis delegatur, de quo Reg. Tapia valdè conqueritur, & hujusce ritus observantiam demandari efflagitat.*

Ritus iste in hac parte *quatuor unciarum*, dissentit à *rit.* 16. & 124. concedentibus causam
literatis, scilicet Judicibus Pedaneis, delegari sex
unciarum, stante itaque postrema hac observantia, cessabit altera dictorum *Rituum* præcedentium
1 respectu quantitatis causarum commendatarum,
maximè ob geminatam observantiam in *Rit.* 138.
itidem loquente de tribus, vel quatuor unciis, sed
hanc delegationem arbitrio Curiæ remitrit; quæ
committat, si vult, procedit namque nullo petente, aliqua tamen partium instante, teneretur
committere, & substineret *Rit.* 16. ut illic advertimus, & *Carav. eod. in rit.* 124. aliqua verò speciatim de Judicibus Pedaneis scribimus *rit.* 130. Et
2 quod hujusmodi Judices incompetentes sint in
causis meri, & mixti Imperii, vel summam suæ
jurisdictionis excedentibus. adnotat *Vant. in tract. de nullit. ex defectu jurisdict. ordin. num.* 34. unciarum etiam, & libræ pondus recolimus, considerata diversitate temporum, in *rit.* 257. Hodiè Judicibus Pedaneis nullam causam delegari, & malè,
exclamat, *Reg. Tap. super hoc rit. lib. 2. Jur. Reg. rub. 16. de Jud. Pedan.* subnectens, juvenes qui juri operam navabant, per istarum causarum medium, in-
3 strui, relationes agentes, & consultiva vota dantes, quod nunc committi solent calculatoribus,
deprecatur insuper Regens Ill. Regni clavum sustinentem, Dominosque Regentes, ut hujusce *Ritus* observantiam omninò demandent.

RITUS CXXVII.

Item Curia ipsa non consuevit ad alicujus instantiam facere aliquem pignorari: nisi sententiam diffinitivam, vel interloquutoriam exequendo, vel nisi fisco in aliquo teneatur.

SUMMA RERUM.

1 *Ab exequutione non est incipiendum.*
Sequestrum lite pendente prohibetur.
Præter, in casibus enarratis.

2 *Potissimum verò, si aliquid fisco debeatur, pro functionibus tamen fiscalibus. pro quibus habet etiam privilegium prælationis.*
Sed an adversùs dotem.

3 *In cæteris verò causis, etsi feudalibus, jure communi fiscus utitur.*

4 *Contumax, absque alia citatione capi personaliter potest; & contra eum exequi pro contumacia mulcta.*

5 *Exequutio fieri potest post sententiam diffinitivam vel interloquutoriam, dummodò fecerit diffinitiva, transitum in rem judicatam.*
Caravita allucinatus est, cum hujus observantiæ rationem esse dixit, quia non licet incipere ab exequutione.

6 *Benè Caravitam loqui asseritur, dùm post latam sententiam, rursus causa pertractatur, & litigandi initium sumit, itaut lites reddantur immortales, quod deplorandum exclamat Auctor.*

7 *Sententiarum tria genera, nam alia diffinitiva, alia interloquutoria, alia tandem mixta.*
Prior, vel est absolutè diffinitiva vel illius vim habet.

8 *Vim diffinitiva, ut habeat locum, multa concurrere debent.*
Primum, scilicet, ut aliam post se non expectet sententiam. Secundum, quod per illam extinguatur officium Judicis.

9 *Testes compelli, cum nullo modo ex præscriptis à jure possunt, utrum decretum proferri possit, ut habeantur pro examinatis in beneficium producentis.*

10 *Testis recusans testificari præsumitur facere, vel timore, vel amore alterius.*
Decretum M.C.V. recensetur.

11 *Decretum de recipiendis testibus, etiam in medio causæ prolatum, an semper contineat, difficultatem.*

12 *Clausula, ut de testium depositionibus habeatur ea ratio, quæ de jurè habenda erat, operatur, ut reprobabile sit gravamen, ac propterea non liceat appellare.*

13 *Interloquutoria sententia, quæ dicatur, & in quibus casibus, exemplificetur.*

14 *Illa est, quæ inter principium, & finem, causæ fertur super iis, quæ incidunt, vel emergunt.*

15 *Multa exempla sententiæ merè interloquutoriæ, recensentur.*

16 *Interloquutoria revocari potest per eundem Judicem, semèl tamen, atque iterùm, & non ampliùs.*

17 *Sententia revocatoria interloquutoriæ est etiam interloquutoria.*

18 *Decretum latum per M.C.V. in causa remissionis fori, non potest ab eodem Iudice revocari.*
Quæ alia decreta idem Iudex revocare non valeat.

19 *Decretum pronuncians Iudicis competentiam habet vim diffinitivi, quamvis tacitè pronunciasset, producendo ad ulteriora.*

20 *Archiepiscopo declarante se competentem potest suffraganeus appellare, & non proceditur in causa, secùs si à parte appelletur.*

21 *Appellante Barone à denegata per M.C.V. remissione vassalli, committitur causa in S.C. appellante verò eodem vassallo, interponitur decretum quod M.C.V. verbum faciat in S.C.*
Dictum addit. ad Quarant. reijcitur.

1 Ab exequutione haud incipiendum, clamitant jura. in *l. si cum nulla, ff. de re iudic.* in *l. 1. Cod. de exequut. rei judic. Ann. alleg.* 120. *nu.* 2. *Andr. Gaill. obseru.* 13 *num.* 1. *Beroas q.* 55. *num.* 2. *Muscat. in prax. fidejuss. par.* 1. *modo* 7. *num.* 1. quin & sequestrum, lite pendente, prohibet, *Text. in l. unica, Cod. de prohib. sequestr. pec. Valenz. cons.* 43. *num* 168. *Caballin. milleloq.* 930. *Marcus Mantua locor. commun. lib.* 3. *cap.* 43. *Milan. dec. Sicil.* 13. *nu.* 20.

*Claud. Cantiuncul. conf.*26. *Mar.Muta. dec. Sicil.* 92. *num.*31.*Fab.in Cod.lib.*4.*tit.*3. *definit.*6. *nu.*14. præter in casibus enarratis, à *Rodriq.de privil.credit.par.*1.*artic.*6.*num.*13, *Coler. de process.exequut. par.*1.*cap.*2.*Borrell.in summ. dec. par.*2.*tit.* 37. *de sequestr. sequestrat. poss.* & *fruct. Matth. Berlich. practic.concl.tit.de sequestr.cap.*73.*Galeot. lib.*1.*controv.c.*24.*n.*50. *Prat.lib.*3.*discepr.forensic.*41.& *lib.*2.*c.*42.*n.*14. & *cap.*47 *num.*40. & *obser.*53.*n.*8.& *ad Muscat.in prax.p.*7. *Gl. condemnandum, pagin.* 278. *ad num.* 120. *Gizz. ad dec. Reg. Capyc. Latr.* à *num.*1. *Viscont.in concl.jur.verbo sequestrum fieri non debet, Gallup.in prax.p.*2. *c.*3. à *n.*10. *Quesada differ.*23.*num.*24. *Thor.p.*3.*sect.*3. *verb. sequestrum.* Et quando fructus rei pœnès tertium existentis creditori hypothecatæ sequestrari possint, extricat *Præs.Merlin.lib.*1.*contr.forens. cap.*27. Po-

2 tissimum verò si aliquis Fisco debeatur, restringunt memoratam regulam, *Guid. Pap. dec.* 429. *Franc.Claper.in sua cent.dec.caus.*7.*q.unic.* & *caus.* 48.*Capiblanc.de Baron.prag.*16. *num.*61. *Peregr. de jure fisci lib.*6.*tit.*7.*num.*5.& 7. *Carol. de Graff de except.in prælud.num.*30. *Carav.hoc in rit. num.*3. *laudato*, qui quidèm *Caravit.* hanc prærogativam illi dumtaxàt tribuit pro functionibus fiscalibus, pro quibus, & illud prælationis habet privilegiũ, ad tradita per *Præs.Merlin. controv. forens. tom.*1. *cap.*36.*num.*16.sed an adversus dotem; inquirit, *Reg.de Marin. quotid. resol.lib.*1.*cap.*72. *num.*6. In

3 cæteris verò causis, & si feudalibus, jure communi fiscus utitur, *Afflict.in const.violentias num.*51. *ex Andr.de Barol.in l.*1.*C.de conduct. lib.*11. cujus meminit *Ann.alleg.*68. *num.*4.& *alleg.*79. *num.* 2. *Batist ad Afflict.in Constit. si quando,Camp. in cap. prædicti Magistri nu.*14. & conferunt, quæ scripsit *Consil.Georgius alleg.*46.*num.*6. quin, contumacem, absque alia citatione personaliter capi, & contra eum exequi pro contumaciæ mulcta annuit idem *Carav.num.*8.ejusquè meminit *Thor.p.*3. *compend.dec.sect.*2.*verbo. pæna contumaciarum in fine,* insequitur *Novar.de gravam.vasall. t.*2. *grav.*105. *num.*45. *Quesada diss.*15.*num.*22.

5 Restringit quoquè *Ritus* generalem sanctionem, nisi de sententiam diffinitivam, vel interloquutoriam exequendo agatur, & dùm *Caravita* subintelligit, & rectè quidem, si fecerit diffinitiva illa transitum in rem judicatam, ergo allucinatus anteà est, cùm hujus observantiæ rationem esse dixit, quia non licet incipere ab exequutione, etenim, sententia transacta in rem iudicatam, completum esse judicium, certum est, neque tunc militare potest ratio, ut initium sumat judicium ab exequutione, sed potiùs expletum judicium

6 exequutioni demandetur. Verùm *Caravit.* benè loqui, assero, dum post latam sententiam, rursùs causa pertractatur, & litigandi initium fit, adeò enim sententiarum expeditiones dilationibus opprimuntur, & Senatus decreta exceptionibus detinentur, ut nemo sit, qui post maximos exantlatos in litigando labores, consumptis totius pœnè patrimonii fortunis; post longum temporis intervallum, omnem rei suæ expeditionem, atque exitum obtinuisse, gloriari queat; Idcircò, quam maximè laudanda foret præteriti seculi consuetudo, in quo prolata semèl sententia, mandato de parendo: statim executioni mandabatur; pudebat enim advocatum Judici se sistere, ut sententiæ exequutionem impediret. Sed id ætatis litigantium impudentia, nè dixerim, malitia, eò deventum est, ut lites reddantur immortales, & prioribus superatis, quàmplurima difficultatum capita, nunquàm excidenda, repullulent, adeò ut plures exceptionum nodi Gordiano difficiliores exsolvendi sint, quam conscriptæ actorum paginæ revolvendæ, ò execrandam litigantium phrenesim, quæ sophysticis opinionum fallaciis obvolvitur? contrà quam exclamant duo hujus Regni luminaria, *Reg.Io:Franc.de Ponte dec. supremi Collat. Cons.*34. *num. fin.* cujus meminit *Franc. de Petr.fastin. lect.lib.*2.*c.*9.*sub n.*7. & *Præs. D.Francisc.Merlin.in lib.*1. *controvers. forens. cap.* 152. *in princip.* eosque memorat *Franc.Mar. Prat.ad Muscat.in prax.lib.*2.*p.*3.*Gl.servata vers.monet crebrò DD.*& observat *D.Petr. Quesada diss.* 17. *num.*8.

Et liceat hic, mihi omnium minimo, ut res ipsa postulat exclamare. O inextricabiles difficultatum forensium labyrinthos; è quorum ambagibus, nè Justitiæ quidem filo egredi unquam posse, si quis in eos inciderit, videatur. Quousquè tandem sanctissimis legibus abbutimini, litigatorum græges? Quousquè veritatis simplicissimam lucem, tot mendaciorum tenebris, labefactare, atque opprimere, non desinitis? Agite quæso, integerrimi Judices, procùl has moras; ab urbe, à foro, à judiciis ablegate, amandate. Suspendio tàm longo, sententias perire, in conspectu vestro, nè permittatis, justè, ac citò, ut par est, absolute eas, atque expedire. Ità enim fiat, ut litigantibus aditus ad tot fallacias, concludatur, & Iustitiæ splendor. Reip. optatissimus elucescat.

7 Sententiarum verò, tria reperiri genera, satis liquet, alia interloquutoria, alia tandem mixta, quæ vim retinet diffinitivæ.

Ipsa autem diffinitiva, sivè vim illius habens, non ex eo dicenda erit, quia definiat articulum, namque omnis interloquutoria esset hujusmodi, semper enim illa decidit articulum, supèr quo fertur, & sic nunquam daretur interloquutoria, ut optime advertit *Alex.ad Bart.in l. Titia, ff. de accusat.*comprobatque *Berous conf.*101.*num.*11. *lib.* 3. *Cornazz.decis.*29.à *num.*3.& *Flam. Carthar. dec. Genu.*27.*num.*28. ut itaque habeat vim diffiniti-

8 væ, plura simul concurrere oportet, itaùt, uno deficiente, non dicatur diffinitiva, aut illius habere vim, ea autem *Marant.*enarrat *par.*6.*vers.* & *demùm fertur citatio* à *num.*41.& latioribus verbis, extricat citatus *Carth.* à *n.*12. *Ricc. Coll.* 537. *p.*3. *Tho.Trivis.dec.Ven.*13.& 14.Primũ, nempe, ut aliã post se non expectet sententiam, quia si illa accedere deberet, esset mera interlocutoria, *Hieronym. Trentlerus disputat. Selectar. lib.*2.*disp.* 23. *thesi* 1. *Barnab.Cornazz.dec.Lucens.cit.*29.*nu.*7. *Matthæus,* & *Ranchin.ad Guid. Pap.decis. Delphin.*12. *Alvar. Valasc.dec.Lusitan,*156.*sub num.*30.*Herman. Vul-*

9 *teius de jur.prudentia Romanor. lib.*2.*ca.p.*30. *Danieì.Venatorius in Analysi Juris Pontificii lib.*2.*tit.* 27.§.*quotuplex sententia.*Secundum verò, quod per illam extinguatur officium Judicis, qui proptereà nequeat amplius in causa ipsa procedere, alioqui semper esset interloquutoria, etiam si probationes concerneret, à quibus diffinitiva dependeret, ex actoribus, adductis per *Rivi.junior.conf.*

*conf.*487.*nu.*1.antè tamen litem contestatam receptas, nempè ad futuram rei memoriam, non autem, si inter media causæ receptæ fuerint attestationes, scilicèt, post litem contestatam, quia tùnc nova admissio testium, scripturarum, sivè aliud genus sit probationis, irreparabile contineret, & vim diffinitivæ haberet, teste *Aretin.cons.*20., *&* *Ripa in l.quod jussit, n.*3.*ff.de re judic.*idemq; *Cartar.num.*32.& apertis verbis, *de Franch.dec.*408.

Quarè nedùm primo aspectu reprehendi decretum, a mea Curia Vasti Girardi, uti M.C.V.delegata, latum, quòd depositio testium repugnan-
9 tium, & de persona intimatorum,& contumacium, habeatur pro facta in beneficium illorum de Angelis, & dignum appellatione censui, propositamquè appellationem admittendam. Verùm, redargui gravitèr consultorem, quòd illud interposuerat, cum testes illos cogere, & compellere debuisset, juxtà notata à me ipso, super *rit.*87. quiquè nobis cum se, de impotentia constringendi purgaverit, quòd testes uili eorum domino, nè displicerent, è terra discesserant, & se occultaverant, eosquè citari facere nequibat, ut oportebat, antequam ultrà progredi ad coactionem Juris remediis opportunis vellet; Restiti, hæc audiens, non tamen illicò meus acquievit animus, propterea, quod adversus hos testes præscribuntur modi procedendi à Doctoribus, rescripti à *Farinac.q.*78.*nu.*42.nec dùm repereram, quod eo casu, quo illorum nullo uti possemus, esset locus decreto, ut haberentur pro examinatis in beneficium producentis, & sic delictum testium noceret alteri partim, nequè credebam urgere illud simile, de principali, non curante deponere (de quo eloquor super *rit.*70., *&* *rit.*120.) ut habeatur pro facta depositio,& exceptiones pro confessatis,tùnc siquidem pœnam suum non trasgredi auctorem, affirmabam, atquè in ipsiusmet renuentis deponere odium, justè adinventam fuisse, illum, & non alium carentem culpa, punientem, cujus contrarium esset in hoc casu, in quo culpa testis recusantis testificari, provenire opinabar, ad tradita per *Franc.Maria Prato lib.*3. *discept.forens.cap.*20. *à nu.*75.potissimùm *sub num.*90.

Postmodùm verò, & rectiùs considerans, ejusdem principalis impedimentis illos deponere culpam intercessisse, adverti, & dolum, ac propterea pœnam non excedere auctorem suum, quin, & multis præmissis lucubrationibus, reperi Doctorum etiam auctoritatibus inniti prædictũ decretũ, *gloss* nempè peregrinæ *in cap. cum causam, vers. compellat de testibus*, affirmantis, quod ubicunq; dolo adversarii testis recusat deponere, nec alio modo compelli potest, proferatur decretum,quod habeatur pro producto, ac si deposuisset contra adversarium, & in beneficium producentis; imò *Bal.* illic *num.* 55. dicit, ipsummet adversarium tùnc haberi pro confesso, & sequitur notabilitèr *Petr.de Raven.in suis dictis notabilibus utriusq; juris, vers.adversarius meus*, ubi præterea ex *ex eod. Bal.*& aliis, probat, standum esse juramento partis, ad convincendum adversarium, quod impediverit, idq; dolo fecerit, nè ille testificaretur, & quod *Bal.*illic *addit.*limitari, nisi tertius impediat, cessat, si ille tertius nomine principalis impedivit, ex notatis per *Farinac.qu.*78.*num.*12. quibus opitulari plurimùm advertò communem conclusionem *in verbo timorem*, & inibi *Innoc. sub num.*1. *Host.sub num.*2.*Joan.Andr.num.*7.*Imol.sub num.*3. & aliorum omnium, *in cap.*1.*de testib. cogend.*latè comprobatam per eundem *Farinac.ead.qu.*78.*nu.*6. ut testis monitus ad testificandum,nèc veniens, di-
10 catur se subtrahere, odio, timore, vel gratia alterius partis, & juxtà prædicta, manavit scitum anno 1669., è Rota M. C. V. in criminibus, testes haberi pro repetitis, eò quod Marcellus Pennacchio, & Camillus Cacciapuoti inquisiti de homicidio in personam V.J.D. Pauli Buccini de Casali Juliani, occultari, & latitare eos curaverint, ne repeterentur,prævia instantia dignissimi nùnc Regii Consiliarii D. Thomæ Caravitæ, tùnc Fisci aciem strenuè sustinentis, penès Gregorium Ferrarium Act.Mag. Videas *Cabal.resol.crim. casu* 43. *&* *lib.*2.*casu* 273.*sub num.*4.,*Mastrill.dec.*225.

11 Cœterum, non omne decretum de recipiendis testibus, etiam in medio causæ prolatum, continet diffinitivam, sed cum non leve dubium esset, si testes recipi deberent, tunc quippè appellationem admittendam esse, arbitratur, *Surd.dec.*36.*nu.*43.quare, si cessaret dubium, quia cessaret etiam gravamen, utiq; non liceret appellare, itaq; terminus ubicumq; daretur in causa,vel prorogaretur, sivè ad repulsam, vel ad comprobandum, seù impugnandum scripturas in tempore permisso, aut beneficia conceduntur,nullatenus provocare liceret, quia jure sit, nec intraret investigatio, si per sententiam diffinitivam, reparari posset gravamen, quin, si in eam propenderet sententiam,quam Sacrum Consilium, quandoq; admisit, teste *Affl.* & non improbat *Ursill.* in locis à me relatis super *ritu* 281.ipsequè insectatus sum concedendo terminum, etiam post conclusum ad concomitandum scripturam, etiam privatam, & addita clausula, ut de testium depositionibus habeatur ea ratio, quæ
12 de jure habenda erit, nequè liceret appellare, tùm quia Doctores complures, ac decisiones inhærent,atquè rationes inibi delibatæ,tùm etiam, & multò magis ob clausulam prædictam in decreto appositam, ut habeatur, &c.qua evidenter apparet in calculo ferendæ sententię habendam esse rationem, & de jure illorum depositio attendenda sit, idemq; dicendum videtur in decreto recipiendorum testium, cum clausula addita super *rit.*282.exceptione ad merita reservata, utraq; enim continet implicitam conditionem, ut si de jure nulla testium habenda esset ratio, & exceptiones admittendæ testium depositio haberetur, ac si non esset facta, scilicèt nullius efficaciæ, *Angel.in Auth.de nuptiis*, *§.sed quod sancitum est, vers.nota quid importet col.*4. si autem sanciretur, non esse recipiendos testes, vel recipiendos, & cum clausula, ut ponantur extra processum, vel post receptos, decerneretur, debere poni extra processum,licere appellare, definitum fuisse in senatu Mantuano, testatur *Surdus ead.dec.*36.Alia profert de sententia, habente vim diffinitivæ, exempla *Guid.Pap.dec.*12.*num.*6.

13 Sed interloquutoria, quæ dicatur, explicant, *Matthes.sing.*39. & inibi copiosè *Marant.pracit. loco,Borrell.in summ.decis.p.*1.*tit.*29. *de sent. & decr.interloqu.Gallup.in prax.S.C.q.*3.*cap.*1. *sub nu.*5. ejus autem modos,& causas esse viginti sex monet

Capyc.

Capyc.dec.244. n.5. eoſquè minutim receſenſet, & juribus probat, *Phílipp.Franc. in c. cum ceſſante à n.36.de appell.* ipſeque primùm conſtituò regulam, illam omninò veram, interloquutoriam eſſe
14 quæ inter principium, & finem cauſæ fertur ſuper iis, quæ incidunt, vel emergunt, ſequutus *Gloſam* per celebrem *in clem.1. verſ. diffinitiva de ſequeſt.poſſeſſ.& fruct.* ſequiturque *Roman.in rub.ff. de re judic.num.2.*& inibi *Alex.num.6.*

15 Exempla autem complura reſcribi poſſunt, & in praxi utilia de hac ſententia merè interloquutoria: & quidem præcipuum exemplum eſt, illius quæ pronunciavit ſententiam fore exequendam *Jaffred. Lanfranch. decif.422,* & copiosè *Rota Genuenſ. decif.164. ſub num.24.* Item quæ pronunciaret ſuper deſertione appellationis interpoſitæ ab interloquutoria, quia ſi à diffinitiva, eſſet profectò diffinitiva *Myſing. obſerv. 36. cent 3. Gayll. obſerv.138. lib.1. Franc. Marc. decif.1. par.1. Capell. Tholoſ. decif. 364. Gid. Pap. decif. 11. cum ſeq. & Balb. decif. 219.* & altera 220. Lata etiam ſuper exceptionibus declinatoriis, vel dilatoriis aut peremptoriis, quamvis judicium redderet nullum, idem *Franch. citato cap. cum veniſſent num.37. Capyc. adducta decif. 144. & Guid. Pap. dec. 10.* Illa propterea, quæ pronunciaret non obſtante oppoſita adverſus carcerationem, eſſet interloquutoria, eodem *Cornazzano* teſte *num. 4.* quemadmodum, ſi perempta inſtantia Judex abſolverit Reum ab obſervatione Judicii; *Guidon. Pap. decif.16. & 220. num. 3. Franc. Marc. decif. 79.* tametſi quandoque ſit diffinitiva, *Borgnin. Cavalcan. decif. Fivizana 7. par. 1.* Itèm cum propter litis conteſtationis defectum pronunciatur judicium nullum ex eadem relata *deciſione 220. Guid. Papæ*, & quando hujuſmodi ſententia ab obſervatione Judicii, proferatur extricant *Marant. in ſpecul. integra par. 5. Cornazzan. decif. Lucenſ. 130. num.4. Afflict. decif.60. num. 3. Vivius comm. opin. 426. num.6. & decif. 53. num. 15. Simon de Pretis conſ.156. num. 6. vol. 1. Borrell. add. par. 1. ſumma decif. tit. 3. num. 418.* Decretum Judicis de cavendo, & ſatiſdando de Judicio ſiſti incidenter petitum, *Matthef. ſing.32.* Si fuerit appellatum ab interloquutoria, & Judex appellationis pronunciaverit, benè vel malè appellatum; *Guid. Pap. ead. decif. 220. num. fin.* Item reintegratio poſſeſſionis, pendente Judicio in ſummario poſſeſſorio, *Cravett. conſ.140. num. 4.* Sententia inſuper ſuper attentatis *Rota dec.10. de re Judic. in novis*; Item ſuper reſtitutione ad appellandum, *Bellam decif.335.* lata in contumaciam *decif.68. par.1. diverſ.* Super receptione teſtium ad perpetuam rei memoriam, juxta *decif. 37. Genuenſ.Flaminii Cartharii, & conſ. Rolandi à valle conſ. 23. num.14. vol. 3.* quorum meminit *Borrell. add. tit. 29. num. 16.* Impreſſionis etiam ex nuda teſtamenti exhibitione, *Scaglion. in rit. 163. num. 64.* at ſi cum cauſæ cognitione facta eſſet diffinitiva dicitur juxta *deciſionem Rota Spirenſis 31. par.3. Gaſperis Gulielmi*, & liceret appellare, tuncquè procederet integerrimi *Regentis Valenzuela* dictum, *in conſ. 53. num.39.* probans decretum, quod cõſignetur poſſeſſio tranſire in judicatum, ſi non fuit appellatum, conferunt, quæ adnotat *D. Reg. Capyc. Latr. decif. 139. num. 21. lib. 2.* Illud etiam decretum, quo pronunciatum eſt non fuiſſe probatum interloquutorium dici, affirmat *Guid. Pap. ſing. 612. num. 4.* qui alios multos ſubiicit conſimiles caſus *ſing. 613.* & regula tandem generica exiſtit de quovis præcepto per Judicem facto in cauſa, per *Gloſ. in verbo interloquutionibus in auth. de litigioſ. in princip & gloſ. in §. nos autem dabimus, in verbo decreto, in auth. de hared. & falcid.* quam ſimpliciter admittit idem *Guid. Pap. ſing. 613. num. 13.* quare recedendum eſt à reſtrictione ejuſdem *Gid. Pap. ſing.613. num. 13.* quàre recedendum eſt à reſtrictione ejuſdem *Guid. decif. 11. num. 1.* quod habeat vim diffinitivæ; maximè accedente *decif. Marchiæ 97.* quæ hoc ſuffulta, & jacto fundamento, concluſis præceptum de exhibendo inſtrumentum, vel libros, &c. eſſe ſententiam merè interloquutoriam, comprobatque *decif.95. verific. Et quod præceptum, Rota Lucenſ.diverſ.* Itidem decretum de recognoſcendo, dicit altera *dec, 11. verſ. additur ex abundanti*, ejuſdem *Rotæ Lucenſ.diverſ.* dum verò adjungit per illud decretum, quod habeatur pro recognita, licerè appellari, eo quod infert gravamen irreparabile, advertendum, id concludere cum reſtrictione, & ait quando tamen id pronunciandum non eſſet: itaque ſi jure communi, aut municipali id permittente, ſit oſtendit ceſſare gravamen, ſimulque jus appellandi, & decretum tùnc etiam eſſe merè interloquutorium. Publicatio etiam, ſive concluſio eſt decretum interloquutorium, per *Afflict. decif. 115. Caravit. ritu 239. num. 3. Menoch. de arbitr. Judic. lib. 2. cent.1. caſ.51. num. 29.*

Et quia interloquutoria ſententia revocari per
16 eundem poteſt Judicem, vel inſtante parte, infra decem dies, vel ex officio etiam poſt decennium; ex eodem *Aff. & Carav.* necnon doctrina *Surdi conſ.167. num.4. & 11. Rota Genuenſ. dec. 164. num.5. decif florent. Magon.131. num.3. Capell. Tholeſan. dec. 185.* ſemèl tamen atque iterum & non amplius, illa namque bis confirmata, aut revocata, non amplius ſuper revocatione loqui poſſe docent *Maſtrill. decif. 23. Beroius conſ.19. n. 29. vol.3.ex Bar.in l.quod juſſit,n.17.ff.de re judic. Rip. ibid. n.38.*

Cùm autem licitè interponitur, certùm eſt,
17 prædictam ſententiam revocatoriam interloquutoriæ eſſe etiam interloquutoriam, tùm quia acceſſoria ad illam atque ab illa dependens, ac propterea ejuſdem naturæ, & qualitatis, tum per doctrinam ſuperius relatam *Myſing Gayll.* & reliquorum ſequacium, qua concluditur appellatio à diffinitiva eſſe diffinitivam; ab interloquutoria eſſe interloquutoriam, ita revocatio interloquutoriæ erit propterea interloquutoria concinuntq; tradita à *Praſ. Merlin. lib. 2. controv. forenſ. cap. 15. num.2.* tùm per regulam, etiam ſuperius conſtitutam, authoritate *Gloſ. in illa clement. 1.* tùm quia appellatio prohibita à principali (quod hoc in caſu eſt interloquutoria, intelligitur etiam vetita à dependenti, & ſic ab illius revocatione, *Cornaz. decif.207.* maximè *num. 6.* tum demum memoratam *dec. Florent. Magon. 131. per tot.* ac præ-

ſertim *num.*3. ubi quia interloquutoriam revocari non poſſe, addit ubicumque res non eſt integra, quia ſcilicet exequutioni demandata illa fuerit, ideo, & tunc appellari ad ſuperiorem ab ipſa revocatoria poſſe eamque ob cauſam deciſum inibi fuiſſe, benè appellatum, & malè judicatum adjungit, itaque ubi res eſt intègra, conſentit poſſe revocari, aut mutari, atque à tali revocatione nefas eſſe, provocare imo etſi abrogatum decretum eſſet ejus qualitatis, quod ab eo ratione irreparabilis gravaminis juſtè fuiſſet ante revocationem provocatum, ſuperveniente tamen revocatione, ceſſaret appellatio, Itaque non immerito dicamus, in Judicis poteſtate gravamen revocantis poſitum eſſe, non obſtante appellatione, cauſam reſumere, probatque *tex. in §. ac veluti, inſtitution. canon. Lancell. ſub rub. de appellat.* atque *Capyc. deciſ.* 1. Interloquutoria verò, quia nonnunquam irreparabile per diffinitivam parat gravamen, ab ea appellari poſſe diximus, ideò cum ſententia decernens, procedendum eſſe ad ulteriora, reſervatis exceptionibus incompetentiæ Judicis, non ſolum injuſta exiſtimetur, atq; non proferenda, verum etiam jam dictum gravamen paret, ab illa appellare utiq; licebit, teſte *Ancharan. conſ.*372. *n.* 5.

Illud autem in ſuperioribus conſtitutum axioma, interloquutoriam ab eodem poſſe Judice revocari, quod Regni Periti contrario imperio an-
18 nuunt ? reſtringi quandoque non ignoremus, propterea quod latam per M.C. in cauſa remiſſionis fori haud poſſe per eundem Judicem revocari, indicat *Capyc. deciſ.*144. *num. fin.* qui ſermocinatur de *Ritu* ulterioris Siciliæ Regni, ut advertit *Thor. in compend. deciſ. Neapol. verbo interloquutoria par.* 1. quicquid perperàm, crediderit *Troyſius* loqui de *ritu* M.C. V. 259. ut ibi ſub *num.* 2. indicat, teſte *Barrell. add. tit.*29. *num.* 37. neque illam, qua Judex declaravit, ſe non eſſe Judicem competentem, *Guid. Pap. deciſ.*436. *num.* 93. *Cappell. Tholoſan. deciſ.* 186. *& Capyc. deciſ.* declarat alia cumulans *Merlin. add. cap.* 15. quique *num.*16. diſcrimen ſtatuendum eſſe opinatur inter eam interloquutoriam, qua Judex pronunciavit ſe competentem, & illam qua declaravit, ſe incompetentem: Nequè aliam revocationis attentatorum, *Achill. de Graſſ. deciſ.*31. *de appellat.* atq; aliis omiſſis, neque habentem vim diffinitivæ, idem *Capyc. in loco ſuperius citato, & dec.* 1. *num.* 24. cum verò revocari poteſt, id ex eiſdèm tantum actis conceditur, non autèm novis; *clem appellanti de appellat. Afflict. deciſ.* 79. *num.* 3. *Vivius deciſ.* 332. *Marant. in ſpec. par.* 6. *de appellat. num.* 159. Unico tantum excepto caſu, cum ſcilicet coram eodem Judice, aut ſuperiori per modum quærelæ, juxta deciſionem *Rotæ* memoratam per *Cravettam conſ.*181. *ſub num.*4. qui aduertit in praxi notandum eſſe nec alibi legiſſe,
1 quam demum inſectata eſt *Rot. Marchiæ* teſte *Grat. dec.*33.

39 Decretum verò, quo Judex pronunciat ſe competentem non eſſe interloquutorium, ſed habere vim diffinitivi, atque ideo licere ab eo appellare, defendunt *Guid. Pap. q.*10. *Menoch. de adipiſ. poſſeſſ. remed.*4. *num.* 822. *Grat. tom.* 1. *diſcept. forenſ. cap.*76. *Merlin. memorat. cap.*15. *nu.*6. etiam ſi tacite pronunciaſſet, procedendo ad ulteriora, admonet *Epiſcop. Campanil. ſup. rit. Cur. Archiep. Neapolit.* 36. *ſub num.*30. idque etiam vendicare ſibi locum affirmamus, in cauſa appellationis, non ſolum ex eadem militante ratione, & regula, atque Doctoribus, generatim loquentibus ab eodem relatis. Verùm ex doctrina *Curt. junior.* in individuo loquentis *conſ.*124. *num.* 13. *Rebuff. in tit. de ſent. exeq. art.* 3. *Gl.* 2. *in princip. & art.* 9. *gl.* 6. *in fin. lib.* 1. *conſt. Franc.* eoſque inſequitur *Carav. rit. mem.* 259. *ſub num.* 19. quibus ſuffultus *additionator* ad *Quarant. verbo Archiepiſcopi auctoritas*, *ſub num.* 20. *lit. L.* eandem ſtatuit, & inſequitur concluſionem, in Archiepiſcopo, & ejus Curia loquens, cujus decreto ſi ille declaret ſe competentem, poſſit ſuffraganeus
20 ejuſque Curia ab eo appellare, & appellatione interpoſita, ultro procedere Curia Metropolitana non amplius valeat, & procedendo, attentet, ſublimitat tamen ex ejuſdem *Carav.* verbis, & reſtringit tantùm procedere, cum ab ipſo Judice proponitur declinatoria, & a decreto prædicto deinde appellatur, non autem, ſi à parte ipſa, cujus reſtrictionis; quamvis improbare non audeam in terminis *Caravitæ*, loquentis in Judicibus, & Tribunalibus laicalibus, & poſſet fortaſſe comprobari uſu illo Sacri Conſilii, in quo appellante Barone à denegata remiſſione vaſſalli compromittitur cauſa appellationis alicui Conſiliario; appellante vero eodem vaſſallo non committitur, ſed tantum decretum interponitur in ſupplicationis
21 pede, quod verbum fiat in S. C. de qua praxi teſtatur ſummus ille vir *Reg. Sanfel. dec.*4. *à nu.* 18. *lib.* 1. in terminis autem ejuſdem additionantis verba facientis de appellatione admiſſa per Archiepiſcopum prorſus reiiciendum arbitror, tum quia nulla authoritate, neque ipſe, neque præfatus *Carav.* fulciuntur, tum quia obſtat contraria, & in ſuperioribus relata concluſio, & generica DD. reſolutio, quin, & uſus ſignaturæ, illius etiam appellationem admittens

RITUS CXXVIII.

ITem ſervat ipſa Curia, quod quandocumque aliqua pœna eſt ſtipulata pœnès acta Curiæ ſemper executio illius pœnæ fit, ſine vocatione partis, ſi eſſet una ſententia, nec datur libellus, nec petitio, ſicut etiam ipſa Curia facit exequutionem ſententiarum parte contra quam fit nullo modo vocata quamvis altercatio juriſperitorum diù circa hoc non dum fuerit terminata.

SUMMA RERUM.

1 *Obligatio pœnis acta habet exequutionem paratam de jure communi, & Regni.*

2 *Adverſus quam non auditur debitor niſi in vinculis, vel facto depoſito.*

Quod protenditur, etiam ad ipſius debitoris hæredes

des, cum declarationibus.

In causis obligationis penes acta non habet locum compromissum.

3 *Incusationem præcedere oportet, prinsquam ad exequutionem procedatur.*

Obligatio facta à laico coram Judice laico non accusatur, tempore quo reperitur clericus.

4 *Incusatio prædicta, nedùm à principali creditore sed à procuratore quoque habente speciale mandatum fieri potest.*

5 *Capi illa, an possit ab Actuario absente Judice & usus M. C. aliarumque curiarum indicatur.*

6 *Obligatio capta à Notario vassallo, an sit nulla inquiritur.*

7 *Actuarius cognoscere non tenetur contrahentes.*

8 *Vigore Reg. Pragmat. obligationes, & fidejussiones, ut valida sint, requirunt duorum testium subscriptionem, & quid, si uno subscribantur teste?*

9 *Sed an creditor ex obligatione manu testium non subscripta possit efficaciter agere in termino ordinario.*

10 *Quæ fuerit ratio statuentis memoratam pragm.*

11 *Statutum exigens certam solemnitatem non infirmat contractum, juramento roboratum.*

12 *Contractus etsi corruat, vigore juramenti efficaciter agi potest.*

13 *Odiosa dicitur dicta pragm. dum arctavit probationem, & non intelligitur exclusa confessio principalis.*

14 *Cap. Regis Ladislai annullans contractus, & instrumenta per Notarium vassallum stipulata, non excludit probationes faciendas per testes.*

15 *Valeatne Actuarius tantum subscribere obligationes, & an contra se ipsum.*

16 *Isthæc obligatio, possitne fieri die feriata,*

17 *Illius exequutio fit parte non vocata.*

18 *Quod restringitur in obligatione capta in una Curia, & incusanda in altera.*

19 *Necnon in obligatione antiqua, & quæ talis dicatur.*

20 *Literæ exequutoriales expeditæ, vigore incusatę obligationis ante decennii lapsum, an, non citata parte exequutioni demandari possint, etiam ultra decennium.*

21 *Verùm an sit decem annorum curriculo, hujusmodi obligationes præscribi.*

22 *Pactum exequutivum in instrumento adjectum, quanto tempore præscribatur.*

23 *Sententia transacta in rem judicatam, absq; citatione partis, exequitur.*

24 *Sententiæ S. C. intimationem non exquirunt.*

25 *In apocis banci proceditur ad instar obligationum penès acta dummodo recognita illa sint.*

26 *Itidem in literis cambii, quæ exequutionem habent paratam.*

27 *Absq; citatione vigore illarum expediuntur literæ exequutoriales.*

28 *Hisque prerogativis. gaudet obligatio Cameralis.*

1 Obligatio judiciaria stipulata penès acta, paratam habet exequutionem, tùm jure communi attento *in l. cum pro quo, ff. de in jus vocando, gl. in auth. generalitèr, Cod. de Episc. & Cleric. Fontanell. decis. Cathal. 22. num. 10 lib. 2. Thesaur. decis. 26. Anton. Gagliard. in tract. de absolut. à juram. §. 3. num. 573. Meren. cons. 51. num. 4.* tùm jure Regni, *Carav. hoc ritu num. 1. & rit. præced. num. 5. Afflict. & Ursill. decis. 30. num. 2. & dec. 387. Vivius dec. 35. sub num. 1. de Franch. dec. 118. num. 7. & dec. 200. num. 22.* nec non *dec. 656. Borrell. ad Belluc. in spec. princ. rub. 15. addit. 3. Consil. Carleval to. 1. de Judic. disp jurium lib. 1. disp. 2. tit. 1. q. 7. sect. 3. num. 913 Cons. Rocc. tom. 1. respons. 21. num. 5. Visconti in concl. jur. verbo obligatio, Gallupp. in prax. S. C. par. 2. cap. 22. num. 32. Dom. Consil. Marcian. cons. 28. n. 2. Thor. voto 2. num. 13. & vot. 54. num. 30. par. 1. & vot. 81. num. 4. par. 2. & in Cod. rer. judicat. cas. 24. num. 24. Reg. Capyc. Latro dec. 102. sub n. 21. par. 1. & dec. 138. num. 25. par. 2.* hunc *Ritum* adducens *Consil. Marcian. cons. 82. n. 2. lib. 1. Tras. Merlin. controv. forens. cap. 66. num. 2. to. 2. Consil. Theodor. alleg. 39. n. 1.*

2 Adversus quam non auditur debitor, nisi in vinculis constitutus, vel facto deposito, quod protendit ad ipsius debitoris hæredes, in illo facti themate *Reg. Sanfelic. decis. 215. to. 2.* contra quas obligatio etiam incusari potest, *Affl. in Const. Regni dilationes, num. 16. Ursill. ad Afflict. dec. 145.* & post *Carav. in hoc ritu*, tradit *D. Consil. Rocc. lib. 1. respons. 21. num. 5.* citatis tamen ipsis hæredibus; intelligit *Gravan. 2. par. declarat. 3. num. 8.* ex *Carav.* hoc *in ritu num.* 8. & concinunt exarata à *Mascat. in prax. lib. 2. glos. in forma, num. 27. Amendol. ad Franch. dec. 105.* qui *Carav.* dictum, confusè improbat, *Minad. dec. 8. Ricc. collect. 1194.* id quod in dubium revocans, quo ad pœnam, distinctione utitur, *Galter. in prax. instrum. 2. 2. par. princ. tit. advertat insuper ad debitorem, rub. unica, sub n. 35.*

Nec in ipsarum obligationum causis compromissum, vigore *Reg. Prag. 1. de arbitris*, habet locum, *Arnon. caut. 10. ad fin. Dans. to. 3. de pugn. DD. cap. 6. de arbitr. Masull. ad Capyc. dec. 7. sub n. 1. Laganar. ad Rovit. super pragm. 1. de arbitr. lit. C.* dicens, hoc non procedere in obligationibus, instrumentis, apocis bancalibus, & literis cambii, quæ aliquam paterentur exceptionem, ut si obligatio esset stipulata supra decem annos, vel in aliis casibus, in quibus non haberent exequutionem paratam; Addit insupèr esse compromissum faciendum quamvis liquidæ, vel liquidæ essent, si Actor ageret non via executiva, sed ordinaria, ex *D. Reg. Galeota lib. 1. controv. 73. à n. 3.* & tandem observat, debere causam compromitti, si debitor fecerit depositum quantitatis petitæ per creditorem, & in obligatione, vel apoca contentæ, & proindè cauti sint procuratores, ut unà cum deposito, antè tamèn liberationem, petant compromissum,

3 Incusationem tamen antecedere oportere priusquam ad exequutionem procedatur, adverto ex *add. decis. de Franch. 118. sub num. 8. & 9.* atque ideò si in illa obligatus coram seculari Judice tempore, quo erat laicus, assumpsisset clericatum, certè non posset accusari in illa Curia, quia Judex tùnc esset incompetens, adiungit idem *de Franch. dec. eadem 656.* quam refert *Vulp. in prax. Eccl. cap. 38. num. 10.* & insupèr, *Gam. dec. 133. Tusc.*

Tusc. concl. 99. Notarius Molfes. super consuetud. q. 10. par. 1. tit. de instrumentorum confect. nu. 20. to. 2. Genuinf. in prax. Archiep. capit. 16. num. 9. Galter. par. 1. 1. partis, verbo In publica forma sumptum, num. 45. P. Diana in 3. par. tract. 1. de immun. Eccles. resol. 34. & 4. par. resol. 6. eodem tract. de immun. Eccles. Petr. Pentauell. add. decis. 312. num. 26. Reg. de Marin. lib. 1. quotid. resol. cap. 289. num. 3. Thor. to. 3. compend. decis. par. 1. verbo Instrumentum an possit liquidari, latèq; Danza to. 3. de pugn. DD. cap. 1. de laico obligato penès acta, & de laico, qui post exilium fit clericus, à quo debeat ille puniri, loquuntur Squill. de privil. cler. dub. 4. num. 107. Giurb. cons. 15. n. 33. Cost. Sicul. consil. 93. num. 4. Baron. de effect. inimic. effect. 45. num. 3. & nos alibi extricamus, quamq; incusationem, nedùm à principali credi-
4 tore, sed à procuratore quoq; fieri posse, idem de Franch. annuit decis. 108. num. 9. & antè ipsum scripsere Carav. & Foller. quorum non meminit, ille rit. 286. num. 6. in fin. & num. 7. iste in praxi censuali in verbo tanquam res judicatas, ante nu. 53. pag. mihi 216. dummodò speciale habeat mandatum, Galter. adduc. par. 1. 2. par. verbo & cujus nomine agat, rub. 2. sub num. 15. Dom. Consil. Franc. Rocc. cit. respons. 21. num. 4. Carav. adducens.

5 Ab Actuario verò capi, utrum possit, absente Judice, & in propria sua domo, aut alibi, investigat, Carav. in hoc rit. num. 12. necnon Gravat. ad Vestr. in ejus praxi lib. 6. cap. 2. num. 46. sed usu M.C. passim recipi ab ipsis Actuariis ubiq; existentibus, testatur vir eximius M. Ant. Pulverin. in sua addit. 2. ad prædictam decis. Afflict. 387. atq; de Franch. ead. dec. 118. num. 7. & admonet Galter. par. 1. 1. par. rub. 2. verbo In publica forma sumptum, num. 39. & 41. ex mandato, quod habere à Judicibus præsumuntur, Ursill. ad Afflict. decis. 3. num. 8. Reg. Capyc. Latr. add. dec. 38. nu. 27. Berard. Pand. de Præsent. instrum. 3. par. declar. 14. num. 35. Extrà verò Neapolim illa dicitur obligatio penès acta, quæ est recepta ab Actorum Magistro de mandato, vel in præsentia Judicis, aliàs nulla erit, Luc. de Penn. in l. instar, C. de jur. fisci lib. 10. Affl. in Constit. Magistri Camerarii num. 14. Maraut. in prax. par. 6. act. 10. nu. 19. Borrell. cons. 38. à num. 9. advertens, hanc nullitatem de facili contingere posse in terris baronalibus, in quibus sæpè, qui jus dicunt, sunt absentes, insequitur Dom. Reg. de Marin. add. cap. 149. num. 5. ut propterea illas stipulatas coram Judice incompetente, nullitati subjacere, scribit Thor. vot. 60. num. 8. par. 2. videas Reg. Rovit. in pragmat. 2. de jurisdict. ad invic. non turb. à num. 1.

6 Prædicta itidem obligatio capta per Notarium vassallum, haud judicetur invalida, tametsi instrumentum nullum sit, neq; hoc afficiat ex dispositione Regis Ladislai in cap. Regni, incipienti, Non sine prudentis, secundum ordinem Nigri 289. dicit idem de Franch. add. decis. 118. Anna filius ad sing. genit. 244. fultus ead. decis. 118. Marth. voto 186. Frecc. de præsent. instrum. par. 2. art. 3. de Judice Roberto in praxi liquidationis instrumentorum consid. 1. num. 17. Ricc. collect. 2315. par. 6. Prosper Petra Avus meus in nov. annot. ad Capyc. dec. 153. sub num. 2. D. Reg. de Marin. lib. 1. quotid. cap. 280. & ad Reverter. dec. 386. num. 4. Thor. voto 60. num. 29. par. 2. & idem D. Reg. de Marin. nedùm ad memor. dec. 386. num. 4. sed lib. 2. quotid. cap. 149. prædicta admittit, si obligationes recipiantur à Notario vassallo uti Curiæ Actorum Magistro, non verò uti Notario, additquè etiam, quandoq; S. C. judicasse dispositionem memorati Capituli locum vendicare etiam in obligationibus captis à vassallis uti Actuariis, & hanc aleam insequuntur Gallupp. in prax. p. 2. c. 22. nu. 10. Novar. lib. 1. q. forens. 156. num. 11. Thor. par. 2. compend. dec. verbo Obligationes penes acta, Mele ad Grassarell. dec. 24. n. 78.

7 An verò Actuarius cognoscere obstringatur contrahentes, quod non observat de Franch. dec. 262. Guttier. in suo tract. pract. qq. p. 2. q. 143. Gratian. lib. 3. discept. forens. cap 497. nec obligationes stipulatæ indigent solemnitate testium, Gram. cons. civil. 65. num. 3. sed ad fraudes evitandas, D. Franc. de Castro Regni clavum, tunc
8 sustinens prag. sanctione sancivit, nè obligationes, & fidejussiones quæcunquè caperentur ab Actuariis, nisi adhibitis duobus testibus illam subscribentibus, notum habentibus obligatum, cum ipsius subscriptione, vel ejusdem Actuarii, si is sit literarum ignarus, alias nullas esse voluit, ultrà pœnam ducatorum mille, ut propterea, me patrocinante, per S.C. fuerit remorata via exequutiva, & impartitus terminus in causa obligationis incusatæ contra Antonium Biondi, testium subscriptione carente requisita à memorata prag. 16. sub tit. de Actuariis, referente tùnc Consil. Antonio Miroballo de mense Maii 1658. in Banca Borrelli, Verùm sequenti pragm. 17. eod. tit. restricta fuit præcedentis sanctionis dispositio ad eas tantùm obligationes, quæ summam ducatorum quinquaginta excederent, & memorant Avus meus ad Gram. decis. 60. sub num. 19. & Galter. add. verbo in publica forma sumptum, sub num. 38. necnon Amend. & Visconti ad Franch. decis. mem. 262. quin obligatum, & fidejussorem cognoscere, testes deponere debent; Capiblanc. de Baron. pragm. 1. num. 346. Tasson. de antef. vers. 9. obser. 5. num. 35. Gais. de credit. cap. 3. tit. 2. num. 720. quos improbat, & malè; judicio meo, Reg. Capyc. Latro dec. 138. num. 34. lib. 2. Thor. in Cod. rer. judicat. civil. cas. 60. num 173. cum seq. tradens, non esse nullam obligationem, quæ unius testis subscriptionem habeat, ex verbis ejusdem pragm. 15. ibi: In presenza almeno di due testimonii, cum dictio saltim sit diminutiva, Turrect. de effect. & defect. claus. codicill. q. 13. num. 4. Barbos. de dict. in dict. 34.

Sed an creditor ex obligatione manu testium non subscripta, juxtà memoratam pragmat. possit efficacitèr agere, vel omni actione careat, dùm
9 add. prag. 16. obligationes contra illius formam captas nullius roboris, nullasq; declarat, quæ enim fiunt, lege prohibente, non solùm inutilia, sed prò infectis habentur, l. non dubium, C. de legib. nàm quod est nullum, nullum effectum producere potest, l. 4. §. condemnatum, ff. de re Jud.

Contrarium tamèn respondi ex germana statuti intelligentia, etenim inspicienda est ratio, qua statu-

statuens inductus fuit ad ità statuendum, cum quælibet dispositio, quamvis generasis, debeat restringi ex vi rationis expressæ, sicut multis Juribus, & DD. auctoritatibus, latissimè firmat *Menoch. de præsumpt. lib.6. præsumpt.2.* quem sequitur in simili *Revit.* ad intellectum *pragm. 4. de instrum. liquid. d.prag. num.2.*

Ex præfatione *d. prag.* jam expressè liquet, rationem statueotis fuisse sub illa forma evitare
10 suppositionem personarum, quæ obligationi se subiiciunt, nàm ex procemio colligitur mens statuentium, ut in *l.11. in princip. ff. de transact. l. 1. ff. ad Maced. l. fin. ff. de hared. inst. de Franch. dec.118. num.3. & Jo: Franc. de Ponte cons.1.n.15.* Cùm ergo ratio statuentis fuerit suppositio, deficiente hac suppositione, deficit statutum, nàm cessante causa, cessare debet effectus, *l. adigere, §. quamvis, de jur. patr. cum concord.*

In causa de qua agebatur, fidejussor obligatus non negabat obligationem, nàm confitebatur fidejussisse, negabat tamèn solemnitates requisitas à *pragm.* quo fit, ut conventio stipulatione, &
11 juramento firmata, licet in solemnitate deficiat, sortiatur ejus effectum de Jure, nàm statutum exigens certam solemnitatem, non infirmat contractum juramento roboratum, ut ex communi *DD.* sententia, concludit *Gabr. comm.concl.5. n. 14.* rejecta distinctione *Bar.* si statutum respiciat res, vel personas, *in l. si quis pro eo, ff. de fidejuss.* cum indistinctè teneat communis *DD.* schola, ut idem *Gabr.* testatur *citato loco n. 15. vers. contrarium tamen.*

Et quamvis juramentum sit accessorium ad contractum, non ideò sequitur naturam sui principalis, quia etiamsi principale sit sublatum, non censetur deletum juramentum, sie propriis verbis tradit, *Mysing. observ. 2. cent. 3.* authoritate *Glos. in cap. cum non deceat, de elect. in 6.* quia juramentum potest servari sine periculo aoimæ, *cap. si verò de jur. jur.* quam *Glos.* sequitur *Jo. And. Dom. Philip. Fran. & Petr. de Anchar. ibid. in d. cap. cum non deceat*, quibus adde, *Alex. cons. 137. num. 9. vol. 6. Jas. in l. si ità stipulatus, §. grisogonus, n. 48. ff. de verb. oblig. Hipp. in rubr. de fidejuss. col.12.* quod eò magis procedit, quando contractus non annullatur ex dispositione Juris communis, sed ex aliquo speciali statuto, ut in casu proposito, *Gabr. comm. conclus. lib.6. tit. de clausul. conclus.10. lim.5.n.16.*

Remanet ergò in fidejussione, de quà quæritur, juramenti robur, cujus virtute, etiamsi contractus corruat, efficacitèr agi potest, *Glos.* &
12 *DD.* communitèr *in Auth. sacramenta puberum, C. si advers. vend.* nàm, etsi pèr Principem possit remitti juramentum, juxtà *Andr.* sententiam, *in §. sed nec alia justior. col.2. qua sit prima caus. benef. amitt.* quem refert, & sequitur *Præs. de Franch. decis. 391.* in præsenti statuto non alitèr censetur remissum, tùm quia *pragm.* fundatur in suppositione personarum, quæ excludit consensum contrahentium, tùm etiam quia in generali dispositione nunquam venit juramentum, nisi de eo fiat specialis mentio, *capit. constitutus de rescript. Innoc. in cap. cum inter, de renunciat. DD.* communitèr *in d. cap. cum non deceat, de elect. in 6.*

Sed ultrà, ad intellectum *pragmat.* considerabam, illam legem fuisse à Principe inductam ad evitandas falsitates, & suppositione, ut diximus, quo fit, ut quando statutum arceat probationes per certum genus, ut falsitas evitetur, non censetur arctare probationes per aliud genus, sic docet *Andr. de Iser. in const. instrumentorum robur, & const. in causa depositi*, in themate proposito licèt deficiebat probatio requisita, per *pragmat.* aderat illa per confessionem, quæ efficacitèr est, *l. 1. C. de confess.*

Fuit enim memorata lex condita ad infringendas probationes, noo contractus, nàm statuit modum circa instrumentum conficiendum, ut subscribatur à debitore cum duobus testibus, quod instrumentum magnum discrimen habet cum contractu, *l.1. §. editiones, ff. de eden.* ubi *glos.* unde potest esse contractus validus, & instrumentum nullum, & è contrà, ut multis juribus, probat *Paris de Put. de reassumpt. instrum. rub.19. n.2. cum seq.* quamobrèm, si corruat probatio ex defectu solemnitatis requisitæ per statutum, non corruit contractus, si aliundè probari possit, itàut sensus *prag.* sit, quod legislator voluit, solemnitate non servata, tollere efficaciam obligationis penès acta, ut non habeat exequutionem paratam, juxtà hunc *Rit.* noo autem, ut ex dicto contractu non possit agi via ordinaria, cùm bona fides hoc non patiatur, & ex iis mediis interpretata fuit per *Parid. de Put. ubi sup. const. it. Bajulus*, quæ prohibet, testibus mortuis, posse agi ex instrumento, nàm iotelligit via exequutiva, reassumpto instrumento, non autem ordinaria, proùt communitèr in foro servatur.

Et cum ex confessione jam probatum sit, dictum debitorem fidejussisse, certum est posse condemnari per sententiam, nàm dicit *Andr. in constit. Regni persequentes*, quod non sit fraus constitutioni Principis, quæ induxit certam probationem, si est odiosa, quando sibi datur intellectus, juxtà regulas juris communis, proùt in hoc casu, nàm odiosum dicitur statutum, dùm arcta-
13 vit probationem, requirendo subscriptionem testium, & ideò ex illo non intelligitur exclusa confessio principalis, cui magis creditur, quàm mille testibus *Innoc. in cap. cum contigat, de offic. deleg. Bar. & DD. in l.2. §. creditum, ff. si cert. petat* cum ex instrumento nullo resultet valida confessio: *Bart.* & *DD.* communitèr *in l.1. §. si quis ità, ff. de verb. oblig.* & licèt hæc opinio habeat contradictiones, tamèn omnes conveniunt, quando instrumentum est nullum ratione solemnitatis omissæ, ut testatur *Gab. commin. opin. lib.6. de clans. conclus.10. num.12.* satis enim est, ut non lædatur finis proptèr quem facta fuit constitutio, nàm non habebit locum ejus dispositio, *Dec. in cap. quoniam contra, de probat. in ult. notab.* In casu proposito, finis, per quem condita fuit *pragm.* non est læsus nàm deficit suppositio, & falsitas; Et in terminis observat *D.R. de Marin.* post hæc scripta, lectis, ad *Revert. dec. 386. num. 3.* tradens in illo facto, nullam fuisse habitam rationem de fidejussione præstita per vassallos ad beneficium Baronis, & stipulata per Notarium vassallum, nec de dictis testium examinatorum Tribunal illud multùm curasse, uti non probantium, sed ad actum nul-

lum

ſint rectè accomodari intellectui à *Carleval* tradito, qui non tantùm ab ipſo fuit excogitatus, atquè perpcuſus, verùm, & traditus, ac receptus videtur per S. C. apud Marchionem Torelli, *Reg. Capyc.Latro dec.* 58. *nu* 15. ubi, denegato termino ordinario, conceſſum fuit creditori, ut valeat jus exercere executivum, licet lapſi fuerint viginti anni, unde explicatus fuit *Ritus* M.C. 167. quo præſtitutum erat, ut poſt decurſum dicti temporis, inſtrumentum non poſſet liquidari, ut procederet ſolummodò reſpectù liquidationis, & exindè præſcriptioni locum eſſe quo ad modum, per quem, remota defenſione, agi videbatur, non verò reſpectù Juris executivi, quod, citata parte exerceri neceſſe eſt.

22 Tempus verò præſcribendi ipſum pactum exequutivum, in documento publico adjectum ad inſtar juris executivi ſententiæ eſſe annorum triginta indicant *Conſ.Carleval add. diſp.*4. *ſub nu.*1. *&* 15. *& tit.*1. *diſput.*7.*n.* 5. *&* 28.*Reg. Capyc. Latro deciſ.*58. *nu.*4.*Epiſcop.Barboſ. de penſionib. par.*2.*q.*17.*n.*4. *Thor.par.*1.*compend. verbo Tertius poſſeſſor*, *& par.*3 *compend. deciſ. ſec.*3. *verbo pactum reſciſſorium*, *Franc.Balb.in tract.de præſcrip.*4.*par.*4.*partis*, *q.*31. *n.*1. *Urſill.dec.*245.*n.*10. & de ipſo ac jure liquidandi via *Ritus* M.C.V. pleniùs eloquimur *d. rit.*167.

23 Sententiam inſuper tranſactam in rem judicatam, abſquè citatione partis exequutioni demandari replicat *Iodoc.in prax.civil. cap.*254. *n.*4.*Muſcat.in prax.lib.*2.*par.*2. *gl.demandantur*, *in princ. n.*15 *Carleval lib.*1. *tit.*3. *diſp.*3.*so.*2. quin, ex *Carav.ſub n.*7. *hoc eod. in ritu*, *Thor. p.*2. *comp. verbo expenſæ facta per Victorem*, *& verbo reſtitutio in integrum*, deducit, ſententias S. C. ex invetera-
24 tiſſimo ſtylo intimationem non requirere, cum publicè legantur, ſed expediri mandatum de parendo, cujus obſervantiæ memores ſunt *Muſcat.* adductus *nu.* 15. diſtinctè materiam, extricans, *Rovit.in prag.*5. *n.* 3. *de offic. S.C. Reg.Capyc. Latr. conſult.* 159. *n.*1. *Laganar. ad Rovit.in prag.*4. *lit. A.de dilation.Judex.Franc.Maria Prat.lib.*2.*diſcep. forenſ.cap.*35.*n.*41. *Dom. Reg.de Marin. lib.*2. *quotid.reſol. cap.* 278.*n.*3. *Reg. Marcian. lib.*1. *diſp.forenſ.* 18. *n.* 40.*&* 41.*Jo: Franc. Marotta lib.*1. *diſcept.forenſ.cap.*13. *n* 32. Reſtrictiones verò regulæ à *Carav.* recenſitas, inſequitur *Avus meus ad Capyc. dec.* 1. *num.* 3. & nonnullas amplectuntur *Amend. ad Franch. dec.*405. *Minad. deciſ.*8. *Ricc. collect.*1194.

Hæc verò, quæ ſermocinati ſumus de obliga-
25 tionibus, circa exequutionem, militant in chirographis, quæ diriguntur nummulariis, vulgò, *poliz*e *di banco*, in quorum exequutione proceditur ad inſtar inſtrumentorum, & obligationum, pœnès acta (quæ inter ſe ſunt ſynonima, teſte *Annich.n. de prævent. q.*9. *n.*9) vigore *pragm.*64. *§.*2.*&* 6.*de offic.procur. Cæſaris*, ubi *Rovit.nu.* 32. *Galter.prima primæ partis*, *rub.*2.*n* 46. *Thor.to.*3. *compend.dec. par.*1. *verb. depoſitum*, *Gait.de credito par.*2. *tit.*9.*ex n.*3219.*Carleval diſput. jur.lib.*1.*tit.*2. *diſp.*8. *num.*28. Dummodò recognitæ illæ ſint, vel legitimè probatæ, ut advertit, prætèa adductos, *Parlador.lib.*2.*rer. quotidian. cap fin.in in p.par.§.*5. *de Franch.dec.*502. *Tap.in d.prag.* 64. *fol.*249.*Carleval diſp.* 6.*n.*39. *Mauſon.de cauſ. exequut.q.*5.*Thor.vot.*2.*n.*18.*& voto* 85. *nu.*28. *par.*1. *& vot.*81.*nu.*6. *par.*2. *Rota in florileg. pract.concl.*4. *nu.* 2. etiamſi apocæ fuerint ſubſcriptæ à complementario, ſeù procuratore habente ſpeciale mandatum, *Thor.par.*1. *compend.dec. verb.Apoca*, *Conſ.Rocc.lib.*1.*reſp.*21. contra quoq; hæredem debitoris, *Ant. Gam. deciſ.*369. *Reg. Rovit.in prag.*74. *n.*35.*de offic.procur. Cæſar.* & an habeant exequutionem paratam, ſi fuerint ſubſcriptę à Notario nomine alterius de ejus mandato cum tribus teſtibus, qui recognoverunt eorum ſubſcriptionem, *Ricc.dec.Cur. Archiep.*90. *Tap.in prag.*63.*de apocis*, *& Carlev.ex n.*2617. *ad n.*2931. octo modos recenſet, quibus apoca privata recognoſci, poteſt.

26 Literas quoq; cambii legitimè proteſtatas paratam, ac celerem habere executionem contra ſcribentem, nulla pœnitus admiſſa exceptione omniquè remota defenſione ex omnium mercatorum uſu, ac de communi nedùm totiùs Italiæ, verùm, & univerſi Orbis conſuetudine receptum eſt; ex *Bald.conſ.*349. *n.*4.*ad fin. & conſ.*384.*n.*3. *lib.* 1. teſtantur, poſt *Scacciam de Commerc. §.*7. *gl.*5. *n.*4.*Rot.Rom.* apud *Marchesanum de Commiſſionib.q.*1.*§.* 2. *fol.*873. *Rot.Jannenſ.deciſ.*2. *n.*9.*& dec.*126.*n.*8. *Grat.diſcept.for. cap.*500.*n.* 2. *&* 3.*& cap.*569. *n.*25.*&* 27. *lib.*3. *Honded. conſ.*29. *vol.* 2 *Maſtrill.dec.*9.*lib.*1.*n.*7. *Mauſon de cauſis executivis q.*5.*n.*16. *Pacific.de Salviano interdicto*, *inſpect.* 1. *cap.*7.*n.*33. *Gait.tit.*7.*n.*2482. *cum ſeq.& Raphael. de Turri in tract.de cambiis*, *diſp.*2. *q.*16.*fol.* 246 *n.*19.20. *&* 21. ubi inquit, quod ubiq; locorum negotiatores: & cambientes pro literis cambii habent in eorum foro paratam executionem, & in eadem *diſp.* 2. *q* 7. *n.* 23. *fol.* 187. potiſſimùm in Regno noſtro, ex *prag.*1. *n.*6. *& pragm.* 5. *ſub n.* 3.*de literis cambii*, traduntq; *Mauſon. loc.cit.Fab. de Ann.conſ.*82.*n.*2.*Genua de ſcript. privat.in rub. de literis cambii lib.*3.*q.*2.*n.*9.*Jo: Jacob. Anichin.de prævent. inſtrument. cap.*3. *ſub num.*2. & declarat *Conſ.Franc.Rocc. lib.*1. *reſponſ.*3. cum aliis *reſponſ. ſequent.* multas diſpungens notabiles quæſtiones; literæ inſupèr cambii probant ſtipulationem prius factam, *Alex.conſ.*78.*n.*1.*lib.*1. *de Turri eod. tract.de camb.diſp.* 2. *q.* 7. *n.* 23. *& q.*23. *n.*14. & proindè, ſubſecuto proteſtu, ſcribens literas ſolvere, obſtringitur *Rot. Jan. dec.*8. *n.*19. *Gen. add. loc.cap.*36. *n.* 67.

Hinc inolevit aiù praxis in hujuſce Civitatis Tribunalibus, præcipue lateralis Conſilii, cui abdicative à quocunq; alio Tribunali demandata fuit juriſdictio cognoſcendi de literis cambii, in *memor. prag.*5. *§.*7. quod abſq; citation, vel alia-
27 recognitione, ſed tantum per ſimplicem oſtenſionem literarum, cum proteſtatione, relaxantur literæ executoriales prævio decreto, teſte eodem *Mauſon.ubi ſup.n.* 17.

28 Hiſq; prærogativis gaudes obligatio Cameralis quæ paratam habet executionem, *deciſ. Ceno. in Rot.Rom.*384. *n.* 1. appellationemq; ſuſpenſivam non patitur, *Galleſ.de obligation. Cam.q.*37. *nu.*8. *Donadio de renunc.cap.*26. *à num.*76. *& cap.*42.*n.*30.*Anichin.add.tract.cap.*2. *à num.* 101.

RITUS CXXIX.

Const. Regni lite legitimè contestata circa vers. offerat eodem die, vel sequenti per istum Ritum corrigitur.

ITem servat ipsa Curia, quod in causis in quibus ipsa Curia committit literas, quod ipsi commissarii dent unum, vel eundem terminum ad ponendum, & probandum, puta quindecim dierum, vel alium majorem, vel minorem, & non astringuntur partes offerre infrà biduum, generalia, & specialia; juxtà Constitutionem Regni, & aliam observantiam Curiæ.

SUMMA RERUM.

1 *De exceptionibus generalibus est sermo.*
2 *Illas quæ in facto consistunt, tenetur declarare Reus.*
3 *A Judice, etiam parte non opponente, constringi potest.*
4 *Ejusmodi declaratio peti potest, lite jàm contestata.*
Tàm in judicio summario, quàm ordinario.
5 *Cauti procuratores non solent opponere exceptiones generales, & obscuras.*
6 *Reus uti valet pluribus exceptionibus etiam contrariis.*
7 *An, & quando interrogatoria admittantur, tàm antè, quàm post litem contestatam.*

SErmocinatur *Ritus* de materia ponendi infra biduum generalia, vel specialia, & non obstringi partes, concludit, scilicèt per se producendo
1 specialia, aut per procuratores præsentando, juxtà tenorem observantiæ in eodem *Ritu* memoratæ, quæ, attento ordine nostro, legitur in *rit.* 89. ipsaq; non tantùm cessat vigore hujus *Ritus*, in termino per commissarios à Judice deputatos assignando, auctoritate hujusmet *Ritus* hodiè non observati, ità dacidentis; verùm etiam in termino ab eisdem Judicibus concesso, eò quod partibus liceat quandocunquè, infrà tamen eundem terminum articulos producere, ex notatis per *Carav. eod. rit.* 89. *propè num.* 1. adductus autem *Ritus* 89. sub generalibus, & specialibus præfatis complectitur, tùm articulos, tùm positiones, tùm demùm exceptiones: ideò videre, nè contemnas, quæ *Muscat.* de prædictis exceptionibus generalibus loquens, cumulat *in sua praxi par.* 2. *gl. exceptiones à num.* 2. *& Præsid. de Franch. in*
2 *decis.* 263. loquentem in ipso Reo debente declarare exceptiones generales in facto consistentes *num.* 1. ac præterea complures, deindè addentem intelligentias ad memoratam conclusionem, potissimùm *num.* 5. ut etiam Judex, non opponente parte, constringere illum possit ad declarandum, insequuntur *Fab. de Ann. cons.* 58. *num.* 19. *Revit. in prag.* 6. *num.* 13. *de ord. Jud. Thor. p.* 2. *compend. decis. verbo Actor, & verbo Exceptiones in facto, Cons. de Georg. alleg.* 34. *num.* 27. affir-
3 mantes etiam post litem contestatam, ex officio ad partis instigationem ejusmodi declarationem Judice mandante fieri debere, sicquè annuere *de Franch. in add. addict. decis.* 263. impressam post *decis.* subnectit *Thor. dict. verbo Exceptiones.*
Tàm in Judicio ordinario, quàm in summario,
4 *Consil. Theod. alleg.* 29. quin addit *Reg. Revit. nu.* 16. cautos procuratores non esse solitos opponere
5 re exceptiones generales, & obscuras, videlicèt, oppono exceptionem carentiæ, & incompetentiæ actionis, sed restringunt se ad jus tantùm; quod
6 Reus uti valeat pluribus exceptionibus, etiam contrariis, regulam tradunt, exornantquè *Jo. Gratian. Doctor. Hisp. rep.* 97. *Duena regul.* 14.
7 *Dias reg.* 25. *an*, & quando interrogatoria admittantur, tàm antè litis contestationem, quàm post, extricant *Capyc. decis.* 15. *Marsil. sing.* 555. *Menoch. de arbitr. Judic. l.b.* 2. *cent.* 1. *cas.* 51. *Maraut. in sua pract.* 4. *par. dist.* 9.

RITUS CXXX.

ITem quod causæ committantur in ordine solito per dictam Curiam usq; ad summam unciarum auri duodecim, vel infrà personis idoneis, & peritis pro qualibet ipsarum causarum, & commissarius earundem causarum in relatione fienda per eum, ponat terminum ad solvendum pro qualitate causæ, & personarum: dum tamèn non excedat terminum quadrimestris temporis.

SUMMA RERUM.

1 *Præsens Ritus dissentit, quo ad summam ab altero* 16. 124. *&* 126.
2 *Observantia omnium dictorum Rituum hodiè non viget, quicquid Carav. dicat.*
3 *Judicibus Pedaneis etiam Jus commune utebatur.*

1 DIssentiunt verba præsentis *Ritus*, quo ad summam ab aliis 16. 124. *&* 126. quorùm duo priores concedunt committi causas sex unciarum, postremus verò quatuor, iste autèm duodecim unciarum admittit, licèt enim *Caravit. in hoc Ritu*, asseveret, observantia comprobari,
2 quod in *Ritibus* illis refertur, non autèm, quod in isto scribitur, ipse adverto, ab hodierno usu non recipi, quicquid legitur in omnibus his quatuor *Ritibus*, ac prorsùs cessare Judicium Peda-
3 neorum Judicum, quamvis antiquitùs viguisse, non tantùm in Regno ostendant præcitati, aliiq; complures *Ritus*, verùm insupèr, & Jus commune, eorum namquè Judicum meminerunt plerumquè jura, *text.* potissimùm *in §. illud, in auth. de defunct. & funer. eorum*, inibiq; *glos. in vers. ab illis*, quin, & illis permissum erat, duos aureos in litis initio, duos autem in fine, posse ab utraq; parte exigere, *in §. si quis autem, in auth. de Judicibus*, quorum exactio, ut illic *Glos.* annotat, in desuetudinem abiit, & *Parlador.* assentitur *in lib.* 2. *rerum quotidian. cap. fin. p.* 6. *§. unico, sub num.* 2. *& Jo. Corasius Miscellan. jur. civil. lib.* 7. *cap.* 2. extricat, quis Pedaneus Judex dicatur.

RITUS

RITUS CXXXI.

Causæ modicæ committuntur usq; ad dationem termini.

ITem quod causæ modicæ infrà unciam unam, examinentur per commissarium deputandum per Curiam ipsam summatim, usquè ad dationem termini ad probandum: & de plano audiantur testes utriusq; partis, & statim fiat relatio.

SUMMA RERUM.

1 *Cuilibet sæculo nunquam sua defuit malitia, & litigantium pertinacia excrevit.*
2 *Auctor doctoratus laurea insignitus fuit, cum decimum sextum ætatis annum ageret, prævia dispensationis diplomate, die 30. Decembris 1645.*
3 *Ea ætate legalis Academiæ Princeps extitit, & publicas de jure thæses defendit.*
4 *Pro minima pecunia summa, lites in Tribunalibus Neapolitanis habentur cum maximo litigantium dispendio.*
5 *Multæ nugatoriæ lites ab eruditissimo P. Societatis Jesu recensentur, & Boteri in politicis dictum refertur.*
6 *Causæ modica quæ dicantur, remissivè.*
7 *Inter rusticos causa unius porcelli, dicitur gravis.*
8 *In illis multa conceduntur, quæ alioqui prohiberentur, & e contra.*
9 *Modica non sunt in consideratione.*
10 *Observantia hodierna hujusce Ritus indicatur.*

NUnquam sua cuilibet sæculo defuit malitia, &
litigantium, pertinacia in dies audactèr ex-
1 crevit; Mirabar, cum à teneris annis Advocati
munus suscepissem in foro (etenim jurisperiti lau-
2 rea, cum decimumsextum ætatis annum agerem,
die 30.Decembris 1645.insignitus fui, prævio dispensationis privilegio, non sine causæ cognitione, expedito: Nàm Excell.Regni Prorex, & Supremus Magistratuum Senatus Collateralis Consilii, cum legalis Academiæ Principem extitisse,
3 me, & publicas de jure thœses ea ætate defendisse,
certissimè nossent, meq; coràm videre voluissent, facillimè votis meis annuere, quod ad Majorem Dei optimi gloriam, & ut in jure tyronibus stimulos ad laborem augeam, scriptum hic volo) mi-
4 rabar, inquam, jam, tùm pro minima pecuniæ
summa, lites haberi, & plus nummorum scribis largiri homines, quam fœlici exitu causæ sperarent; Verùm cum apud Athletam nostrum *Caravitam* legissem in tribus Curiis, de triginta carolenis diutissimam olim extitisse litem, omnis admira-
5 tionis motus ex animo decidit, præsertim cum
5 sexcentas istiusmodi negatorias lites, apud *Angelgrave Societatis Jesu, de Evangelica luce* peritissimè scribentem, satiùs invenissem, è quibus hæc una, sit satis, quam *Boterus in politicis* retulit: *minimi*, inquit ipse, *Lutetiæ pro sex coronatis litigatum, in quos diversa pars sexaginta florenos insumpserat*, de quibus causis loquitur hic *Ritus*.
6 Quæ verò sint istæ causæ modicæ, declarat *Carav.sup.rit.*115., & copiosiùs *Muscat. in prax. civil.par.*1.*gl.petitur*, à *num.*29. atquè *Anton. Corsett.in tract.de minimis, in* 2.*tract.vol.fol.*87.*Marcell.Calà de mod.articul.*§.1.*Glos.*3. *n.*6. & nos extricavimus eodem *in rit.* 115. Nec verba illa hujus *rit.Infrà unciam unam*, restringunt summam causarum modicarum, ad unicam unciam, sed quia inter causas modicas numeratur, quæ unciam non excedit, ideò loquendo de causa unius unciæ, dicit esse modicam, quamvis respectù perfonæ, tùnc esse possit, & gravis causa, talem si-
7 quidem esse causa unius porcelli in rustico, asse-
verat *cit.Corsettus eod. tract. post num.*8. ideò *Cyn. Angel.*, & *Glos.* quos insequitur *Lanfranch.de Oriano in cap.quoniam contra de probat. cap.*8. *nu.*26. non immeritò scripserunt, magnam nonnunquam reputari causam inter pauperes agitatam, quæ inter divites modica, aut minima censeretur, & quidem refert non ignorare causas modicas, cum plura in illis liceant, quæ alioqui non licerent; in
8 illis nempè paucis allegationibus opus esse, dixi-
mus *super rit.*75.*sub num.*3. non secus ac in contrariis casibus accidit, in quibus per multa prætermittuntur, quæ alioqui fierent, ac fieri deberent. idq; ratione contingit illa, quod modica non sunt
9 in consideratione, ob quam nimirùm restitutio-
nem non dari pro modica læsione, dixit *Capyc.dec.*109.*nu.*9. ubi longo themate alia adiicit, *Avus meus in annot.*3.
10 Hujusce *Ritus* sanctionèm minimè servari, quoad commissionem, & termini ordinarii dationem, advertit super eo *Reg.Tap.lib.*2. *jur.Reg.rub.*16. *de Pedan.Jud.* quiq; subnectit servari, quo ad summariam capiendam informationem, nàm dicitur, quod capiatur informatio, & testes habeantur pro citatis, & in causa ducatorum quadraginta mutuatorum, quæ magna dicitur ex *Marant.in spe.*4.*par.dist.*9.*num.*189. esse procedendum ordinariè, scribit *Thor.in Cod.rer.civil.judicat.cas.*18.

RITUS CXXXII.

SUMMA RERUM.

Narrantur facienda à commissariis contumaciarum in criminalibus.

IN primis, quod dicti commissarii de literis executorialibus criminalibus commissionis eorum, & qualibet ipsarum: & de qualibet criminali cujuscunq; & quorumcumquè bannitorum, fieri faciant publicum instrumentum, seù publica instrumenta per Judicem notarium, testes, quod, & quæ contineant inquisitionem factam per dictos commissarios, vel alterum ipsorum, de bonis omnibus tàm mobilibus quam stabilibus, quæ reperierint in dictorum contumaciam bannitorum per dictam Curiam, pro causis quibuscunque, & captionem, & venditionem tertiæ partis ipsorum bonorum mobilium repertorum legalitèr, & sine fraude, per eos facienda, & quæ bona mobilia fuerunt: & in quibus ipsa bona consistant. Item contineant in quolibet dictorum instrumentorum cujuslibet literæ executoriæ criminalis divulgatio banniti in qualibet litera executoria denominati, seù denominatorum, & dies divulgationis ban-

banniti, seù bannitorum ipsorum: & etiam dies annotationis reliquorum bonorum omnium mobilium, & stabilium contumacis, vel contumacium, & banniti, seù bannitorum eorundem, per dictos commissarios ad opus dictæ Curiæ faciendorum: & quæ per ipsos reperta fuerint tempore inquisitionis præfatæ, & instrumenta ipsa scripta, & subscripta, & omni solemnitate, vallata, & signata; & completa, continentia omnia supradicta ad dictam Curiam infrà terminum in dictis literis commissionis eorum descriptum, & distinctum, una cum pœcunia dictarum tertiarum mittere, seù ducere studeant, & procurent.

SUMMA RERUM.

1 *Annotatio bonorum, quando fit facienda.*
2 *Et in quibus rebus.*
3 *Fieri àn possit antè condemnationem.*
4 *Fiat mobilium tantùm, àn etiam immobilium, & mobilium extrà Regnum existentium, extricatur.*
5 *Mobilia personam condemnati concernunt tanquam ejus ossibus affixa, locoqué non circumscribuntur.*
6 *Nomina debitorum extra districtum sita subjacent Neapolitanis consuetudinibus mortuo ibi debitore.*
7 *Præsertim, in ipsa Civitate destinata sit solutio.*
8 *Caravitæ sententia contradicit Scialoya, sustinens mobilia illius, in qua reperiuntur, esse Territorii.*
9 *Nomina debitorum, àn appellatione bonorum veniant in materia quoque confiscationis.*
10 *An molæ molendinorum.*
11 *Pecunia, animalia, & servi.*
12 *Victualia, segetes, necnon, & bona prohibita alienari.*
13 *Prohibitio alienandi pro interesse tertii, extenditur ad delictum.*
14 *Quæ sit differentia inter hunc Ritum, & Constitutionem Regni pœnam eorum, illoq; Constitutio, àn corrigetur.*
15 *Lex posterior contradicens anteriori illam revocare dicitur, tametsi ejus non meminerit.*
16 *Causa, ob quam fiat bonorum annotatio, ex Angel. alia subnectente, traditur.*
17 *Ipsam annotationem in Regno minimè nunc fieri, indicatur.*

PRæsens *Ritus* cum quinq; sequentibus, tractat de commissariorum instructionibus, qui deputantur ad exigendum contra contumaces, & quoniam hodiè alitèr servatur, & aliæ extant instructiones, quarum aliquàs recenset *Carav. in hoc rit. sub nu. 1.*, & nonnullæ sunt, sub *rub. prag. de offic. Magist. Just.* ut proindè parum deservire hodiernis temporibus in hoc *Ritu* sancita, maneat *R. Tap. super eod. ritu lib. 2. jur. Regn. tit. 23. de commiss. contumac.* Ipse nonnulla tantùm de bonorum anno-
1 tatione, de qua *Ritus* fatur, attingam, & quid illa præseferat quibusque in casibus fieri de jure
possit, tractant *Salicet. in l. 1. cum duabus seqq. C. de requirendis reis*, *Gandin. in tract. malefic. rub. quid sit agendum reo absente. Farinac. q. 11. num. 2. Afflict. in constit. grandis, num. 3. & 8. Bajard. ad Clarum q. 44. num. 8. Rovit. de senten. forjud. num. 14. de Angel. in prat. in l. si intra Provinciam, C. de bonis proscriptor.* Fieri autem debeat de rebus delin-
2 quentis mobilibus, & immobilibus, juribus, & actionibus cum suis qualitatibus, & circumstantiis, & cum suis opibus, prout sunt pœnès Reum delinquentem, advertit *Peregr. de jur. fisc. lib. 5. sub num. 196.* fieri autem nè possit antè condemnatio-
3 nem etiam ad effectum simplicis bonorum Inventarii, scribit *Arias Pinellus in repet. leg. prima, par. 2. num. 24. C. de bonis matern.* idemq; *Peregr. in initio dict. num. 196.* & *tex.* opitulatur *in l. defensionis facultas, C. de jur. fisc. lib. 10.* licèt autem attento
4 jure communi, non nisi bonorum mobilium fieret hodiè descriptio; *Capyc.* teste *dec. 131. num. 4.* ob verba tamen hujus *Ritus*, etiam immobilium, quin, & mobilium existentium extrà Regnum, ut tangit *Carav. nu. 4.* latiusquè probat *Farinac. q. 25. nu. 108.* textusq; adhæret *in c. 1. §. si Judex*, illis in verbis: *Dominus ejus omnia bona mobilia sub Sacramenta Judici repræsentet.* Ibibiquè *Andr. de Isern. Alvar. & Afflict. de pace tenend. in ubiq. feud. Caball. res. crim. casu 268.* Nec sine ratione, & qui-
5 dem valida est, quod illa non circumscribuntur loco, sed personam condemnati comitantur, tanquam ejus ossibus affixa, sicut anima, *Ann. alleg. 83. num. 10.* quam iidem admittunt *DD.* & jura multa, necnon *Franch. dec. 93. nu. 4. 6. Cons. de Gerg. alleg. 23. num. 14.* ut præterea ea ratione freti
6 nostrates scripserint nomina debitorum extra districtum sita subjacere hujus Civitatis consuetudinibus diem functo in ea creditore, *Molfes. p. 2. tit. de bonis, qu. 11. num. 2. Consil. Provenzal. in consuet. si quis, vel si qua, observ. 19. à num. 20. Horatius Montan. controv. forens. c. 8. nu. 3.* traditamque rationē insectantur, *Alciat. in l. fin. ver. neq; C. de pactis, Bertac. de clausul. instrum. claus. 12. gl. 2. num. 3. Soccin. tract. fallent. 5. conclus. lim. 2.* potissimùm si in hac urbe solutio sit destinata, volunt idem
7 *de Franch. dec. 93.* necnon altera 280. *Fab. de Ann. cons. 45. Minad. cons. 12. Molfes. q. 12. nu. 11. Provens. obser. 17. à num. 19. ex Text. in l. contraxisse, ff. de action. & oblegat. l. 3. ff. de bonis auth. Jud. possid. Carav.* verò, & aliorum sententiæ, contradicit *Angel.*
8 *Scialoya in prax. forjudic. cap. 16. num. 37. Alex.* insecutus opinionem *in add. ad Bart. in l. ex facto la seconda, ff. de hæred. instit. & cons. 16. num. 2. vol. 1.* necnon *Caput. in prælud. §. 6. n. 17. circa medium*, mobilia, judicantium, illius esse territorii in quo
9 reperiuntur, An verò nomina debitorum, & annui redditus appellatione bonorum veniant, *Ricc. collect. 239. Thesaur. lib. 1. qq. forens. q. 2. num. 2. Gratian. discept. forens. c. 748. nu. 2. & 507. num. 1. Thor. in Cod. rer. Judic. civil. cas. 34. Joseph Sesse dec. Arag. 132. Jo: Bapt. Spada cons. 296. lib. 2.*, & in propria materia confiscationis, *Alex cons. 144. vol. 2. Fusc. sing. 15. lit. M. Viscont. in conclus. jur. verbo nomina,*
10 an molæ molendinorum, *Carocc. dec. 107.* pecunia, & argentum, *Thesaur. decis. 160. Gratian. discept. forens. cap. 81. Jo: Bapt. Spada cons. 295. lib. 2. Thor. in*
11 *Cod. rer. judicat. civil. cas. 33.* animalia, *Caroccius decis. 56. Ricc. collect. memor. 239. Jo: Bapt. Spada cons. 293. tom. 3.* servi, *Castill. dec. Siciliæ. 128. par. 2.*
12 victualia, & segetes non recollectæ, *Thesaur. lib. 1. q. forens. 26. lib. 1. Hieronymus de Laurentiis decis. 16. Jo: Bapt. Spada cons. 294. lib. 2.* àn merces,
cæte-

cæteraquè venalia, *Affl. dec.* 106. affirmativè arbitretur in legato omnium mobilium, & supellectilium domus, contradicit verò *Fras. Merlin. cent.* 2. *controv. for. cap.* 65. decisumque fuisse contra *Afflicti* opinionem fatetur, & novissimè hoc examinat *Io. Bapt. Mucci var. q.* 4. *forens. q.* 29. an verò bona prohibita alienari, *Clar. §. fin. q.* 78. *nu.* 10. & *Carav.* laudato, *Avus meus ad Capyc. decis.* 131. *num.* 1. *Foller. in prax. crim. rub. annotentur bona centum, num.* 8. *de Franch.* declarans *add. decis.* 93. *num.* 4. &
13 quod prohibibitio alienandi pro interesse tertii, extendatur quoque ad delictum, preter *Carav.* hoc *in rit. in fin.* firmant *Bart. Romul. in tract. de praecip. honor. ext. famil. alien. num.* 55. 239. *&* 244. *M. Anton. Pereg. de fideicom. art.* 46. *num.* 5. Au jura conditionalia, *Catalan. de Indult. cap.* 17. *nu.* 44. *Caball. resol. crim. cas.* 264. *num.* 2. Admoneo tamen re-
14 stringendum esse, quod dixi de juribus, & actionibus, quotiescumq; lex aliqua sanciens annotationem faciendam, expressè loquitur de juribus, & actionibus, vel simpliciter de bonis mobilibus, & immobilibus, prout loquitur præsens *Ritus*, qui propterea non extendatur ad prædicta jura, & actiones, affirmo, secus, si aliquod addidisset verbum possessivum, prout *Constit. Regni pœnam eorum de forbannitis, & forjudicatis*, quæ hoc itidem in casu loquens utitur verbo illo possessivo, *bonis suis*, teste *Arnonio soliloq.* 10. & aliis multis, suffultus auctoritatibus prædictus *Farinac. num.* 109.

Sed cujus attendatur sanctio, *ritus*, nempè istius, vel Constitutionis? scias hujus *ritus* attendendam esse, nam *ritus* componi, observariq; mandavit Regina Joanna die 12. Januarii 1420. idquè deducitur apertè ex postremo *ritu*, & consecutivè manarunt post *Regni Constitutiones*, quod ex verbis *Caravitæ in hoc ritu*, & aliis multis deducitur, atq; ideò *ritui* tanquam legi po-
15 steriori parendum est, qui dùm contradicit jam dictæ constitutioni antecedenti, tametsi illius non meminerit, dicitur illam revocasse, ex *Bart.* (quem alii communitèr amplexantur) *in l. omnes populi, num.* 39. *ff. de justit. & Iure*, & *Bart.* omnes assentiri, dicit illic *Rain. de Forlivio num.* 73. *Io. Baptista de Sancto Severino n.* 106. & *Crotus num.* 97. insupèr aliud ignorare nefas est causam ob quam fieri
16 hanc bonorum annotationem, inolevit mos, quamquè *Angel.* scriptam reliquit *in tract. malefic. verb. Qui Iudex videns quod inquisiti, num.* 3. cum ait, quod sicuti in civili fit missio in bonis, ut contumax tædio affectus, veniat responsurus, ità in criminalibus bannitus, tùm in persona afficitur nomen ejus inter eos describendo, tùm in bonis, illa annotando, mòx autèm subicit, quod ideò Reus in civili comparens, quandocunq; infrà annum refectis expensis recuperat bona sua, itidèm, & in criminali, demumquè addit: bona autem non recuperat, nisi infrà annum compareat, sequitur *Capyc. decis. prædicta* 131. *sub nu.* 3. hanc verò postremam conclusionis partem, ut non comparente in anno, acquirantur Fisco bona, ut etiamsi deindè compareat, non recuperet annotata bona, optimè probat *Text. in l.* 1. illibiquè *DD.* communitèr, *C. de requir. reis*, postquè alios, *Farinac. qu.* 11. *num.* 1. Alia etiam plura in hac re adii-
17 cerem, nisi cessaret hodiè in Regno ejusmodi annotatio, teste *Foller. in sua prax. crim. vers. forjudicatur*, insequiturq; *de Franch. dec.* 515. *num.* 9. abundantiusq; in illius calce.

RITUS CXXXIII.

Pro pœna contumaciæ in causis civilibus fiat exequutio in tertia parte bonorum mobilium contumacis.

ITem de literis executoriis civilibus commissionis dictorum commissariorum commissarii ipsi non curent facere instrumentum, seù instrumenta, sed facta fideliter, & legalitèr inquisitione per eos de bonis omnibus mobilibus tantùm, condemnatorum quoruncunquè in dictis literis contentorum, tertiam partem bonorum mobilium prædictorum capiant, & capta vendant, seù captas, prætio, seù pretiis quibus poterunt melioribus, seù de illis componant: conditionem dictæ Curiæ faciendo propterea meliorem, licet in dictis literis commissionis eorum, non contineatur, quod possint componere de eisdem.

SUMMA RERUM.

1 *Contumax, inter complures pœnas, quas patitur, est tertia pars bonorum mobilium.*
2 *Quæ habet locum tùm in criminalibus, tùm in civilibus.*
3 *Quid verò hodiè servetur remissivè.*
4 *Pœna tertiæ partis mobilium, cessat hodie in Criminalibus, & Civilibus causis.*
5 *Contumax in hac Civitate, si non comparet, pro contumacia punitur arbitrio Advocati Fiscalis, si verò comparet, solvit ducatum unum, & quid in Regno.*
6 *In civilibus contumax comparens debet reficere expensas, quicquid aliter dicat Iulius Cæsar Gallup.*
7 *Contumax an debeat audiri à principio, vel in terminis, in quibus causa reperitur.*

1 COmplures cum sint pœnæ, quas patitur contumax ob suam contumaciam, eatque coacer. ant *Petr. Duen. regul.* 152. *&* 153. *limit.* 5. atque *Maraut. par.* 6 *membr.* 2. *à nu.* 9. *Jodoc. in prax. civil. cap.* 78. *Grimald. ad Tartagl. cap.* 1. *vers. pœna autem*, & una earum sit tertia pars bonorum mobilium, tùm in crimin. libus, juxtà *Ritum* præcedentem, & *Constit. Regni grandis utilitas, de pœn. contumac. in crim. & pœnam novem unciarum, Rub. de pun. Viv. dec.* 138. *Foller. in prax. crim. verb. Annotentur bona in princip. Borrell. in summa dec. tit.* 46. *de contumac. num.* 144. *Novar. in collect. pragm.* 69. *num.* 24. *Cons. Carleval. in tract. de Iudic. disp.* 2. *num.* 849. *Avus meus ad Capyc. dec.* 131. *nu.* 2. quin hanc pœnam in viridi fuisse observantia suo tempore, testatur *Carav. in ritu* 135. *num.* 1. *& in Ritu* 211. *num.* 1. quicquid dixerit *Carol. Rota in floril. pract. conclus. concl.* 9. *num.* 28. quem confutat *Gis. ad dec.* 77. *Reg. Capyc. Latro num.* 7. *lib.* 1. tùm in civilibus ex *Ritu* præsenti, necnon *Ritu* 211. *&* 218. verba facientibus in utroque casu, scilicet, civi-

civili, & criminali, *Viv. in sylva commun. opin. in opin.678. Carrer. in prax. crimin. tit. de homicid. vers. qua autem, num.15.* quamvis autem in civilibus non servari, adjungat idem *Carav. in hoc ritu sub num.1.* per doctrinam *Marant. in eod. add. loco*, attamen non ità generatim inibì loqui *Marant.* existimamus, eò quod in aliquibus locis non servari asserit, dictumque usum attendendum monet, si vigeat in aliquo loco; advertimus tamen inter observantiam præsentis, alteramque præcedentis *rit.* aliqualem extare differentiam, non solum, quia iu criminalibus loquitur, ista verò in civilibus: at insupèr quia in illa annotationem fieri mandatur bonorum mobilium, & stabilium, in ista verò tantùm mobilium bonorum.

Quid verò servetur, tùm in M. C. V. tùm in cæteris locis contumacibus, extricant *R. Tap. lib.3 jur. Regni in annot. ad Const. Regni, clementia Imperialis, pag.88. Danz. de pugn. DD. c.8. sub tit. de contumac. n.6. Novar. de grav. vass. grav.158. Thor. 3. comp. dec. sect.2. verbo pœnam contumaciarum*, aliaque ad materiam adnotant *Vivius add. opin 678. num.7. Gramm. cons. civil.73. sub num.2. Capibl. pragm.14. de Ba on. n.72.*

Et certum est in criminalibus pœnam tertiæ
4 partis bonorum mobilium inflictam contumaci non comparenti, hodie non servari, sed Advocatus Fisci M.C.V. ex speciali Exc. Proregis rescripto pœnam dictam taxat, teste *Reg. Capyc. Latro add dec.77. num.27.* idemque *Giasius* observat, quod sponte comparens contumax solvat dumtaxat ca-
5 rolenos triginta duos, nec amplius pro dicta contumacia, quæ remissa censetur, molestatur, addit que, nèc etiam hodiè in hac Civitate solvi prædictos carolenos 32. sed tantummodò solvi ducatum unum, extra verò hanc Civitatem diversimodè præstari, non excedendo tamen carolenos 12. ut tradit *Novar. dec.180.* & tangit *Ricc. collect 3473.*

In civilibus semper contumax auditur, refectis
6 expensis, *l. sancimus 14. Cod. de Jud. Muscat. par.2. Gl. venient, num.6. & par.3. Glos. partis, num.80. Ursill. ad Afl. dec.70. num.3. Oliva sup. Rit. Cur. Archiep. Neapol.18. num.12.* quicquid dicat *Gallupp. in sua prax. par.1. cap.5. & par.2. cap.3.* hujusmodi expensarum refectionem ab Aula recessisse, etenim in dies experimur in his tribunalibus contumacem audiri, refectis expensis; & pro absoluto tradit *Reg. Sanfelic. in prax. Judic. sect.37. à nu.*
7 *1.* In terminis tamen, in quibus in causa reperitur, *Ursill. ad Afl. decis.133. num.4.* idem *Gallupp. cap.4. num.37.* verùm huic ultimo dicto repugnat *prag.5. de ordin. Judic.* dùm concedit contumaci comparenti exceptiones impedientes litis ingressum, & proindè disponeretur, illum à principio audiri.

RITUS CXXXIV.

Quid in aliquibus Provinciis, in quibus diversimodè contumaces condemnantur, faciendum sit enarrat.

Item quod super exactionibus pœnarum fiscalium, ad quas nonnulli de Regno alio, maximè de partibus, & Provinciis Aprutinis citrà, & ultrà flumen piscariæ sunt per decreta ipsius Curiæ diversimodè condemnati (prout in aliis literis commissionis ipsorum commissariorum exactionis pœnarum ipsarum plenius continetur, dicti commissarii habeant facere unum, vel plura instrumenta publica, quibus sit insertus tenor dictæ commissionis, & contineant bona omnia, tàm mobilia, quàm stabilia dictorum condemnatorum vendenda, seu quæ vendantur per dictos commissarios, mobilia primo, si sufficientia fuerint, & si non sufficerent ad dictam pœnam stabilia, & si mobilia bona, & stabilia non sufficerent: capiant, & arrestent personas principalium condemnatorum ipsorum: habito tamen respectu ad personas ipsas, secundum conditiones ipsarum et si fuerint capiendi, et ipsos captos ad Curiam supradictam, et aliàs super aliis debitis coertionis modis tenendis per prædictos commissarios, & dictæ pœnæ exindè habeantur, vel super compositionibus ipsis, etiam faciendis per eos cum condemnatis eisdem: commoda semper dictæ Curiæ augmentando, provideant: prout mœlius, & utilius pro idemnitate dictæ Curiæ, videbitur providendum.

SUMMA RERUM.

1 *Executionem in omnibus casibus, & contra omnes, peri, permittit jus.*
2 *Sed quo ordine adjungitur.*
3 *Ritus admittit, ac amplexatur dispositionem legis a Divo Pio, §. in venditione, ff. de re judicata.*
4 *Contra personam, nonnisi excussis bonis, fieri potest.*
5 *Exequutio facta, non observato ordine tradito à dispos. in l. à Divo Pio, §. in venditione, an sit nulla.*
6 *Memoratur Francisc. Maria Prat. dispungens contrarietatem decisionum S.C. apud Afflict. dec.358 & apud Franch. dec.342.*
7 *Creditoris ne, vel Judicis sit optio satisfaciendi de bonis debitoris.*
8 *Creditorem quod non lædit, & debitori prodest, de facili est concedendum.*
9 *Ob fiscale debitum, & instrumentum liquidatum persona arrestari potest, non facta excussione bonorum, etiam contra Administratores Universitatum.*
10 *Variare, quin, & cumulare in exequutione, an & quando liceat, latè discutitur.*
11 *Explodit ur Francisc. Anton. de Judice, tradens, quod vinculis mancipato debitore virtute exequutionis in ejus persona facta, datoque termino super exceptione aliqua, non valeat creditor exequi in bonis.*
12 *Variare àn in movendo, & prosequendo Judicio liceat.*
13 *Clausula, ut una via electa, alia non tollatur, cujus sit virtutis.*
14 *Valeant creditores via ordinaria electa ad aliud exequutivum convolare Judicium, latè traditur, & affirmativa, magis communis, firmatur sententia.*
15 *Procuratoris inscitia non potest principali præjudicare.*

16 Teg.

16 *Text. à Reg. Galeota lib. 2. contr. 14. num. 13. adductus non refragatur, & in diversa specie loquitur.*

17 *Creditor quando valeat variare de persona ad rem, & è contra, remissive.*

18 *Illius arbitrium Judex refrauare quibit.*

19 *Creditor cum assensu posterior debet satisfieri super feudalibus relictis burgensaticis creditori posteriori absque assensu.*

20 *Exequutio personalis omninò vetatur contra aliquas mentionatas personas, potissimum contra personam clerici pro debito, quamvis exequutio possit fieri, reservata congrua portione ad victum.*

21 *Algozorii habentes mandatum capiendi, frangere ostium, sive fenestras non vetantur pro causa criminali, secus pro civili.*

22 *Exequutio facta, non observata clausula ostendendi priùs opposita à Iudice, cum mandatum subscripsit, an subsistat, affirmative resolvitur.*

23 *Exequutio nullitèr facta contra verum debitorem sustinetur.*

24 *An verò exequutio facta virtute literarum executorialium, mutato vel mortuo Judice, valeat.*

25 *Ritus dispositio aliter hodiè servatur.*

1 REgula juris est affirmativa, in omnibus rebus: et contra omnes fieri executionem, præterquàm, si à jure vetitum fuerit, *Petr. Duena regul. 175. lib. 1.* nimirùm, si multis in casibus illam prohiberi certum sit, eosque recenset *Marant.*
2 *par. 6. actu 3. num. 29.* Sed cum fieri conceditur, modus ut scilicèt primo mobilis, deindè immobilia capiantur, attendendus, præscriptus in evulgata *l. à Divo Pio. §. in venditione, ff. de re judic.* ad cujus ornatum multa scripserunt *Episcop. Campanil. in diversor. jur. canon. rub. 11. cap. 13. nu. 332. & cap. 15 num. 89.* (qui, & formam adhibendam in illius venditione, tradidit, *eod. cap. 13. num. 329.*) *Muscat. in prax. S. C. lib. 2. par. 3. gl. servata, num. 10. Parlador. lib. 2. rer. quotid. cap. fin. 5. par. §. 3. num. 4. Avendan. de exequend. mandat. par. 1. cap. 17. num. 4. Molin. de Hisp. primogen. lib. 4. cap. 7. num. 24. Viv. commun. opin. 10. & 11. Jo: Bapt. Costa de remed. subsid. cap. 43. num. 1. Mobedan. dec. 185. Machael Patrocin. 34. num. 5. & 6. Cons. Staiban. res. 156. tom. 2.*

3 Dispositionem igitur memorati *§. in venditione*, ne in rebus ipsis stabilibus fieret exequutio, ubi satis essent mobilia, admittit quoque & amplexatus est *Ritus* iste noster, ex quo etiam deducitur una simùl fieri exequutionem bonorum, & arre-
4 stationem personæ non licere, sed gradatim, juxtà formam traditam *in add. §. in venditione* faciendam esse, *Jul. Clar. lib. 5. sentent. §. fin. q. 95. num. 1. Carav. hoc in rit.* memor, *Carrub. sing. 56. 64. & 157.* ità
5 quod si, illa parumpensa, simùl fieret, esset exequutio nulla, ex *decis. Afflict.* & ubi *Vrsill. decis. 358. & Marant. p. 6. actu 3. sub num. 9.* & aliis multis Auctoribus, quos congessit *Campanil. indic. num. 332.* quibus, contradicit *de Franch. dec. 441. ex num. 1.* autumans, illam non esse prorsùs nullam, sed appellatione indigere, cum quo censent *Gamma decis. 199. num. 6. Mitanens. dec. 5. nu. 50. Surd. cons. 39. num. 22. Cost. de remed. subsidiar. remed. 43. num. 1. Cæsar. Manent. dec. 19. Farinac. in repert. ludic. in fragment. lit. E. num. 10. Trentacin. lib. 2. variar. tit. de exequut. rei judicatæ resol. 2. nu. 3. Muscat. add. loco num. 10. Consi. Carleval. lib. 2. tit. de Judic. disp. 1. num. 12. Consil. Hodiern. ad Surd. dec. 173. num. 13.* At *Franc. Maria Prat. pract. obser. cent. 1. observ. 43.* cui magis opinioni inhærendum
6 sit, suum interponit judicium; omnibusque ex adverso adductis, contra memoratum. *Affl.* scitum, occurrit, explosis iis, quæ potissimum insinuavit *de Franch. add. dec. 431.* tantorumque patrum contrarias decisiones conciliare elaborat.

7 Quid si debitor plura detineat mobilia diversarum specierum, creditor obstringatur, illa recipere pignora, ipsi invito à Judice, vel Reo tradita, an vero ipsi liceat eligere unum, vel alterum genus, aut speciem mobilium, & in gratiam debitoris respondisse, videtur *Coleri de process. execut. p. 3. cap. 9. num. 20. ex Tex. in l. rescripta 7. C. de precib. Imper. offer. l. si me, & Titium ff. si cert. petat.* quibus, de facili concedenda esse, cavetur, quæ
8 creditorem non lædunt, debitorique prosunt, *Giurb. p. 1. observ. cap. 46. num. 6. Prat. d. observ. 43. num. 70.*

9 Ob causam verò fiscalis debiti persona arrestari poterit, non facta excussione bonorum, *l. nemo, C. de exec. tribut. lib. 10. Carav.* sic servari testatur, quicquid alitèr disponit hic *Rit.* & *Carav.* insequitur, ab eo traditam rationem recensens, *Reg. Capyc. Latro dec. 72. num. 12. lib. 1.* dum extricat articulum, nùm gratia medietatis pœnæ fiscalis solita fieri, cum clausula, dummodò non fuerit executa, nec soluta operetur, debitore in vinculis mancipato. Hocque privilegium protenditur, etiã in beneficium Universitatum contra debitores fiscales, & etiam administratores rerum Universitatum, etenim si per Rationales electos ad administratorum computa discutienda, illis visis, & discussis, fuerunt ipsi significati, seù condemnati ad solvendum pecuniarum certas quantitates, potest contra eosdem exequi realitèr, & personalitèr, vigore *prag.* sic interpretatæ quæ est *5. cap. 21. de administr. univer.* teste *Dom. Reg. de Marin. ad Revert. dec. add. 519. num. 2.* Itidèm pro exequutione incusati, juxtà formam *ritus*, teste *de Franch. decis. 271. vers. discusso hoc negotio, sub num 5.* Apocæ banci recognitæ, obligationis penès acta incusatæ, & literarum cambii protestatarum, in quibus liceat, nè creditori variare, quin potiùs cumula-
10 re, atque ideò exequutum si fuerit in bonis, possit in persona quoquè exequi, responsio affirmativa erit omninò valida teste *de Franch. decis. 200.* præsertim *num. 3.* & tradunt *Capyc. decis. 46. num. 8 Decius in l. creditor la 2. ff. si cert. petat. & cons. 73. in princ.* optimè *Natta ad cons. Alex. 130. sub num. 15. vol. 4. Negusant. tract. de pignor. 3. modo 8. par. sub num. 27. Vrsill. ad Affl.* loquens in exequutione sententiæ Sacri Consilii, *in decis. 231. sub num. 3. Pannus Graviuersis super rit. 164. par. 4. declarat 12. à num. 85. Ann. sing. 69. Gratian. decis. 4. Marcb.*
11 *num. 72.* nisi tamen vinculis mancipatus debitor, virtute exequutionis in ejus persona factæ, exceptionem aliquam opposuisset, ad quam probandam fuerit datus terminus, quandoquidem, si tunc vellet creditor exequi in bonis: ratione cessantis jurisdictionis ludicis non posset, teste *Franc. Ant. de Judice in suis comment. ad ritum de liquid. instrument. cons. 4. num. 46.* ibique *Franc. Anton. Massa in addit.*

addit. comprobat, quem insequitur *Avus meus ad Capyc.decis.33.sub.num.*1.subdit verò ipsemet *de Judice*, & ait, quod si debitor nonnisi bona smobilia haberet, & suspitio esset de lapidatione, liceret sequestrare bona illa, quousque expediretur negotium, aut fidejussionem præstaret, Nos autem memoria repetendum esse advertimus, quod, liquidato instrumento, unà simùl decernitur exequutio realis, & personalis, ita quod illius virtute, carcerato debitore, ad Judicem redire non amplius opus est, ut in bonis fiat exequutio quamobrem videtur cessare ratio *Francisci Antonii de Judice*, quod tùnc Iudicis officium conquiescit; tùnc enim nihil agit Judex, sed exequutio fit virtute ejus, quod Judex mandavit tempore valido, & quo erat Judex, & prædicta omninò cessant in liquidatis instrumentis, vigore *pragm.* mandantis non audiri debitorem, nisi facta integrali solutione, de qua eloquimur *ritu* 166. cogitandum igitur monemus, atquè ad alia properando, dicimus in aliis terminis, quam exequutionis (de qua hactenus loquuti sumus.)

12 Sed in Iudicio movendo, aut prosequendo, si investigetur, valeatnè actor variare, sivè actionem mutando, sivè Reum, adeas *Capycium* affirmantem in casu, quem ponit, *dec.*119. *num.* 10. negantem verò in terminis *decis.*33. ubi permulta cumulat *in sua annot. Avus meus Prosper Petra*,& aliqua, *Ricc.collect.*1053. *& V.sill.ad Afflict. dec.* 142.*sub num.*2.

13 Quod si adesset clausula in instrumento solita apponi, ut una via electa; alia non tollatur, magis procederet mox relata conclusio, ex Doctoribus allegandis, & exprimentibus illius virtutem, ejus enim meminerunt, atque diffusè tractaverunt *Gallesius, & Corbul.* quos allegat, & insequitur idem *de Franch.cit.num.*43. necnon *Frecc.par.* 9.q.9.*Marant.disp.6.num.3.Vrsill.add.loc. & decis.* 326.*sub nu.*2.*Galter.de liquid.instrum.*3.*p. princ. num.*8. qui tradunt, non licere alias creditoribus
14 via ordinaria electa ad exequutivum convalere judicium, confirmant *Novar. in prax. dation.Infolut.qu.*6.*sect.*1.*Mastrill.decis.*157. *Montpr.decis.*22. *Giurb.dec.*64.*num.*11.*& dec.* 105. *num.*53. *Grat. discept. forens. cap.*128.*num.*49.*& num.*50. *Macerat.resolut.*29.*num.*8. *Farinac. dec. Rota Romana* 720. *num.*1. *Surd.decis.*92. *num.* 13. *Reg. Galeota lib.*2.*controv.*4.*num.* 13. *Donadio de renunciat. par.*1.*cap.*15.*num.*161. Contrariam verò aleam sustinent, *Bal.in l.*3.*ff.de testam.milit.Præs.de Franc. decis.*200.*à num.*1.*ad* 4. & alii, per *Thor. in compend.decis. Cur.Archiep.verbo variare*, latè *Rebuff. ad constit.Galliæ tract.de liter.& obligat.art.*2.*Gl. unica num.*21.*& par.*6.*gl.*3.*num.*7. *Dec. cons.*460. *num.*7.*&* 8.*Felician.de censibus lib.*2.*cap.*1.*nu.*31 *Suarez de Pax in prax.to.*1.*par.*4.*cap.*3.*num.*31.*& par.*1.*cap.*2.*num.*7.*Parlador. rer. quotidian. lib.*2. *cap.fin.par.*1.*§.*4.*num.*4. *Guttier.pract.quæst.*39.*inter limitat.num.*7.*lib.*9.*Volanno in curia philipica, part.* 2. *§.* 1. *num.* 2. *Villadiego in politic. cap.* 2. *num.*21., & post alios, *Ceval. commun. contra commun. tom.*3.*cap.*815.*num.*22. & novissimè, solidis argumentis tuetur *Præs.Merlin.cent.*2.*cap.*97 dicens *text.in l.ubi captum,ff.de judic.*locum non habere in Judicio executivo, ex doctrina *Jas.in l. nulli, num.*8.*C.de Judic.Noguerol.tom.*1.*alleg.jur.*4 *num.*28.& subdit *num.*8.viam ordinariam, & executivam nullatenus esse inter se contrarias, sed diversas, ad idem tendentes, & proindè, electione unius, non fieri alteri præjudicium.Imò hujusmodi variationem, nonnisi expensarum præjudicium afferre convento, quibus refectis, non esse actori denegandam viam exequutivam, affirmat *n.*16.

15 Eò magis, quia procuratoris, sivè advocati inscitia, Judicium ordinarium inchoantis, ubi executivè erat procedendum, non potest principali præjudicare, ut notavit *Cevall.ubi sup.n.*40.*ex tex. cum glos.in l.sed etsi, § fin. quod cum eo*, ubi erranti in eligendo actionem sibi competentem, restitutionis beneficio subvenitur, præsertim in nostro Regno, in quo per *ritum* M.C.V. 288. simpliciter sola facti veritate inspectà, judicatur, ut optimè advertit *Merlin. ubi sup. nu.*14. *& cap.*27. *ead.cent.*2.*nu.*34.quin ne refragatur *Tex.in l.quod*
16 *in harede, §.eligere, ff.de tributor.actione*, quo tuetur *D.Reg.Galeot.add.nu.*13. inibi enim species diversa omoinò proponitur, eò quod Jurisconsultus prohibet una actione electa, ad aliam convolari. Quod diversum est quando via activa, & executiva competit; tùnc enim per unius electionem, alia non amittitur. *l.miles, §.qui judicati, & l.*4.*§.si ex conventione, ff.de re judic.* ut in puncto notavit *Rebuff.cit.art.*6.*gl.*3. *à n.*7. *vers. nec refragatur*, subnectens rationem, nàm ideò quis agit, ut interdum veniat ad executionem, ergo minimè renunciatur executioni per actionem ordinariam intentatam, quod secus est, si plures competerent actiones: additquè, aliquos hanc differentiam non intelligere.

Quando verò creditor valeat variare de perso-
17 na ad rem, de re ad personam, & de principali ad fidejussorem, extricant *Silvan.cons.*23. *nu.*6.*Brun. à Sole in compend.Jur. verbo creditor*, *Amanell.de clar.aquis sing.*185 *Salgad.in laber.cred.p.*1.*cap.*17. *Laganar. ad Rovit.in prag.*1.*lit.* G. *de arbitr.verbo Immò, Mocc.in sylv.cas for.cap.*49. *nu.*10. *Thesaur. quæst.*8.*num.*6.*Dom.Reg.de Marin.lib.*2. *quotid.resol.cap.*56.*& in observ.ad Revert. dec.*173. *nu.*1.*d. Petr.Quesada dissert.*5.*à num.*9.possitquè Judex il-
18 lius arbitrium refrenare limitando *textus* dispositionem *in l.creditoris arbitrio*, *ff.de distract.pignor.*tradunt *Minad.dec.*13. *num.*2. *Gamma decis.* 40.*Coras.de oblat.q.*10.*num.*74. *Amat.cons.*95.*Consil.Arias de Mesa variar.resol. cap.*26.*lib.*1.*num.*6. *Anna pater alleg.*141.*Ann. filius cons.* 76. potissimùm, in creditore cum assensu, ut ille agat su-
19 per feudalibus, relictis burgensaticis bonis, ut valeat creditor, absquè assensu super illis satisfieri, & si posterior notavit *D. Reg. de Marin. lib.*2. *quotid.resol.cap.*16.*nu.*15. *& add. cap.*58. *num.*12. & scripsimus latè in causa Illustris Marchionis Alvignani, cum Patrimonio Ill.Principis Sepini, ut videre est in meo juris responso super ea re confecto, quod cum aliis speramus propediem typis dare.

20 *Habito tamen respectu ad personas ipsas secundùm conditiones ipsarum*, subnectit *ritus*; quandoquidèm jura multùm deferunt aliquibus personis, ut propterea legamus, contra personas memoratas *in l.*2.3. *&* 4. *ff. de in jus vocan.* exequi haud posse; Item contra DD. *l. medicos, C.de profess.& medic.Zabar.in clem.*2. *num.*16. *de magistr. contrà milit.Covarr.lib.*2. *c.*1.*num.*3. contra perso-

nam

nam clerici pro debito, *Abbat in cap. pervenit, de fidejuſſor.*, latèq; *Farinac.q.27.ſub nu.65.* quàmvis exequutionem fieri poſſe in beneficii fructibus, ſubnectat, reſervata ipſi congrua portione ad victum, *Aufrer.ad dec.Cappel.Tholoſ.245. Menoch. de arbir.Judic.caſ.183.num.3. lib.1.* contra mulierem, niſi ſit meretrix, *Milanenſ. dec.4. num.109. lib.2. Matthesil.notab.108.*, & reſtringunt præfata, *Avus meus ad Capyc.dec.44. num.1. Amend. ad Franch. dec.200.*

21 Quin licet exequutoribus, & sbirruariis permiſſum videatur à Jare, frangere oſtium, & feneſtras pro capiendo malefactore, ſtante ſolo mandato capiendi, in civilibus tamen vetitum apparet, niſi expreſſam habuerint licentiam frangendi, quam dare minimè conſueviſſe Judice, niſi aliquibus præcedentibus, probat *Farinac.q.27.à n.93.*

22 Verùm dubium perpulchrum, quodquè perſæpè contingere poteſt, oritur, ſcimuſq; non ſemèl accidiſſe, & nulla præhabita conſideratione diſcuſſione, ac partis oppoſitione pro Judicis arbitratu obſervatum diverſimodè fuiſſe, cùm enim accidiſſet in cauſa docti viri, qui nollet pati gravamen, non ipſe tantum in illius veritate inquirenda elaboravit, ſed alios etiam conſuluit, mèq; omnium minimum; Caſus autem, fuit in his terminis, quod expeditis literis exequutorialibus ſuper exequutionē facienda in bonis cujuſdam Ill. viri, illas ſubſcribendo Judex manu propria, adjecit verba illa, *oſtendatur priùs*; Quibus non oſtenſi, ad exequutione properavit Algozerius, procurante creditore, dubitante, quod ſi debitor certior factus eſſet aliquod præſtiturus eſſet impedimentum, aut dilationem; controverſum itaq; fuit, ſi nulla eſſet exequutio facta, & tanquàm nulla reſtitui deberent principali exequuta bona, & quamvis Judex propenderet in gratiam debitoris, deſtitit perlegendo *Grammat. conſ. crimin.40.num.37.Vaut. de nullit. tit. quibus modis ſentent.defend.poſſit, nu.129.Neguſant. de pignor. 3.par. membr. 2. num.25.Guid. Pap. q.294. Ann. alleg.22.num.4.alleg.80.num.9.& 94. nu.8. Franc. de Petr.conſ.47.nu.7.Preſ.Merlin.cent.1.controverſ. forenſ.cap.88.nu.14.Dom. Reg. de Marin.ad Reverter.dec.92.nu.3.* affirmantes, capturas, & exequutionem nullitèr factas, validas fore, quando verè

23 is, contra quem fuit exequutum, debitor exiſtat, & præfatus propterea nobilis, perquiſita pœcu-

24 nia, ſatisfecit creditori, An verò exequutio facta murato, aut mortuo Iudice, valeat, inquirit *D. de Franch. deciſ.405.* cujus meminit *Avus meus ad Capyc.dec.136.num.3.*

25 Ritus diſpoſitionem alitèr hodiè ſervari, ſcripſit *Reg.Tap.ſuper illo lib.2.Jur.Regn.rub.23.de commiſſ.contumac.*

R I T U S CXXXV.

Commiſſarii valeant liberare Reos à bannis ſolutis tamen ſibi tarenis ſexdecim, acceptiſq; idoneis fidejuſſoribus.

Item quod dictus commiſſarius ex poteſtate ei conceſſa per dictam Curiam, & in aliis literis commiſſionis ejus contenta, à quibuſcunq; & omnibus, & ſingulis bannitis in literis aliis commiſſionis ejus denominatis; & ſe ſpōtè à bannis ipſorum extrahere volentibus: in teſtimonio publico, primo, & ante omnia recipiat jura banni, ſeù bannorum eorundem ad rationem de tarenis ſexdecim pro quolibet banno cujuſcunquè banniti inſolidum: quam pecuniam legaliter ad opus Curiæ prædictæ conſervet, per eum infrà terminum ei ad mittendum pecuniam tertiarum, tàm bannitorum, quàm etiam condemnatorum civilitèr jam fixum ad eandem Curiam deſtinandam, & deindè ad receptionem fidejuſſionum dictorum bannitorum procedat (debito modo) proùt in literis de recipiendis ipſis fidejuſſionibus bannitorum pleniùs continetur. Qui fidejuſſores recipiendi per eum ſint idonei, & ſufficientes, & non ſit clerici, nec filiiſamil. nec aliàs aliis obligationibus obligati.

S U M M A R E R U M.

1 *Filiifamilias foventur Macedoniano in mutuo.*
2 *Fidejubere nequeunt.*
3 *Nulli conſultum eſt filiifamilias accipere fidejuſſionem.*
4 *Ritus noſter addit prohibitionem officialibus, ne illos in fidejuſſores recipiant.*
5 *Generaliùs prag. 1. de Senatuſconſulto Macedon. loquitur, & prohibet recipi eorum obligationes, niſi in certis caſibus.*
6 *An valeant filiifamilias renunciare præfato beneficio.*
7 *Si contraherent ſine conſenſu patris, àn ſit nulla obligatio.*
8 *Quid ſi mentiti ſint filiifamilias, dicendo ſe patresfamilias, aut vivere ſeorſum.*
9 *Data nullitate obligationis ſubſiſtat, ne fidejuſſoria?*
10 *Pro patribus ſe obligare poſſunt.*
11 *Rota opinionem Carav. inſequitur in d.pragm.1.§. 11.num.11.*
12 *Verba text.in l.1. C. de filiofam.minor. perpenduntur.*
13 *An illius Text.diſpoſitio procedat in Regno, valeat, quo pater in ſui beneficium conſenſum præſtare inquiritur.*
14 *Reg.Merlinus, Carav. Rot. & aliorum inſequitur opinionem, illamq; S.C.ſcitis circumvallat, improbant Reg.Rovit.& Montan.diſtinctionem.*
15 *Ad tutandam ipſius Reg.Rovit. ſententiam, calamum arripuit, in gratiam filiorum familiat. Lelius Giptius tùnc Advocatus primarius, ſuſtinens nullam eſſe fidejuſſionem, & obligationem per filium in poteſtate patris factas in illius beneficium, cum ipſius conſenſu, & præſentia.*
16 *Reg. Rovit. celeberrimi nominis in animis hominum fama perpetuò, teſte quoq; Mario Giurb.*
17 *Quorum verior ſit opinio, Auctor non inquirit.*
18 *Pragm.præfata non comprehendit filiosfamilias clericos.*
19 *Nèc titulatos.*
20 *Nequè mercatorem.*
21 *Quis dicatur mercator, remiſſivè.*
22 *Non dicitur qui mutuat, vel conducit, emitve fundum.*

23 *Filiusfamilias obstringatur nè ex ejusmodi contractu ab ipso sui Juris effecto, ratificato, negativè resolvit, R. Rovit. contradicunt alii, qui adducuntur.*

24 *Quas diligentias adhibere debeant Actuarii in capiendis fidejussionibus, & quando teneantur de proprio, remissivè.*

25 *Huj. sce Ritus sanctio ab Aula recessit.*

1 SEnatus consulto Macedoniano fovebantur antiquitus filii familias, *l. 1. ff. ad Senatus cons. macedon.* scilicèt in mutuo, in quo *tex.* ille loquitur, teste *Carav. §. 12.* inferiùs citando *num.* 67. Jure verò codicis *in l. filius familias, C. de fidejuss.*
2 (pro patribus fidejubere concedente, & propterea insinuante alioquin non licere) restitutione gaudebant, si pro extraneo fidejubebant, *l. 1. & 2. C. de filio famil. minor.* quibus fortassè suffultus
3 *Valent. Franch.* scripsit, nulli consultum esse talem accipere fidejussionem, *in tract. de fidejussor. cap. 2. num.* 144. Ritus autem noster addidit pro-
4 hibitionem officialibus, nè illos in fidejussores reciperent, *& pragm. 1. de Senat. consul. macedon.* generaliùs loquens in omni contractu constituit
5 neq; recipi eorum obligationes posse, nisi præsentia patrum, vel nisi sint emancipati vel habitent se orsum cum familia, tametsi excusari notarios adjunxerit, si illi asserant, se esse emancipatos, seù vivere segregatos à parentibus; quas præterea assertiones exolevisse patet, ex *cap.* 10. Exc. Ducis Offunæ senioris rescripto inter illius gratias jam typis datas inter Capitula Regni, & Privilegia Neapolis, fol. 273.

Horum autem *Ritus*, & *Pragm.* virtute dicendum arbitramur, quod quamvis iidem queant fi-
6 lii familias renunciare Macedoniano, juxta notata *in dec. de Franch.* 164. & 181. nihilominus ob expressam prohibitionem in eis factam notariis, nè recipiant eorum fidejussiones, & obligationes, tùm commissarii, de quibus in hoc *Ritu*, tùm notarii, de quibus in illa *pragm.* manus apponere ad illas recipiendas non debent, quamvis si contrafacere auderent, illorumq; fidejussiones, & obligationes reciperent, haud subjacerent nulli-
7 tati, cum nèc *Ritus* nèc *pragm.* adjungat invalidas esse, alioqui frustrà adderetur quandoq; decretum irritans, quin, & in propriis hisce terminis præfatæ *pragm.* ità decidit *Rota in decis.* 580. proposito dubio *par. 1. tom. 2. num.* 2. inter novissime congestas à *Farinac.* & iterùm, recentioribus temporibus placuit eidem *Rota* de anno 1632. *coram Verospio*, in causa Pauli de Oria, relata per *Episcop. Marant. resp. 51. num. 10. par. 2.* & tradit idem *Marant. resp. 50. ead par. 2.* quamvis *Molfes. cons. 4. num.* 28. contradicat. Verùm præfata decisio addit memoratam *pragm.* declarare
8 acta nulla, quando filiifamilias, aùt vivere seorsum, si id minimè inniteretur veritati, in quo quippè nullum esse contractum virtute illius *pragm.* asserit etiam *Paschalis in suo tract. de virib. patr. potest. cap. 6. sub num. 3.* videasq; *Reg. Capyc. Latr. consult. 16. tom. 1. Francis. Maria Prat. lib. 1. discept. forens. cap. 2. à nu.* 34. & novissimè *Præs. Ganaver. dec. 54. à num.* 18. qui latè discusso articulo expendendo verba *in secunda prag. de S. C. Macedon.* contenta, ibi: *Et etiam non teneant*, firmat contractus neutiquam annullari. (An verò
9 data nullitate obligationis subsistat fidejussoria, inquirit *Prat. ad Paschal. add. cap. 6. ad num.* 15.)

Certissimum tamèn esse credit eadem *Rota* decisio, quod quando jam dicta *pragm.* omnes irritaret contractus, & obligationes eorum: non tamen illas, quas pro patribus fecissent, eò quod
10 illas admittit jus, eoquè attento, validas esse, constat ex eadem *l. filius familias*, juncta *l. si dubitat, §. filiusfamilias, ff. eod. illo tit. l. 1. C. de filiofamil. minor. & l. si ex alio, C. quod cum eo*, ac ideò non complecteretur obligationem filii de ju-
11 re permissam pro patre, & fulcitur doctrina *Carav. super eadem pragm. §. 11. num. 11. & 16.* proùt in consimili statuto Paduano loquens *Peregr.* conclusit, ac pluries decisum scripsit, *in sua decis.* 51. præsertìm à *nu.* 6. quorum dicta restringenda esse credimus ad eum casum, quo de jure illa subsistit, nec per viam restitutionis retractatur; nàm etiam si pro patre obligetur, restitui poterit, si illi vita functo non successerit; ad *tex. in d. l. 1. C. de filiofamil. minore*, cujus *tex.* verba
12 non semèl perlegimus, eaq; admirati sumus, quandoquidem durius se jus ostendit in patrem, quam in extraneum, cum pro patre obligatus in integrum restituatur, si non successit, in alio verò obligato, etiam non pro patre tenetur, sed non nisi, in quantum facere potest, *in l. 2. C. quod cum eo*, nisi dicamus *in d. l.* 1. non successisse, quia non institutus, in ipsa verò *l. 2.* quia institutus, & ab ejus hæreditate abstinuerit, aut illum loqui in filiofamilias majore, utcunquè sit, illud certissimum esse, gaudere filiumfamilias, virtute ejusdem *l. 2.* privilegio, nè conveniatur, nisi in quantum facere potest, adhùc si parentis consensus intercesserit in obligatione, id tamèn ex illius verbis, cum hæreditati paternæ renunciavit, non itaq; si successerit.

13 Verùm illius *test.* dispositio subsistat, nè hodiè Regno, in quo viget adducta *pragm.* valeatq; pater in ipsiusmet beneficium consensum, & authoritatem præstare, ex nostratibus *Præs. Merlin. cent. 1. qq. forens. cap. 39. & in 2. cent. cap. 99. &*
14 100. dilatatis fimbriis, post *Pandum de præsent. instrum. par. 2. declar. 17. nu. 41. Mansum de caus. execut. ampl. 10. num. 81. Thor. par. 1. compend. verbo filiusfamilias*, & in simili statuto *Grivell. dec. Dolan. 14. nu. 21. Carav.* alteram tuetur *in add. §. 11. num. 8.* in terminis memoratæ *pragm.* sustinendus, paternum consensum, non ad ipsius filii personam integrandã, sed dumtaxat ratione præjudicii, quod patri evenire posset, requiri, quin *Præses* triplici decisionum S. C. clypeo ejus circumvallat effatum, *add. cap. 100. num.* 78. improbans *D. R. Roviti in add. pragm. 1. & Horatii Montani controv. forens. cap. 39. num.* 3. quem laudat *Thor. par. 3. compend. decis. verb. contractus celebratus, & in supplem. comp. verb. filiusfamilias se obligans*, effinctas distinctiones.

15 At pro *Roviti*, sententia in gratiam filiorum familias pro nullitate eorum obligationis, calamum arripuit *Lelius Giptius*, tùnc patronus famigeratus, lepidumq; edidit responsum, dùm decidendus erat articulus ad evitandam determinationum diversitatem, junctis omnibus classibus S. C. ordine illius temporis spectabilis Præsidis, qui-

quiquè, rejectis contrariis, ejus opinionem re-
ceptiſſimis concluſionibus confirmat, veriorem,
& humaniorem demonſtrat, Doctorumq; aucto-
ritatibus corroborat, & potiſſimùm ipſius *D.Reg.*
16 *Rovit.*(cujus celeberrimi uominis in animis homi-
num fama perpetuo vivet, teſte etiam *Giurb. ad
conſuetud.Meſſ. cap.*10. *par.*1. *nu.* 3.) necnon *Ma-
rii Cutelli de donat.contempl. matr.cap.*1. *nu.*171.
*fol.*55. *Reg. de Marin. lib.*1. *quotid. reſol. cap.*144.
*num.*18. *&* *cap.*145. *num.*15. *&* 16. *Galter.de li-
quid.inſtrum. verſ.advertat ad debitorem, nu.*53.
& 55. *Virgilius de Boccatiis in Conſtit. Marchia,
gloſ.*2. *num.*35. 39. *&* 40. *Caldas in l.ſi curatorem
habens, verb. Contractum feciſti, ſub num.*45.*verſ.
ex quibus, Carpan.ad ſtatuta Mediol. cap.*416. *nu.*
84.85. *&* 140. *Gratian. diſcept.forenſ. lib.* 4. *cap.*
781. *num.* 28. *Cancer. lib.*2. *cap.*1. *nu.* 67. *& ſeq.
Bertazol.de clauſul. gl.*11. *clauſ* 7.*num.* 8.*&* 9.qui
veriorem hanc opinionem, præconizat, *Eminent.
Cardin.Tuſc.pract. concl.verbo Authorari, concluſ.*
565. *num.*5. qui idem confirmat *tom.* 1. *D. Garſ.
Maſtrill.dec.*186. *num.* 22. *lib.*2. *& in fine*, dicen-
tis, decifum contractum nullum, *Franciſc. Hie-
ronym.de Leo dec.* 94. *num.*4. *&* 5. *lib.* 11. *Regni
Valent.Mar. Muta deciſ.* 94. ubi in fine refert ſci-
tum in beneficium filii contra creditores paternos
*Urſill. ad Affl.deciſ.*308. *num.*22. *&* 23. *D.Conſil.
Jo: Baptiſt. Hodiern.ad Surd. deciſ.*53. *num.*4.5.*&*
6. quorum autèm verior ſit opinio, tuum lector
17 ſit judicium, & videas *D.Jo: Bapt.Mucc.* noviſſi-
mè hanc quæſtionem examinantem, *var. qq. fo-
renſ.dilucid. integra* 2.

Filius verò pro patre excarcerando obligatus,
nèc Macedoniani, nèc Regiæ Pragmaticæ tuta-
mine ivvatur, etiamſi minor ſit, & abſquè cura-
tore contraxerit, *Paſchal.de patr.poteſt.par.*1.*cap.*
6. *num.* 123. *Gratian. diſcept. forenſ. to.* 1. *cap.* 6.
*num.*123. *Mauſon. de cauſ.exequut. ampliat.*10.*n.*
27.*Thor.in compend. to.*1. *verbo filiusfam. Viſconti
in concluſ.jur. verbo filiusfamilias, Joſeph Mele ad
deciſ.*4. *Giurar. num.*28. *Merlin. add. controv.* 39.
*num.*44. *Conſil. Rocc. lib.*2. *reſponſ.*60.
18 Sed àn *pragm.* filiosfamilias clericos amplexe-
tur? negativè reſolvit idem *Carav. §.* 11. *num.*24.
& 26. cui contradicunt *Gravin. de præſent. in-
ſtrum. par.*3. *declar.* 17. *num.* 38. *Borrell. de com-
promiſſ. §.* 1. *Gloſ.* 3. *num.* 258. *Reg. Rovit. in ead.
prag. num.* 49. *Paſchal. add. cap.* 6. *num.* 39. & in
ſimili ſtatuto Mediolanenſi, reſpondet *Carpan.add.
cap.*416. *num.*6. *Arnon. dialog.*69. *Cavalc. dec.*31.
*num.*41. *lib.*1. *Nevizan.conſ.*39.*num.*10. *de Graſſ.
de effect. cleric. effec.*2. *num.*300. *& Rota Romana
deciſ.* ennarrat *Jacob. Cavaler. deciſ.* 242. *Mucci q.*
19 *forenſ.*3. àn titulatos, *Novar. dec.*244. *Ricc. col-
lec. dec.*3898. *par.*9.*in fin. Thor. in ſupplem.comp.
verb. Filiusfamilias titulatus*, omneſquè abnuunt
20 Neq; mercatorem filiumſamilias, *Foller. in add.
ad Marant. p.*6. *membr.* 9. *num.* 61. quis verò di-
catur verè mercator, *Alber.* oſtendit *in l. humi-*
21 *lem, C. de inceſt. nupt. Paſchal. add. tract. par.*
4. *cap.*2. *num.*44. *Roman. ſing.*44. *Maſcard.de pro-
bat. concluſ.*1051. *num.*6. *Rebuff. in tract. de mer-
cat. minut. art.*1.*gloſ.*1. *num.*14. *Signorol. conſil.*
95. *num.*25. talis verò non eſt, qui mutuat, *An-*
22 *gel. in l. cuicunque, §. labeo, de inſtit. action.ex
l. quaſitum, §. ſed, & ipſe, de fid. inſtrum.* vel
conducit, emitquè fundum, *Bar. in l. legatis,
quæſt. pen. de leg.* 3. *Alex. in l. divortio, ff. ſolut.
matrim.*
23 Sed obſtringatur, nè filiusfamilias ex hujuſmo-
di contractu, ab ipſo ſui juris effecto ratificato,&
in negativam partem, annuit *Rovit. à num.* 27.
quem inſequuntur *Praſ. Amat. conſ.*41.*Moſ.conſ.*
42. *Reg. Sanfelic. dec.* 190. *num.* 6. *Prat. reſponſ.*
39. *num.*53. ſed illum impugnant, data expreſſa
ratihabitione ex novo contractu, *Dom. Reg. de
Marin. quotid. reſol. add. cap.*145. *à num.* 20. *Reg.
Merlin. cap.*53. *cent.*2. & ampliant etiam in tacita
ratificatione, *Dom. Conſiliar. Rocc. reſponſ. legal.
par.*2. *reſp.* 60. *num.* 18. *Joan. Baptiſt. Mucci va-
riar. qq.forenſ. dilucidat. quæſt.*1. *Joan. Franciſc.
Marott. diſcept. forenſ. capit.* 26. *à num.* 29. *Scipio
Bilott. poſt tract. concluſ. feudal. conſ.* 15. *in fine*,
& ex exteris, *Anton. Fab. definit.* 4. *C. ad Mace-
don.* ſermocinans de filio ſui juris effecto petente
dilationem ad ſolvendum, *Grivell.* in terminis ſi-
milis ſtatuti Dolani, *deciſ.*14. *à num.* 61. *Gomez
to.*2. *var. cap.*6. *num.*2 *in* 7. *limit. Fontanell.to.*1.
*de pact. clauſ.*4. *Gloſ.*18. *par.*1.*num.*145.*& in add.
ejuſdem tom.num.* 35. quin hujuſcemodi ratifica-
tiones retrotrahi ad tempus celebrati contractus,
ipſumquè valere non ut nùnc, ſed ut tùnc, colli-
gitur, ex *l. fin. Cod. ad maced. in l. fin. §.*1. *in fin.
C. ſi major fact. alien.rat.habuer.* & probant *Alex.
conſ.*78. *num.*18. *& conſ.* 117. *num.*2. *vol.*5.*Surd.
dec.*70. *à num.* 18. *Mart. conſ.* 79. *num.* 20. *The-
ſaur. lib.*4. *qq forenſ. cap.*6. *num.* 2. *Mar. Anton.
reſ.*55. *num.* 9. *lib.* 2. hinc meritò, docuit *Bal. in
memor. l.fin. num.*1. *C. ad maced.* quod talis rati-
habitio initium contractus reſpicit, & influit ipſi
initio virtutem obligandi, adeò ut, ſi filiusfami-
lias tempore obligationis fidejuſſores dediſſet, ſe-
quens ratificatio, etiam fidejuſſoribus præjudica-
bit; conveniunt quoquè *Matthæu. lib.*5. *tit.*11.*l.*
22. *gl.*7. *Hering. de fidejuſſ. cap.*10. *num.*204.
24 Cœterum, quas diligentias adhibere debeant
Actuarii in capiendis fidejuſſionibus, & quando
teneatur de proprio, *Farinac.* extricat *de fidejuſſ.
q.*33. *num.*88. *Joſeph. Ludovic.dec.Luc.*33.*Viſcont.
ad Franch.dec.*202.hunc *Ritum* videndum admo-
nens, & nos *rit.*160. adnotamus.
25 Hujuſce *Ritus* ſanctionem ab Aula receſſiſſe,
teſtis eſt *Reg. Tap.lib.*2. *jur. Regn.rub.*23. *de com-
miſſ.*

RITUS CXXXVI.

Dat facultatem componendi cum bannitis.

ITem, quod dictus commiſſarius ex dicta pote-
ſtate ei conceſſa componat, & componere poſſit
cum dictis bannitis, & quolibet ipſorum de tem-
pore, quo duraverint contumaciter in bannis eo-
rum jam dictis, qui tantundèm moraturi eſſent
in carcere Curiæ ſupradictæ (prout meliùs eidem
commiſſario, cum utilitate, & augumento Cu-
riæ videbitur) componendum, & pecunia exindè
percipienda per eos, unà cum aliis pecuniis, tàm
bonorum, quàm tertiarum, & pecuniarum ſu-
pradictarum, fidelitèr ad opus Curiæ obſervent:

& deindè ipsam ad eandem Curiam mittere in terminis supradictis.

SUMMA RERUM.

1 *Carceratum tantundem morari debere, quanto tempore perstitit in contumacia, sancitur in hoc Ritu.*
Antichristus tanto tempore prædicabit, quantò, & Christus ipse prædicavit.
2 *Quisquè appetens ad majora extolli, utilitatem Curiæ inquirat.*
3 *Multi nimia rigore, & fiscalitate utentes ad sydera evehuntur, at in alio seculo luent pœnas, si non Justitiæ intuitu id faciant.*
4 *Compositionis materia tangitur, remissivè, & nonnulla enarrantur.*
5 *Compositio non facienda cum eo, qui pluriès deliquit.*
Princeps àn valeat delicta, & pœnam contumaciæ condonare, parte non concordata.

1 USus non recipit hodiè observantiam istam detinendi carceratum tanto tempore, quanto perstitit in contumacia (prout etiam fuerat dispositum *in cap. Caroli Regis II. 155.* in ordine *de forjudicatione*, cujus meminit *Carol. Rot. in florileg. pract. conclus. concl.9.num.63.* & dixerat *Bal.* de Antichristo, qui tanto tempore prædicabit, quanto prædicavit Christus, *in l. usuras, Cod. de usur. Affl. in constit. si quis post litem, sub n. 25.*) nil mirùm igitur, si neq; compositiones in hoc *Ritu* memoratas, eò maximè, quod obstat regula *rit.*213.qui tantùm permittit ejusmodi compositiones, cùm bannitus esset in banno captus, *Campag. in cap. sivi quis sub num.24. in add.citans Marant. in specul. in 6.par. in 1. actu.* Hoc ipsum, quod hoc in *Ritu* dicitur in compositione, cum utilitate, & augmento, facienda de mora carceris, dixerat alter 134. in compositionibus pœnarum fiscalium, quin, & 133. in compositionibus contumaciarum, *s.* tertiæ partis mobilium.

2 Quisquis itàq; appetit laudari, & ad majora extolli, utilitatem Curiæ inquirat, & citrà dubium assequetur intentum, proh dolor, quot vidémus indoctos, hac tantùm causâ, aùt nimio rigore, & fiscalitate, ad sydera evectos, in alio
3 autem seculo certè luent pœnas, si non justitiæ intuitu, severitate nimia utentes, ultrà condignam pœnam, delinquentes punierint; Ad materiam ipsam, ut redeamus, de compositionibus memoratam in hoc *Ritu*, eò quod illa frequens
4 sit in Regno (& fortasse ultrà, quàm Jure fas sit, admittunt nonnulli) ideò summatim recolimus tractari, & quidem utiliter, ab integerrimo, & perdocto viro illo, *R. Scipione Rovito in suis commentariis ad Reg. Prag.* præsertim *in tit. de composit.* tùm *in rub.* tùm *in prag. eadem sub rub. contentis*, & extricat *Capiblanc. tract. de Baronibus pragm.6. à vers. compositio, sub num.10. Episcop. Campanil.* etiam *in divers. jur. canon.* de ea loquutus fuit, cùm *rub. 11. cap. 26. à num. 175.* longa seriè defendit, fieri non posse in causa blasphemiæ, non tantùm, si in Deum, aut Beatissimam Mariam semper Virginem, verùm etiam, si in Sanctos suos, & tradunt *Bajard.ad Clar.§.blasphemia num.16. Novar. q. forens.76. lib.2.* a quorum dictis recedere videtur *Capiblanc. de Baron. prag.6. s.1. num.79.* quem laudat *Dans. tom.3. de pugn. DD. tit. de blasphemia, cap.5. num.20.* Alia autem plura extricamus super *rit.* 202. 272. & 275. sed fieri necnè possit per Magnam Curiam in causa homicidii, & non præcedente dispensatione Regis, dixit *Affl. decis.* 287. & probavit, ex causa posse fieri; vide *Farinac. q.10. num* 84. Illam verò haùd faciendam cum eo, qui plurièś facinus patravit, monet *Gramm. vot.* 33. quem laudat *Avus meus*, nonnulla satis affatè subnectens, *ad decis. ejusdem Gram.* 16. *sub num.* 2.
5 & àn Princeps possit condonare delicta, absquè partis remissione, inquirit *Reg. Sanfelic. dec.* 53. *lib.*1. tradens ex stylo M. C. V. fieri contumaciæ gratiam per illius Regentem, parte non concordata, quod, & servari in Camera Imperiali, scribit *Mysing. sing. observ. cent.5. observ.*11.

RITUS CXXXVII.

Commissarios, ut fideliter suum exerceant officium, monet.

ITem quod se in prædictis omnibus legalitèr, & fidelitèr, ac sollicitè gerant, nullamq; fraudem committant, aùt extorsiones inusitatas, & illicitas, & sine dolo, sicut personas eorum haberent aliorum meritò cariores.

SUMMA RERUM.

1 *Fidejussio de benè administrando, quid operetur.*
2 *Illam omnes Officiales, & Actuarii præstare tenentur.*
3 *Et dare computum, & rationem administrationis.*
4 *Extorsiones verò inusitatas illicitas prohibet ritus.*
5 *Extorsionis verbum, àn semper malum supponat.*
6 *Commissarii nova adinveniunt genera extorquendi.*
7 *Incivile est judicare, non tota lege perspecta.*
8 *Extorsionis pœna recensetur, remissivè.*
9 *Extorsio quæ sit, & àn distet à baratteria.*

COmmissarii, vigore hujus *Ritus*, antequam expediuntur præstare tenentur cautionem, de benè, & fideliter administrando, & se gerendo circa contenta in eorum commissionibus, quæ fi-
1 dejussio de bene administrando operatur commissam esse stipulationem in omnem casum malæ administrationis, teste *Muscatello in prax. fidejuss. modo 14. sub num.* 8. quin, & omnes Officiales
2 & actuarios, teneri etiam fidejubere de benè, & fideliter administrando, & stando syndicatui, dicit *Paris. de syndicatu, vers. fidejussor, post num.* 5. extatque *prag.*42. *de offic. procurat. Cæsar.* & de commissariis pœnarum fiscalium, loquitur *prag.* 31. §.8. *de offic. justit.* & altera de illis genere, 7. 3 §.9.

3 §.9. eod. tit. quique dare computum, & rationem administrationis, tenentur ex prag. 31. in princip. & §.8. Capiblanc. de Baron. prag. 5. sub num. 93. quod restringit in Regii Consiliariis, Afflict. in constit. ut universi, n. 58.

4 Extorsiones verò inusitatas illicitas, dum prohibet *Ritus*, dicimus, extorquere verbum, non semper malum præportare, alioqui *Cicero de eo-*
5 *re*, perperam loquutus esset, cum dixit *Sententias de manibus Judicum, vi quadam extorsiones* cur enim adderet verba illa, *vi quadam*, si adjunctum verbum, *extorsimus*, id ipsum, vel pœjus, insinuaret; *tex.* etiam *in l.1.C. si ex falsis alleg.* frustra dixisset, *extorsisse injustum decretum*, simpliciter non immerito legimus hoc verbo nonnunquam jura, uti, namque *ex tota pecunia*, inquit *l.1. C. ne filius pro patre, extorqueant*, dicit *text. in cap. statutum, §. pen. in 6.* & *extorquere conatur, in cap. conquerente, de cleric. non resident.* nimirum etiamsi noster *ritus* volens tantum impermissas prohibere extorsiones, addit illicitas.

6 Verum perquiramus quæso inusitatas à commissariis extorsiones: ut quas vetuerit noster *ritus* agnoscamus; inusitatas interdicens? expertus loquor, & ingenue fateor nullam quidem reperiri posse, quin obstupi nova adinventa genera extorquendi, considerans, quomodo possint deinceps hujus *ritus* verbis defendi inibentibus inusitatas, si namquè omnes exercere consueverunt, nou est, quæ illis interdicatur, sed si non ignorarent sententiam illam, incivile esse judicare, non tota lege perspecta, cujus meminit *l. in Civile C. de legib.* utique cognovissent non inusitatas tantùm veritas esse, sed illicitas, & consecutivè illicitas.

8 Extorsionibus autèm pœnam recenset *Specul. in tit. de solut. §.1. vers. sed nunquid*; est autèm extorsio cum officialis indebitè carcerando, aut
9 aliter contrà jus gravando pœcuniam extorquet, teste *Reg. Revertan prag. 3. de milit. num. 39.* hanc que transire in propriam speciem delicti subdit, atque de ea loqui *Regni Constit. nos tantùm officiales*, & distare à barattaria, ostendit *nu. 40.*

RITUS CXXXVIII.

Causa criminalis, in qua venit imponenda pœna pecuniaria committi potest.

ITem quando occurrit aliqua causa, in qua præcessit citatio criminalis de aliqua re, in qua versaretur commodum pœcuniarum, usque ad summam unciarum trium, seù quatuor, quod fit in arbitrio Judicum, ubi videbitur eis expedire, committere causam ipsam cuilibet quantumcunque pars contradixerit.

SUMMA RERUM.

1 *Magna Curia non amplius committit aliis, quàm illius Judicibus causas, nisi capiendi informationes tantùm.*

2 *Præsens ritus cum aliis, an intelligatur tantùm de Judicibus pedaneis.*

3 *Commissarius ad examinandum, an valeat, assentientibus partibus subdelegare.*

RItus iste de duobus fatur. Primo nempè explicat valorem causarum delegandarum commissariis, deinde libertati Judicum relinquit facul-
1 tatem committendi; utrumque tradiderunt etiam alii *ritus*, namque de priori loquuntur *rit. 16. 124. & 126.* de posteriori vero citatus *ritus 16.* cui contradicunt reliqui jam memorati, necessitatem præscribentes committendi causas infrà summas in eis memoratas, Tu videto, quæ super illis annotamus, & nunc addimus delegationes istas ab usu recessisse, cum magna Curia, neque Judicibus Pedaneis, neque aliis literatis soleat amplius causam aliquam committere, nisi pro capienda tantùm informatione, & quibus voluerit quod autem præsens *ritus*, atque alii prænarrari non intelligantur tantùm de Judicibus Pedaneis,
2 ut *Carav.* opinatur *in dic. rit. 16. & 124.* sed de aliis etiam præter Judices Pedaneos, ut nos diximus *eod. rit. 124.* comprobatur verbis hujus *ritus*; quæ generatim Judicis arbitrio relinquunt potestatem committendi causas ipsas cuilibet; dùm verò idem *ritus* subiicit verba illa, *quantumcunque pars contradixerit*, intelligerentur, quantumcunque contradixerit committi illi personæ, etenim si non servato ordine, quem retulimus super *rit. 39. num. 9.* deputatus fuisset, & recusaretur, utique recusatio contemni minimè potuisset, sed attendere oportuisset, quæ de jure recusandi, scripsere Doctores, & nos tangimus *ritus 265.* Commissarius verò destinatus ad examinandum valeat nè, assentientibus partibus subdelegare, affirmativè scripsit, *Mynsinger. singul. observat. observat. 41. sub 3. cent.*

RITUS CXXXIX.

Commissarii infrà statutum tempus transmittant ad M. C. instrumenta exactionis facta, & pecuniam.

ITem quod instrumenta ipsa de exactionibus pœnarum prædictarum debitis solemnitatibus roborauda, ad dictam Curiam infra terminum in dictis commissionis eorum literis declaratum, simul cum pecuuia dictarum pœcuniarum mittere non postponant.

SUMMA RERUM.

1 *Commissarii ad redditunm exactionem deputati bilancium quolibet mense transmittere tenentur.*

2 *Pecuniam exactam consignare, quibus obstringantur.*

3 *Illis modus præscribitur observandus in exactione, & solutione fiscalium.*

4 *Commissararii non possunt esse inquisiti, nec contumaces.*

Ritus

RItus iste prosequitur concernentia officium commissariorum, qui per M. C. V. expediuntur contra contumaces, mandatquè, quod infrà certum terminum transmittant ad ipsam M.C. instrumenta mentionata in *ritu* 132. cum pecunia, qui quidèm terminus unius mensis est, vigore *prag.*
6 *40.de offic.Procur.Cæsar.* scilicèt, ut quolibet mense bilancium ad Tribunal Cameræ transmittant, adstipulaturque *text.in l.apparitores, C.de exactor. tribut.lib.*10. cujus meminit *Reg.Rovit.in cit. prag.*
7 40. quamquè pecuniam ad manum Ærarii transmittere debent, attento jure communi *in §.sancimus igitur de catere, Auth.de incestuos.nupt. Cassan.in Catal.glor.mund. par.6.consid.*20 *vers. & pecunia*. Perceptoris verò de jure Regni, dicit *Scaglionus super rit.9.num.9 pragm.*tamèn, qua fulcitur, nequè *rubricam* ab ipso memoratam reperimus *in libro pragmaticarum, sed pragm.*51. 55. *&* 60.*de offic.procurat.Cæsaris*, distinctione utentes, ut pecunia compositionum Perceptori proventuum consignetur, significatoriarum; Cæterùm præscribitur modus dictis commissariis exequendi contra Universitates pro exactionibus fiscali-
8 bus, *in pragm.7.de commiss.* paucis tamèn immutatis, renovatus *in pragm.*8. adsunt aliæ novissimæ *pragm.* multa circa prædicta demandantes, quarum aliqua recollexit *Thor.de magistrat. Regn. Neapol.*post *Jo:Grand.de Bello exul.pag.*63.*&* 65. & instructiones commissariorum Tribunalis Rever. Fabricæ Sancti Petri in hoc Regno, rescribit *Dana.de pugn.DD. tom.*1.*tit.de legat.piis.cap* 1.

Tenentur insuper commissarii contrà Universitates destinati per creditores majoris summæ, pecuniam dividere per æs, & libram omnibus creditoribus pro rata, ut determinavit Regia Camera die 23 mensis Martii 1650.*referente D.R.Jo: Camillo Cacacio* tùnc dictæ Regiæ Cameræ Præsidente, cujus facti meminit *Dom.Reg.de Marin. arresto* 644.*post tom.2.decis.Revert.* Procurent itaq; commissarii exequi sancita in dictis pragm. & ordinibus, si pœnas sibi inflictas vitare concupiscant.

9 Nec possunt talia exercere inquisiti, vel contumaces, ex *pragm.*10.*§.6.de offic.Judic. Dana. to.*1. *de pugn.DD.tit.de remiss.causar.cap.8.num.*12.

R I T V S CXXXX.

ITem nisi essent testes extrà Regnum degentes, quo casu prorogatio ipsa fiat secundùm distantiam locorum, ubi testes degunt deposita pecunia necessaria per producentem pro examinatione ipsorum, ipsisquè testibus specificè nominatis, ac præstito juramento per producentem prædictum, quod non fiat animo differendi, & calumniandi, & Iudices ipsi prædictarum Curiarum, & cujuslibet earum (eo casu) possint dictam instantiam prorogare, attenta distantia loci prædicti, verùm si pars, vel ejus procurator asserat habere testes absentès extra Regnum existentes; & per hoc peteret dilationem, & prorogationem, non faciendo infra tempus sibi datum, & per hoc prorogatum, testes ipsos examinari, talis petens, sivè fuerit procurator, sivè principalis, puniatur per dictas Curias, seù alteram ipsarum, tanquam calumniator. Nec non ipso facto incidat in pœnam florenorum auri quinquaginta dictis Curiis applicandam, & à transgressoribus prædictis inviolabilitèr exigendam, & condemnetur nihilominùs parti adversæ ad solutionem expensarum.

S V M M A R E R V M.

1 *Nominationis testium in Regno, & extrà Regnum tangitur materia.*
2 *Dies quinque ad illam faciendam, an currant, si dato termino fuerit aliqua exceptio opposita.*
3 *Actor in proposita difficultate resolvit currere à die, quo re vera terminus incipit currere, & interpretatur prag.75.de officio S.R.C.*
4 *Cum agitur de explicanda mente Principis ad eundem currendum est.*
5 *Nominatio debet fieri simpliciter, & non conditionaliter.*
6 *Illam petens, & ea non utens; pecuniaria pœna mulctatur, nisi illi rinunciaverit.*
7 *Quando fit extrà Regnum nominandi sunt testes per nomina, & cognomina, necnon loco, ubi degunt, facto deposito pro pœna.*
8 *Illi facta infra quinque dies absque deposito, si illud deindè fiat, non est deferendum, & scitum S.R.memoratur.*
Depositum fieri debet, etiam si testes essent repetendi.
9 *Cautela, qua practici utuntur ad vitandum depositum in nominatione extra Regnum, indicatur.*
Quo casu evitatur tantùm depositum, dummodò specificentur ultimæ Regni partes.
10 *Audientia commissa in prima instantia, non conceditur in secunda.*
Remissoria bis in eadem causa non datur.
11 *Clausulæ ipso facto, & ipso jure, quæ sit virtus.*
12 *Declaratoria requiritur, etiam in pœnis ipso jure contractis, cum declarationibus.*
13 *Pœna ipso jure, in quibus contrahatur.*
14 *Quibus verbis inducatur.*
15 *Nullum quod est, nullum parat prajudicium, nequè est allegabile.*

1 TRactatulus hic cadit de nominatione testium facienda, degentium extrà locum, ubi lis agitur, quæ vel fit testium in Regno existentium, vel extrà Regnum, & utriusque requisita, qualitates, & conditiones pro earum validitate, explicant *Franeb.decis.*57.*Muscat.in prax.S.C. par.*5. *in gl.suspectorum*, præsertim *à num.*13 *Carav.* hoc *in rit.*improbans, *Reg.Rovit.* etiam de utraque scripsit, nempè super *prag.*1.*&* 3. *de dilation.* de nominatione testium extrà Regnum habitantium agit. In *prag.*verò 7.*de ordin.judic. a num.*15. de altera, testium Regnum incolentium fatur, ac extant *prag.*31.*de offic.S.C.&* 3.*§.9.de dilat.Gallup.in prax. S.C.par.2.cap.24.tit.de nomin.R.Sanfel.in prax. Judic.sect.46.à num.*11.*Thor.* etiam aliqua tetigit *in compend.decis.verbo Nominatio*, ac præsertim decis.M.C. & facto verbo confirmatam per S. C. referamus, cujus ille meminit *p.*1.*comp. in §. nominatio testium per nomina*, cum enim evenisset, ut datus esset terminus in causa, & deberet infrà
2 quinque dies fieri nominatio testium post notifi-
catio-

e ationem termini , juxtà antiquum ſtylum, querit
ex *Muſcat.de Franch.& Rovit.* deducit , nec facta
fuerit, quia oppoſita exceptio declinatoria , & pe-
tita remiſſio ad competentem Judicem , ità ut ter-
minus conquieverit, nec inceperit currere , ut ille
probat, & nos etiam defendimus ſuper *rit.69. nu.*
10.& 11.& rejectâ exceptione prædicta virtute
decreti , quod terminus datus currat nominatio
intrà quinque dies facta, dubitatum fuit , ſi eſſet
admittenda, & quamùis, *R.Rovit. in prima editio-*
ne ſuorum commentariorum ad prag. annuiſſet , *in*
prag.7.num.24.de ordin.Judic. & meminit *in dict.*
pragm.3. num.6. quia terminus quinque dierum
nunquam cœpit currere, niſi à prædicto decreto,
quod terminus currat , attamen illemet in altera
editione , ab illa receſſit ſententia , ob ſpecifica
verba , quibus utitur prædicta ſanctio Comitis de
Lemos junioris, *prag.3.§.9.* illa nempè : *Frà cin-*
que giorni doppo, che ſarà data il termine , quem
diem dati termini reſpiciunt , non quo incipit la-
bi, atque ità juxtà prædictam ſenteutiam , reſolu-
tum fuiſſe teſtatur idem *Thor.* inſequitur *Franc.*
Maria Prat, ad Muſcat. in memorat. gloſ. ſuſpecto-
*rum, ad num.*18.

3 Verùm a Juſtitiæ , innitatur , remittimus pru-
dentiorum Judicio, tum quia effectivè tùnc intel-
ligitur datus, quando incipit currere , tùm quià
adducta poſtrema *pragmatica* , ut ejus verba ſo-
nant , nihil addit in hoc capite; At quod in altera
ſancitum erat, comprobat , ut infrà quinque dies,
&c. (tanto magis , quod nequè in illa id exprimi
tur) addit verò reſpectu aliorum, cum dicit , *ag-*
giugnendo ancora, ergo ſi antè illam id juſtitia ſua-
debat, id ipſum , & poſt illam , quæ tantùm illius
obſervantiam demandat , nec aliquid addere velle
novi juris declarat,& quamùis utatur illis verbis:
Doppo il termine loquitur in illa *prag.* & virtute
illius , ità ut attendendum in hoc prorsùs ſit , non
quod in poſteriori dicta *pragm.* ſed in priori aſſe-
ritur , quæ cum non ità reſtrictivè verba faciat ,
non videtur conſtringenda ad datum terminum,
ſed obſervandum; proùt anteà erat in more ; tùm
demùm quia ſi legiſlator de ea re fuiſſet interroga-
tus, veriſimilitèr ità reſpondiſſet,quin,& conſulen-
tes expreſſiſſent fortaſsè , ſi hunc caſum prævidiſ-
ſent, imò, & cum tractaretur de explicando men-
4 tem Principis, & dubia verba *pragm.* debuiſſent
Judicantes recurrere ad eundem Principem ex
omnium, & certiſſima ſententia , & ſic fuiſſe deci-
ſum fatetur idem *Thor.* eſſe nempè deferendum
nominationi petitæ in termino prorogato , etiam
ſi non fuerit illa facta in primo terminò infrà
quinque dies, *in compend.decis.par.3. ſect.2. verbo*
*Nominatia teſtium facta,fol.*163.

5 Nominatio verò fiat ſimpliciter , non condi-
tionaliter , ut puta , quatenùs indigebit , ſanxit
pragm.63.de offic.S.R.C. illamque petens , ac non
6 utens , mulctatur pœna proſcripta , à *pragm.1. de*
procur. niſi dumtaxat eodem , vel die ſequenti, ex
altera *pragm.70.eod.tit.de offic.S.R.C.*vel antè lap-
ſum terminum renunciaverit , juxtà *Ann.* effa-
tum *in repet.cap.1.de vaſſall.decrep.atat.num.*249
quem *Gallup.*laudat *cit.loco n. 1.* necnon confir-
mat *Reg.Rovit.in pragm.1.nu.4. de procurat.* inſe-
quutus à *Baldaſſar.de Angel.ad Foller. tit. & facta*
litis conteſt.num.11.& in fragm.nu.95.

7 Sin autem illa extra Regnum fiat , quam an-
tiqui ultra marinam nuncupaverunt, teſte *Monac.*
ad Minad. hujus *ritus* memore,*dec.7.nu.2.* nomi-
nanda ſunt nomina, & cognomina teſtium, ac lo-
ca, ubi degunt , facto depoſito pro pœna ducato-
rum quindecim pro qualibet dieta , applicanda
pro parte, ſi nominans ea uſus non fuerit, Tribu-
nalis commodis , & pro altera adverſario , ex
*pragm.*cujus meminit *de Franch.dec.57.* & eſt 3.
*de dilat,*ubi *R. Rovit.* ampliat , tàm in Actore,
quam in Reo, necnon *Muſcatell.à num.* 36. om-
nia declarans mirificè, *Nicolin.in prax.Judic.civil.*
*num.*80. quin illi factæ infrà quinque dies abſq;
8 depoſito , & ſi illud deindè fiat , non fore deſe-
rendum , dixit *Reg Rovit.in d.prag.3.num.5. de di-*
lat. cujus ſententiam amplexum fuit S.C. in cau-
ſa Joſephi Spinulæ, & Jo: Baptiſtæ Cataneo , ſub
die 10. Novembris 1618. apud *Reg.Sanfelic.dec.5.*
num.8. lib.1. de quo meminit *Thor in ſupplement.*
compend.decis.verbo nominatia teſtium facta extrà.
Quod depoſitum fieri debet etiam pro teſtium re-
petitione , ut deciſum fuit in cauſa Aureliæ Ro-
mano, cum Leonardo Tipaldo , in qua , exami-
natis duobus teſtibus in præambuli confectione in
M.C.qui indè ſe contulerant extrà Regnum,cum
opus eſſet eorum repetitione citata parte in S. C.
Iudice appellationis , tranſacto termino , & nullo
facto depoſito , fuit proviſum eſſe faciendam pu-
blicationem, petita teſtium audientia extra Re-
gnum haud obſtante, ſub die 24.Martii 1634. *re-*
ferente tùnc *Conſiliar. Reg. Hectore Capycia Latro,*
in banca Fabritii Solatii , cujus ſciti memor eſt
Thor.par.3.compend.decis.5.ſect.1. verbo depoſitum
pro examinandis, ſed an ſit faciendum pro nomi-
nationibus in factis extrà Regnum neceſſariò
probandis, inquirit *Reg.Rovit.in d.pragm.3. n. 11.*
memor hujus *ritus.*

9 Ad hoc depoſitum vitandum practici utun-
tur cautela in nominatione extrà Regnum fa-
cienda , velle ea uti, velut ſi facta foret in ultimis
partibus Regni , quò quippè caſu terminus ha-
ud trium menſium excedit, *de Franch. add. decis.*
50. ibique *add.Muſcat.cit.num.36. & par.5. Gloſ.*
cauſa. num.10.Reg.Tap.in conſtit.dita legitima , in
annot.ad tunc ritum, & in pragm.3.de pæn.oppon.
co.dilat, deſumpta *ex tit.de offic. S.C.pag.107. Reg.*
Sanfelic.Carav.in hoc ritu memor. *add.ſect.46. nu.*
17.*de Angel.ad Foller.indic.loco num.*12.quo in ca-
ſu , nec defertur nominationi , niſi nominatis te-
ſtibus per nomina, et cognomina , & declaratis
locis Regni, ut diſponitur in *cit pragm.* 4. edita
ſub die 11.Maii 1612.§.9.quæ vulgariter nuncu-
patur, *delli* 28.*capi de dilat.* mandante , quod in
nominatione facta extrà Regnum cum clauſula,
velle ea uti, ac ſi facta eſſet in ultimis illius par
tibus, obſervetur omne id, quod obſervabatur in
nominatione extra Regnum, vigore *d.prag.*31. et
ſic requirere videtur etiam depoſitum, ſed praxis
communitr recepta , admittit depoſitum non fie-
ri . Verùm omninò teſtes debent nominari,et par-
tes ultimæ Regni ſpecificari , adeò quod eſt fa-
cienda nominatio nedùm extrà, ſed intra Regnum,
alias nominationi non defertur, *de Franch. memor.*
dec.57.& ibi add.Reg.Rovit. in d.pragm.3. num.2.
Thor.par.1.compend.decis.& par.3.ſect.2.verbo No-
minatio teſtium ,& noviſſimè deciſum fuit in cau-
ſa

sa Isabellæ Baldese, cum Girardo de Girardo, *referente Dom. meo Socero Consil. Hortensio Pepi*, sub die
29. mensis Martii 1662. in banca Caprilis, fuitque
denegata audientia testium petita cum tali clausula,
tùm quia minime specificata erant loca in ultimis Regni partibus, tùm etiam quia, in prima
10 instantia in eodem S.C. fuerat audientia commissa, & proinde nullo modo erat in secunda instantia concedenda, ex *l. unica, Cod. de dilat. Reg. Rovit. in add. prag. 3. num. 9. Guttier. pract. lib. 1 qu* 69. Ad instar beneficiorum, quæ obtenta in prima instãtia, haud in secunda conceduntur, *Muscatell. in prax. S.C. lib. 1. par. 6. Gl. in integrum, num.* 19. *Imbrian. de primo, & secundo benefic. cap.* 8. *num.* 42. Hinc ob præsumptam calumniam, remissoriam bis in eadem causa non esse concedendam, decisum memorat *Ludovis. dec. Roman.* 367. *num.* 2. & ibi *Beltram. num.* 4. *Bellam. decis.* 427. *& cons* 36. *Boccac. de liter. remissor. cap.* 3. *num.* 48. *Jacob. Cavaler. dec. Roman.* 208. *num.* 4. *Thor. par.* 3. *compend. sect. verbo Nominatio testium examinandorum, Io: Bapt. Spada cons.* 173. *& cons.* 373. *tom.* 2. tradens remissoriam non dari, quando causa fuit ventilata in partibus, ubi probationes fieri poterant, ex *Peregrin. decis.* 128. *lib.* 3. *Paleott. dec.* 125. *Caputaq. decis.* 63. *p.* 3. & maximè adesse suspicionem calumniæ, quando illa petitur in ultimis audientiis; ex *Fel. in c. de catere, num.* 12. *de re jud.* & fuit dictum *in Virdanen. Canonicatus coram Corduba* 4. *Iulii* 1597.
11 In præfatam verò pœnam incurrat ipso facto,
subdit *ritus*, quod idem est, ac ipso jure, &
utraquè jam dicta clausula præsefert latam sententiam, *Bal. cons.* 480. visa petitione *sub nu.* 2. *lib.* 3.
tuncquè non altera opus esse sententia constat ex
notatis per *Tusc. concl.* 120. *lit. S.*, nempè condem-
12 natoria, utiq; tamen declaratoria, *Anton. Gabr.*
concl. 12. *tit. crimin. lib.* 7. *Episc. Campanil. in divers. jur. canon. rubr.* 11. *cap.* 23. *sub nu.* 122., & *Tusc.* copiosè explicat, *conclus.* 98. *lit. D.*, probatque singularis *tex. in cap. cum secundum, de haretic. in* 6. cum docet, in quocunque actu, in quo sententia non requiritur, semper adhiberi debere declaratoriam pronunciationem, & commendat *Roman. cons.* 93. *in fin.* necnon *cons.* 212. *sub num.* 4., *& cons.* 212. *sub nu.* 8., & super eis notat *Mandos.* non quidèm ad essentiam ipsius pœnæ statutæ ipso jure, vel ipso facto. Verùm ad essentiam exequutio-
13 nis, ex *Bal. in cap.* 1. *in princip. de feud. sine culpa*
non amitten. & Zabarell. cons. 74. *num.* 2. Isthæc autèm omnia in causa fuerunt, ut passim dicatur ejusmodi clausulam non habere locum, nisi petitio intercedat, ad *tex. in l. universa, C. de precib. Imper. offer. l. scimus in princ.* juncta *Glos. in verb. ipso jure, C. de inoff. testam. Ripa in l. de pupillo, §. meminisse, num.* 18. *ff. de novi oper. nunciat, & Cephal.* nimirùm *cons.* 50. *num.* 1. scripsit in casibus, in quibus fit restitutio ipso jure, necessariam saltèm esse interpellationem extrajudicialem, & vassallus ubicumquè venit ipso jure privatus, antequam effectum sortiatur privatio declaratoria, fisci instantiam antecedere oportere, asseverarunt, *Alex in cons.* 3. *sub. nu.* 16., *&* 17. *vol.* 1. *& Jo: de Anan. cons.* 32. *in initio*, qui adjungit communem esse opinionem, sed quando pœna committatur ipso jure, abundè exarat *Tusc. concl.* 238. *lit. P.*, nèc non pri-
14 vatio ipso jure, quibus verbis inducatur; extabat illemet *concl.* 719. *ead. lit. P.* in quibus autèm
casibus limitetur prædicta regula, recensent *Soccin. reg.* 11. sententia requiritur, & *Tiraquel. in l. si unquam, verbo Revertatur, à nu.* 76. *C. de revoc. donat.* illud tamèn absolutissimum esse non dubitamus, quod ubicunquè in aliter adducitur aliquid
quod ipso jure nullum sit, nihil oberit, ob regu-
15 lam quod nullum est, nullum præstat impedimentum, *c. non præstat, de regul. jur. in* 6. atq, ideò prior si nulla sit electio, aut collatio, non impediretur secunda, teste *Bellam. cons.* 10. *num.* 44. imò, quod nullum est ipso jure, neque est allegabile, si *Roman.* vera fatur *cons.* 369. *num.* 16.

RITUS CXLI.

ITem quod Curiæ, & altera ipsarum non committant audientiam testium in causis criminalibus infrà dietam unam legalem, à dicta Civitate Neapolis, nisi essent senes, & valetudinarii, & honestæ mulieres, similesquè personæ, & nisi de partium voluntate processerint.

SUMMA RERUM

1 *Audientia testium non committitur in causis criminalibus in casu in hoc ritu exarato.*
2 *Conveniunt alii memorati ritus.*
3 *Caravita effatum impugnatur.*
4 *Hodiè audientia committitur passim.*
5 *Potissimùm fisco instante.*
6 *Verba Jo: Berberii recensentur.*
7 *Adversario instante recipi testes coram Judice, ille se conferre debet ad locum, ubi testes egennt*
8 *Ritus excipit à præscripta regula senes, valetudinarios, honestas mulieres, ac similes personas.*
9 *Mulieres testimonium ferre in causis criminalibus, utrùm liceat jure rituum, aut communi.*
10 *In fœminis promptum est periurium, & totiès pejerant, quotiès jurando quicquam asserunt, ipsisquè jurantibus, ridet cœlum, earum jusjurandum in vino scribendum, & Propertii versus recensentur.*
11 *Mulierum genus avarissimum.*
12 *Quare testes esse non possint in testamentis.*
13 *An fœminæ dicantur facta ad imaginem Dei.*

1 STatuit *Ritus* non committi testium audien-
tiam, infrà tamen dietam unam legalem à
Civitate Neapolis, in causis criminalibus, in quibus loqui etiam *rit.* 156. certum est, necnon *rit.* 157. eandem statuentem conclusionem, credimus, tamètsi non addito in criminalibus, vel civilibus,
2 prout eo in *ritu* ostendimus, favetq; etiam *rit.*
304. speciatìm in causis civilibus loquens; Itaq; jàm dictam observantiam subsistere in criminalibus, hujus *ritus* virtute, & in civilibus attentis verbis dicti *rit.* 304. necnon citati *ritus* 197. generatìm loquentis, si tamen sint honestæ mulieres ex verbis hujus *ritus*, nàm in his militat ratio honestatis tradita in ipso *ritu* 304.

Verùm *Carav.* verba in hoc *ritu* ostendunt, incuria typoghaphi dictum esse in hoc *ritu in crimina-*

3 minalibus, cùm voluiſſet dicere in civilibus, eò quod in criminalibus nunquàm committitur audientia teſtium, ſivè ii ſint intrà, ſivè ultrà dietam, per jura, in l.Judices, & in auth.apud eloquentiſſimum, C.de fide inſtrum. quæ exornat Ricc. collect. 228. par.1. & Conſtit. Regni in pecuniariis, Campag.in c.item Juſtitiarii, num.6.Jo:Milleus in prax.crim.num.2.pag.144.Foller.in prax. crim.rub. & facta litis conteſtatione, num.7. & in fragm. num.95.Jul.Clar.lib.5.§.fin. qu.26. nu.3. & D.Reg. de Marin.ad Revertar.dec.542.

Ergò dicimus nos, ſi Magna Curia procedat ſuper delicto patrato in Calabria ultrà, erunt nè cogendi teſtes Neapolim venire teſtimonium dicturi in ea cauſa; utiquè Caravita ſi viveret negaret, juxtà Capyc.decis. 90. itaquè audientia teſtium omnino delegaretur, & tamen eo etiam caſu intrare poſſet obiervantia hujus, & aliorum memoratorum Rituum; quippè quod non ità committeretur, ut commiſſarius deberet ſe conferre ad domum eorundem teſtium, ſed ad locum tantùm, quem incolunt, illoſquè ad domicilium ejuſdem executoris evocare, & examinare, præterquàm, ſi ſenes, & valetudinarii ſint, aùt honeſtæ mulieres, ſimileſque perſonæ exceptæ in hoc ritu, & aliis: nàm eas haudquaquam advocabit, proùt etiam faciendum eſſe, ſcripſimus ritu ſequuti, ſi Neapoli teſtificari deberent, cui ſenſui non modo non contradicunt verba d.legis, & auth.ac Conſtit. ſed opitulantur citiùs, illa potiſſimum ejuſdem Conſt. Teſtes in Curia noſtra præcipimus præſentari. additis aliis, quibus illic utitur Andreas, verbo ſed in cauſis, verſ. Magna Curia. Et quando intrà Provinciam ſubſiſtere intellectus, quem tradit Capyc.d.dec.90.ut cogantur Neapolim venire, & ſe coram ipſo Judice cauſæ præſentare, dicimus, in more hodiè non eſſe, cum paſſim experiamur, etiam in criminibus commiſſis in hac
4 eadem Civitate, Suburbiis, & Caſalibus, etiam nulla præcedente Judicis delegatione, examinari ab ipſis Actuariis, eorùmq; ſcribis, ac repeti, & extrà Neapolim committi alicui Doctori, Actuario & Scribæ, & aliquando officialibus locorum, Juxtà cauſarum magnitudinem, locorumquè diſtantiam, arbitrio magiſtratuum, Foller.in fragm. num.110.Reg. Rovit. in prag.7. num.31. de ordine Judicior.Giszarel.dec.27. num.12. Avus meus Proſper Petra, ad memor. Capyc. deciſ.90. num.3. Muſcat.in prax.lib.1.par.5.Gloſ.ſuſpectorum, num.7. Tartagl.in prax.civil.cap.4.num.14.Maſuli.ad mox indic.Capyc.deciſ.90.nu.1. declaratquè Borgll. par. 2.ſumm.deciſ. tit.7. de teſt.coact. num. 57. potiſſimùm, Fiſco iſtante, Clar.§.fin.lib.5. q.45. nu.13.Jo: Grand.de.Bello exul.in ſpec.78.quio, Borrell.num. 61 Jo:Berberii in viator juris, par.4.tit.de probat. ſub num.28.recenſet verba exclamanus: In crimi-
6 nalibus verò quidquid obſervet practica, ego ubi eſſem Judex, per meipſum interrogarem, nec proprio fratri committerem, ſed ſtarem, cum theorica dicta Auth.apud eloquentiſſimum, proptèr pericula, quæ verſuntur in criminalibus cauſis, quæ quilibet practicus poteſt conſiderare. Hactenùs Berberius.

7 Verùm, ſi adverſarius inſtet recipi illos coram Judice, vel ipſe habeat hujuſmodi teſtes ſuſpectos, tunc, ſuppeditato ſalario per eundem petentem, vel per fiſcum, ſe confert Judex ad locum illi degunt, Ann.in cap.1.num.9. col.3. ſi de inveſtit.inter domin.& vaſſall. & meminit Carav. in rit.157. quem laudat Gallup.in prax. S.C.par.2. cap.24. ſub nu.2.idem Ann.ſing.519.Ricc collect.416. Jodoc. in prax.civili cap.163.num.6. Minand. dec.7.ſub nu. 3.Novar.dec.121.

8 Excidit ritus à præſcripta regula, ſenes, & valetudinarios teſtes, quos duos caſus amplexatur etiam rit.156.honeſtaſquè mulieres, àc ſimiles perſonas, quorum duorum caſuum non meminit cit. rit.156., & tradunt Afflict. in memor. conſt. in pecuniariis, nu.16.Bajard.ad Clar.qu.26. num.7., & eùm permittat ritus iſte concedi literas pro exa-
9 minandis mulieribus in cauſis criminalibus, implicitè concedere videtur, ut illæ teſtimonium dicere ſtant in dictis cauſis criminalibus, non obſtante contraria juris canonici, & fortaſsè etiam civilis, ſanctione; at ipſe non ità extenderem verba hujus ritus, non enim concedit fœminas recipi in teſtes ſuper criminalibus cauſis, tùnc enim crederemus latè forè intelligendum; ſed tantùm ait concedi debere literas prædictas, ſubaudi, ſcilicèt, in caſibus, in quibus de jure admittuntur, quos perquirere poteris apud Farinacium, tùm attento Jure Canonico loquentem q.59. à num.2. tùm Civili, à num.17. cujus meminit Franc. Maria Prat.lib.3.diſcep. for. cap.20.num.103.quiquè Farinac. digladiantes Doctores recenſet de iure civili, quorum aliqui admitti voluerunt, alii verò ſecùs: omnes tamèn conveniunt in negativam partem, ſi pœna mortis, vel membri abſciſſionis ex crimine de quo teſtantur, veniret irroganda, Viv. commun.opin.verbo Teſtis idonea mulier, Avus meus ad Gramm.dec.34.nu.14. tradens, Moſaycis legibus hoc etiam ſtatutum fuiſſe, teſte Joſeph.lib. antiq.hiſt.4.cap.6.& Platonicis comprobatum, ex ejuſdem Platon. lib. 11. de legib. (recipiuntur tamen indiſtinctè in criminalibus ad defenſam, & præferuntur hominibus examinatis ad favorem Fiſci. Roland.à Valle conſ.93. à nu.19.vol.4. Borrel. 2.par.ſum.deciſ.tit.14. nu.3. de Angel. ad Foller. pract.crim.tit.recip.defenſ.reor.num.44. Dano.tom. 1.de pugn.DD.tit.de falſ. monet.cap.2.num.20. & eod.tom.tit.de teſtib.cap.1.num.6., & ad Gramm. dec.34. num.58., & dec.73. num.19. Anton. Perez conſ.26.num.10.)

Quin, ſi fœminæ hæc legerent, terrerer exarare: ne earum odium in me concitarem. Inçis nam-
10 que periurium promptum eſſe, ſcripſit Imperator in auth.de nupt. §. quo verò nunc ſequitur, idemq; in §. quia verò, auth. ut ſine probib.muner. Conſtitutionem abrogat, quæ à mulieribus jusjurandum exigeant, quoniam compertum haberet mulieres totiès pejerare, quotiès jurando quicquam afferunt, aut pollicentur, optimoq; id jure ſtatuit, quoniam veriſimilitèr pejuraturo non eſt iuramentum deferendum, cap.clericos, extrà, de cohab.cleric.Parnomit.in cap.quæſtioni, extrà, de appell. Imò apud græcos proverbiale erat, muliere jurante, ridere cœlum, Sceledrus Plautinus in amphitryo, dicebat: Mulier es? audactèr juras, apud Athenæum lib.10.legitur, jusjurandum mulieris in vino ſcribendum, quòd antiqui res prorsùs futiles, & irritas, in vino, & aqua ſcriptas, ſcribendaſq; autumarent, ſcribit Propertius lib.2.

Hoc perdit miserat, hoc perdidit ante puellas,
Quicquid jurarunt, ventus. & unda rapit.

Adeoq; infirma est mulierum fides ut locum *Proverbia* fecerit apud *Diogenianum*, relatum ab *Erasmo*, in adagiis: *Mulieri nè credas, ni mortua quidem.* Quanto minùs viventi? potissimum sit, *l. sed si ego*, *ff. ad Vellejan. l. si à sponso*; *§. quod si à sponso*, *Cod. de donat. ante nupt. & Seneca controvers. 15. ad finem*, *pag. mihi* 130. hæc verba scripsit: *Muliebrium vitiorum fundamentū avaritia est*, *Danz. ad Gram. dec. 92. à n. 1.* sed, *qui lucri cupidi sunt ad testimonium non admittuntur*, *nè quid facilè admittant*, *Callistratus*, inquit, *lib. 3. de cognitionibus l. 3. ff. de testib.* & nonnulla, lepidè adnotat *Jo: Domin. Martucc. var. explanat. lib. 1. cap. 38.* veram tradent rationem quare mulier testis esse non possit in testamento; plurimorum sententiis confutatis, ad declarationem
12 *tex. in l. qui testamento*, *§. mulier. ff. de testam.* cujus meminit *Francisc. de Petr. festiv. lect. lib. 2. cap. 15. sub nu. 4. Fontanell. decis. 580. to. 2. & §. testes autem, Instit. de testament. & sub num. 15.* rescribit carmina, quæ *Thomas Porchacins*, aunotavit *ad eglogam 8. Archadiæ, nostri Sanatarii.*

Cuncta subastrigero regnanti crimina calo.
Nutrit in æternos fœmina notata dolos
Pessima res uxor: poterit tamen utilis esse,
Si breviter moriens det tibi quidquid habet.
Aere quot volucres insunt, quot littore conchæ.
Tot mala, tot fraudes mens muliebris habet.

Fateor tamèn fœminas aliquid debere, *memora-*
13 *to Jo: Dom. Martuc.* qui *lib. 2. var. explanat. cap. 69.*, tradens verùm, & perspicuum sensum, *tex. in can. hac imago 33. q. 5.* ex quibus apertissimè ostendit, non solùm virum, sed etiam fœminam esse factam ad imaginem Dei, quod dixerat *Navar. in manual. in 3. prælud. nu. 17. vers. undecimo infertur*, quem refert *V iv. decis. 345. num. 19.* quicquid in contrarium annuant, *Matth. de Afflict. in Constit. legum asperitatem, n. 8. Franc. de Petr. festiv. lect. lib. 1. cap. 7. sub nu. 16. & in problem. Accadem. italo sermone typis mandatis*, *probl. 61. Lauar. cons. 1. num. 28. in fin.* & videas *Gulielm. de Bened. in cap. Rayn. verbo cuidam Petro tradiderunt, num. 84.*

R I T U S CXLII.

ITem quod non audeant Judices testes productos in Curiis ipsis, seù alteri ipsarum, extra Curiam examinare: nisi fuerint mulieres, & personæ egregiæ, aut gravi infirmitate detentæ, aùt alio modo impeditæ; quæ non possint propter hoc personalitèr ad dictam Curiam accedere, & in ipsis casibus pro ipsis mulieribus, & personis egregiis examinandis, accedant ad aliquam Ecclesiam, & pro infirmis ad loca honesta, ubi dicti infirmi morantur.

S U M M A R E R U M.

1 *Audientia testium, àn, & quando sit deleganda, tùm in civilibus, tùm in criminalibus.*
2 *Personæ egregiæ, senes, & alii examinari in quo loco debeant.*
3 *Commissi cum potest, àn personis tantùm habentibus jurisdictionem, àn verò aliis, delegari possit.*
4 *Illa ubicunque fuerit commissa, intelligitur etiam commissa facultas recipiendi juramento testium.*

1 VEtat *ritus* examinari testes extrà Curiam, præterquàm in casibus in eo expressis; His tamèn temporibus contrarius inviguit mos in Magna Curia, ubiq; enim examinantur ab Actuariis, & Scribis, etiam extrà palatium Curiæ, nedùm exceptæ personæ, sed omnes, & quæcunquè sint, non tamèn in eorundem testium domibus, nisi tantùm prædictæ exceptæ personæ, & in hujus *ritus* calce commemoratæ, sed à quo debeant examinari testes omnes aperit quoq; *ritus* noster, cum statuit ab eodem Judice in Palatio Curiæ, vel extra, respectu quorundam personarum, quas subiicit.

Sed attenta dispositione juris communis, ubi generatim quæreretur, committi necnè possit examen testium, distinguunt omnes, vel in civilibus, vel in criminalibus quæri. Primo casu regularitèr committi. Altero verò regularitèr non committi, & utraq; resolutio complures patitur restrictiones, àc declarationes, quas prætèr alios, & fortalsè melius omnibus, & distinctiùs, scripsit *Alex. Trentacinq. var. resolut. lib. 1. rub. de testibus resol. 10, vol. 1.* & quod testes possint in Ecclesia examinari, sanxit *text. in c. mulieres, de Judic. in 6. Mascatell. in prax. S. C. lib. 1. par. 4. glos. suspect. num. 3.* potissimùm Clerici, *Carol. de Graff. de effect. lib. clericat. effect. 10. num. 46.*

Excipit *ritus* personas ægregias, quod jure
2 commune quoque cautum erat, *in l. ad personas, ff. de jur. jurand.* atquè ideo in hac parte conformis est juri communi, dissentit autem, cum in fine ait, pro examinandis personis ipsis egregiis, Judices ad aliquam Ecclesiam accedere debere, & pro infirmis ad locum honestum ubi morantur, his .n. verbis ostendit, non ad examinandi domum eundum esse, neque mittendum illuc notarium, ut examinet, sed Judicem teneri adire Ecclesiam in eaque examinare ejusmodi personas cum utriusque contrarium sanxerit, *add. l. personas* dùm mittendum dixit, & sic alium, non ipsum Judicem ire, quod apertiora verba præportant, *Auth. sed Judex, C. de Episc. & Cleric.* quin & ad illarum domos, expressè asserit *add. l. ad personas*, & quippè supposita principis sanctione *ritus*, ut Judex vadat, & altera dicti *textus*, ut alter mittatur uterque justè constituit, ut ille non ad examinandi domum, sed ad Ecclesiam eat substitutus verò etiam ad propriam illius domum se conferat. Quod re vera non obstante hoc *ritu*, admittit, nunc continua observantia in hac quoque Civitate Neapolis, attentis terminis prædictæ *l. ad personas*, cujus regulam multis comprobat juribus dilatat, & restringit *Farin. q. 77. à num. 202.* Verum quia contentio est necnè præfata regula vendicet sibi locum in causis etiam in criminalibus, & in terminis nostri *ritus Carav.* verba faciens negat subdens *num. 2.* rationem eam esse. ut se conformet juri communi in dicta *l. ad personas*; Hæc quippè ratio in suo genere veri-

veritate nititur, quatenus verò ad aptatur huic, speciei, attentis verbis ejusdem *l. ad personas*, falsa cernitur, propterea quod *lex* illa non exprimit jam dictam regulam procedere tantum in civilibus, non in criminalibus, sed generatim loquens illam constituit. Doctores verò illius decisionem ita interpretantur non solum *Gemin. Roman. & Gemes.* quos idem *Carav.* recenset, verùm etiam, *Jason. Alex. Aretin. Innocen. Hostiens. Jo. Andr. Boich. Bellam Bald. Butric. Imol. Anan. Abb. Campeg. Cravett. Clar. Vivius*, & alii quos idem *Farinac.* commemorat *num.* 235. Quamobrem validior (nostra sententia) erit ratio, quod cum universus Doctorum cœtus ità restringat generalia verba ejusdem *l. ad personas*, possimus, & nos præsentis *ritus* verba in eadem specie, itidem generatim loquentia, simpliciter restringere, & eodem dictamine rationis impulsi, quo illi interpretando legem illam adducti fuerunt tametsi virtute *Auth. apud eloquentissimum C. de fid. instrum.* (& à *Caravit.* non cognitæ) id exprimentis, subsistat etiam *Carav.* ratio cui addimus, quod cum ad limitationem prædictam, nè illa lex subsistat in criminalibus, appenderit alias sublimitationes, & declarationes idem *Farin. à num.* 237. easdem militare respectu nostri *ritus* adjungere non sine ratione possumus. Et si dicatur alitèr fore interpretanda hujus *ritus* verba, ob assertionem illam pervulgatam, quod textus generatèr intelligendus; juxta *l. de precio*, *ff. de in in rem act. & l.* 1. *§. generaliter, ff. de legat. præst.* nam illa militatet, etiam quando agitur de interpretanda memorata *l. ad personas*, & tamen illam restringunt Auctores omnes, nèc subsistere in criminalibus ajunt; nimirùm, si attentis verbis hujus *ritus*, id ipsum dicendum arbitramur; necnon declarationes alias, quas idem *Trentacinq.* adnectit *ead. ref.* 10. *à nu.* 15.

3 Ubicunque autem isthæc testium receptio delegari potest dubium exoritur, cui sit deleganda, & àn habenti tantùm jurisdictionem, & dissimilitudo temporum, ac jurium attendenda est, ad veram hujus rei scientiam, àn potiùs iuspecto jure canonico, vel civili, vel demum Constitutionum Regni etenim, jure canonico attento, committi posse etiam carenti jurisdictione: camque esse Canonistarum sententiam, dixit *Bar. in d. auth. apud eloquentissimum*, *C. de fide instrum.* non autem de jure civili, ut illic *Bart.* addit; Verum de jure *Constitut. Regni*, quid sit dicendum, distinctio probat, Judicibus dumtaxat habentibus jurisdictionem committendum examen infirmorum, & senum. Aliorum verò, adhùc personis privatis, per *Affl. in d. constit. in pecuniariis sub num.* 22. eundemque *Trentacinq. sub num.* 47. Verùm, quod indistinctè committatur habenti jurisdictionem, puta Officiali loci, ubi degunt testes, vel convicinorum, tradit *Prat. ad Muscatell. par.* 5. *Glos. suspectorum in princip.* & antè ipsum, *Gallupp. in prax. par.* 2. *cap.* 24. *num.* 4.

Tandem, illud pro coronide, affirmamus, com-

4 missa audientiam testium, intelligi etiam commissam potestatem recipiendi juramenta testium, teste *Puteo decis.* 258. cum commissarius cognoscere valeat de connexis, & accessoriis, *Gaill. lib.* 1. *pract. observ.* 35. *num.* 8. Sed obstant postrema verba, *Auth. sed Judex C. de Episcop. & Cleric.* nisi dicamus falso addita fuisse ab *Irnerio*, ut illic *Contius in glos. in margine* admonet; neque etiam obstat *decis. Crescent.* 1. *de jur. jurand.* nàm de mandato Judicis, potest Notarius recipere juramentum testium, & virtute commissionis Audientiæ testium, dicimus intelligi commissam etiam potestatem recipiendi ab illis juramentum conferunt tradita à *Verall. decis.* 150. *num.* 1. *par.* 2. subnectente aliter procedere, si in specie fuerit concessa facultas talia faciendi, quia tunc commissio daret formam, sicut in criminalibus causis commissarii expediuntur ad capiendas informationes, post *Ambrosin. in suo process. informat. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 9. *Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit.* 10. *rubr. de don. & expens. universit. num.* 6. illisque aliquando tribuitur potestas citandi ad informandum principales: & hinc infertur ad illum Commissarium, qui de facto suspendit latronem, & igne cremavit villam, de quo obloquitur *Paris. verbo Latro, Campagn. in cap. jurit censur. num.* 5. quin deputati ad exequendum, cum facultate vendendi juris ordine servato, excederent, si, absque citatione ad reluendum, venderent, *Muscat. in prax. lib.* 2. *par.* 3. *Glos. servato, nu.* 75. Quæ verò dicantur personæ egregiæ, tradunt *Roman. singul.* 172. *Gravat. ad Vestr. lib.* 6. *cap. ult. num.* 12. *Foller. in prax. crim. rubr. cap. inform. n.* 40.

RITUS CXLIII.

Testes possunt recip., etiam in ultima die termini, parte citata, & si jurant die non feriata, examinantur die feriata.

Item, quod si detur terminus ad probandum, & veniendum ad Curiam, & ad procedendum in causa ultima die termini, qui interpellet, testes, qui producuntur per partem alteram, jurare possint, & deponere, vocata parte in Curia, & ejus contumacia accusata, & si testes jurant die non feriata: & in die feriata audiantur, & examinentur.

SUMMA RERUM.

1 *Testes in ultima die termini examinari possunt absque citatione ad videndum illorum juramenta.*
2 *Vocari debet tamen pars, & contumacia, illa absente, accusari.*
3 *Hunc Ritum servandum censet Reg. Tapia.*
4 *Vocatio memorata non exquiritur, si antecesserit præfixio diei ad producendum testes.*
5 *Vel si monita fuisset, ut assistat ad videndum jurare testes singulis diebus, & horis.*
6 *Citatio prædicta pro singulis diebus, & horis, an subsistat.*
7 *Regulariter testium in termino productorum, non citata*

23 *Filiusfamilias obstringatur nè ex ejusmodi contractu ab ipsa sui Juris effecto, ratificato, negativè resolvit, R. Revit. contradicunt alii, qui adducuntur.*

24 *Quas diligentias adhibere debeant Actuarii in capiendis fidejussionibus, & quando teneantur de proprio, remissivè.*

25 *Huj sce Ritus sanctio ab Aula recessit.*

1 SEnatus consulto Macedoniano fovebantur antiquitus filii familias, *l. 1. ff. ad Senatus cons. macedon.* scilicèt in mutuo, in quo *tex.* ille loquitur, teste *Carav. §. 12.* inferiùs citando *num.* 67.
Jure verò codicis *in l. filius familias, C. de fidejuss.*
2 (pro patribus fidejubere concedente, & propterea insinuante alioquin non licere) restitutione
gaudebant, si pro extraneo fidejubebant, *l. 1. &*
2. C. de filia famil. minor. quibus fortassè suffultus
3 *Valent. Franch.* scripsit, nulli consultum esse talem accipere fidejussionem, *in tract. de fidejussor.*
cap. 2. num. 144. Ritus autem noster addidit pro-
4 hibitionem officialibus, nè illos in fidejussores reciperent, *& pragm. 1. de Senat. consul. macedon.*
generaliùs loquens in omni contractu constituit
5 neq; recipi eorum obligationes posse, nisi præsentia patrum, vel nisi sint emancipati vel habitent seorsum cum familia, tametsi excusari notarios adjunxerit, si illi asserant, se esse emancipatos, seù vivere segregatos à parentibus; quas præterea assertiones exolevisse patet, ex *cap.* 10. Exc. Ducis Offunæ senioris rescripto inter illius gratias jam typis datas inter Capitula Regni, & Privilegia Neapolis, fol. 273.
Horum autem *Ritus, & Pragm.* virtute dicendum arbitramur, quod quamvis iidem queant fi-
6 lii familias renunciare Macedoniano, juxtà notata *in dec. de Franch.* 164. *&* 181. nihilominus ob expressam prohibitionem in eis factam notariis, nè recipiant eorum fidejussiones, & obligationes, tùm commissarii, de quibus in hoc *Ritu*, tùm notarii, de quibus in illa *pragm.* manus apponere ad illas recipiendas non debent, quamvis si contrafacere auderent, illorumq; fidejussiones, & obligationes reciperent, haud subjacerent nulli-
7 tati, cum nèc *Ritus* nèc *pragm.* adjungat invalidas esse, alioqui frustrà adderetur quandoq; decretum irritans, quin, & in propriis hisce terminis præfatæ *pragm.* ità decidit *Rota in decis.* 580. proposito dubio *par. 1. tom. 2. num.* 2. inter novissime congestas à *Farinac.* & iterùm, recentioribus temporibus placuit eidem *Rota* de anno 1632. *coram Verospio*, in causa Pauli de Oria, relata per *Episcop. Marant. resp.* 51. *num.* 10. *par.* 2. & tradit idem *Marant. resp.* 50. *ead par.* 2. quamvis *Molfes. cons.* 4. *num.* 28. contradicat. Verùm præfata decisio addit memoratam *pragm.* declarare
8 acta nulla, quando filiifamilias, àìt vivere seorsum, si id minimè inniteretur veritati, in quo quippè nullum esse contractum virtute illius *pragm.* asserit etiam *Paschalis in suo tract. de virib. patr. potest. cap. 6. sub num.* 3. videasq; *Reg. Capyc. Latr. consult.* 16. *tom.* 1. *Francisc. Maria Prat. lib.* 1. *discept. forens. cap. 2. à nu.* 34. & novissimè *Præs. Ganaver. dec.* 54. *à num.* 18. qui latè discusso articulo expendendo verba *in secunda prag. de S. C. Macedon.* contenta, ibi: *Et acta non teneant*, firmat contractus neutiquam annullari. (An verò
9 data nullitate obligationis subsistat fidejussoria, inquirit *Prat. ad Paschal. add. cap. 6. ad num.* 15.)
Certissimum tamèn esse credit eadem *Rota* decisio, quod quando jam dicta *pragm.* omnes irritaret contractus, & obligationes eorum: non tamen illas, quas pro patribus fecissent, eò quod
10 illas admittit jus, eoquè attento, validas esse, constat ex eadem *l. filius familias*, juncta *l. si dubitat, §. filiusfamilias, ff. eod. illo tit. l. 1. C. de filiofamil. minor. & l. si ex alio, C. quod cum eo*, at ideò non complecteretur obligationem filii de ju-
11 re permissam pro patre, & fulcitur doctrina *Carav. super eadem pragm. §. 11. num. 11. &* 16. proùt in consimili statuto Paduano loquens *Peregr.* conclusit, ac pluries decisum scripsit, *in sua decis.* 51. præsertim à *nu.* 6. quorum dicta restringenda esse credimus ad eum casum, quo de jure illa subsistit, nec per viam restitutionis retractatur; nàm etiam si pro patre obligetur, restitui poterit, si illi vita functo non successerit; ad *tex. in d. l. 1. C. de filiofamil. minore*, cujus *tex.* verba
12 non semèl perlegimus, eaq; admirati sumus, quandoquidem durius se jus ostendit in patrem, quam in extraneum, cum pro patre obligatus in integrum restituatur, si non successit, in alio verò obligato, etiam non pro patre tenetur, sed non nisi, in quantum facere potest, *in l. 2. C. quod cum eo*, nisi dicamus *in d. l.* 1. non successisse, quia non institutus, in ipsa verò *l. 2.* quia institutus, & ab ejus hæreditate abstinuerit, aut illum loqui in filiofamilias majore, utcunquè sit, illud certissimum esse, gaudere filiumfamilias, virtute ejusdem *l. 2.* privilegio, nè conveniatur, nisi in quantum facere potest, adhùc si parentis consensus intercesserit in obligatione, id tamèn ex illius verbis, cum hæreditati paternæ renunciavit, non itaq; si successerit.
13 Verùm illius *test.* dispositio subsistat, nè hodiè Regno, in quo viget adducta *pragm.* valeatq; pater in ipsiusmet beneficium consensum, & authoritatem præstare, ex nostratibus *Præs. Merlin. cent. 1. qq. forens. cap. 39. & in 2. cent. cap. 99. &*
14 100. dilatatis fimbriis, post *Fandum de præsent. instrum. par. 2. declar. 17. nu. 41. Manson. de caus. execut. ampl. 10. num. 81. Thor. par. 1. compend. verbo filiusfamilias*, & in simili statuto *Grivell. dec. Dolan. 14. nu. 21. Carav.* alcam tuetur *in add. §. 11. num. 8.* in terminis memoratæ *pragm.* sustinenus, paternum consensum, non ad ipsius filii personam integrandã, sed dumtaxat ratione præjudicii, quod patri evenire posset, requiri, quin *Præses* triplici decisionum S. C. clypeo ejus circumvallat effatum, *add. cap.* 100. *num.* 78. improbans *D. R. Revits in add. pragm. 1. & Horatii Montani controv. forens. cap. 39. num.* 3. quem laudat *Thor. par. 3. compend. decis. verb. contractus celebratus, & in supplem. comp. verb. filiusfamilias se obligans*, effinctas distinctiones.
15 At pro *Reviti*, sententia in gratiam filiorum familias pro nullitate eorum obligationis, calamum arripuit *Lelius Gipsius*, tùnc patronus famigeratus, lepidumq; edidit responsum, dùm decidendus erat articulus ad evitandam determinationum diversitatem, junctis omnibus classibus S. C. ordine illius temporis spectabilis Præsidis, qui-

quiquè, rejectis contrariis, ejus opinionem receptiſſimis concluſionibus confirmat, veriorem, & humaniorem demonſtrat, Doctorumq; auctoritatibus corroborat, & potiſſimùm ipſius *D.Reg.*
16 *Rovit.*(cujus celeberrimi nominis in animis hominum fama perpetuo vivet, teſte etiam *Giurb. ad conſuetud.Meſſ. cap.*10. *par.*1. *nu.* 3.) necnon *Marii Cutelli de donat.contempl. matr.cap.*1. *nu.*171. *fol.*55. *Reg. de Marin. lib.*1. *quotid. reſol. cap.*144. *num.*18. *& cap.*145. *num.*15. *&* 16. *Galter.de liquid.inſtrum. verſ.advertat ad debitorem, nu.*53. *&* 55. *Virgilius de Boccatiis in Conſtit. Marchiæ, gloſ.*2. *num.*35. 39. *&* 40. *Caldas in l.ſi curatorem habens, verb. Contractum feciſti, ſub num.*45.*verſ. ex quibus, Carpan.ad ſtatuta Mediol. cap.*416. *nu.* 84.85. *&* 140. *Gratian. diſcept.forenſ. lib.*4. *cap.* 781. *num.* 28. *Caucer. lib.*2. *cap.*1. *nu.* 67. *& ſeq. Bertazol.de clauſul. gl.*11.*clauſ* 7.*num.* 8.*&* 9.qui veriorem hanc opinionem, præconizat, *Eminent. Cardin.Tuſc.pract. concl.verbo Authorari, concluſ.* 565. *num.*5. qui idem confirmat *tom.* 1. *D. Garſ. Maſtrill.dec.*186. *num.* 22. *lib.*2. *& in fine,* dicentis, deciſum contractum nullum, *Franciſc. Hieronym.de Leo dec.* 94. *num.*4. *&* 5. *lib.* 11. *Regni Valent.Mar. Mutæ deciſ.* 94. ubi in fine refert ſcitum in beneficium filii contra creditores paternus *Urſill. ad Affl.deciſ.*308. *num.*22. *&* 23. *D.Conſil. Jo: Baptiſt. Hodiern.ad Surd. deciſ.*53. *num.*4.5.*&* 6. quorum autèm verior ſit opinio, tuum lector
17 ſit judicium, & videas *D.Jo: Bapt.Mucc.* noviſſimè hanc quæſtionem examinantem, *var. qq. forenſ.dilucid. integra* 2.

Filius verò pro patre excarcerando obligatus, nèc Macedoniani, nèc Regiæ Pragmaticæ tutamine iuvatur, etiamſi minor ſit, & abſquè curatore contraxerit, *Paſchal.de patr.poteſt.par.*1.*cap.* 6. *num.* 123. *Gratian. diſcept. forenſ. to.* 1. *cap.* 6. *num.*123. *Mauſon. de cauſ.exequut. ampliat.*10.*n.* 27.*Thoran compend. to.*1. *verbo filiusfam. Viſconti in concluſ.jur. verbo filiusfamilias, Joſeph Mele ad deciſ.*4. *Giuuar. num.*28. *Merlin. add. controv.* 39. *num.*44. *Conſil. Rocc. lib.*2. *reſponſ.*60.

18 Sed àn *pragm.* filiosfamilias clericos amplexetur? negativè reſolvit idem *Carav.* §. 11. *num.*24. *&* 26. cui contradicunt *Gravin. de præſent. inſtrum. par.*3. *declar.* 17. *num.* 38. *Borrell. de compromiſſ.* §. 1. *Gloſ.* 3. *num.* 258. *Reg. Rovit. in ead. prag. num.* 49. *Paſchal. add. cap.* 6. *num.* 39. & in ſimili ſtatuto Mediolanenſi, reſpondet *Carpan.add. cap.*416. *num.*6. *Arnon. dialog.*69. *Cavalc. dec.*31. *num.*41. *lib.*1. *Nevizan.conſ.*39.*num.*10. *de Graſſ. de effect. cleric. effec.*2. *num.*300. *& Rota Romana deciſ.* ennarrat *Jacob. Cavaler. deciſ.* 242. *Mucci q.*
19 *forenſ.*3. àn titulatos, *Novar. dec.*244. *Ricc. collec. dec.*3898. *par.*9.*in fin. Thor. in ſupplem.comp. verb. Filiusfamilias titulatus;* omneſquè abnuunt
20 Neq; mercatorem filiumfamilias, *Foller. in add. ad Marant. p.*6. *membr.* 9. *num.* 61. quis verò dicatur verè mercator, *Alber.* oſtendit *in l. humi-*
21 *lem, C. de incest. nupt. Paſchal. add. tract. par.* 4. *cap.*2. *num.*44. *Roman. ſing.*44. *Maſcard.de probat. concluſ.*1051. *num.*6. *Rebuff. in tract. de mercat. minut. art.*1.*gloſ.*1. *num.*14. *Signirol. conſil.* 95. *num.*25. talis verò non eſt, qui mutuat, *An-*
22 *gel. in l. cuicunque, §. labeo, de inſtit. action. et l. quæſitum, §. ſed, & ipſe, de fid. inſtrum.* vel conducit, emitquè fundum, *Bar. in l. legatis, quæſt. pen. de leg.* 3. *Alex. in l. divortio, ff. ſolut. matrim.*

23 Sed obſtringatur, nè filiusfamilias ex hujuſmodi contractu, ab ipſo ſui juris effecto ratificato,& in negativam partem, annuit *Rovit. à num.* 27. quem inſequuntur *Præſ. Amat. conſ.*41.*Molf.conſ.* 42. *Reg. Saufelic. dec.* 190. *num.* 6. *Prat. reſponſ.* 39. *num.*53. ſed illum impugnant, data expreſſa ratihabitione ex novo contractu, *Dom. Reg. de Mariu. quotid. reſol. add. cap.*145. *à num.* 20. *Reg. Merlin. cap.*53. *cent.*2. & ampliant etiam in tacita ratificatione, *Dom. Conſiliar. Rocc. reſponſ. legal. par.*2. *reſp.* 60. *num.* 18. *Joan. Baptiſt. Mucci variar. qq. forenſ. dilucidat. quæſt.*1. *Joan. Franciſc. Marott. diſcept. forenſ. capit.* 26. *à num.* 29. *Scipio Biloct. poſt tract. concluſ. feudal. conſ.* 15. *in fine,* & ex exteris, *Anton. Fab. definit.* 4. *C. ad Macedon.* ſermocinans de filio ſui juris effecto petente dilationem ad ſolvendum, *Grivell.* in terminis ſimilis ſtatuti Dolani, *deciſ.*14. *à num.* 61. *Gomez to.*2. *var. cap.*6. *num.*2 *in* 7. *limit. Fontanell.to.*1. *de pact. clauſ.*4. *Gloſ.*18. *par.*1.*num.*145.*& in add. ejuſdem tom.num.* 35. quin hujuſcemodi ratificationes retrotrahi ad tempus celebrati contractus, ipſumquè valere non ut nùnc, ſed ut tùnc, colligitur, ex *l. fin. Cod. ad maced. in l. fin.* §.1. *in fin. C. ſi major fact. alien.rat.habuer.* & probant *Alex. conſ.*78. *num.*18. *& conſ.* 117. *num.*2. *vol.*5.*Surd. dec.*70. *à num.* 18. *Mart. conſ.* 79. *num.* 20. *Theſaur. lib.*4. *qq forenſ. cap.*6. *num.* 2. *Mar. Anton. reſ.*55. *num.* 9. *lib.* 2. hinc meritò, docuit *Bal. in memor. l.fin. num.*1. *C. ad maced.* quod talis ratihabitio initium contractus reſpicit, & influit ipſi initio virtutem obligandi, adeò ut, ſi filiusfamilias tempore obligationis fidejuſſores dediſſet, ſequens ratificatio, etiam fidejuſſoribus præjudicabit; conveniunt quoque *Matthieu. lib.*5. *tit.*11.*l.* 22. *gl.*7. *Hering. de fidejuſſ. cap.*10. *num.*204.

24 Cæterum, quas diligentias adhibere debeant Actuarii in capiendis fidejuſſionibus, & quando teneatur de proprio, *Farinac.* extricat *de fidejuſſ. q.*33. *num.*88. *Joſeph. Ludovic.dec.Luc.*33.*Viſcont. ad Franch.dec.*202.hunc *Ritum* videndum admonens, & nos *rit.*160. adnotamus.

25 Hujuſce *Ritus* ſanctionem ab Aula receſſiſſe, teſtis eſt *Reg. Tap.lib.*2. *jur. Regn.rub.*23. *de commiſſ.*

RITUS CXXXVI.

Dat facultatem componendi cum bannitis.

ITem, quod dictus commiſſarius ex dicta poteſtate ei conceſſa componat, & componere poſſit cum dictis bannitis, & quolibet ipſorum de tempore, quo duraverint contumaciter in bannis eorum jam dictis, qui tantundèm moraturi eſſent in carcere Curiæ ſupradictæ (prout meliùs eidem commiſſario, cum utilitate, & augumento Curiæ videbitur) componendum, & pecunia exindè percipienda per eos, unà cum aliis pecuniis, tàm bonorum, quàm tertiarum, & pecuniarum ſupradictarum, fidelitèr ad opus Curiæ obſervent: & de-

& deindè ipsam ad eandem Curiam mittere in terminis supradictis.

SUMMA RERUM.

1 *Carceratum tantundem morari debere, quanto tempore perstitit in contumacia, sancitur in hoc Ritu.*
Antichristus tanto tempore prædicabit, quantò, & Christus ipse prædicavit.
2 *Quisquè appetens ad majora extolli, utilitatem Curiæ inquirat.*
3 *Multi nimia rigore, & fiscalitate utentes ad sydera evehuntur, at in alio seculo luent pœnas, si non Justitiæ intuitu id faciant.*
4 *Compositionis materia tangitur, remissivè, & nonnulla enarrantur.*
5 *Compositio non facienda cum eo, qui pluriès deliquit.*
Princeps àn valeat delicta, & pœnam contumaciæ condonare, parte non concordata.

1 Usus non recipit hodiè observantiam istam detinendi carceratum tanto tempore, quanto perstitit in contumacia (prout etiam fuerat dispositum *in cap. Caroli Regis II.* 155. in ordine *de forjudicatione*, cujus meminit *Carol. Rot. in floril. pract. conclus. concl.9. num.63.* & dixerat *Bal.* de Antichristo, qui tanto tempore prædicabit, quanto prædicavit Christus, *in l. usuras, Cod. de usur. Affl. in constit. si quis post litem, sub n. 25.*) nil mirùm igitur, si neq; compositiones in hoc *Ritu* memoratas, eò maximè, quod obstat regula *rit.*213 qui tantùm permittit ejusmodi compositiones, cùm bannitus esset in banno captus, *Campag. in cap. fivi quis sub num.24. in add.* citans *Marant. in specul. in 6. par. in 1. actu.* Hoc ipsum, quod hoc in *Ritu* dicitur in compositione, cum utilitate, & augmento, faciendum de mora carceris, dixerat alter 134. in compositionibus pœnarum fiscalium, quin, & 133. in compositionibus contumaciarum, s. tertiæ partis mobilium.

2 Quisquis itaq; appetit laudari, & ad majora extolli, utilitatem Curiæ inquirat, & citrà dubium assequetur intentum, proh dolor, quot videmus indoctos, hac tantùm causa, aùt nimio rigore, & fiscalitate, ad sydera evectos, in alio
3 autem seculo certè luent pœnas, si non justitiæ intuitu, severitate nimia utentes, ultrà condignam pœnam, delinquentes punierint; Ad materiam ipsam, ut redeamus, de compositionibus memoratam in hoc *Ritu*, eò quod illa frequens
4 fit in Regno (& fortasse ultrà, quàm Jure fas sit, admittunt nonnulli) ideò summatim reculimus tractari, & quidèm utiliter, ab integerrimo, & perdocto viro illo, *R. Scipione Rovito in suis commentariis ad Reg. Prag.* præsertim *in tit. de compos.* tùm *in rub.* tùm *in prag. eadem sub rub. consentis*, & extricat *Capiblanc. tract. de Baronibus pragm.6. à vers. compositio, sub num.10. Episcop. Campanil.* etiam *in divers. jur. canon.* de ea loquutus fuit, cùm *rub. 11. cap. 26. à num. 175.* lunga seriè defendit, fieri non posse in causa blasphemiæ, non tantùm, si in Deum, aut Beatissimam Mariam semper Virginem, verùm etiam, si in Sanctos suos, & tradunt *Bajard.ad Clar.§.blasphemia num.16. Novar. q. forens.76. lib.2.* a quorum dictis recedere videtur *Capiblanc. de Baron. prag.6. t.1. num.79.* quem laudat *Danz. tom.3. de pugn. DD. tit. de blasphemia, cap.5. num.20.* Alia autem plura extricamus super *rit.* 202. 272. & 275. sed fieri necnè possit per Magnam Curiam in causa homicidii, & non præcedente dispensatione Regis, dixit *Affl. decis.* 287. & probavit, ex causa posse fieri; vide *Farinac. q.10. num* 84. Illam verò haùd faciendam cum eo, qui pluriès facinus patravit, monet *Gramm. vot.* 33. quem laudat *Avus meus*, nonnulla satis affatè subnectens, *ad decis. ejusdem Gram.* 16. *sub num.* 2.
5 & àn Princeps possit condonare delicta, absquè partis remissione, inquirit *Reg. Sanfelic. dec.* 53. *lib.*1. tradens ex stylo M. C. V. fieri contumaciæ gratiam per illius Regentem, parte non concordata, quod, & servari in Camera Imperiali, scribit *Mysing. sing. observ. cent.5. observ.11.*

RITUS CXXXVII.

Commissarios, ut fideliter suum exerceant officium, monet.

Item quod se in prædictis omnibus legalitèr, & fidelitèr, ac sollicitè gerant, nullamq; fraudem committant, aùt extorsiones inusitatas, & illicitas, & sine dolo, sicut personas eorum haberent aliorum meritò carores.

SUMMA RERUM.

1 *Fidejussio de benè administrando, quid operetur.*
2 *Illam omnes Officiales, & Actuarii præstare tenentur.*
3 *Et dare computum, & rationem administrationis.*
4 *Extorsiones verò inusitatas illicitas prohibet ritus.*
5 *Extorsionis verbum, àn semper malum supponat.*
6 *Commissarii nova adinveniunt genera extorquendi.*
7 *Incivile est judicare, non tota lege perspecta.*
8 *Extorsionis pœna recensetur, remissivè.*
9 *Extorsio quæ sit, & àn distet à baratteria.*

Commissarii, vigore hujus *Ritus*, antequam expediuntur præstare tenentur cautionem, de benè, & fideliter administrando, & se gerendo circa contenta in eorum commissionibus, quæ fi-
1 dejussio de bene administrando operatur commissam esse stipulationem in omnem casum malæ administrationis, teste *Mascatello in prax. fidejuss. modo 14. sub num. 8.* quio, & omnes Officiales
2 & actuarios, teneri etiam fidejubere de benè, & fideliter administrando, & stando syndicatui, dicit *Paris. de syndicatu, vers. fidejussor, post num. 5.* extatque *prag.42. de offic. procurat. Cæsar.* & de commissariis pœnarum fiscalium, loquitur *prag. 31. §.8. de offic. just.* & altera de illis genere, 7. 3 §.9.

3 *§.9. eod. tit.* quique dare computum, & rationem administrationis, tènentur ex *prag. 31. in princip. & §.8. Capiblanc. de Baron. prag.5. ſub num.* 93. quod reſtringit in Regii Conſiliariis, *Afflict. in conſtit. ut univerſi, n.58.*

4 Extorſiones verò inuſitatas illicitas, dum prohibet *Ritus*, dicimus, extorquere verbum, non ſemper malum præportare, alioqui *Cicero de oratore*, perperam loquutus eſſet, cum dixit
5 *Sententias de manibus Judicum, vi quadam extorſiones* cur enim adderet verba illa, *vi quadam*, ſi adjunctum verbum, *extorſimus*, id ipſum, vel pejus, inſinuaret; *tex.* etiam *in l.1.C. ſi ex falſis alleg.* fruſtra dixiſſet, *extorſiſſe injuſtum decretum*, ſimpliciter non immerito legimus hoc verbo nonnunquam jura, uti, namque *ex tota pecunia*, inquit *l.1. C. nè filius pro patre, extorqueant*, dicit *text. in cap. ſtatutum, §. pen. in 6.* & *extorquere conatur, in cap. conquerente, de cleric. non reſident.* nimirum etiamſi noſter *ritus* volens tantum impermiſſas prohibere extorſiones, addit illicitas.

6 Verum perquiramus quæſo inuſitatas à commiſſariis extorſiones: ut quas vetuerit noſter *ritus* agnoſcamus; inuſitatas interdicens? expertus loquor, & ingenuè fateor nullam quidem reperiri poſſe, quin obſtupi nova adinventa genera extorquendi, conſiderans, quomodo poſſint deinceps hujus *ritus* verbis defendi inibentibus inuſitatas, ſi namquè omnes exercere conſueverunt, non eſt, quæ illis interdicatur, ſed ſi non ignorarent ſententiam illam, incivile eſſe judicare, non tota lege perſpecta, cujus meminit *l. in Civile C. de legib.* utique cognoviſſent non inuſitatas tantùm veritas eſſe, ſed illicitas, & conſecutivè illicitas.

8 Extorſionibus autèm pœnam recenſet *Specul. in tit. de ſolut. §.1. verſ. ſed nunquid*; eſt autèm extorſio cum officialis indebitè carcerando, aut
9 aliter contrà jus gravando pœcuniam extorquet, teſte *Reg.Revis. in prag.3. de milit. num.39.* hancque tranſire in propriam ſpeciem delicti ſubdit, atque de ea loqui *Regni Conſtit. eos tantùm officiales*, & diſtare à barattaria, oſtendit *nu.40.*

R I T U S CXXXVIII.

Cauſa criminalis, in qua venit imponenda pœna pecuniaria committi poteſt.

ITem quando occurrit aliqua cauſa, in qua præceſſit citatio criminalis de aliqua re, in qua verſaretur commodum pœcuniarum, uſque ad ſummam unciarum trium, seù quatuor, quod ſit in arbitrio Judicum, ubi videbitur eis expedire, committero cauſam ipſam cuilibet quantumcunque pars contradixerit.

S U M M A R E R U M.

1 *Magna Curia non amplius committit aliis, quàm illius Judicibus cauſas, niſi capiendi informationes tantùm.*
2 *Præſens ritus cum aliis, an intelligatur tantùm de Judicibus pedaneis.*
3 *Commiſſarius ad examinandum, an valeat, aſſentientibus partibus ſubdelegare.*

RItus iſte de duobus fatur. Primo nempè explicat valorem cauſarum delegandarum commiſſariis, deinde libertati Judcum relinquit facul-
1 tatem commitendi; utrumque tradiderunt etiam alii *ritus*, namque de priori loquuntur *rit. 16. 124. & 126.* de poſteriori vero citatus *ritus 16.* cui contradicunt reliqui jam memorati, neceſitatem præſcribentes committendi cauſas infra ſummas in eis memoratas, Tu videto, quæ ſuper illis annotamus, & nunc addimus delegationes iſtas ab uſu receſſiſſe, cum magna Curia, nequè Judicibus Pedaneis, neque aliis literatis ſoleat amplius cauſam aliquam committere, niſi pro capienda tantùm informatione, & quibus voluerit quod autem præſens *ritus*, atque alii prænarrati non intelligantur tantùm de Judicibus Pedaneis,
2 ut *Carav.* opinatur *in dic. rit.16. & 124.* ſed de aliis etiam præter Judices Pedaneos, ut nos diximus *eod.rit.124.* comprobatur verbis hujus *ritus*; quæ generatim Judicis arbitrio relinquunt poteſtatem committendi cauſas ipſas cuilibet; dùm verò idem *ritus* ſubiicit verba illa, *quantumcumque pars contradixerit*, intelligerentur, quantumcunque contradixerit committi illi perſonæ, etenim ſi non ſervato ordine, quem retulimus ſuper *rit. 39. num.9.* deputatus fuiſſet, & recuſaretur, utique recuſatio contemni minimè potuiſſet, ſed attendere oportuiſſet, quæ de jure recuſandi, ſcripſere Doctores, & nos tangimus *ritus* 265. Commiſſarius verò deſtinatus ad examinandum valeat nè, aſſentientibus partibus ſubdelegare, affirmativè ſcripſit, *Mynſinger. ſingul. obſerv. in obſervat. 41. ſub 3. cent.*

R I T V S CXXXIX.

Commiſſarii infrà ſtatutum tempus tranſmittant ad M.C. inſtrumenta exactionis facta, & pœcuniam.

ITem quod inſtrumenta ipſa de exactionibus pœnarum prædictarum debitis ſolemnitatibus roboranda, ad dictam Curiam infra terminum in dictis commiſſionis eorum literis declaratum, ſimul cum pecuuia dictarum pœcuniarum mittere non poſtponant.

S U M M A R E R U M.

1 *Commiſſarii ad redditunm exactionem deputati bilancium quolibet menſe tranſmittere tenentur.*
2 *Pœcuniam exactam conſignare, quibus obſtringantur.*
3 *Illis modus præſcribitur obſervandus in exactione, & ſolutione fiſcalium.*
4 *Commiſſararii non poſſunt eſſe inquiſiti, nec contumaces.*

Ritus

RItus iste prosequitur concernentia officium commissariorum, qui per M. C. V. expediuntur contra contumaces, mandatquè, quod infrà certum terminum transmittant ad ipsam M.C. instrumenta mentionata in *ritu* 135. cum pœcunia, qui quidèm terminus unius mensis est, vigore *prag.*
1 *40. de offic. Procur. Cæsar.* scilicèt, ut quolibet mense bilancium ad Tribunal Cameræ transmittant, adstipulaturque *text. in l. apparitores, C. de exactor. tribut. lib.* 10. cujus meminit *Reg. Rovit. in cit. prag.*
2 40. quamquè pœcuniam ad manum Ærarii transmittere debent, attento jure communi *in §. sancimus igitur de cætero, Auth. de incestuos. nupt. Cassan. in Catal. glor. mund. par. 6. consid.* 20 *vers. & pecunia*. Perceptoris verò de jure Regni, dicit *Scaglionus super rit. 9. num. 9. pragm.* tamèn, qua fulcitur, neque *rubricam* ab ipso memoratam reperimus *in libro pragmaticarum, sed pragm.* 51. 55. & 60. *de offic. procurat. Cæsaris*, distinctione utentes, ut pecunia compositionum Perceptori proventuum consignetur, significatoriarum; Cæterùm præscribitur modus dictis commissariis exequendi contra Universitates pro exactionibus fiscali-
3 bus, *in pragm. 7. de commiss.* paucis tamèn immutatis, renovatus *in pragm.* 8. adsunt aliæ novissimæ *pragm.* multa circa prædicta demandantes, quarum aliqua recollexit *Thor. de magistrat. Regn. Neapol.* post *Jo: Grand. de Bello exul. pag.* 63. & 65. & instructiones commissariorum Tribunalis Rever. Fabricæ Sancti Petri in hoc Regno, rescribit *Danz. de pugn. DD. tom. 1. tit. de legat. piis. cap* 1.

Tenentur insuper commissariis contrà Universitates destinati per creditores majoris summæ, pœcuniam dividere per æs, & libram omnibus creditoribus pro rata, ut determinavit Regia Camera die 23. mensis Martii 1650. *referente D. R. Jo: Camillo Cacacio* tùnc dictæ Regiæ Cameræ Præsidente, cujus sciti meminit *Dom. Reg. de Marin. arresta* 644. *post tom. 2. decis. Revert.* Procurent itaq; commissarii exequi sancita in dictis pragm. & ordinibus, si pœnas sibi inflictas vitare concupiscant.

4 Nec possunt talia exercere inquisiti, vel contumaces, ex *pragm. 10. §. 6. de offic. Judic. Danz. to. 1. de pugn. DD. tit. de remiss. causar. cap. 8. num.* 12.

RITUS CXXXX.

ITem nisi essent testes extrà Regnum degentes, quo casu prorogatio ipsa fiat secundùm distantiam locorum, ubi testes degunt deposita pœcunia necessaria per producentem pro examinatione ipsorum, ipsisquè testibus specificè nominatis, ac præstito juramento per producentem prædictum, quod non fiat animo differendi, & calumniandi, & Iudices ipsi prædictarum Curiarum, & cujuslibet earum (eo casu) possint dictam instantiam prorogare, attenta distantia loci prædicti, verùm si pars, vel ejus procurator asserat habere testes absentès extra Regnum existentes; & per hoc peteret dilationem, & prorogationem, non faciendo infrà tempus sibi datum, & per hoc prorogatum, testes ipsos examinari, talis petens, sivè fuerit procurator, sivè principalis, puniatur per dictas Curias, seù alteram ipsarum, tanquam calumniator. Nec non ipso facto incidat in pœnam florenorum auri quinquaginta dictis Curiis applicandam, & à transgressoribus prædictis inviolabilitèr exigendam, & condemnetur nihilominùs parti adversæ ad solutionem expensarum.

SUMMA RERUM.

1 *Nominationis testium in Regno, & extrà Regnum tangitur materia.*

2 *Dies quinque ad illam faciendam, an currant, si dato termino fuerit aliqua exceptio opposita.*

3 *Actor in proposita difficultate resolvit currere à die, quo re vera terminus incipit currere, & interpretatur prag. 75. de officio S.R.C.*

4 *Cum agitur de explicanda mente Principis ad eundem currendum est.*

5 *Nominatio debet fieri simplicitèr, & non conditionaliter.*

6 *Illam petens, & ea non utens; pecuniaria pœna mulctatur, nisi illi rinunciaverit.*

7 *Quando fit extrà Regnum nominandi sunt testes per nomina, & cognomina, necnon loca, ubi degunt, facto deposito pro pœna.*

8 *Illi facta infra quinque dies absque deposito, si illud deindè fiat, non est deferendum, & scitum S.R. memoratur.*

Depositum fieri debet, etiam si testes essent repetendi.

9 *Cautela, qua practici utuntur ad vitandum depositum in nominatione extra Regnum, indicatur.*

Quo casu evitatur tantùm depositum, dummodò specificentur ultima Regni partes.

10 *Audientia commissa in prima instantia, non conceditur in secunda.*

Remissoria bis in eadem causa non datur.

11 *Clausula ipso facto, & ipso jure, quæ sit virtus.*

12 *Declaratoria requiritur, etiam in pœnis ipso jure contractis, cum declarationibus.*

13 *Pœna ipso jure, in quibus contrahatur.*

14 *Quibus verbis inducatur.*

15 *Nullum quod est, nullum parat præjudicium, nequè est allegabile.*

1 TRactatulus hic cadit de nominatione testium facienda, degentium extrà locum, ubi lis agitur, quæ vel fit testium in Regno existentium, vel extrà Regnum, & utriusque requisita, qualitates, & conditiones pro earum validitate, explicant *Franch. decis. 57. Muscat. in prax. S.C. par. 5. in gl. suspectorum*, prælertim *à num. 13. Carav.* hoc *in rit.* improbans, *Reg. Rovit.* etiam de utraque scripsit, nempè super *prag. 1. & 3. de dilation.* de nominatione testium extrà Regnum habitantium agit. In *prag.* verò *7. de ordin. judic. a num.* 15. de altera, testium Regnum incolentium fatur, ac extant *prag. 31. de offic. S.C. & 3. §. 9. de dilat. Gallup. in prax. S.C. par. 2. cap. 24. tit. de nomin. R. Sanfel. in prax. Judic. sect. 46. à num. 11. Thor.* etiam aliqua tetigit *in compend. decis. verbo Nominatio*, ac præsertim decis. M.C. & facto verbo confirmatam per S. C. referamus, cujus ille meminit *p. 1. comp. in §. nominatio testium per nomina*, cum enim evenisset, ut datus esset terminus in causa, & deberet infrà
2 quinque dies fieri nominatio testium post notificatio-

e ationem termini, juxtà antiquum stylum, quem ex *Muscat.de Franch.& Rovit.* deducit, nec facta fuerit, quia opposita exceptio declinatoria, & petita remissio ad competentem Judicem, ità ut terminus conquieverit, nec inceperit currere, ut ille probat, & nos etiam defendimus super *rit.69. nu. 10.& 11.* & rejecta exceptione prædicta virtute decreti, quod terminus datus currat nominatio intrà quinque dies facta, dubitatum fuit, si esset admittenda, & quamvìs, *R.Rovit. in prima editione suorum commentariorum ad prag.* annuisset, *in prag.7.num.24.de ordin.Judic.* & meminit *in dict. pragm.3. num.6.* quia terminus quinque dierum nunquam cœpit currere, nisi à prædicto decreto, quod terminus currat, attamen ilemet in altera editione, ab illa recessit sententia, ob specifica verba, quibus utitur prædicta sanctio Comitis de Lemos junioris, *prag.3.§.9.* illa nempè: *Frà cinque giorni doppo, che sarà date il termine*, quem diem dati termini respiciunt, non quo incipit labi, atque ità juxtà prædictam sententiam, resolutum fuisse testatur idem *Thor.* insequitur *Franc. Maria Prat, ad Muscat. in memorat. glos. suspectorum, ad num.18.*

3 Verùm a Justitiæ, innitatur, remittimus prudentiorum Judicio, tum quia effectivè tùnc intelligitur datus, quando incipit currere, tùm quià adducta postrema *pragmatica*, ut ejus verba sonant, nihil addit in hoc capite: At quod in altera sancitum erat, comprobat, ut infrà quinque dies, &c. (tanto magis, quod nequè in illa id exprimitur) addit verò respectu aliorum, cum dicit, *aggiungendo ancora*, ergo si antè illam id justitia suadebat, id ipsum, & post illam, quæ tantùm illius observantiam demandat, nec aliquid addere velle novi juris declarat, & quamvìs utatur illis verbis: *Doppo il termine* loquitur in illa *prag.* & virtute illius, ità ut attendendum in hoc prorsùs sit, non quod in posteriori dicta *pragm.* sed in priori asseritur, quæ cum non ità restrictivè verba faciat, non videtur constringenda ad datum terminum, sed observandum; prout anteà erat in more; tùm demùm quia si legislator de ea re fuisset interrogatus, verisimilitèr ità respondisset, quin, & consulentes expressissent fortassè, si hunc casum prævidissent, imò, & cum tractaretur de explicando men-
4 tem Principis, & dubia verba *pragm.* debuissent Judicantes recurrere ad eundem Principem ex omnium, & certissima sententia, & sic fuisse decisum fatetur idem *Thor.* esse nempè deferendum nominationi petitæ in termino prorogato, etiam si non fuerit illa facta in primo terminò infrà quinque dies, *in compend.decis.par.3. sect.2. verbo Nominatio testium facta, fol.163.*

5 Nominatio verò fiat simpliciter, non conditionaliter, ut puta, quatenùs indigebit, sanxit *pragm.63.de offic.S.R.C.* illamque petens, ac non
6 utens, mulctatur pœna proscripta, à *pragm.1. de procur.* nisi dumtaxat eodem, vel die sequenti, ex altera *pragm.70.eod.tit.de offic.S.R.C.* vel antè lapsum terminum renunciaverit, juxtà *Ann.* effatum *in repet.cap.1.de vassall.decrep.ætat.num.249* quem *Gallup.* laudat *cit.loco n. 1.* necnon confirmat *Reg.Rovit.in pragm.1.nu.4. de procurat.* insequutus à *Baldassar.de Angel.ad Foller. tit. & facta litis contest.num.11.& in fragm.nu.95.*

7 Sin autem illa extra Regnum fiat, quam antiqui ultra marinam nuncupaverunt, teste *Monac. ad Minad.* hujus *ritus* memore, *dec.7.nu.2.* nominanda sunt nomina, & cognomina testium, ac loca, ubi degunt, facto deposito pro pœna ducatorum quindecim pro qualibet dieta, applicanda pro parte, si nominans ea usus non fuerit, Tribunalis commodis, & pro altera adversario, ex *pragm.* cujus meminit *de Franch.dec.57.* & est 3. *de dilat,* ubi *R. Rovit.* ampliat, tàm in Actore, quam in Reo, necnon *Muscatell.à num. 36.* omnia declarans mirificè, *Nicolin.in prax.Judic.civil. num.80.* quin illi factæ infrà quinque dies absq;
8 deposito, & si illud deindè fiat, non fore deferendum, dixit *Reg Rovit.in d.prag.3.num.5. de dilat.* cujus sententiam amplexum fuit S.C. in causa Josephi Spinulæ, & Jo: Baptistæ Cataneo, sub die 10. Novembris 1618. apud *Reg.Sanfelic.dec.5. num.8. lib.1.* de quo meminit *Thor in supplement. compend.decis.verbo nominatio testium facta extrà.* Quod depositum fieri debet etiam pro testium repetitione, ut decisum fuit in causa Aureliæ Romano, cum Leonardo Tipaldo, in qua, examinatis duobus testibus in præambuli confectione in M.C. qui indè se contulerant extrà Regnum, cum opus esset eorum repetitione citata parte in S. C. Iudice appellationis, translacto termino, & nullo facto deposito, fuit provisum esse faciendam publicationem, petita testium audientia *extra* Regnum haud obstante, sub die 24.Martii 1634. *referente* tùnc *Consiliar. Reg. Hectore Capycio Latro,* in banca Fabritii Solatii, cujus sciti memor est *Thor.par.3.compend.decis.5.sect.1. verbo depositum pro examinandis,* sed an sit faciendum pro nominationibus in factis extrà Regnum necessariò probandis, inquirit *Reg.Rovit.in d.pragm.3. n. 11.* memor hujus *ritus.*

9 Ad hoc depositum vitandum practici utuntur cautela in nominatione extrà Regnum facienda, velle ea uti, velut si facta foret in ultimis partibus Regni, quò quippè casu terminus haud trium mensium excedit, *de Franch. add. decis. 50.* ibique *add.Muscat.cit.num.36. & par.5. Glos. causa. num.10.Reg.Tap.in constit.lite legitima, in annot.ad hunc ritum, & in pragm.3.de pæn.oppon. co.dilat,* desumpta *ex tit.de offic. S.C.pag.107. Reg. Sanfelic.Carav.in hoc ritu* memor. *add.sect.46. nu. 17.de Angel.ad Foller.in dic.loco num.12.* quo in casu, nec defertur nominationi, nisi nominatis testibus per nomina, et cognomina, & declaratis locis Regni, ut dispooitur in *cit pragm.* 4. edita sub die 11.Maii 1612.§.9.quæ vulgariter nuncupatur, *delli* 28.*capi de dilat.* mandante, quod in nominatione facta extrà Regnum cum clausula, velle ea uti, ac si facta esset in ultimis illius partibus, observetur omne id, quod observabatur in nominatione extra Regnum, vigore *d.prag.31.* et sic requirere videtur etiam depositum, sed praxis communitr recepta, admittit depositum non fieri. Verùm omninò testes debent nominari, et partes ultimæ Regni specificari, adeò quod est facienda nominatio nedùm extrà, sed intra Regnum, alias nominationi non defertur, *de Franch. memor. dec.57.& ibi add.Reg.Rovit. in d.pragm.3. num.2. Thor.par.1.compend.decis.& par.3.sect.2.verbo Nominatio testium,* & novissimè decisum fuit in causa

sa

à Isabellæ Baldese, cum Girardo de Girardo, *referente Dom. meo Socero Consil. Hortensio Pepi*, sub die 29. mensis Martii 1662. in banca Caprilis, fuitque denegata audientia testium petita cum tali clausula, tùm quia minime specificata erant loca in ultimis Regni partibus, tùm etiam quia, in prima
10 instantia in eodem S.C. fuerat audientia commissa, & proinde nullo modo erat in secunda instantia concedenda, ex *l. unica, Cod. de dilat. Reg. Rovit. in add. prag. 3. num. 9. Guttier. pract. lib. 1. qu. 69.* Ad instar beneficiorum, quæ obtenta in prima instantia, haud in secunda conceduntur, *Muscatell. in prax. S.C. lib. 1. par. 6. Gl. in integrum, num. 19. Imbrian. de primo, & secundo benefic. cap. 8. num. 42.* Hinc ob præsumptam calumniam, remissoriam bis in eadem causa non esse concedendam, decisum memorat *Ludovis. dec. Roman. 367. num. 2.* & ibi *Beltram. num. 4. Bellam. decis. 427. & cons. 36. Boccac. de liter. remissor. cap. 3. num. 48. Jacob. Cavaler. dec. Roman. 208. num. 4. Thor. par. 3. compend. sect. verbo Nominatio testium examinandorum, Io: Bapt. Spada cons. 173. & cons. 373. tom. 2.* tradens remissoriam non dari, quando causa fuit ventilata in partibus, ubi probationes fieri poterant, ex *Peregrin. decis. 128. lib. 3. Paleott. dec. 125. Caputaq. decis. 63. p. 3.* & maximè adesse suspicionem calumniæ, quando illa petitur in ultimis audientiis; ex *Fel. in c. de catero, num. 12. de re jud.* & fuit dictum *in Virdanen. Canonicatus coram Corduba 4. Iulii 1597.*

11 In præfatam verò pœnam incurrat ipso facto, subdit *ritus*, quod idem est, ac ipso jure, & utraquè jam dicta clausula præsefert latam sententiam, *Bal. cons. 480.* visa petitione *sub nu. 2. lib. 3.* tuncquè non altera opus esse sententia constat ex notatis per *Tusc. concl. 120. lit. S.*, nempè condem-
12 natoria, utiq; tamen declaratoria, *Anton. Gabr. concl. 12. tit. crimin. lib. 7. Episc. Campanil. in divers. jur. canon. rubr. 11. cap. 23 sub nu. 122.*, & *Tusc.* copiosè explicat, *conclus. 98. lit. D.*, probatque singularis *tex. in cap. cum secundum, de haretic. in 6.* eum docet, in quocunque actu, in quo sententia non requiritur, semper adhiberi debere declaratoriam pronunciationem, & commendat *Roman. cons. 93. in fin.* necnon *cons. 212. sub num. 4., & cons. 212. sub nu. 8.*, & super eis notat *Mandos.* non quidèm ad essentiam ipsius pœnæ statutæ ipso jure, vel ipso facto. Verùm ad essentiam exequutio-
13 nis, ex *Bal. in cap. 1. in princip. de feud. sine culpa non amitten. & Zabarell. cons. 74. num. 2.* Isthæc autèm omnia in causa fuerunt, ut passim dicatur ejusmodi clausulam non habere locum, nisi petitio intercedat, ad *tex. in l. universa, C. de precib. Imper. offer. l. scimus in princ.* juncta *Glos. in verb. ipso jure, C. de inoff. testam. Ripa in l. de pupillo, §. meminisse, num. 18. ff. de novi oper. nunciat, & Cephal.* nimirùm *cons. 50. num. 1.* scripsit in casibus, in quibus fit restitutio ipso jure, necessariam saltèm esse interpellationem extrajudicialem, & vassallus ubicumquè venit ipso jure privatus, antequam effectum sortiatur privatio declaratoria, fisci instantiam antecedere oportere, asseverarunt, *Alex. in cons. 3. sub. nu. 16., & 17. vol. 1. & Jo: de Anan. cons. 32. in initio*, qui adjungit communem esse opinionem, sed quando pœna committatur ipso jure, abundè exarat *Tusc. concl. 238. lit. P.*, nèc non pri-
14 vatio ipso jure, quibus verbis inducatur; exarat illemet *concl. 719. ead. lit. P.* in quibus autèm casibus limitetur prædicta regula, recensent *Soccin. reg. 11.* sententia requiritur, & *Tiraquel. in l. si unquam, verbo Revertatur, à nu. 76. C. de revoc. donat.* illud tamèn absolutissimum esse non dubitamus, quod ubicunquè in aliter adducitur aliquid quod ipso jure nullum sit, nihil oberit, ob regu-
15 lam quod nullum est, nullum præstat impedimentum, *c. non prastat, de regul. jur. in 6.* atq; ideò prior si nulla sit electio, aut collatio, non impediretur secunda, teste *Bellam. cons. 10. num. 44.* imò, quod nullum est ipso jure, neque est allegabile, ut *Roman.* verè fatur *cons. 369. num. 16.*

R I T U S CXLI.

ITem quod Curiæ, & altera ipsarum non committant audientiam testium in causis criminalibus infrà dietam unam legalem, à dicta Civitate Neapolis, nisi essent senes, & valetudinarii, & honestæ mulieres, similesquè personæ, & nisi de partium voluntate processerint.

S U M M A R E R U M

1 *Audientia testium non committitur in causis criminalibus in casu in hoc ritu exarato.*
2 *Conveniunt alii memorati ritus.*
3 *Caravita effatum impugnatur.*
4 *Hodiè audientia committitur passim.*
5 *Potissimùm fisco instante.*
6 *Verba Jo: Berberii recensentur.*
7 *Adversario instante recipi testes coram Judice, ille se conferre debet ad locum, ubi testes egent*
8 *Ritus excipit à prascripta regula senes, valetudinarios, honestas mulieres, ac similes personas.*
9 *Mulieres testimonium ferre in causis criminalibus, utrùm liceat jure rituum, aùt communi.*
10 *In faminis promptum est periurium, & totiès pejerant, quotiès jurando quicquam asserunt, ipsisquè jurantibus, ridet calum, earum jusjurandum in vino scribendum, & Propertii versus recensentur.*
11 *Mulierum genus avarissimum.*
12 *Quare testes esse non possint in testamentis.*
13 *An famina dicantur facta ad imaginem Dei.*

1 STatuit *Ritus* non committi testium audientiam, infrà tamen dietam unam legalem à Civitate Neapolis, in causis criminalibus, in quibus loqui etiam *rit. 156.* certum est, necnon *rit. 157.* eandem statuentem conclusionem, credimus, tamètsi non addito in criminalibus, vel civilibus,
2 proùt eo in *ritu* ostendimus, favetq; etiam *rit. 304.* speciatìm in causis civilibus loquens; Itaq; jàm dictam observantiam subsistere in criminalibus, hujus *ritus* virtute, & in civilibus attentis verbis dicti *rit. 304.* necnon citati *ritus 197.* generatìm loquentis, si tamen sint honestæ mulieres ex verbis hujus *ritus*, nàm in his militat ratio honestatis tradita in ipso *ritu 304.*

Verùm *Carav.* verba in hoc *ritu* ostendunt, incuria typoghaphi dictum esse in hoc *ritu in crimine-*

3 *minalibus*, cùm voluiſſet dicere *in civilibus*, eò quod in criminalibus nunquàm committitur audientia teſtium, ſivè ii ſint intrà, ſivè ultrà dietam, per jura, *in l.Judices*, *& in auth.apud eloquentiſſimum,C.de fide inſtrum.* quæ exornat *Ricc. collect.* 228. *par.*1. *& Conſtit. Regni in pecuniariis, Campag.in eatem Juſtitiarii*, *num.*6.*Jo:Millens in prax.crim.num.*2.*pag.*144.*Foller.in prax. crim.rub. & facta litis conteſtatione*, *num.*7. *& in fragm. num.*95.*Jul.Clar.lib.*5.*§.fin. qu.*26. *nu.*3. *& D.Reg. de Marin.ad Reverter.dec.*542.

Ergò dicimus nos, ſi Magna Curia procedat ſuper delicto patrato in Calabria ultrà, erunt nè cogendi teſtes Neapolim venire teſtimonium dicturi in ea cauſa; utiquè *Caravita* ſi viveret negaret, juxtà *Capyc.decif.* 90. itaquè audientia teſtium omnino delegaretur, & tamen eo etiam caſu intrare poſſet obſervantia hujus, & aliorum memoratorum *Rituum*; quippè quod non ità committeretur, ut commiſſarius deberet ſe conferre ad domum eorundem teſtium, ſed ad locum tantùm, quem incolunt, illoſquè ad domicilium ejuſdem executoris evocare, & examinare, præterquàm, ſi ſenes, & valetudinarii ſint, aùt honeſtæ mulieres, ſimileſque perſonæ exceptæ in hoc *ritu*, & aliis: nàm eas haudquaquam advocabit, proùt etiam faciendum eſse, ſcripſimus *ritu* ſequenti, ſi Neapoli teſtificari deberent, cui ſenſui non modo non contradicunt verba *d.legis*, *& auth.ac Conſtit.* ſed opitulantur citiùs, illa potiſſimum ejuſdem *Conſt. Teſtes in Curia noſtra præcipimus præſentari.* additis aliis, quibus illic utitur *Andreas, verbo ſed in cauſis, verſ.Magna Curia.* Et quando intrà Provinciam ſubſiſtere intellectus, quem tradit *Capyc.d.dec.*90.ut cogantur Neapolim venire, & ſe coram ipſo Judice cauſæ præſentare, dicimus, in more hodiè non eſſe, cum paſſim experiamur, etiam in criminibus commiſſis in hac
4 eadem Civitate, Suburbiis, & Caſalibus, etiam nulla præcedente Judicis delegatione, examinari ab ipſis Actuariis, eorumq; ſcribis, ac repeti, & extrà Neapolim committi alicui Doctori, Actuario & Scribæ, & aliquando officialibus locorum, juxtà cauſarum magnitudinem, locorumquè diſtantiam, arbitrio magiſtratuum, *Foller.in fragm. num.*110.*Reg. Rovit. in prag.*7. *num.*31. *de ordine Judicior.Gizzarel.dec.*27. *num.*12. *Avus meus Proſper Petra, ad memor. Capyc. decif.*90. *num.*3. *Muſcat.in prax.lib.*1.*par.*5.*Gloſ.ſuſpectorum*, *num.*7. *Tartagl.in prax.civil.cap.*4.*num.*14.*Maſull.ad mox indic.Capyc.decif.*90.*nu.*1, declaratquè *Borell. par.* 2.*ſumm.decif. tit.*7. *de teſt.coact. num.* 57. potiſſimùm, Fiſco iſtante, *Clar.§.fin.lib.*5. *q.*45. *nu.*13.*Jo: Graud.de Bello exul.in ſpec.*78.quin, *Borrell.num.* 61.*Jo:Berberii in viator juris*, *par.*4.*tit.de probat. ſub num.*28.recenſet verba exclamanus: *In crimi-*
6 *nalibus verò. quidquid obſerves practica*, *ego ubi eſſem Judex*, *per meipſum interrogarem*, *nec proprie fratri committerem*, *ſed ſtarem*, *cum theorica dicta Auth.apud eloquentiſſimum*, *propter pericula*, *quæ vertuntur in criminalibus cauſis*, *quæ quilibet practicus poteſt conſiderare.* Hactenùs *Berberius.*

7 Verùm, ſi adverſarius inſtet recipi illos coram Judice, vel ipſe habeat hujuſmodi teſtes ſuſpectos, tunc, ſuppeditato ſalario per eundem petentem, vel per fiſcum, ſe confert Judex ad locum illi degunt, *Ann.in cap.*1.*num.*9. *col.*3. *ſi de inveſtit.inter domin.& vaſſall.* & meminit *Carav. in rit.*157. quem laudat *Gallup.in prax. S.C.par.*2. *cap.*24. *ſub nu.*2.*idem Ann.ſing.*519.*Ricc collect.*416. *Jodoc. in prax.civili cap.*163.*num.*6. *Minand. dec.*7.*ſub nu.* 3.*Novar.dec.*181.

8 Excidit *ritus* à præſcripta regula, ſenes, & valetudinarios teſtes, quos duos caſus amplexatur etiam *rit.*156.honeſtaſquè mulieres, àc ſimiles perſonas, quorum duorum caſuum non meminit *cit. rit.*156., & tradunt *Afflict. in memor. conſt. in pecuniariis, nu.*16.*Bajard.ad Clar.qu.*26. *num.*7., & cùm permittat *ritus* iſte concedi literas pro exa-
9 minandis mulieribus in cauſis criminalibus, implicitè concedere videtur, ut illæ teſtimonium dicere ſtant in dictis cauſis criminalibus, non obſtante contraria juris canonici, & fortaſſè etiam civilis, ſanctione; at ipſe non ità extenderem verba hujus *ritus*, non enim concedit fœminas recipi in teſtes ſuper criminalibus cauſis, tùnc enim crederemus latè forè intelligendum; ſed tantùm ait concedi debere literas prædictas, ſubaudi, ſcilicèt, in caſibus, in quibus de jure admittuntur, quos perquirere poteris apud *Farinaciam*, tùm attento Jure Canonico loquentem *q.*59. *à num.*2. tùm Civili, à *num.*17. cujus meminit *Franc. Maria Prat.lib.*3.*diſcep. for. cap.*20.*num.*103.quiquè *Farinac.* digladiantes Doctores recenſet de iure civili, quorum aliqui admitti voluerunt, alii verò ſecùs: omnes tamèn conveniunt in negativam partem, ſi pœna mortis, vel membri abſciſſionis ex crimine de quo teſtantur, veniret irroganda, *Viv. comman.opin.verbo Teſtis idonea mulier*, *Avus meus ad Gramm.dec.*34.*nu.*14. tradens, Moſaycis legibus hoc etiam ſtatutum fuiſſe, teſto *Joſeph.lib. antiq.hiſt.*4.*cap.*6.& Platonicis comprobatum, ex ejuſdem *Platon. lib.* 11. *de legib.* (recipiuntur tamen indiſtinctè in criminalibus ad defenſam, & præferuntur hominibus examinatis ad favorem Fiſci. *Roland.à Valle conſ.*93. *à nu.*19.*vol.*4. *Borrel.* 2.*par.ſum.decif.tit.*24. *nu.* 3. *de Angel. ad Foller. pract.crim.tit.recip.defenſ.reor.num.*44. *Dano.tom.* 1.*de pugn.DD.tit.de falſ. monet.cap.*2.*num.*20. *& eod.tom.tit.de teſtib.cap.*1.*num.*6., *& ad Gramm. dec.*34. *num.*58., *& dec.*73. *num.*19. *Anton. Peren conſ.*26.*num.*10.)

Quin, ſi fœminæ hæc legerent, terrerer exarare: ne earum odium in me concitarem. In eis nam-
10 que periurium promptum eſſe, ſcripſit *Imperator. in auth.de nupt. §. quæ verò nunc ſequitur*, idemq; *in §. quia verò*, *auth. ut ſine probib.matr.* Conſtitutionem abrogat, quæ à mulieribus jusjurandum exigeant, quoniam compertum haberet mulieres totiès pejerare, quotiès jurando quicquam aſſerunt, aut pollicentur, optimoq; id jure ſtatuit, quoniam veriſimilitèr pejuraturo non eſt iuramentum deferendum, *cap.clericos, extrà, de cohab.cleric.Parnomit.in cap.quæſtioni*, *extrà*, *de appell.*Imò apud græcos proverbiale erat, muliere jurante, ridere cœlum, *Sceledrus Plautinus in amphitryo*, dicebat: *Mulier es?* audactèr juras, apud *Athaneam lib.*10.legitur, jusjurandum mulieris in vino ſcribendum, quòd antiqui res prorsùs futiles, & irritas, in vino, & aqua ſcriptas, ſcribendaſq; autumarent, ſcribit *Propertius lib.*2.

Hoc perdit miseras, hoc perdidit ante puellas,
Quicquid jurarunt, ventus. & unda rapit,

Adeoq; infirma est mulierum fides ut locum *Proverbia* fecerit apud *Diogenianum*, relatum ab *Erasmo*, in adagiis: *Mulieri nè credas, nè mortuæ quidem*. Quanto minùs viventi? potissimum sit, *l. sed si ego, ff. ad Vellejan. l. si à sponso; & quod si à sponso, Cod. de donat. ante nupt. & Seneca controvers. 15. ad finem, pag. mihi* 130. hæc verba scripsit: *Muliebrium vitiorum fundamentū avaritia est, Danz. ad Gram. dec. 92. à n. 1.* sed, *qui lucri cupidi sunt ad testimonium non admittuntur, nè quid facilè admittant, Callistratus*, inquit, *lib. 3. de cognitionibus l. 3. ff. de testib.* & nonnulla lepidè adnotat *Jc. Domin. Martucc. var. explanat. lib. 1. cap.* 38. veram tradent rationem quarè mulier testis esse non possit in testamento; plurimorum sententiis confutatis, ad declarationem
12 *tex. in l. qui testamento, §. mulier. ff. de testam.* cujus meminit *Francisc. de Petr. festiv. lect. lib. 2. cap. 15 sub nu. 4. Fontanell. decis. 580. to. 2. & §. testes autem, Instit. de testament. & sub num. 15.* rescribit carmina, quæ *Thomas Porchacius*, annotavit *ad eglogam 8. Archadia, nostri Sanazarii.*

Cuncta subastrigero regnanti crimina calo.
Nutrit in aternos famina notata doles
Pessima res uxor: poterit tamen utilis esse,
Si breviter moriens det tibi quidquid habet.
Aere quot volucres insunt, quot littore concha.
Tot mala, tot fraudes mens muliebris habet.

Fateor tamèn fœminas aliquid debere, *memorato* 13 *Jc. Dom. Martuc.* qui *lib. 2. var. explanat. cap. 69.* tradens verùm, & perspicuum sensum, *tex. in can. hac imago 33. q. 5.* ex quibus apertissimè ostendit, non solùm virum, sed etiam fœminam esse factam ad imaginem Dei, quod dixerat *Novar. in manual. in 3. praelud. nu. 17. vers. undecima infertur*, quem refert *V iv. decis. 345. num. 19.* quicquid in contrarium annuant, *Matth. de Afflict. in Constit. legum asperitatem, n. 8. Franc. de Petr. festiv. lect. lib. 1. cap. 7. sub nu. 16. & in problem. Accadem. Itala sermone typis mandatis, probl. 61. Lanar. cons. 1. num. 28. in fin.* & videas *Gulielm. de Benedi. in cap. Raynu. verbo cuidam Petro tradiderunt, num. 84.*

R I T V S CXLII.

ITem quod non audeant Judices testes productos in Curiis ipsis, seù alteri ipsarum, extra Curiam examinare: nisi fuerint mulieres, & personæ egregiæ, aut gravi infirmitate detentæ, aùt alio modo impeditæ; quæ non possint proptèr hoc personalitèr ad dictam Curiam accedere, & in ipsis casibus pro ipsis mulieribus, & personis egregiis examinandis, accedant ad aliquam Ecclesiam, & pro infirmis ad loca honesta, ubi dicti infirmi morantur.

S U M M A R E R U M.

1 *Audientia testium, àn, & quando sit delegenda, tùm in civilibus, tùm in criminalibus.*
2 *Personæ egregiæ, senes, & alii examinari in quo loco debeant.*
3 *Committi cum potest, àn personis tantùm habentibus jurisdictionem, àn verò aliis, delegari possit.*
4 *Illa ubicunque fuerit commissa, intelligitur etiam commissa facultas recipiendi juramenta testium.*

1 VEtat *ritus* examinari testes extrà Curiam, præterquàm in casibus in eo expressis; His tamèn temporibus contrarius inviguit mos in Magna Curia, ubiq; enim examinantur ab Actuariis, & Scribis, etiam extrà palatium Curiæ, nedùm exceptæ personæ, sed omnes, & quæcunquè sint, non tamèn in eorundem testium domibus, nisi tantùm prædictæ exceptæ personæ, & in hujus *ritus* calce commemoratæ, sed à quo debeant examinari testes omnes aperit quoq; *ritus* nostèr, cum statuit ab eodem Judice in Palatio Curiæ, vel extrà, respectu quorundam personarum, quas subiicit.

Sed attenta dispositione juris communis, ubi generatim quæreretur, committi necnè possit examen testium, distinguunt omnes, vel in civilibus, vel in criminalibus quæri. Primo casu regularitèr committi. Altero verò regularitèr non committi, & utraq; resolutio complures patitur restrictiones, ac declarationes, quas prætèr alios, & fortasè melius omnibus, & distinctiùs, scripsit *Alex. Trentacinq. var. resolut. lib. 1. rub. de testibus resol. 10, vol. 1.* & quod testes possint in Ecclesia examinari, sanxit *text. in c. mulieres, de Judic. in 6. Mascatell. in prax. S. C. lib. 1. par. 4. glos. suspect. num. 3.* potissimùm Clerici, *Carol. de Graff. de effe. lib. clericat. effect. 10. num. 46.*

Excipit *ritus* personas egregias, quod jure 2 communi quoque cautum erat, *in l. ad personas, ff. de jur. jurand.* atquè ideo in hac parte conformis est juri communi, dissentit autem, cum in fine ait, pro examinandis personis ipsis egregiis, Judices ad aliquam Ecclesiam accedere debere, & pro infirmis ad locum honestum ubi morantur, his .n. verbis ostendit, non ad examinandi domum eundum esse, neque mittendum illuc notarium, ut examinet, sed Judicem teneri adire Ecclesiam in eaque examinare ejusmod. personas cum utriusque contrarium sanxerit, *add. l. personas* dùm mittendum dixit, & sic alium, non ipsum Judicem ire, quod apertiora verba præportant, *Auth. sed Judex, C. de Episc. & Cleric.* quin & ad illarum domos, expressè asserit *add l. ad personas*, & quippè supposita principis sanctione *ritus*, ut Judex vadat, & altera dicti *textus*, ut alter mittatur uterque justè constituit, ut ille non ad examinandi domum, sed ad Ecclesiam eat substitutus verò etiam ad propriam illius domum se conferat. Quod re vera non obstante hoc *ritu*, admittit, nunc continua observantia in hac quoque Civitate Neapolis, attentis terminis prædictæ *l. ad personas*, cujus regulam multis comprobat juribus dilatat, & restringit *Farin. q. 77. à num. 202.* Verum quia contentio est necnè præfata regula vendicet sibi locum in causis etiam in criminalibus, & in terminis nostri *ritus Carav.* verba faciens negat subdens *num. 2.* rationem eam esse, ut se conformet juri communi in dicta *l. ad personas*; Hæc quippè ratio in suo genere

veri-

veritate nititur, quatenus verò ad aptatur huic, speciei, attentis verbis ejusdem *l. ad personas*, falsa cernitur, propterea quod *lex* illa non exprimit jam dictam regulam procedere tantum in civilibus, non in criminalibus, sed generatim loquens illam constituit. Doctores verò illius decisionem ita interpretantur non solum *Gemin. Roman. & Gemes.* quos idem *Carav.* recenset, verùm etiam, *Jason. Alex. Aretin. Innocen. Hostiens. Jo. Andr. Boich. Bellam Bald. Butric. Imol. Anan. Abb. Campeg. Cravett. Clar. Vivius*, & alii quos idem *Farinac.* commemorat *num.* 235. Quamobrem validior (nostra sententia) erit ratio, quod cum universus Doctorum cœtus ità restringat generalia verba ejusdem *l. ad personas*, possimus, & nos præsentis *ritus* verba in eadem specie, itidem generatim loquentia, simpliciter restringere, & eodem dictamine rationis impulsi, quo illi interpretando legem illam adducti fuerunt tametsi virtute *Auth. apud eloquentissimum C. de fid. instrum.* (& à *Caravit.* non cognitæ) id exprimentis, subsistat etiam *Carav.* ratio cui addimus, quod cum ad limitationem prædictam, nè illa lex subsistat in criminalibus, appenderit alias sublimitationes, & declarationes idem *Farin. à num.* 237. easdem militare respectu nostri *ritus* adjungere non sine ratione possumus. Et si dicatur aliter fore interpretanda hujus *ritus* verba, ob assertionem illam pervulgatam, quod textus generaliter intelligendus; juxta *l. de precio*, *ff. de in in rem act. & l.* 1. *§. generaliter*, *ff. de legat. præst.* nam illa militaret, etiam quando agitur de interpretanda memorata *l. ad personas*, & tamen illam restringunt Auctores omnes, nèc subsistere in criminalibus ajunt; nimirùm, si attentis verbis hujus *ritus*, id ipsum dicendum arbitramur; necnon declarationes alias, quas idem *Trentacinq.* adnectit *ead. res.* 10. *à nu.* 15.

2 Ubicunque autem isthæc testium receptio delegari potest dubium exoritur, cui sit deleganda, & àn habenti tantùm jurisdictionem, & dissimilitudo temporum, ac jurium attendenda est, ad veram hujus rei scientiam, àn potiùs inspecto jure canonico, vel civili, vel demum Constitutionum Regni etenim, jure canonico attento, committi posse etiam carenti jurisdictione: camque esse Canonistarum sententiam, dixit *Bar. in d. auth. apud eloquentissimum*, *C. de fide instrum.* non autèm de jure civili, ut illic *Bart.* addit; Verum de jure *Constitut. Regni*, quid sit dicendum, distinctio probat, Judicibus dumtaxat habentibus jurisdictionem committendum examen infirmorum, & senum. Aliorum verò, adhùc personis privatis, per *Affl. in d. constit. in pecuniariis sub num.* 22. eundemque *Trentacinq. sub num.* 27. Verùm, quod indistinctè committatur habenti jurisdictionem, puta Officiali loci, ubi degunt testes, vel convicinorum, tradit *Prat. ad Muscatell. par.* 5. *Glos. suspectorum in princip.* & antè ipsum, *Gallupp. in prax. par.* 2. *cap.* 24. *num.* 4.

4 Tandem, illud pro coronide, affirmamus commissa audientiam testium, intelligi etiam commissem potestatem recipiendi juramenta testium, teste *Puteo decis.* 258. cum commissarius cognoscere valeat de connexis, & accessoriis, *Gaill. lib.* 1. *pract. observ.* 35. *num.* 8. Sed obstant postrema verba, *Auth. sed Judex C. de Episcop. & Cleric.* nisi dicamus falsò addita fuisse ab *Irnerio*, ut illic *Contius in glos. in marginea* admonet; neque etiam obstat *decis. Crescent.* 1. *de jur. juraud.* nam de mandato Judicis, potest Notarius recipere juramentum testium, & virtute commissionis Audientiæ testium, dicimus intelligi commissam etiam potestatem recipiendi ab illis juramentum conferunt tradita à *Verall. decis.* 150. *num.* 1. *par.* 2. subnectente aliter procedere, si in specie fuerit concessa facultas talia faciendi; quia tunc commissio daret formem, sicut in criminalibus causis commissarii expediuntur ad capiendas informationes, post *Ambrosin. in suo process. informat. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 9. *Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit.* 10. *rubr. de don. & expens. universit. num.* 6. illisque aliquando tribuitur potestas citandi ad informandum principales: & hinc infertur ad illum Commissarium, qui de facto suspendit latronem, & igne cremavit villam, de quo obloquitur *Paris. verbo Latro, Campagn. in cap. juris censur. num.* 5. quin deputati ad exequendum, cum facultate vendendi juris ordine servato, excederent, si, absque citatione ad reluendum, venderent, *Muscat. in prax. lib.* 2. *par.* 3. *Glos. servato, nu.* 75. Quæ verò dicantur personæ egregiæ, tradunt *Roman. singul.* 172. *Gravat. ad Vestr. lib.* 6. *cap. ult. num.* 12. *Foller. in prax. crim. rubr. cap. inform. n.* 40.

RITUS CXLIII.

Testes possunt recip., etiam in ultima die termini, parte citata, & si jurant die non feriata, examinantur die feriata.

Item, quod si detur terminus ad probandum, & veniendum ad Curiam, & ad procedendum in causa ultima die termini, qui interpellet, testes, qui producuntur per partem alteram, jurare possint, & deponere, vocata parte in Curia, & ejus contumacia accusata, & si testes jurant die non feriata: & in die feriata audiantur, & examinentur.

SUMMA RERUM.

1 *Testes in ultima die termini examinari possunt absque citatione ad videndum illorum juramenta.*
2 *Vocari debet tamen pars, & contumacia, illa absente, accusari.*
3 *Hunc Ritum servandum censet Reg. Tapia.*
4 *Vocatio memorata non exquiritur, si antecesserit præfixio diei ad producendum testes.*
5 *Vel si monita fuisset, ut assistat ad videndum jurare testes singulis diebus, & horis.*
6 *Citatio prædicta pro singulis diebus, & horis, an subsistat.*
7 *Regulariter testium in termino productorum, non citata*

citata parte invalida est depositio.
Testes jurati in die non feriata, examinari possunt, die feriata.

1 TEstes, qui producuntur ultima die termini
dati ad probandum in causa, examinari de-
bent, vocata parte, non quidèm ad videndum
juramenta, cum sit postrema dies termini, in qua
testes examinare licet, absq; tali citatione ex *ritu*
145. ubi scripsimus, hicquè, & inibi comprobat
Prosper Caravita, sed vocata parte, ut cum de-
buerit in ultima die esse præsens, & absit, contra
2 eam possit incusari contumacia, confirmat *Ma-*
rant. in 6.par.1. membr. tit. rectè concipiatur, cit.
nu. 18. *vers.*11. *limita*, declarat *Muscat. in prax.*
lib. 1.*par.*5. *Glos.juramenta*, *num.* 10. *cum seqq.*
& tradunt *Jodoc.Damboud. in prax. rer. civil. cap.*
165. *num.*6. *cum seq. Borrell.* *hujusce ritus* & *Ca-*
vit. memor, *par.*1. *summ. decis. tit.*44. *de cit.nu.*
163. *&* 490. *ex Veralli* 108. *nu.* 1. *lib.* 1. & hunc
3 *Ritum* servandum censet *Reg.Tap.lib.*3. *jur.Regni,*
rub. 27. *super hoc ritu*, *de testib. Reg. Sausel. in*
prax.Jud.sect. 50. *num.*10. nequè dicta citatio re-
4 quiritur, si antecesserit præfixio diei ad produ-
cendum testes, quia alia tùnc non est opus cita-
tione, *Felin.in cap.* 2.*n.* 24. *de testib.* aùt si moni-
5 ta fuisset, ut assisteret ad videndum jurare testes
singulis diebus, & horis, *Bal. in l. si quando,*
*sub num.*4. *C. de testibus*, eam namquè sustineri
6 proptèr observantiam, atq; ex aliis, defendit *Ro-*
ta decis. 393. *num.* 6. *par.*1. *tom.* 1. apud novissi-
mè congestas à *Farinac.*Omnes autèm memoratas
tres restrictiones congerit *Farinac.* & jure defen-
dit *q.*72. à *num.* 24. cum alioqui obesset regula,
7 ut testium productorum in termino, non citata
parte, nulla sit, & invalida depositio, quam idem
scripserat *num.*21. eorum verò, qui extrà termi-
num deposuerint sine tali monitione, omnium
votis invalida esse testificata non dubitamus
idemq; *Farinac.* pro regula constituit, cum am-
pliationibus, & declarationibus permultis eadem
*q.*72. à *num.*1. quam nos extricamus *in memor.*
*rit.*145.
8 Testes verò in die feriata, si die non feriata,
juraverint, audiantur, & examinentur, addit
Ritus noster, non quidem præceptivè, ut illis
diebus examinari debeant, sed potestativè, ut
examinari possint, juxtà *ritum* 148. *&* *rit.* 150.
in quibus istamet conclusio repetitur, de qua ser-
monem teximus super eodem *rit.*148.& jure pro-
bant *Glos.in clem.*1. *in verbo Judices*, *vers. &* *ta-*
lis actus, *de offic.deleg.* & illibi *Anch. num.*1.*Imol.*
num. 4. *&* 7. *Zabar. sub num.* 5. demùmq; *Fari-*
nac. mille alios juxtà morem cumulans, *q.*80. *nu.*
56. necnon *Carav. in rit.antecedenti*, *num.*5. *Jo-*
doc. in add. cap. 166. *num.*12. *Muscatell. in judic.*
Glos. num. 3. *Plot. in l.si quando*, §.49. *num.* 1. *C.*
unde vi, *Ventrigl. in prax.rer. notab. annot.* 31. §.
2. *num.*20.

RITUS CXLIV.

Clericorum testimonia non admittantur in civilibus, absquè ordinarii licentia, in criminalibus verò, nonnisi ad defensionem carceratorum.

ITem quòd si testes jurant die non feriata, examinari possunt. Item quòd clerici, tàm in minoribus, quam in majoribus ordinibus constituti producti ad testimonium, non admittantur in civilibus causis ad deponendum, & perhibendum eorum testimonium in ipsis Curiis, & qualibet ipsarum, nisi priùs juraverint coram suo Judice, & licentiam obtinuerint jurandi, & deponendi in causis ipsis civilibus. In criminalibus verò ordinariis, vel extraordinariis, nullatenus ad testificandum admittantur, nisi pro defensione conventi.

SUMMA RERUM.

1 *Clerici examinari coram laico sine Episcopi licentia nequeunt.*
Fallit tempore pestis.
2 *Notario de licentia attestanti, non creditur.*
3 *Regulares etiàm, sine licentia eorum superiorum, deponere non valent.*
4 *Illa non exquiritur in Religiose Superiore:*
5 *Si Clerici, & Regulares, licentia non habita, deposuerint sit nè validum examen, inquiritur, & discrimen inter unam & alteram depositionem improbatur.*
6 *Licentia si peteretur pro illis examinandis in repulsa, an concedenda.*
7 *Quando in criminalibus illorum depositio admittatur, cum licentia, in delictis ingerentibus sanguinis pœnam, remissivè.*
8 *Clericus, qui coram Judice Seculari, uti testis deposuit, num possit torqueri ad facilius veritatem eruendam.*
9 *Illi extra Judicium ad solemnizandum contractum jure, absq; licentia, admittuntur.*
10 *Quin, & Fratres Cappuccini, aliiquè Religiosi.*

1 COnclusio hujus *Ritus*, nè clericus testimo-
nium ferat coram laico, absq; sui Episcopi
licentia cum jure communi, *in cap.testimonium*,
ubi *Gl.*11. *q.*1. collimat, & probant *DD.* quos in-
sequuntur *Campagn.de testib.regul.*91.*in* 1. *fallent.*
*Mascard.de prob. concl.*1358. *num.*61. *&* *Farinac.*
*quæst.*61. *nu.*83. omnesq; illam restringunt, &
dilatant multis modis, necnon *Angel. Clavas. in*
summ. verb. testis, *num.*3. *&* 4. *Fusc. singul.* 95.
lit.C. Ricc. collect. 597. *Genuens. in prax. Archiep.*
*Neap. cap.*42. *num.*4. *Carol.de Grass. de effect. cle-*
ric.effect. 10. *Goffrèd.à Bavo in tract. reatuum*, *q.*
6. *num.*8. *Ciazius disceptat.forens. cap.*168. *nu.*7.
Gratian. discept. 910. *num.*17. *August. Barbos. in*
collect. ad mem. cap. testimonium, *num.* 1. regu-
lam restringens, in tempore pestis, nam tùnc
Prælati licentia non requireretur, *Rip.de pest.rub.*
*de priv.Judic. caus.pest. num.*45.*Farinac. in prax.*
*crim.par.*2. *q.*61. *num.*85.
De licentia vero Notarium attestari, non suf-
ficere, sed eam in actis esse debere, prætèr DD.
2 ad

2 ad hoc citatos à *Carav. sub num.* 3. & iterùm *nu.*
9. scribit idem *Farinac.num.* 87. & *Caravit.* inse-
quitur *Avus meus ad Capyc. dec.*61. *nu.*3. *in fine,*
3 quod idem respectu Monachorum , & aliorum
Regularium , quos nonnisi cum licentia proprii
superioris posse , ajunt mille Doctores , quos me-
morant iidem *Mascard. & Farinac.* ille *num.* 32.
iste autèm *num.*123. & 130. & *Emanuel Suar. in
suo thesaur. receptar. sentent. lit. T , num.* 117.
Quod si examinandus erit prior alicujus Mona-
4 sterii , alia licentia non exquiritur , quam , non
existente alio superiore in illo loco , videtur sibi
illam impartiri , *Judex. de Angel. ad Foller. in
fragm.post prax. crim. tit.de Episcop. & Cler. nu.*9.
*Horatius Viscont. in conclus. jur. verbo Clericus si
de facto.*

Verùm si , hac spreta facultate , deposuerint ,
alii subsistere testimonium, ac plene probare , an-
5 nuunt , *Guid. Papa decis.*65. *Ann. singul.* 128. *Jo:
Paul. Xammar.rer.Judic. par.*1. *defin.*17.*num.*32.
Mascard. de probat. conclus. 261. *num.* 13. *Bellet.
disquis. cleric.par.*1. *tit.de clerico teste* , §.1. *nu.* 1.
& *Carav.* insequuntur , *Reg. Capyc. Latro decis.*
75. *num.*36. *lib.*1. *Dominus Consil. Joan.Bapt. Ho-
diern.ad Surd. decis.*129. *num.* 3. & cæteri , quos
refert *Episcop.Ricc. decis. Cur. Archiep.* 61. *par.* 2.
*num.*4. quin *Reg.Sanfel.* hoc firmat effatum , tùm
in civilibus , tùm in criminalibus , *decis.*262.*to.* 2.
subnectens observantiam M. C. authoritate *Guid.
Papa decis.* 66. *in princ.* depositiones talium , si
velint deponere , non reprobari , nec invalidari ,
defectu authoritatis superioris.

Adversus tamen *Carav.* dictum invehit *Foller.
super hoc rit.pag.* 83. inquiens, ipsos de facto exa-
minatos minimè probare , etsi forent omni ex-
ceptione majores , & perpendendo *Ritus* verba ,
testatur passim sic servari ; insequitur *Viscont. in
mem. verbo clericus* , necnon citatus *Judex de
Angel. num.* 9. & non dissentit *Præsul.Ricc.decis.*
61. superiùs *memor.* dicens , illis uti ultroneis ad
testificandum absq; licentia , sine qua cogi non
poterant , fidem non esse adhibendam , potissi-
mùm ob dictionem illam in *Ritu* adiectam , *nul-
latenùs* , quæ inficit actum ipso jure , *Glos. in
Auth.si quando mulier* , *C. ad Vellei. Barbat. cons.*
7. *num.*7. *vol.*3.

Aliorum verò est sententia , clericorum absquè
illa subsistere testimonium , regolarium verò ne-
quaquam , ut est videre apud eundem *Farinac.
num.*84. & 130. & affirmant *Ann.d. sing.* 128.*post
Grammat.cons.*3. *num.*8. *in crimin. Magon. decis.
Lucens.*9. quorum distinctio nostro *Carav.*non ar-
ridet , quamq; improbant *Viscont. & de Angel.
citat.in locis* , cum profectò nulla diversitatis ra-
tio inter unum , alterumq; casum colligi possit.
6 Quod si licentia peteretur pro examinandis
clericis in repulsa super causa criminali , distin-
guit *Carav.num.*9. si super capitibus infamatoriis
& sit deneganda licentia , alioquin concedenda ,
nos autem assentimur tutiùs agere Præsulem , si
id faciat : sed timore affici , ubi non est timor , su-
pervacaneum censemus : quippè si ratione infa-
miæ præcavere deberent clerici à testimonio fe-
rendo in repulsa , utiq; neq; in Curia Ecclesiasti-
ca tùnc possent testimonium dicere : ut propterea
credamus , eos decere abstinere , cum pœnæ san-
guinis timor renasci posset ex eorum testimoniis.
Videas *Petrum Foller. super hoc rit. Genuens. in
prax. Archiep. cap.* 42. *num.* 3. memores necnon
ipsum *Foller.in prax. crim. rub. concedat. repulsa
num.*1. *Vest. lib.*5. *cap.ult.num.*32.
7 Quando verò in criminalibus possint recipi ,
& admittantur in testes clerici , & monachi in
delictis ingerentibus pœnam sanguinis , cum li-
centia quoq; superiorum , inquiruut , *Clar. §. fin.
q.*24. *Mascard. de probat. conclus.* 963. *vol.*2. *Fari-
nac.de test. quæst.* 61. *opp.*12. *Mart. de jurisd. par.*
4.*cas.* 128. *num.* 1. *Carol.de Graff. de effect. cleric.
effect* 10. *Marott. discept. forens. cap.*9. *nu.*12. *Ricc.
cit. decis.*61. *Tap.super hoc rit.lib.*3. *jur. Reg. rub.*
27. *de testib.* & observantiam recenset *Viscon-
ti cit.* quam rescribit *de Angel.ad Foller. add. loco,
sub num.*16. *Thor.par.*3. *compend. dec.sect.*2. *verbo
Monachi , sive Clerici* , *Franc.de P tigianis in sua
prax. crim. canon. tit.de testib. cap.*2. *in add.* Sed
8 An Clericus qui uti testis coram Judice seculari
deposuit , possit ad meliùs veritatem eruendam ,
& ad confirmationem , torqueri , negativè, adhùc
si sufficientia indicia contra ipsum adessent , &
constaret falsum deposuisse , sed esse ad Judicem
Ecclesiasticum remittendum , nec locum vendi-
care , *tex.in L. nullum, C.de testib.* respondent *Affl.
& Ursill.dec.*230. *Capyc. dec.*5.*in fin.Franch.decis.*
417. *Ann.singul.* 135. *Ricc.decis.*81. *par.*4. *D.Reg.
de Marin.lib.*1. *quotid.resol.cap.*50. *nu.*1.& *ad Re-
verter. decis.*234. *num.*3.
9 Ille verò extrà Judicium ad solemnizandum
contractum jure absquè licentia adhibentur , *de
Graff. add.effect.* 10.*num.*11. *Rodrius qq. regul.lib.*
3. *q.*71. *artic.* 2. *Thesaur.qq.forens.lib.*4. *q.*35.*Reg.
Tap.in Auth.ingressi* , *num.* 63. *C.de Sacros. Eccles.*
& de Fratribus Cappucinis in testes adhibitis ,
10 absq; superioris licentia , sermocinatur *Reg.Capyc.
Latro dec.* 10. *sub num.* 11. & de aliis Religiosis ,
*Sylvan.cons.*26. *ex num.*4. *Mascard.de probat.con-
clus.*260. *in fin. Ant.Fabric.de benefic.tit. de secul.
& reg.benef.num.* 34. *lit.R* , & *Ricc.* distinguit in
sæpiùs *indi. dec.*61. *num.* 7. necnon *Cons. Franc.
Rocc.* utriusq; sententiæ sectatores *DD.* laudat ,
inter quos nostrum *Carav.* præconizat *respons.* 66.
*to.*2. *Novar. dec.* 198. *num.* 5. Quòd verò magis
credatur testimonio Religiosi , observant *Felin.in
cap.cum Joannes , de fide instrum. Ferd. Gargiar.
patroc.* 19. *num.* 29. *Cravett. cons.* 521. *num.* 10.
Farinac. dec. crim. 249. *num.* 5. qui mentiri non
præsumitur , *Felic. alleg.*9. *num.*17. *par.*1. *Bertaz.
cons.crim.*408. *num.*25. *vol.*2.

RITUS CXLV.

Tem si detur terminus in causis ad probandum,
& veniendum ad Curiam , & procedendum in
causa , in ultima die termini , quæ interpellat : te-
stes , qui producuntur per partem alteram jurant,
& deponunt , vocata parte , in Curia , & ejus
contumacia accusata.

S U M M A R E R U M.

1 *Testes , ut validè examinentur , præcedere debet*

citatio

citatio partis ad videndum juramenta.
2 *Etiam in causa summaria, & in qua sola facti veritate inspecta proceditur.*
3 *Etsi illi examinandi forent coram Principe, tùm in civilibus, tum in criminalibus.*
4 *Pratèr in causis sancta fidei, Lasa Majestatis, & assassinii.*
5 *Adiiciuntur restrictiones alia ad pradictum regulam, remissivè.*
6 *Quarum pracipua est illa, cum stylus adesset non vocandi partem.*
Et àn stylus pradictus subsistat, inquiritur.
7 *Nec illa exquiritur, cum in ultima die termini examinantur testes ipsi.*
8 *Ritus iste, & alter 143. àn contradicant, vel potiùs faveant mox adducta restrictioni.*
9 *Auctor suum praestat Judicium.*
10 *Consuevit unà simùl citari pars ad videndum juramenta testium, & testes ad testimonium ferendum.*
11 *Citatio pradicta, qua alia continere debeat.*
12 *Principalis sit nè citandus, àn procurator, cum quo lis fuit contestata.*
13 *Substitutus à procuratore ad videndum juramenta, àn omninò citari debeat, & si fecit, validum sit examen, & quid nulla facta substitutione.*

1 HActenus relata verba: *Vocata parte in Curia*. Reperiuntur in *rit*. 143. pro quorum
declaratione meminisse oportet, quod testium
examen, ut validè fiat, præcedere debet partis
citatio, ad videndum illorum juramenta, *cap. 2.
de testibus, & l. si quando, C. eod. tit.* latequè
Mascard. concl. 1366. *to.* 3. *Gabriel. in tit. de citation. conclus.* 1. *Gail. observ.* 102. *num.* 1. *lib.* 1.
Maranta in prax. p.6. rub. de cit. 1 *membr. Judicii
à num.25. Reg. Tap. de jur. Reg. lib. 3. de test. Affl.
in Constit. Regn. incip. Probutionum incursibus,
Ricc. collect. decis.* 374. & 692. *Blanchett. decis.
Roman.*311. *num.*1. *lib.*1. *vol.* 1. *Petr. Terminans
in process. juris scripti cap.* 35. *vers. Ac benè notandum, Barth. Brunatius in Agone, tit. de positionibus, & articul. num.* 11. *Borrell. in summ.
decis. tit.* 44. *de cit. num.* 161. *par.* 1. *Gallup. in
prax. S.C. par.2. cap. 25. num. 4. Masull. ad Capyc.
decis.35. num.2. Thor. par. 3. compend. decis. sect.
1. verbo Depositum pro examinandis testibus*, etsi
2 summaria sit causa, *Viv. opin.* 966. *num.*5. *Bursat.
cons.*20. *num.*65. in eaquè, sola facti veritate inspecta, procedatur, *Osasch. decis. Pedem.* 79. *nu.*
18. & 19. *Handed. cons.*101. *num.* 10. & juris solemnitate non servata, *Mascard. de prob. lib.* 2.
*conclus.*682. *num.*9. in causis quoq; mercatorum,
idem *Mascard. lib.3. conclus.* 1366. *num.* 4. etiam
3 si examinandi testes forent coram Principe,
*Grammat. decis.*103. *num.* 233. *Gravat. ad Vestr.
lib.6. cap.2. sub num.*28. & mille, *Gram. cons.*15.
*num.*3. & *cons.*64. *num.*1. tùm in civilibus, tùm
in criminalibus, *Farinac. de testib. qu.* 72. *num.*
4 31. prætèr in causis sanctæ fidei, Læsæ Majestatis, & assassinii, *Gennens. in prax. Cur. Archiep.
cap.* 84. *num.* 3. *Capyc. decis.* 127. *Gram. cons.*40.
5 *Gravat. add. loco, num.* 30. *Fontanell. decis. Cathal.*533. *num.*5. 13. & 14. *to.*2. restringens, in
informatione de equo, vel mulo mortuo, & de
naufragio, ex *Alexand. Rundm. de analog. capit.*
30. *num.*133. *Mascard. de probat. conclus.*633. *tom.*
2. *Ambros. decis.*17. *num.*7. *Valenz. cons.*108. *n.*1.
*Narbona ad leg. reg. lib.6. tit.*10. *l.*9. *Glos.*2. *num.*
25. *Straca decis. Gen.*3. *num.*17. & *decis.*77. *n.*5.
& quibusdam aliis in casibus, memoratis per *Roman. singul.* 769. & aliis, per *Hippol. singul.*24. &
30. necnon *in repet. l. fin. C. de probat.* atq; *Corset.
singul.*371. quorum præcipuus videtur ille, cum
6 stylus adesset, non vocandi partem ad videndum
jurare testes, nàm subsisteret, quin, & illum extrajudicialitèr probare sufficeret, ut inquit *Farinac. dec.* 30. & voluit *Roland.* post alios *cons.* 48.
num. 2. *lib.* 3. quibus contradicunt DD. adducti
per *D. Jo. Bapt. Ventrigl. in prax. rer. notab. lib.*1.
*de citat. ad viden. jurar. test. annot.*31. §.1. *sub n.*
17. *vers. his tamen*, autumantes, stylum prædictum uti contra jus, non subsistere, qui §. *seq. n.*
12. de consuetudine fatur, atquè, aliis casibus
omissis, quos memorant quoquè *Ventrigl. add.
annot.* 31. §. 1. & 2. *Reg. Sanfelic. in prax. Judic.
sect.*50. recenseo alterum, scilicèt, cum in ultima
7 die termini, examinantur testes ipsi, juxtà *decis.
Afflict.*47. & *sing. Anna* 518. memoris. *de Arnon.
in comment.*165. *Amend. ad Franch. decis.*57. *num.*
11. de quo quippè casu fatur *Ritus* iste noster, &
alter 143. ubi nos diximus, & super eo nonnulla
8 adnotavit *R. Tap. lib.3. Jur. Regn. tit. de test.* qui
rit. si contradicant, vel potiùs faveant adductæ
restrictioni Doctorum, dubitare videntur scriptores, nam cum dicit, *vocata parte*, innuere supponitur, etiam tùnc requiri citationem; dùm verò *Carav.* ex dictis verbis opinatur, vocandam esse per Tubitam in accusatione contumaciarum;
utiquè non adversari juri communi, asserendum
9 suadetur; Nos autèm, quamvìs tutiùs esse credamus citationem requiri, qua pars vocetur ad
videndum juramenta, attamèn, si, illa prætermissa, fuerint eo die recepti testes, validum examen esse putamus, itaq; caveremus ab examinandis testibus, defenderemus tamèn receptum examen; Consuevit autèm unà simùl citari pars ad
10 videndum juramenta testium, & testes, ad testimonium ferendum, teste *Rovito super prag.*9. *nu.*
28. *de ordin. Jud.* quem refert *Thor. in Cod. rer.*
11 *Judic. Civil. cas.*10. *num.*16. quin diem complecti debet, horam, & locum examinandorum testium, nè illorum depositio nullitati subjaceat, ex
Rotalibus decisionibus, *Caputaquens.* scilicèt, &
Cæsar. de Grass. quarum meminit *Farinac. decis.*
23. *Gravat. ad Vestr. add. lib.6. cap.2. num.*52. &
53. *Seraphin.* videndus, *dec.*857. & *dec.*2489. *n.*1.
Ricc. collect. 1408. *par.* 4. partis tamen accedente
protestatione, & petentis, ut interesse possit, ex
eodem *Farinac. dec.* 74. Sit autem principalis ci-
12 tandus, àn ejus, qui litem contestatus est, procurator, remissivè tangit citatus *Rovit. num.* 17.
Ventrigl. memor. §. 1. à *num.* 1. *Gallupp. in prax.
lib.*1. *cap.*4. *num.*4. & 5. *Thor. memor. cas.*10. *num.*
15. *Muscat. lib.*1. *Glos. suspectorum, num.*21 affir-
13 mantes, sufficere fieri procuratori. Quod, si
procurator substituit alium ad videndum juramenta testium in partibus examinandorum, si,
eodem non citato substituto, examinator receperit testes, perperàm, àn validè receperit, enodant
Laurent. dec. Avenionens. 69. *Mascard. lib.*1. *concl.*
681. *num.*

681. *num.*11. *Roſ.* apud *Seraphin. dec*, 100. *nu.*3. & nullitati ſubjacere, praxis noſtrorum Tribunalium indicat, quod ſi nulla ſubſtitutio adſit, non eſt alia citatio extrà territorium neceſſaria, *Caravit. ad Rit.* 158. quem inſequitur *Ventrigl. num.* 7. *ex Pariſ. ad Bart. in l. Judices, lit. A, de fide inſtrum. Muſcatell. add. Gloſ. ſuſpectorum, num.*27.

RITUS CXLVI.

Audientia teſtium non committitur in cauſa repulſa.

ITem Curia ipſa non committit extra Curiam audientiam teſtium reprobandorum, etiam ſenum, & valetudinariorum.

SUMMA RERUM.

1 *Audientia Teſtium, an jure communi committatur in cauſa repulſa.*
2 *Jure Regni negativam tutatur aleam Carav. protendens etiam ad ſenes, & valetudinarios examinandos.*
3 *Caravita improbat Afflict. dictum in Conſtitut. Animalia.*
4 *Illam committi voluit Annibal Troyſiùs à Caravit. reprehenſus, cujus Annibal. placitum inſequutum fuit S.C.*
5 *Caravit. parum inſtructum de praxi noſtrorum Tribunalium, dicit Gizzarel.*
Troyſ. à morſu Carav. tutatur Muſcat.
6 *Hodierna praxis S.C. memoratur, cum nonnullis deciſionibus.*
Dom. Conſil. D. Petrus Varays laudatur.
7 *An ille, cui dantur litera, per ſe debeat examinare, àn etiam per alios poſſit.*
8 *Ille cogere teſtes renuentes, àn valeat.*
9 *Partem autèm monere ad videndum juramenta non prohibetur.*

1 SI jure communi procedat concluſio iſthæc, nè
committatur audientia teſtium in repulſa, &
quomodò intelligenda ſit noſtri *ritus* negativa
diſpoſitio, quandovè reſtringatur, ediſſerit *Imbrian. in tract. de repulſ. par.* 1. *conſid.* 1. *à num.*
157. ubi etiàm diſſentientes conciliat DD. *Veſtrius*
inſuper *de jure prob. in prax. lib.* 6. *cap. fin. verſ.*
*quamobrem, ſub num.*2. *Farinac. q* 77. *à num.*64.
ampliationes, & reſtrictiones adiungens. Verùm
2 Jure Regni negativam tutatur aleam *Carav.* hoc
in ritu protendens, quamvis examinandi eſſent
ſenes, & valetudinarii, quorum alias conceditur
ſemper audientia, adhùc in caſibus, in quibus
alioqui denegatur, idq; videre licet in *ritu* 156.
& ſeq.
Quin *Carav.* improbat *Afflicti* effatum, *in Con-*
3 *ſtit. Animalia*, hujuſce *ritus* ſanctionem non ſer-
vari, ubi cauſa non eſſet ardua, illudquè nun-
qùam in praxi receptum, fatetur *Reg. Sanfel. in*
prax. Judiciar. ſect. 36. *num.* 24. favet *Capitaq.*
deciſ. 54. *par.* 2. quem laudat *Ricc. collect.* 228.
*par.*1.

Contrariam partem ſuſtinet *Annibal. Troyſ.*
4 *ſup. hoc ritu* firmans, poſſe committi audientiam
curialibus Curiæ in cauſa repulſæ, & quamdiù
Troyſ. a *Caravit.* ſit reprehenſus, à S. C. tamen
approbatus fuit, apud *Conſil. Gizzarel. dec.*27. qui
deceptum *Caravitam* præconizat, parum inſtru-
5 ctum de praxi noſtrorum Tribunalium, dicens,
ſatis huic *ritui* ſatisfactum, ſi committatur teſtiũ
receptio alicui ex examinatoribus S. C. qui ſunt
curiales, & pars corporis S.C. & nullo modo de-
beant cogi teſtes examinandi venire ad Curiam,
quin *Troyſium* à morſu *Carav.* tutatur *Muſcat. in*
*prax. S.C. lib.*1. *p.*6. *Gloſ. terminus, num.*5. inſe-
quuntur *Thor. par.* 1. *compend. verbo Audientia*
teſtium, *Urſill. ad Afflict. deciſ.*351. *num.*3. *Gal-*
*lupp. in prax. S.C. p.*2. *cap.*24. *num.* 6. idem *Thor.*
in ſupplem. comp.dec.verbo audientia teſtium, Reg.
Rovit. in prag. 11. *de ord. Judic. num.* 19. *Franc.*
Maria Prat. ad Muſcat. add. Gloſ. terminus, verſ.
hujus quæſiti occaſione, necnon *add. p.*5. *Gloſ. ſuſpe-*
ctorum, in princ. qui hodiernam praxim S.C. me-
6 morat, hoc demandari examinatoribus S. C. in
cauſis tamèn ſummam excedentibus à nobis indi-
catam in *ritu* 158. & tradunt *Maſull. ad Capyc. dec.*
55. *&* 90. *Gallup. in prax. S.C. par.*2. *cap.*24. *num.*3.
*Reg. Tap. ſuper hoc ritu lib.*3. *jur. Regni tit. de teſtib.*
*rub.*27. *& in add. conſtit. in pecuniariis*, niſi agere-
tur de examinandis duobus teſtibus tantùm, quo
caſu, etiam in cauſa repulſæ illorum committitur
audientia in cauſa cujuſvis ſummæ, *Urſill. ad Af-*
*flict. deciſ.*351. *num.*1. *Thor. par.*2. *compend. verbo te-*
ſtium audientia, *Reg. Rovit. add. loco num.*19. *Reg.*
*de Marin. ad Revert. dec.*552. *ſub num.*1. *Nicolin. in*
*prax. Judic. crim. num.*42. Verùm in cauſis verten-
tibus in S. C. infrà ſummam, de quibus eloquitur
in d. rit. 158. & ultrà ſummàm, accedente exami-
natorum renunciatione, juxtà praxim in eodem
ritu enunciatam, & in omnibus cauſis quæ in M.
C.V. agitantur, Judicis arbitrio remittitur, nùm
teſtium receptio circa repulſam valeat committi
ordinariis locorum, vel accedere habeat examina-
tor, idque colligitur ex *prag.*85. *de offic. S.C.* & fir-
mant de jure communi, *Jacob. in l.* 3. *§. teſtes, nu.*
7. *ff. de teſtib. Specul. in tit. de teſtib. §. qualiter, verſ.*
ſcribit autem Iudex, *Borrell conſ.*21. *cent.*1. *Barb.*
*deciſ. Bonon.*88. *num.*7. *Pulverin. in add. ad conſtit.*
in pecuniariis, verſ. Nota quod per hanc Gloſam.
Unde in cauſa hæredum Fabii de Lorio, in banca
de Madaro, de anno 1655. *referente Judice Mico-*
ne, fuit audientia teſtium ordinariis locorum com-
miſſa, aliaſquè deciſiones, quibus fuit aliquandò
denegata, & interdùm commiſſa teſtium audien-
tia, juxtà cauſarum qualitates, recenſet *Thor. par.*
2. *compend. deciſ. verbo repulſa teſtium.*
At in cauſa, In banca Borrelli, vertente inter
Reverendum Capitulum Civitatis Ferrandinæ, &
U.J.D. Petrum Nigrum nomine ut in actis, per S.
C. ſub die 14. Julii 1661. fuit proviſum, quod,
petita nominatione non obſtante, procedatur ad
ea, quæ incumbunt, *referente Dom. Conſil. D. Pe-*
tro Vargas Viro, vitæ innocentia, ac morum ſua-
vitate mirabili, in quo eruditio cum probitate,
nobilitas cum moderatione, ingenium cum dili-
gentia, de primatu certare dicas.
7 Sed Judex, cui dantur literæ, debeat pro ſe-
[illegible] ipſum

ipsum examinare, àn per interpositam personam
Actuarii, sivè alterius, videto *Vestrium eod. capit.*
*fin.num.*10.*& Gravat.in addit.num.*34. *Schrader.*
*de feud.p.*10.*sect.*16.*verbo Examinator.* Testes au-
8 tem renuentes deponere, àn possit idem commis-
sarius constringere, citatus *Vestrius* tangit illic; an
possit monere partem adversam ad videndum ju-
9 ramenta, *Butrius* prodidit *in cap.constitutus nu.*6.
de appell.Dec.in cap.in nomine Domini. num. mihi
21.*de testibus*, & alii, quos idem *Gravat.* insequi-
tur *num.*33.

RITUS CXLVII.

ITem si in rubrica testium non dicatur testes producti, &c. & jurati, parte præsente, vel absente per contumaciam, ità quod de contumacia ipsa constet, depositiones testium non valent: & idem in Juramento calumniæ.

SUMMA RERUM.

1 *Ritus dispositio hodie non servatur.*
2 *Juramentum calumnia pro publica utilitate, ne veritas occultetur, introductum fuit.*
3 *Maranta exclamat nostri temporis litigatores de calumnia committenda non vitanda, jurare.*
4 *Illud credulitatis, non autem veritatis est.*
5 *Nisi fuerit practicatum, an subsistat processus, inquiritur.*
6 *Partes expressè nequeunt, tacitè utique renunciare possunt illi.*
7 *Petitum præstari debet, non obstante contraria consuetudine.*
8 *Neque à Judice remitti potest.*
9 *Præstari debet in judicio ordinario, in causis spiritualibus, etiamsi agatur de obligatione camerali.*
10 *In multis casibus, qui recensentur, subsistit processus, tametsi petitum, & non præstitum.*
11 *Illud an, & quando, à procuratore præstari possit.*
12 *Procurator ipsemet ex persona sua jurare obstringitur. & declarare quoque circa usum.*
13 *Procuratores, bonis exceptis, sunt litigiosi, calumniosi, linguosi, & pauperum dilaniatores.*
14 *Procurator iniquus in agone mortis sæpiùs ingeminavit verba, à juramentum calumnia.*
15 *Procuratores in toto patrocinii actu canti sint, providi, justi, & fideles, ut æternos cruciatus evadant.*
16 *Dyni anima ob malum consilium inferis torquetur.*
Alia traduntur notabilia.
17 *In qua parte litis sit præstandum juramentum calumnia.*
18 *Hodiernis temporibus illud est sublatum, & proceditur ad ulteriora, illius præstatione omissa, prout in aliis Orbis tribunalibus servatur.*

1 BErardinus *Muscatellus par.* 5. *Glos. juramenta, sub num.* 10. insequens *Caravit.*
Commentatorem in hoc *ritu* affirmat, minimè
servari dispositionem hujus *ritus*, attestatur con-
trarium etiam practicari, ex quo Actuarii curiali-
um quamvis faciant rubricam de testibus, quos
examinant ad inquisitorum defensionem, tamen
illam non faciunt modò in hoc *ritu* rescripto, sed
solùm dicunt, testes examinati ad instantiam ta-
lis in ejus defensionibus in causa, quam habet
cum Regio Fisco super tali delicto, hujus *ritus*
meminit *Blas.de Mor.in tit.de test.ult.col. vers. fin.*
& illius dispositio collimat cum jure communi, *in*
l.si quando C.de testib. ibique *Bar.* ex eo advertit,
quod testes debent jurare præsentibus partibus,
vel per contumaciam.
Nos propterea tantùm nonnulla de juramento
2 calumniæ adnotabimus, quod ob publicam utili-
tatem, nè veritas occultetur, introductum fuit, *l.*2.
§.sed quia veremur, C.de jure jurando propter ca-
*lumniam, Matthias Colerus decis.German.*117. *nu.*
4.*Marant.in specul par.*2.*act.*1. *num.*1. exclamans
3 hisce verbis: *Undè ego puto, quod litigatores nostri*
temporis potiùs jurat de calumnia committenda,
quam vitanda, & ideò melius esset, quod illud
juramentum ex toto tolleretur à judicio, causa vi-
tandi tot perjuria, insequuntur *Sarayn.ad Mathesil.*
*singul.*64.*num.*10.*Rolan. Cavaguol.ad Decret. Mon-*
*tis Ferrat.decret.*12.*§.penu.*45. *Gayll. lib.*1. *observ.*
85.*num.*4. quod non approbat *Borrell.par.*1.*summ.*
4 *decis.tit.* 51. *num.*4. adnotans, illud credulitatis
esse, non autem veritatis.
Illo verò omisso non vitiari processum, dixit
5 *text.in cap.*1.*de Juram. calum. in* 6. nisi tamen
petitum expressè fuerit, juxtà *decis.Put.*289.*lib.*2.
quam pluriès deindè insecuta est eadem *Rota*, po-
tissimùm *in causa Policastren. pensionis de Spinellis*
24. *Octobris* 1575. *coram Seraphino*, testaturque
*Rota dec.*2.*de juram. calum. in antiq.* Imò altera
decisione affirmativa comprobatur, scilicet vale-
re processum, si pro illo iustatum non fuerit, ex
*Rota decis.*663.*in antiq.* iterùmque *in una Burgen-*
si residentiæ 30.*Maii* 1586.*coram Platta*, nec sine
6 distantiæ ratione contingit, sed illa, quod ex-
pressè nequeunt, tacitè verò utique possunt par-
tes ipsæ renunciare huic juramento, ut in *d.l.*2.*§.*
*sed quia, Lanfranch.in prax. cap.*8.*sub num.*1. *Ur-*
sill. ad Afflict. dec. 265. *num.* 32. *Daniel. Ve-*
natorius in Analysi Juris Pontific. lib. 2. *tit.*7.
§. quæ causa efficiens, Viv. decis. 109. *num.*1.
& communi opin. 258. *num.*5. *Joan. Ferrar. Mon-*
*tan.de Judicior.præexercitament. lib.*2. *cap.*a. *vers.*
ante litem.
7 Cum verò petitum fuerit, adeò verum est
nullitati subjacere processum, ut procedat non ob-
stante contraria consuetudine, *Rubin. dec.* 23. &
copiosè *Caravit.rit.*288. *Arnon. epitom.* 23. *Aventinus ad Capyc.dec.*207.*& Mantica dec.*33. *num.*6.
8 ubi præterea scripserat *num.*6. neque à Judice re-
mitti posse, quin etiam in Judicio summario præ-
9 stari debere, dixerat *num.*4. per *tex.in clem.sæpe, de*
signif. & tradunt *Bursat.cons.*2. *vol.*1. *num.*3. *Ro-*
*land.à Valle cons.*71.*num.*9.*vol.*1. & in causis spi-
ritualibus, admonent *Jadec.in prax. rer. civil.cap.*
151.*num.*10.*Joan.Mohedanus dec.*212. *Gregor. syn-*
*tagm.jur.univer.lib.*48.*cap.*7. *num.*3. & in casibus
beneficialibus *Menoch.de arbitr.lib.*1. *q.*29. *num.*3.
necnon etiàm si agatur vigore obligationis came-
ralis, decisum fuit *Romana domorum* 16. *Ju-*
nii 1694.*coram Litta*, quæ inter congestas à *Fa-*
rinac.

rinac.eſt deciſ.82. par.1.tom.1.

10 Quod ſi de bono jure illius, qui ſententiam reportavit favorabilem conſtaret, ſubſtineretur quidem, non obſtante, quod omiſſum fuerit juramentum iſtud, deduciturque ex *dec. Creſcent. 53. lib.1.in manuſcriptis*, & reſolutum per *Rotam*, & apertiùs deciſum *in illa Romana de Magdalenis 26. Aprilis 1599. coram Seraphino*, atque ex altera *Chien.penſionis 16.Decembris 1592. coram ampliſſimo Domino Mellino*. prout ſi conſtaret ceſſaviſſe ſuſpicionem calumniæ, *in Aprutina cenſus 4.Julii 1667. coram Damaſceno num. 6.* inter prædictas, *Farinac.eſt deciſ.45.ibd.par.1.to.1.*

Illud autèm à procuratore præſtari poſſe, oſten-
11 dit *text.in cap.2.§.Procuratores, de juram. calum. in 6.* etiamque in obſervatione terminorum ad ſententiam, tenuit eadem *Rota in una reſciſſionis contractus coram Pemin de anno 1590.* & declarant *Coler. deciſ.German.215.num.1.& 2.* & alii, quos memorat *cit.Berrell.num.16.* traditque *Iudex de Angel.in prat.ad Authen. principales, § fin. autem. num.4.C.de jure jur. prop. calum.* ſubne-
12 ctens, ipſolmet procuratores nominibus propriis obſtringi ad illud præſtandum, ex *Rot.deciſ.37. & 40.*cum ipſi (bonos ſemper excipimus) ſint liti-
13 gioſi, calumnioſi, linguoſi, injurioſi, & pauperum delaniatores, ex *Jo: de Platea in §.fin.inſtit.de de ſatiſdat.*vigore cujus declarare circa uſum quoquè tenentur ex *Apoſtell.Bart.in l.non ſolum,verſ. jurat.C.eod.tit.Surd.deciſ.18.num.3.* & pleniùs in illo themate, *Thor.p.2. compend.verbo procurator an teneatur.*

14 Quin, meminerint iniqui procuratores iteratæ lamentationis cujuſdam procuratoris, qui in agone mortis ſæpiùs hæc ingeminaverit verba, *ò juramentum calumniæ*, & proindè in toto patroci-
15 nii actu cauti ſint, providi, juſti, & fideles, nè aliquando in extremo mortis articulo, propriæ conſcientiæ teſtimonio, injuſtitiæ arguantur, nevè miſerabilem illam quærelam; *Væ, væ, quo vadis anima cauſidici*, audire cogantur; nèc æternis cruciatibus cum reprobis, & damnatis in inferno torqueantur.

Ex his legimus *Dynum* ob cautelam, quam in-
16 juria dederat, apud inferos excruciari, id quod poſt obitum ipſemet ſancto viro apparens, Dei permiſſu, retulit, teſtibus *Angel.in l.4. C. de falſa cauſa, & Decio in l.ea demum, in princ. Cod.de collation.* quos memorat *Franc.de Petr.feſtivar. lect. lib.2.cap.11.num.14.* & *Panormit.* meminit alterius, qui, poſt mortem, reverſus ab inferis, prædicaverit, *text.in l.Aurelius, ff. de liber. leg.* cauſam perpetuæ ſuæ damnationi attuliſſe; refert *Eberhart.Speckhan centur.3.q7.& deciſ.jur. claſ.3. verbo Advoc.& Procurat.num.4.q 9.*

Hæc proveniunt, quia clientes non expectantur, ſed quæruntur, cauſæ pretii pondere æſtimantur, non juris, earumque emendi cauſa fides habetur venalis; quo morbo laboraſſe etiam celeberrimi Jureconſulti feruntur, Trebonianus Juſtiniani Cæſaris Præfectus, & quæſtor, avaritiæ uſque adeò deditus ut jus, & fas venale haberet, teſte *Suida*, ac ſingulis diebus, et leges ferret, et latas revocaret, ut indigentium uſus, à quibus pecuniam accipiebat, poſtulare videbatur. Angelus Raus J C. Neapolitanus, de quo *Pontanus* noſter *cap.7.de liberalit.* ſcriptum reliquit, nudatis vertebris, lignea pala ſe ab ancilla graviter vulnerari juſſiſſe, quia oblatam ſibi à cliente pecuniam, quod argentea non eſſet, repudiaſſet; pro qua mutanda, cum ab ſe clientem acerbiùs, obiurgatum dimiſiſſet; ille indignè id ferens, non minori confidentia de ſua eruditione, quam avaritiæ impulſu, conſilia ſua gravi vendebat pretio, eo licet pacto, ut ſi cauſa cecidiſſent Conſultores, ſe continuò redditurum polliceretur. Denique ut de aliis taceam, lepidiſſima illa duo Avaritiæ mancipia, ea Juriſprudentiæ quiſquiliæ, Pariſienſes Advocati compatres, quos *Oliver. Maillardus* refert, ad quorum alterum, cum veniſſet bonus quidam vir, ſed fortunæ tenuioris, rogavit, ut cauſam ipſius in foro, adverſus ruſticum antagoniſtam, opibus magis inſtructum, ageret: Annuit ille, atque horum conſtituit. Cæterum, cum paulò poſt, et ruſticus ille adverſarius acceſſiſſet, et eundem rogaſſet pro ſe multò maiorem pollicitans prædam; etiam huic operam ſuam promiſit. Redeunte primo, ſe excuſat, quod ei promiſſam operam præſtare nequeat, adverſarii partibus ſuſceptis: Ablegavit tamèn eum ad procuratorem compatrem ſuum, cum hac commendatione: *Comparet mi; venerunt ad me duo capones pingues. Ego pinguiorem cepi. Alterum vobis mitto Plumetaris à parte veſtra, & ego plumabo alterum.*

Audiendus *Caſſiodorus in Pſal.73.* quid de hujuſmodi farinæ advocatis dicat: *Hi ſunt*, inquit, *qui cauſas protendunt adhibiti: impediunt prætermiſſi: faſtidiunt admoniti; obliviſcuntur locupletati: Hi ſunt qui emunt lites vendunt interceſſiones: deputant arbitros: iudicanda dictant: dictata convalunt, attrahunt litigaturos, protrahunt audiendos: retrahunt tranſigentes.* Meminerint, hi *Ovidiani illius lib.1.Amor.el.10.*

Non bene conducti vendunt perjuria teſtes
Non bene ſelecti Iudicis arca patet.
Turpe Reos empta miſeros defendere lingua,
Quod faciat magnas turpe tribunal opes.

17 Juramentum verò calumniæ in qualibet parte litis præſtandum eſſe, dicit *Tosc. in d.l.1. §. fin. de Marſil.ſing.252.*dummodò ante ſententiam, teſte *Cyno in l. 2. num.11.C.de jure jurand. propter caluni.* admiſitque *Rot. iudic. deciſ.82. num.5. Coler. deciſ..117.Novar. collect.138.num.5.* quod declarat *Conſil.Theodor.alleg.77.*formam illud præſtandi reſcribit *Afflict.in conſtit.lite legitime conteſt. num.5.* & quinque illius capitula adnotat *Franc.Marc. deciſ.487.*quorum meminit *Avus meus add.dec.207. in fin.* Sitnè hodiernis temporibus illud in uſu, extricant noſter *Carav.in add.ritu 288. ſub num. 36. Muſcat.in prax.lib.1.par.1.Gloſ.contemnere, nu.20.*
18 & clariùs *Reg.Rovit.*inſinuat, hodiè illud ſublatum fuiſſe, & illius præſtatione omiſſa, procedi ad ulteriora in cauſa, *in pragm.6.num.1.de ordin.Judic.* prout in Camera Imperiali, in Marchionatu Montisferrati in conſilio Flandriæ, & Mechliniæ, ſcribunt *Jodoc.add.cap.151.num.30. & Borrell. memor.tit.52.num.46.*

R I T U S CXLVIII.

Item si testes jurant in die non feriata, etiam die feriata examinantur.

S U M M A R E R U M.

1 *Testes examinari die feriata nequeunt.*
2 *N. si juraverint die juridica.*
3 *Quo casu adversarius Citandus est in actu juramenti, non testium depositionis.*
4 *Rector Civitatis officii sui possessionem capiens, ac die feriata in honorem Dei statuta servare jurans, non obstante jure jurando, contravenire valet.*
Juramentum extrajudiciale, num possit praestari die feriata.

Regula viget contra testes examinatos die feriata, ut non probent, quam refert *Castrens. in*
1 *in l. si quando num. 4. de testib.* ob rationem illam quod est actus judicialis, qui expediri prohibetur die feriata, ex Doctoribus, quos memorant *Mascard. lib. 1. q. 5. num. 91, & Farinac. q. 88. nu. 55.* illa tamen coarctatur multis in casibus enarratis ab eodem *Mascard. & Farinac.* earum potior est, quam *ritus* iste scribit: ubicunque jurassent
2 in die juridica; nam tunc examinari possent etiam die feriata, quam, & observantia praesentis *ritus* admittit, multis auctoribus, comprobata jure communi per *Farinac. add. q. 80. num. 56.* praesertim *Glos. Imol. Zabarell.* & aliis, *in clem. 1. de offic. deleg.* itemque *Lanfranch. de Oriano in cap. quoniam contra cap. 8. num. 12. de probat.* necnon Jure Regni, *Borrell. par. 2. sum. decis. tit. 7. num. 36. & 79. Muscat. in prax. S. C. lib. 1. par. 5. Glos. citat. num. 3. Reg. Tap. lib. 3. jur. Regni rubr. de testib. super rit. 144. Reg. Sanfelic. in prax. Judic. sect. 50. num. 2.* & tradit *Salust. Tiberà Cornel. in prax. judicia. de molis proced. in caus. qua coram Audit. Cam. agunt lib. 2. cap. 10. num. 8. ex Marant. de ordin. judic. in 6. par. testium produc. num. 7.* tametsi *P. Suar. loco citand. cap. 30. num. 6.* hoc non admittat, probetque actum esse nullum tanquam judiciarium in die festo factum, nec modo aliquo posse fieri retrotractionem ad diem, & tempus praestiti juramenti.

Et hoc casu pars citanda foret in actu juramenti, non depositionis, cum tantum assistere
3 valeat testium, juramentis, non depositionibus, *Butr. in c. significavit, n. 2. de testibus*, quem laudat *Monticell. in repert. test. rub. juramenta, & productio testium, pag. 134.* & alii quos recenset *Farinac. de testib. q. 72. n. 86.*

4 Atque ex praedictis deducimus, juramentum praestitum à Rectore Civitatis ingrediente officium suum in die feriato, & jurante servare illius statuta; non subsistere, & proinde tanquam si non juraverit, poterit contravenire, *cap. 1. extra de feriis* ex quo id deducit *Lanfran. de Oriano Brixien. cit.* cujus meminit *Hippolyt. de Marsil. singul. 624.* prohibitio enim juramenti praestandi diebus feriatis omne genus juramenti comprehendit, sive judicialia, sive extrajudicialia, quibus pacta, & conventa inter homines firmantur, *P. Franc. Suar. lib. de virtute, & stat. Relig. lib. 2. de dieb. feriat. cap. 30. num. 16. Fontanell. de pact. nuptial. tom. 1. claus. 1. num. 29. Ferrat. cautel. 3.* adjungens, hanc esse cautelam optimam, ut quicunque obligari nolit ad juramenti observantiam, illud praestet in die festo, insequitur *Borgnin. Caval. decis. Finis. 9. num. 31. par. 1.* quos refert *Episcop. Campanil. in divers. jur. Canon. rub. 12. cap. 13. num. 105.* & scripsit *Surd. cons. 87. num. 14.*

R I T U S CXLIX.

Item quod in quibuscunque causis civilibus quae in dicta Curia aguntur, si testes qui producuntur in causis ipsis, tam per actores, quam per conventos, citati fuerunt intra terminum datum ipsis partibus ad probandum, infra ipsum terminum non juraverint in causis eisdem, conceditur ipsis partibus, quod per dies tres, post eundem terminum, immediatè sequentes dicti testes jurare possint, & subsequenter deponere eorum testimonium veritatis in causis eisdem.

S U M M A R E R U M.

1 *Testes in termino jurati, quando examinari possint extra terminum.*
2 *Stylus omnium Curiarum Regni, remissivè indicatur.*
3 *Quin, & Curiae Archiepiscopalis Neapolitanae extenditur.*
4 *Testes jurati tempore commissionis, post commissionem examinari possunt.*
5 *Jurati extra locum Judicii, an in loco deponere valeant.*

Hujus *textus* vigore recessus videtur à decreto relato in *ritu* 69. ut testes etiam jurati in ter-
1 mino, examinari, eo lapso, nequeant, nisi justa, & rationabilis causa moverit Judicem ad concedendum, ut jurati examinentur post terminum etenim hujus *ritus* virtute, etiam si jurent infra triduum post terminum, examinari quibunt, & post terminum, & post triduum, & *Viv. dec. 127. lib. 1. sub num. 6.* cujus meminit *Muscat. in*
2 *prax. lib. 1. Glos. suspectorum par. 5. in add. lit. C.* affirmat, hunc esse stylum omnium Curiarum Regni idque manifestissimum esse omnibus Judi-
3 cibus, & causidicis addit, *Ritus* verò *Cur. Archiep. Neap. 28.* simpliciter permittit testes citatos in termino posse, eo lapso, examinari, & *Episcop. Campanil.* multis illic comprobat auctoritatibus *num. 12.* necnon nos praedicto *in rit. 69.*

Praxim verò hodiernam recenset *Muscat. lib. 1. par. 5. Glos. cit. nu. 4.* & confirmant *Viv. in Sylv. opin. comm. opin. 897. Gravat. ad Vestr. lib. 6. c. 2. num. 59. & Carav. in hoc ritu* laudat *Auns mons ad Capyc. dec. 90. sub num. 2.*

Et ad notata per *Carav. num. 1.* videas *Duenam reg. 201. Masul. ad Capyc. decis. 79. num. 10. Andr. Fayll. lib. 1. pract. obser. 61. num. 1. Gravat. ad* Ve-

Vestrinum lib.5. cap.4. num.8. & adnotata *num.5. Glos. legaliores, num. 7. Jodoc. in prax. civil. cap. 173. num.4. Mysing. singular. observat. centur. 5. observat.* 88. *num. 2. Anna allegat.* 82. *num. 4.*
4 Et quod testes Jurati tempore commissionem examinari possint, scribit *Jodoc. in prax. civil, c.*166.
*num.*14. & si juraverint extra locum Judicii, an deponere valeant in loco inquirunt *Vestr. & Gravat. in prax. lib.6.c.penult.n.*16.

R I T U S CL.

ITem si testes producti in dicta Curia, jurati die non feriata, die feriata volunt deponere examinationem, examinari possunt.

S U M M A R E R U M.

1 *Dies feriata altero ex quatuor modis dicitur.*
2 *Quomodo distet à festiva die.*

EAdem, quæ in *ritu* 148. apponuntur verba, in hoc quoque repertuntur, utriusque autem conclusionem inibi comprobamus, aliaque præterea, sed breviter annotamus, concordat insuper *ritus* 144. in sui initio, necnon postrema verba *ritus* 143. Dies vero feriata contingere po-
1 test, ut uno ex quatuor modis relatis per *Cavens. super rit.*116.*num.*2. dicatur eorumque duo sunt potiores; in honorem quippè Dei, & hominum de quibus alibi in his *ritibus* scripsisse meminimus, ac potissimùm *rit.* 44. de etymologia verò feriarum, illæque quo jure introductæ fuerint enarramus super *ritu* 92. quomodo verò dies fe-
2 riata distet à festiva die, & utra habeat latiorem significationem, tractamus super *rit.* 50. *n.*1.

R I T U S CLI.

ITem Curia non committit audientiam testium in causis civilibus, infra dietam unam.

S U M M A R E R U M.

1 *Audientia testium attento hoc Ritu non committitur in civilibus infrà dietam unam.*
2 *Dieta legalis quæ sit, quibusque constet milliariis.*
3 *Duplicata dieta numeratur, si locus distet uno supra viginti milliari.*
4 *Salarium duplicatum debetur facienti inter duarum dietarum in unica die.*
5 *Dieta quot passus, pedes, digitosque continent.*
6 *Dietæ tempus pro testibus examinandis statutum quomodo computetur. remissive.*
Qualiter fiat dinumeranda illa officialium, in accessu recessu, & mora, remissivè.
7 *Quæ summa fit illis solvenda pro qualibet dieta, & quid pro accessu extra Regnum.*
8 *Proregis est ducatorum centum.*
9 *Legati à latere ducatorum mille, & Regentis, statusq; Consiliarii, ducatorum viginti.*
10 *Per mare quinquaginta milliariis dieta constat.*
11 *A fine Diœcesis exorditur.*
12 *Sed à cujus Diœcesis fine, respondetur, cum declaratione.*
13 *Verum ad quem usque locum protendatur resolvitur, cum distinctione.*
14 *Reus qui dicatur in hac specie computandarum dictarum.*

AUdientiam testium, de qua multa scripsimus *Rit.*156.*cum duobus sequentibus*; Non committi in civilibus à Curia, denuò sanxit *ritus* iste
1 infrà dietam unam, scilicèt legalem, juxtà *ritum*, 141.eaq; est itineratio unius diei, & viginti mil-
2 liariis constat *l.*1.*ff si quis cautien.* & *l.*3. *ff.de verbor.signific.* atq; ideò si quis, aliquem in locum itu-
3 rus est, distantem uno supra viginti milliari, computatio fieret duarum dietarum: una namquè prò viginti milliaribus à jure statutis, altera verò pro reliquo milliari, teste *Germinian. cons.*37.*sub nu.*4.cujus consilium me docuit *Eminent. Tuschus conclus.*405.*lit.D.* id tamèn etiàm adverti, dixi ise *Tiraquel.in tract. de Judic. in reb. exig. feren.vers. Octavo allegatur*, quod usquè adeò verum, ut non
4 solùm si duobus diebus perficeretur iter, sed eodem die ob regulam illam, de salario duplicato persolvendo commissario, qui uno progressus esset duorum iter, quam *Aviles* docet *in cap. Prætor.in Glos.salario, post num.*3. & perjucundè *Alciat.lib.*3.*ff.de verbor. significat. Tasson.de Antefat. vers.*2.*observat.*2.*num.*60.*Prat.ad Muscat.lib.*1.*p.*7. *Glos.conclusio, & lib.*2. *disceptat.forens.cap.*20. *Reg. Rovit.in pragm.*6.*num.*10.*de Commissar.* & nos alibi extricamus, quibus contradicit *Redoan. in tractat.de de simonia cap.*.8.*num.*13. *in tract. tom.*15. *p.*2.*fol.*47.quot autèm passus dieta contineat, quot
5 pedes quotquè digitos, enodat *Hieronym. de Cevaglios q.communi* 897.*num.*736.*tom.*4.

Dietæ verò tempus pro testibus examinandis
6 statutum quomodò computetur, sanxit *prag.*7.*de ord.Judic.* & ibi *R.Rov.* & *Nov. Gallu. in prax.p.*2.*t.*24.*nu.*3.*Nicolin. in prax.civ. nu.*79. Qualitèr verò fiunt denumerandæ dietæ officialium in accessu, recessu, & mora, ex dispositione *Reg.Pragmat.* plenè agit *Reg.Rovit.dec.*66.casus impedimenti, ac infirmitatis mirificè reassumens, necnon ipso laudato, *Prat.ad Muscatell.mox citat.* & de *Rovito* quoque meminit *Thor.par.*3. *compend.dec.verbo Dietæ pro liquidatione*, & quæ summa fit solvenda pro
7 qualibet dieta officialibus, distinguit idem *R.Rovit.in add.prag.*6.*à num.*3. & duo decreta generalia Regiæ Cameræ refert *Reg.de Mariuis, arrest.* 632.& 655.& Proregi solvuntur ducati centum,
8 quando accedit ad visuram locorum, teste *Reg.de Ponte de potest.Proreg.* §.4. *num.*19.*de Abundantia Civitatis*, & legati a latere solet illa esse ducato-
9 rum mille, ut refert *Tasson.nu.*67. & Regentibus, statusq; Consiliariis ducatorum est viginti, ut ex *Rovit.* annotat *Tasson.vers.*3.*observ.*3. *num.*61. pro dietis verò extrà Regnum vacandis ab officialibus fit liquidatio arbitrio Excell.Regni Proregis, ut consuluit Regia Camera die 14. Novembris 1634.teste *D.Reg.de Mariu. arresto R.C.S.* 615 *post decis.Reverter.*
10 Per mare autem illa constat quinquaginta milliariis, si *Felino* credimus *in cap. cum olim, num.*7.

de exception. insequuntur *Marchisan. in Commiss. Avocation. Causar. p.2.§.4.num 20. to.2. Decius in cap.cum sit Romana in quinto notabil.de appellat. Tusson.cit.tract.vers.2.observat.2. num.59. & vers. 3.observ.4.nu.247.* sed à quo loco sint computanda ejusmodi milliaria, idem *Marchis.* scripserat à *num.14.* confusè tamen, ni fallimur, ut crediderimus, expedire plurimùm, si nos clarioribus verbis utentes, certiora constituerimus capita, non quidèm tangentia commeatum alicujus ad finem consequendi salarium, cum ejus respectù sit fortassè verior sententia, ut initium ab ipsomet domicilio sumat, sed respectù distantiæ ad eum finem, ne delegatio cesset, si delegatus ultra unam, sivè duas aut tres dietas incolat, adversamquè partem extrahat contra decretum, *cap.nonnulli, de rescript.* aut insupèr contra verba rescripti habentis
11 clausulam, dummodò non ultrà tres; & hujus quæsiti intuitu dicimus à fine diœcesis exordiri, ex *cap.statutum, §.cum verò, de rescript. in 6. & cap.fin.§.conservatores, de offic.deleg.in 6.* atq; *Rota dec.34.de rescript.in antiq. auctoritate Jo.Andr.in dic. c.statutum, verb.unam dietam.* assentiturq; *Abb.in dic.cap.nonnulli, num.6.* Sed à cujus dioe-
12 cesis fine metiemur iter, respondemus, à fine diœcesis ipsius conventi, ad quod impellimur verbis eorundem *textuum*, & *Villalob.* scripsit *in suo Aerario opin. verbo Dieta*, necnon *Mirand.in Manual.Prælator.Regular.tom.2. q.47. art.8. concl. 2.in fine, & Imol. in eodem cap. nonnulli num.9. Specul.* & alii mòx adducendi præportant, necnon verba illa præcalendatæ *decis.à fine diœcesis domicilii.* Verùm ad quem usq; locum protendetur nu-
13 meratio prædicta, scilicèt ad principium diœcesis delegati, sivè illius incolatus (quod plerùmq; contingere solet) àn potiùs usq; ad domicilium ejusdem Præsulis, exemplum profectò erit, cum appellatus Neapolitanus esset, & delegatio dirigeretur Episcopo Trivicano, nam si quæratur, quot millia diœcesis Trivicana abesset ab altera Neapolitana, apparebit, quadraginta millium intervallo abesse, quod si usq; ad Civitatem Trivicanam, & illius Præsulis Palatium, illud certè quadraginta sex milliariis procùl esset, & consecutivè ultrà duas dietas, quà in re, credi posset satis obtemperari decreto *Bonifacii*, si altera ab altera diœcesi quadraginta millia passuum distet, *Alex* tamen *cons.22.vol.4.vers.Ad prædictum, sub num.4.* contrarium insinuat, illis verbis: *Pone,quod Reus recta via distat à domo Domini Judicis, ad quem citatur per duas, vel três dietas, &c.* Ergo supponit domum Judicis, quam petere tenetur, procùl esse non posse ultra dietas à jure statutas.

Nùnc verò ad alterum progradiendum est dubium, & cognoscendum uter litigantium dicatur
14 Reus in hac specie computandarum diœcesum, & semper ille erit, illiusque diœcesis fines considerandi, qui origine Reus est, non qui deindè ex accidenti fieret, atq; ideò si actor succumbat, & provocet, obtineatque rescriptum cum clausula, dummodò non ultrà tres, quamvis in causa appellationis ille sit Reus, computatio diœcesum facienda erit à fine diœcesis appellati, non ipsius appellantis, ut notabilitèr declarat idem *Imola eod. num.9.* sequiturque idem *March.sub num.8.*

Quod si à domicilio ipsius Rei facienda sit, videndum est cujus domicilii fines inquiri debeant, si plura Reus habeat, ad cujus veritatem videtote eundem *Imol. vol.12.* præterea constituentem aliam conclusionem, attendendos fines diœcesis, ubi res existit, cum de reali quæstione agitur, collaudat *Zabarell.in clem.Abbates, nu.1.de rescript.* illibiquè *Anchar,num.9.* cujus sententia necnè veritate nitatur, àn citiùs attendenda sit semper diœcesis domicilii, tametsi contentio minimè sit personalis, sed realis, inquirit *Felin.* multa cumulans *in cap.dilectus filius el.2.à num.13.de rescrip.* ibidemque *Abb.num.7.Felin.in cap. ex parte num. 4.& Specul.rubr.de citat.§.1. art.3. par.2.* quorum verba insinuant, veriorem sententiam suadere, etiam in quæstione reali fines diœcesis domicilii intuendos esse. Computationem autèm ejusmodi quomodò, quavè via timemur, relegamus lectorem ad *cons.22.Alex.vol.4.sub num. 1.ac sub num. 3.* extricans, si per aerem, vel terram, inquirit etiam, si per eam viam, qua passim itur, vel alteram rectam quippè, sed incommodiorem alpestrem, & montuosam, aut saltèm non tutam, erit facienda dimensio; & admonet, faciendam per terram frequentioremq; viam; illud tandem nomen, scilicèt dietæ complures habet, easq; docet significationes, *Boer.decis.230.à num.3.*

RITUS CLII.

Item si aliqui litigant in dicta Curia civilitèr, si infrà terminum ad probandum datum, non fecerunt examinari testes per ipsam Curiam, deindè terminus ad examinari faciendum datus fuerit, si testes ipsi infrà eundem terminum ad examinari faciendum datum, non fuerint examinati, de cætero non audiantur, nisi fuerint mulier, vel pupillus, vel vidua, & Ecclesia, vel Fiscus, qui beneficium restitutionis in integrum ad pinguius probandum de novo admittantur.

SUMMA RERUM.

1. *Terminus ad examinari faciendum ad probatum habendum datur.*
2. *Hodiè ille non est in usu.*
3. *Restitutio non nisi læso conceditur.*
4. *Ejusmodi error, tùm in committendo, tùm in omittendo contingere potest.*
5. *Minor restituitur adversus renunciationem feudi, vel officii, hæreditatem repudiatam, & aditionem hæreditatis damnosa.*
6. *Ad probandum etiam post publicationem, & conclusionem, ad appellandum, ad desertam appellationem prosequendum.*
7. *Necnon adversus instantiæ peremptionem, & omissam allegationem dilatoriæ exceptionis.*
8. *Adversus annum ad retrahendum.*
9. *Ad proponendam Judicis recusationem post causæ conclusionem, quod jus Regni non admittit.*
10. *Restitutio in Regno conceditur, eo ipso, quod petitur ex lapsu termini, læsione etiam non probata.*
11. *Multi Doctissimi Auctores de restitutione in integrum, & beneficiis scripsere.*

Re-

Restitutio in integrum, qua de jure Regni primum vocatur, & secundum beneficium, quando, & quibus personis concedatur.

22 *Majori utrùm concedatur pro læsione passa tempore minoris ætatis.*

23 *Utrùm sit deneganda post conclusionem.*

24 *Privilegiato utrùm detur adversus alterum privilegiatum.*

25 *Illa denegari debeat nè post mandatum de parendo expeditum, inquiritur.*

26 *Restitutione in integrum denegata, prævio decreto; si ab eo reclametur, sententia exequutioni demandatur.*

27 *Illa, quando competat in civilibus ad excipiendum de crimine, aut in criminalibus ad pinguius probandum, remissivè.*

EFfluxo termino dato ad probandum, si alius ad examinari faciendum fuerit impartitus, testes infrà illum non examinati de cœtero haud admittuntur, ad examinari faciendum, scilicèt ad probatum habendum, exponit in hoc *ritu Carav.* nec sine ratione, cum maximè idem *ritus* dixerit de termino ad probandum datum, in quo dùm antecedenti *ritu* statutum erat, quid agendum, nunc iste subjicit quid faciendum, cum primò datus fuerit terminus ad probandum, deindè ad probatum, habendum de quo, & nos etiam scripsimus *in ritu* 69 imbiquè addimus, eò elapso, nullatenùs posse amplius testes recipi juxta dispositionem hujus *ritus*, & ex *Gutter. pract. qq. lib. 1. q. 54. & Carav. super hoc ritu*, notat *Ripoll. var. resol. cap. 5. de dilation. nu.* 198. & eodem *Caravit.* relato, indicat *Fontanell. dec. Cathal. 22. num. 21.* quod declarat novitèr *Reg. Sanfelic. in prax. Judic. sect. 47. num. 8.* Quarè cauti procuratores terminum constitui procurant non solùm ad probandum, sed probatum habendum, si *Salustius* vera fatur *in praxi lib. 2. cap. 11. nu. 2.* quibus addimus, quæ scripsit *Episcop. Campanil. super rit. 28. Cur. Archiep. Neap sub nu. 12.* verùm quod hujusmodi terminum ad probatum habendum hodiernus non admiserit usus admonet *Mascat. in prax. S. C. lib. 1. par. 5. Glos. defendendum, num. 20.* quiquè praxim subnectit.

Excipiuntur autèm in hoc *Ritu*, mulier, pupillus, Ecclesia, vel Fiscus, quibus sanctissimo in integrum beneficii remedio de novo ad pinguius probandum, succurritur, dummodò restituendus probet se læsum statuit conclusionem, *Od. Sfort. in suo tract. de restit. par 1. q. 3. art. 1. sub num. 4.* & *text.* mille conveniunt, præsertim *in l. minoribus la seconda, C. si tutor, vel curat.* ibi, *Si circumventi sint*, in *l. præfecti, ff. de minorib.* in illis verbis. *In integrum restitutionem esse, erraverit propriis venia petitionem.* Accedit regula *tex. in l. si ex causa, §. si in commissum, ff. de minor.* addo tamen videndum *Hieron. de Cevaglios*, duas ad invicem contrarias, & ambas communes recitantem, *q. 836. tom. 3.* & quia ejusmodi error, tùm in committendo, tùm in omittendo contingere
4 potest; ideò ratione prioris capitis, restituitur adversus renunciationem feudi, officii, *Boer. decis. 350. num. 4.* itidèm ad rursùs agnoscendam
5 hæreditatem repudiatam, *Glos. in l. 1. vers. impertiri, C. de integr. restit.* & illic *Alex. num. 3.* & alii; Itèm adversùs additionem hæreditatis damnosæ, & per *l. ait Prætor, §. non solum, ff. de minor.* Ratione verò posterioris capitis, restituitur ad proban-
6 dum, etiam post publicationem, & conclusionem, & super eisdem articulis, *Fel. in cap. fraternitatis, num. 4. de testib. Cappell. Tholos. decis. 248. & Afflict. decis. 216.* itidemq; ad appellandum, eadem *Capel. Tholos. decis. 389. Alciat. reg. 1. præsumpt. 42. num. 4. Farinac. q. 75. num. 434. Ofasc. decis. 86. num. 3. Maceat. lib. 1. resol. 54. num. 4. Petr. Gregor. de Judic. caus. feudal. q. 30. Giurb. dec. Sicil. 1, sub num. 2.* memor *Carav. in hoc ritu, & ritu 71,* necnon *rituum 134. & 136. Camia rit. 77. per tot. Reg. Tap. de jur. Regni lib. 3. tit. de restit. minor.* qui restituitur ad desertam appellationem prosequendum, *de Franch. dec. 473. Capyc. dec. 96. num. 14. Giurba dec. Sicil. 18. num. 7. Didacus Perez ad l. 8. tit. 4. lib. 2. ordin. col. 304. in in fin. Reg. Galeot. controv. fiscal. 30. num. 43. Azeved. in l. 2. tit. 17. lib. 4. num. 30.* adversus instantiæ peremptionem, *Thor. par. 2. compend. deci. verbo instantia,* omissam allegationem dilatoriæ exceptionis, *de Franch. dec. 290. & 439.* adversus annum ad retrahendum à consuetudine imparti-
8 tum, *Napod. ad consuetud. Neap. tit. 17. de jur. congrui, num. 50. Tepat. lib. 2. var. tit. de retract. col. 1. Giurb. dec. 78.* & ad proponendam Judicis re-
9 cusationem post causæ conclusionem *Franch. dec. 431. Mastrill. dec. 151. num. 29. par. 2. Reg. Rovit. in prag. 1, num. 14. de suspic. offic. Reg. Tapia tom. 3. jur. Reg. de suspic. official. pragm. 5. num. 1.* quod *pragm. Regni,* pœnitùs denegat, & est 15. *§. 22. de suspic. official.* Nec Lœlio jure Regni probanda erit a restituendo, autumante se læsum ex temporis lapsu, cum sat sit, adducere illud esse elapsum
10 tempus, *Afflict. dec. 114. num. 3. Marant. in specul. par. 6. tit. de conclus. in caus. n. 3. Reg. Hector. Capyc. Latro lib. 2. consultat. 115. num. 18. Reg. Rovit. prag. 11. num. 25. de ord. Judic.*

Hanc tamen restitutionem in integrum, multis eruditissimis Doctoribus ansam scribendi præbuis-
11 se scimus, præsertim *Mauritio Bolano, Oda Sfortia, Francisco Caldas Pereyra,* & aliis, qui super ea re integra conscripsere volumina, atquè de illa speciatim, quæ Jure Regni primum vocatur, aut secundum beneficium, accurata serie eloquutus est *Imbrianus in suo perutili tractat. de primo, & secundo beneficio.* Et nos scripsimus circa Regni observantiam, & tempus statutum ad illa petenda, & quibus concedantur in *ritu* 71. & loquuntur *Muscat. in prax. lib. 1. p. 6. Gl. privilegiata, Viscont. in nov. add. ad Franch. dec. 678.* necnon *Reg. Sanfel. in memor. sect. 47. sub num. 8. vers. duodecimo limita, Reg. Rovit. in prag. 11. de ord. Judic.* & num concedenda sint Actori elapso tempore præfixo à Reg. Pragm. *Thor.* tangit *par. 3. compend. decis. verbo Beneficium primum, vel secundum,* An Curatori hæreditatis jacentis, affirmativè *Reg. Rovit. dec. 41. Thor. par. 2. compend. verbo beneficium;* Et an his, quorum bona administrantur per tutores, seù administratores datos ex dispositione testatoris, *Thor. par. 3. compend. verbo major, & verbo restitutio.* An prodigo, antequam declaretur *Reg. Tap.* affirmativam sustinet aliam *in prag. 2. de censib. num. 34.* An Collegio artis Serici, affirmativè *Reg. Salernit. dec. 43.* confraternitatibus, nega-

negativè deducitur ex *Ancar. in cap. auditis, q. 11. de integr. restit. Gabriel. in suis conclus. tit. de pia caus. concl. 1. num. 21.* etsi contrarium sustineant, *Guttier. canonic. quæst. lib. 1. q. 35. num. 9. Tusch. pract. conclus. tom. 4. lit. F. Gabed decis. 51. num. 8. par. 1. Gratian. discept. forens. cap. 481. num. 27. Imbrian. add. tract. consid. 4. num. 47.* & Sedili nobilium fuisse denegata, refert *Reg. Rovit. cons. 32. & 33 lib. 2. Thor. par. 1. compend. verbo restitutio*, & alias concessa, memorat *Imbrian. cit. num. 107.* Sed àn concedenda montibus erectis pro nubendis puellis, *Thor.* affirmativè scribit *In addit. ad Salernit. cit. decis. 43. & par. 3. compend. sect. 1. verbo beneficia, seù restitutiones* & meminit *D. Reg. de Marin. ad Revert. dec. 156. num. 2.* qui multa ad hanc materiam observat *decis. 341. num. 2. & Thor. in compend. dec. in verbis, beneficia, & restitutio in integrum*, ad quorum congesta relego lectorem.

Ipse tantùm pauca quædam addens, quæ mihi
12 obvenerunt, & primò si jam dicta restitutio concedenda sit majori pro læsione, aùt causa, quæ contigit, tempore quo minor erat, quam quæstionem proposuit *Afflict. decis. 210.* & negativè decidit, nisi malitia actoris, vel Judicis protelata fuerit expeditio, ità quippè desumitur ex illius verbis, *in Versic. tandem sub num. 5. Affl.* insequuntur *Muscatel. in prax. S.C. par. 6. Glos. in integrum, num. 17. Marta voto 71. num. 8. Imbrian. de primo, & secundo benefic. considerat. 3. num. 86. Thor. par. 1. compend. decis. verbo minor. si pendente judicio, R. de Marin. ad Revert. dec. 115. num. 1.*

Affl. tamèn dictis non acquievit animus meus, nàm si fuit in minori ætate læsus; jam satis erit minorem passum esse læsionem, & damnum, ex altera ejusdem *Afflicti decisione 211. in illius calce* & ratione illa, quod etiam major restituitur, qui minori successit, ut ipse ait, in proxima relata *dec. 211.* ubi alia congerit, quæ illud ipsum longè magis dicendum insinuant, cum idem minor ad majorem pervenit ætatem; quare vel concludendum dico, restitutionem omninò concedendam minori, effecto majori, ut etiam confirmàt *Imbrian. memorat. tract. consider. 2. num. 48.* & melius *num. 54.* opitulaturque usus Sacri Consilii, cujus testis est *Ursill. in ead. decis. Afflicti 210. num. 5.* vel saltèm infrà quadriennium post minorem ætatem, quod, & permulti Judices ipsius Sacri Consilii in ipsamet causa relata, per *Afflict. indic. dec. 210.* affirmasse, illemet testatur, eoquè tacito, resolvit simplicitèr loquendo, *Sfortia Odus in tract. de restit. q. 48. artic. 4. num. 38. & Rot. dec. 132. apud Farinac. num. 7. par. 2. to. 1.* Ab altera verò ejusdem *Afflicti* sententia, resilire etiàm audemus, quod illa sit deneganda minori post conclusum in causa, quia idem est, ac si causa terminata foret, annuitquè citatus *Imbrian. num. 56.* dissentit verò *consideratione 5. à num. 2.* eidemquè parti favent, quæ cumulavimus super *rit. 290.* quo quidem Jure utendum esse eo casu cum aliis privilegiatis, jure merito dicimus, quamvis propterea non esse concedendam universitati Status Ecclesiastici, Amico Romæ moranti
13 scripsimus, verùm id contigit, quia aliis insupèr, & validioribus impulsi causis, ità respondimus illa præsertim, quod citatio ad sententiam processerat, ex *eod. Imbrian. in ead. consid. 5. num. 13.* imò, & petitio ipsius universitatis instantis procedendum esse ad expeditionem causæ, stante quod processus erat jàm compilatus; cujus virtute decreta fuit jam dicta citatio ad sententiam, savetquè *Anton. de Amatis decis. 58. num. 10. cum seq.* (sed hodiè de jure Regni, alitèr dicendum ex dictis in dicto *ritu 71.*) Prætereà investigatum
14 plerùmquè fuit, & ventilatum, si danda sit privilegiato adversùs alterum privilegiatum, quæ quidem in quæstione in diversas iverunt sententias Doctores, quos citat *Odus Sfortia eod. tract. p. 1. q. 16. ab art. 4. ad undecimum usque inclusive*, & mihi semper placuit magis in affirmativam propendere.

Restitutionem verò petitam impedire exequutionem, etiam sententiæ S.C. quæ Regis nomine profertur, certum est, *Capyc. dec. 53. Affl. decis. 356. num. 5. de Franch. dec. 86. & 702. Reg. de Marin. ad Revert. dec. 16. num. 2.* sed àn semper hoc verum sit, idem *Reg. de Marinis* inquirit *lib. 2. quotid. resolut. cap. 200. à num. 6. Reg. Capyc. Latro consultat. 100. tom. 2. & Consiliar. Rocc. resp. 24. tom. 2.* sed pendente Judicio concedendæ, vel denegandæ restitutionis petitæ, debeat nè impediri exequutio sententiæ, quæ in rem transiverat judicatam, scribit affirmativè concludendo, *Campanil. in diversf. Jur. Canon. rub. 11. de person. prohib. promov. cap. 13. de Illegitimis, num. 333.* nisi tamen fuerit processum ad exequutionem, aùt saltèm; cœpta exequutio, teste *Rota* coram *Manzanedo decis. 138. num. 2. p. 2. tom. 1.* apud *Farinac.* subdentem declarationem, quando dicatur cœpta exequutio; maximè si adsit in commissione clau-
15 sula, prout de jure; In Regno verò tuta non est opinio, existimantium, illam denegari post mandatum de parendo expeditum, quasi illa petatur, exequutione cœpta, quam sustinet *R. Rovit. super prag. 2. num. 28. de minor.* nàm, ut optimè observat *Cons. Carlevul. lib. 2. disputat. jur. lib. 1. tit. 3. disp. 16. num. 32.* repugnat *textui in l. defendente 21. ff. de auth. tutor.* quin *Jo. Vincent. de Ann. in repet. cap. 1. de Vassall. decrepit. ætat. num. 239.* cujus authoritate nititur *R. Rov.* simpliciter hoc haud fatetur, sed adhibita distinctione, si enim constet de bono jure ex scripturis novitèr post mandatum de parendo deductis, sententiæ exequutionem remorari adjungit; Sed restitutione in integrum denegata per decretum, etsi ab
16 eo reclametur, sententia exequutioni demandatur, *de Franch. decis. 702. Reg. Rovit. in d. prag. 1. num. 30. de minor. ex Magon. decis. Florent. 133. num. 11.* & quando illa competat in Civilibus ad excipiendum de crimine, aùt in criminalibus, ad pinguiùs probandum, post multa concludit idem *de Franch. dec. 421. n. 11.*

RITUS CLIII.

ITèm si Episcopus, vel superior, vel alius prælatus, & quævis alia egregia persona litigat in ipsa Curia, & citetur de mandato ipsius Curiæ, quòd veniat responsurus super positionibus adversarii sui in causa factis, debet venire prælatus, & responde-

ſpondere, niſi petatur pro parte ipſius, & ad ejus expenſas mittatur aliquis de Curia ad interrogandum ipſum ſuper dictis poſitionibus in ſcriptis redactis, & ſigillo ipſius Curiæ ſigillatis, & niſi reſpondeat, concluſio in cauſa ipſa differtur, donec reſpondeat ſuper poſitionibus ipſis.

SUMMA RERUM.

1 *Examen expenſis abſentis faciendum eſſe, quando ſubſiſtat.*
2 *Afflictus in conſtitut. partes effectivè, & non expreſsè hujus ritus meminit.*
3 *Actus quivis explendus, cujus expenſis expleri debeat.*
4 *Juramentum de Calumnia præſtandum ab abſente, illius expenſis præſtari debet.*
5 *Abſentis expenſis fieri debet depoſitio, petens verò depoſitionem ſuppeditabit illas pro expeditione litterarum Commiſſionalium, quinque etiàm pro ſalario Officialis, ſi ille, qui in loco eſt, fuerit allegatus ſuſpectus juxta Rovit. & aliorum effatum, quod improbat Franc. Maria Prat.*
6 *De depoſitione verò, ſi intendit uti Teſtibus, quid dicendum, tangitur.*

QUoties examinandus eſt abſens, & petatur, cujus expenſis examinandus ſit, petentis, nempè, àn ejuſdem examinandi; diſſentio eſt apud DD. Verum ut errore prorſus careat reſponſio: Credimus, quod, vel quæritur, ſi ab-
1 ſit à loco Judicii, vel inibi degens tamen ratione perſonæ, quæ egregia ſit, venire minimè debeat ad tribunal ob privilegium, cujus meminimus ſuper *rit.* 142. hoc quippè poſtremo caſu, ſi agatur de illorum depoſitione tanquam principalium propriis ſuis expenſis mittendus eſt examinator, qui eos interroget, nam ita ſervari in magna Curia dicit *Afflict. in Conſtit. Partes in Judicio num.* 5. non tamen hujus *rit.* meminit, ſed cum ratio-
2 cinetur obſervari in Magna Curia, & hujus *ritus* verbis iſthæc referatur obſervantia, utiquè illum effectivè allegat, ejuique obſervantiam admittit; prout, & *Muſcat.* quoque *in prax. civil. p.* 2. *Gloſ. legaliores num.* 28. & *Afflict.* ac ritum memorat *Reg. Joan. Franc. Sanfelic. in prax. Judiciar. ſect.* 48. *num.* 18. cum alioqui attento jure communi; contrarium dicendum eſſet, quod in hoc *ritu Caron.* ſcripſit; Nam aliter privilegium eis à jure indultum, non veniendi ad Tribunal non eſſet privilegium, cum indirectè cogerentur venire, nè ſolverent, inſequiturque *Aufrer. ad Capell. Tholoſ. deciſ.* 274. in libro meo; tametſi deciſio illa dixerit, expenſis communibus fieri debere, anteaque *Specul. in tit. de Juram. calumnia §. reſtat, ſub num.* 18. *& Boer. deciſ.* 303. quorum aſſertionem ſubſiſtere in eo tantum caſu, quo loquuntur, fatemur, cum ſcilicet egregia perſona longè abeſt à loco judicii, nè privilegium perſonæ multùm parti noceat, atque ità utriuſque expenſis deſtinetur Commiſſarius, quamvis, & tunc deciſum fuiſſe in Sacro Conſilio, ſumptibus tantum ejuſdem nobilis abſentis conſtituendum examinatorem, dixerit *Afflict. deciſ.* 177. etenim abſentia voluntaria (de quo mox erit noſter ſermo) duntaxàt conſiderata, tunc fuit, non privilegium jam dictum, idque ſi perpendiſſet, fortaſſe non ita decidiſſet ſupremum illud Prætorium, niſi verbis hujus *ritus* inniti voluiſſet, quamvis autem *Ludov.* perſonarum qualitatem rimatus ſit, & nihilominus *Afflicti* inſecutus fuerit deciſionem, *in deciſ. Peruſina* 74. *num.* 12. non tamen *Caravita* conſideravit rationes, & privilegium earundem perſonarum, ſed abſentia duntaxat, & *Afflicti* auctoritate fultus in eam deflexit ſententiam, *Menoch.* etiam *in tract. de arbitr. caſu* 228. *num.* 12. ad id tenendum impellitur *deciſ. Tholoſ. centeſima* 3. neque advertit prædictam *deciſ.* 274. ejuſdem *Cappella*, atteſtantem, reſolutum in ea fuiſſe ut expenſis communibus; quæ cum ſit poſterior, præportat *Rotam* illam receſſiſſe à priori ſententia, ex his, quæ ſcribimus *ritu* 132. *n.* 2. quin, & huic reſolutioni inhæret *Guttierez pract. qq. lib.* 1. *q.* 63. *ſub num.* 3. *de Franch. deciſ.* 232. *verſ. hodiè tamen ſub num.* 7. ſed cum abſens nullo privilegio potitur, longè magis ſubminiſtrabit ſumptus, & militat generica *Menoch.* concluſio *num.* 14. *Ludovic. num.* 10. *Gravat. ad Veſtrium, cap. ult. num.* 14. *Tartagl. in praxi rerum civilium cap.* 4. *num.* 7. *Guttierez ſub num.* 1. *Carrab. in tract. de præemin. M. C. V. ſub num.* 14. & *Rippolla var. reſolut. cap.* 5. *de dilation. num.* 75. tradentis, ſervari in Supremo Regio Conſilio Cathaloniæ, quòd ſi procurator ejus, à quo reſponſiones exiguntur, habeat in mandatis clauſulam reſpondendi, & jurandi in animam principalis, & tamen pars minimè contenta exiſtimat quod per eum fiant reſponſiones, petatque à principali fieri, tunc omnino expenſis ipſius partis petentis, reſponſiones recipiendas eſſe.

Verùm iſthæc ſubſiſtunt in expenſis erogandis pro ſalario illius, cui delegatur examen principalis, ſecus in erogandis pro expeditione litterarum commiſſionalium, & pro copia articulorum ſuper quibus principalis eſt examinandus; illas, cum ſuppeditabit petens depoſitionem, teſte *Urſillo ad memor. dec. Afflict.* 177. *num.* 4. eodemq; *de Franch. ſub* eodem *num.* 7. *Muſcatell. indic. Gloſ. legaliores* tum in corpore, ſub dicto *num.* 28. tùm in *addit.* 4. *Anna ſingul.* 405. *Index de Angelis ad Gizzarell. deciſ.* 63. *num.* 7. *Gallupp. in prax. S. C. p.* 2. *cap.* 19. *à num.* 17. Principem concluſionem reſtringens, *Avus meus ad Capyc. deciſ.* 90. *num.* 5. quin, & expenſæ pro ſalario officialis faciendæ, tunc ſunt ab ipſo examinando rogandæ, cum literæ diriguntur ad officialem loci, ubi principalis interrogandus incolit; nam ſi ad alterum viciniorem, nempè propter ſuſpicionem propoſitam à petente depoſitionem, tunc ipſiuſmet recuſantis ſumptibus perſolvenda erit examinatori merces, quippè qui propter ſuſpicionem allegatam præbet cauſam expenſis, & ſibi eſt imputandum, quod *Rovit. in Comment. ad pragm.* 9. *num.* 24. *de ordin. Judic.* aſſerit, favetque *Marta voto* 60. *in fine*, quos inſequitur *Viſconti ad Franch. add. deciſ.* 332. *num.* 7. *in nov.* quorum effatum improbat *Franc. Maria Prat. ad Muſcat. add. Gloſ. legaliores, ad num.* 28. ſed praxi *Rovit.* recenſita utimur.

4 Cæteris autem in caſibus, cujus expenſis ſit quivis actus explendus, utile erit percurrere, quæ *eod. caſu* 228. edißertat *Menoch.* aliique relati Au-
5 ctores, ac præſertim juramentum de calumnia præ-

præstandum ab absente, credidit citatus *Guttierrez. sub num.* 1 ejusdem absentis expensis fieri: pro depositione verò si intendit uti testibus, dubitat
6 *Ursil. ead. decis.* 177. *num.* 3. si absens teneatur, & quamvis non aperiat quid sentit, verba tamen citra dubium profert, ex quibus deduci potest in contrariam propendere resolutionem.

RITUS CLIV.

ITem fuit quæsitum, ecce datus est terminus ad probandum in civili, vel criminali; una partium facit aliam citare ad videndū juramenta testium, ad pœnam solitam per Curiam, non comparuit citata, àn detur excusatori terminus ad denunciandum, & comparere faciendum post litem contestatam, determinavit Consilium quod fuit heri 14. Septem. primæ indictionis, quod sic.

SUMMA RERUM.

1 *Pars citata ad videndum Juramenta testium, nulla hodiè punitur pœna, si non compareat; sed tantùm validè examinantur testes.*
2 *Contumax non dicitur citatus non comparens in actu, qui potest eo absente explicari.*
3 *Terminus ad denunciandum datur procuratori generatim constituto.*
4 *Datur etiam excusatori ad denunciandum principali, quòd fuerit citatus ad videndum juramenta.*
5 *Impartitur quoque in causis exequutivis, & liquidationis instrumentorum etiàm stante renunciatione in documento adjecta.*
6 *Jure communi defensor sine mandato admittitur.*

1 HOdiernus usus non patitur, decerni citationes cum pœna ad videndum juramenta testium, nàm sine illa passim expediri cospicimus, quamobrem hujus *ritus* dispositionem cessare admonet *Carav. num.*2. necnon *Muscat. par.* 5. *sua prax. glos. juramentum, sub num.* 11. si namque pars non comparet, non alia plectitur pœna, quam quod, ipsa absente, & validè quidem expletur actus, quod latius probat noster *Carav. super rit.*133. *in fin.* contumax namque haud dici po-
2 test citatus non comparens in actu qui, eo absente explicari potest, *Foller. in fragm. ejus prax. rub. de testib. n.*99.

Terminum verò ad denunciandum de quo *ri-*
3 *tus*, didici semper concedi procuratori generatim constituto, antequam lis contra suum principalem moueretur, ex *auth. qua in provincia, C. ubi de crim. & l.*2. *C. ubi in rem, Muscat. in prax. S. C. par.*3. *Glos. similes, num.* 5. *& in addit. vers. deducimus, lit. C. & par.* 5. *Glos. defendendum, nu.* 28. *Thor. in compend. decis. par.*1. *verbo terminus ad testificandum, Borrell. in summ. decis. tit.* 47. *nu.*65. *de dilat. Reg. Sanfelic. in prax. Judic. rub. de ordin. Judic. num.*5. *Rippoll. var. resol. tit. de dilat. c.* 5. *num.* 78. idem *Thor. in supplem. comp. dec. verbo terminus ad denunciandum*, quod la-
4 tius notavi super *rit.* 281. Nùnc primum reperi dari quandoque etiam non procuratori, sed excusatori ad certiorandum principalem absentem quod fuerit domi citatus ad videndum juramenta testium, & noster *ritus* probat loquiturque illa in causa in qua nullus experitur constitutus procurator, cum verò ille constitutus fuit, litemquè contestatus est, uter citari debeat, ipse, an principalis ad videndum jurare, remissivè tetigimus super *rit.*145. & extricat *Ventrigl. in prax. rer. notab. tit. de citat. ad vidend. jurar. test. annot.*31.§.1. *à nu.*1. *lib.*1.

Quin, memoratus terminus ad certiorandum,
5 etiam in causis exequutivis, & liquidationis instrumentorum impartitur, teste *Reg. Sanfelic. dec.* 306. *tom.* 2. cujus meminit *Thor. in supplem. compend. decis. verbo dilatio*, & proindè citato annis elapsis super tenore instrumenti in Curia Ill. Comite Conversani, degente in Civitate Madritæ, ad instantiam D. Josephi de Rinaldo hæredis A. M. P. Stephani de Rinaldo, amico expetenti terminum ad illum certiorandum, decrete M. C. V. Junctis Aulis, fuit denegatus terminus, stante quoq; expressa renunciatione in instrumento adjecta, & facto verbo in S. C. per Dom. Thomam Gaeta, tùnc Judicè M. C. V. in Aula tùnc Cons. D. Francisci Antonii Muscettula nùnc dignissimi Regentis, sub die 18. Junii 1653. revocato M. C. scito, fuit provisum, quod remissa est causa eidem M. C. quæ provideat de competenti termino, & per M. C. V. sub die 1. Iulii ejusdem anni, pro exequtione decreti S. C. fuit impartitus terminus mensium quatuor, & alio decreto S. C. sub die 21. mensis Iulii 1653. fuit confirmatum M. C. V. decretum, in banca Gagliardi.

6 Hæcquè cum jure communi collimant, quo defensor sine mandato defensioni alicujus se offerre potest, *l. minor viginti quinque annis, ff. de procur. Specul. in t. t. de his, qui alien. nom. num.* 1. *Claud. Battandier. regul. crim.* 18. *nu.* 5. *Derbardus Horstbius in synops. thesium, lib.* 3. *tit.* 3. *num.* 1. *par.* 1. *Dominicus Arumæus decis. Jenensi* 7. *n.* 19. *Hieronim. Battigella in l.* 2. *num.* 17. *C. de edend.*

RITUS CLV.

ITèm servat ipsa Curia, quòd si feci citare testes ad mei petionem, potest meus adversarius, cum facio eos jurare, facere eos etiàm jurare pro se sine alia citatione de novo, & ita vidi pluries practicari, & ideò jurabunt, & etiam præsente ipso adversario meo super suis exceptionibus, & articulis, quod nota. Et nota, quod testes citantur semper ad pœnam quatuor unciarum, seu tertiæ partis bonorum mobilium, si dicta tertia major dicta pœna existat: & ita fit condemnatio.

SUMMA RERUM.

1. *Testes producti ad instantiam unius partis examinari valeant ad instantiam alterius, absque alia citatione.*
2 *Citati instante aliquo impugnari non amplius ab ipso possunt.*
Adversarius utens testibus ab altero productis, [illegible]

au contribuat in expensis.
3 *Cogi possunt testes, & qua pœna testificari.*
4 *Non obstante juramento præstito de non testificando.*
5 *Jurans non revocare testamentum, vel procuratorem, & è societate non recedere, jure poterit contravenire.*
6 *Ante testium coactionem præcedere debet illis monitio.*

1 NEdùm testes producti ad instantiam unius
partis produci, & examinari ad alterius pe-
titionem possunt, absq; aliqua citatione, ad tra-
dita per *Boer. dec.245. Ann. sing.510.Carab.singul.*
235. Reg. Sanfelic. Carav. in hoc rit. memor, *in*
prax.Judic. sect.50. num.12. Sed, & juramen-
2 tum præstitum, instante adversario, imò, & so-
la citatio, illo petente, executa, nec non sola
descriptio in calce mandati citatorii operatur, nè
illos possit amplius reiicere, aut impugnare te-
stificata pro altero litigante, colligitur abundè ex
his, quæ longa serie congessit, *Campanil. sup. ri-*
tu Cur. Archiepiscop. Neap. 33. à num. 6. & Fari-
nac. copiosè explicans *q. 62. à num. 214.* atq; in
eadem ipsa specie, de qua verba fecit *Campanil.in*
dict. rit. 33. loquitur *num. 225.* & aliqua deliba-
vit *q.45. num.36.* necnon *Avus meus ad Capyc.de-*
cis.39. sub n.2. & nos diximus alibi.

Sed adversarius utens testibus ab altero productis, contribuere non obstringitur ad expensas ab illo retro erogatas pro illorum accessu, nisi à tempore illorum productionis, *Bal. in l. ex parte, ff. famil. ercisc.* quem laudat *Avus meus ad Capyc. decis.90. sub num.5.* Testes verò cogi possunt testificari, uti probavimus super *rit.87.* etiam si dixerint nescire, cum sciant, *cap.1. vers. notandum, de notis feud. in usib. feud. & l. si quando, C. de testib.* necnon *Anfrer. ad Cappell.Tholos. decis.377. num.1.*

Pœnam verò, qua *rituum* vigore multantur,
3 qui testimonium ferre renuunt, adjunximus eo-
dem *rit. 87.* quem tamèn hodiè minimè admittit
usus, sed termino ipsis præscripto ad deponen-
dum elapso, cogi solere per capturam pignorum,
scripsimus inibi, cum aliis utilibus in hac specie;
& tradunt *Muscatell. in prax. Sacri Consilii, lib.1.*
par.5. Glos. juramenta, sub num.8. Jodoc. in prax.
civil. cap.163. Thesaur. decis.39. Borrell. in summ.
decis. tom.2. tit.7. à num.1. de test. coactione, San-
4 *felic. add. loco num.* 16. quin cogi valeant, non
obstante juramento ab ipsis præstito, non testifi-
candi, scripsit *Jason. in l. fin. ff. qui satisdare co-*
gantur, & in l. 2. §. si quis municipalis, in fine,
ff. si quis cantion.

5 Sic jurans non revocare testamentum, vel pro-
curatorem, sivè Vicarium, licitè revocabit, ju-
ramento non obstante, *Panorm. cons. 48. num.4.*
vol.2. Paris. cons.24. num. 66. vol. 2. & cons. 69.
num. 145. vol. 3. Boer. decis. 20. num. 19. & 20.
Curt. cons.52. num.10. vol.3. Natta cons. 426. nu.
11. vol. 2. prout non obstante contrario pacto,
jure à societate receditur, *Viv. comm. opin. con-*
sinj.460. num.2.

Verùm quod antè testium coactionem præce-
6 dere debeat illis monitio, admonet *Bal.* insequutus
à Felino in cap. dilectorum, de testib. cogend. con-

firmantq; *Steph. Anfrer. ad decis.412. Cappell.Tholos. Petr.Gregor. syntagm. jur. univers. lib.48.cap. 13. Bertaz.cons.crimin.71.n.14. vol.1. Petr.Foller. in pract.crim.verbo capiat.informat.in fin.*

RITUS CLVI.

ITem servat ipsa Curia alicui committere examinationem testium in criminali, senum, & valetudinariorum, juxtà textum illum notabilem constitutionis Regni in pecuniariis, & ità fuit de facto in Curia pridiè, ubi fuit commissa examinatio contra Statutum Salerni, in dicta Civitate Salerni.

SUMMA RERUM.

1 *In causis criminalibus, audientia testium non conceditur.*
2 *Præter, testium legitimè impeditorum, etiam intrà unam dietam.*
3 *Aliorum itèm in dignitate constitutorum.*
4 *Senes, & valetudinarii, qui dicantur.*
5 *Pars teneatur ne declarare senes infirmos, aut alitèr impeditos.*
6 *Quomodò probetur infirmitas, remissivè.*
7 *Non modò ex congestis in ritu 132. constat Regni Constitut. antecessisse compilationem horum rituum, verùm ex hujus ritus verbis apertiùs deducitur.*

1 AUdientiam testium in criminalibus non concedi, jura clamitant, *in l. Judices, & Auth. apud eloquentissimum, C. de fid. instrum. Glos. in cap. testes 3. q. 9. Lancell. Conrad. de offic. prætor. lib.1. capit.9. §.2. tit.de capit. sub num. 18. Thom. Trivisan. dec. Venet. 62. num. 17. lib. 2. Jodoc. in pract. rer. civil. c.170. sub num.5. Afflict.in Const. Regni in pecuniariis, num.13. Foller.in prax.crim. rub. & facta lit. contest. num.7. & in fragm.n.99. Viv. in sylva opin. commun. opin.927. & 928. Jacob. de Belvis. in prax. Judic. de caus. crimin. col. 5.* cujus veritatem extricamus *Rit.141. & Thor.in supplem. compend. dec. verbo Audientia testium,* ampliat etiam in causa clericatus, quando esset illius probatio facienda per testes in causa criminali, id quòd non procederet si esset pro causa civili, ut decisum fuit per S. C. die 6. Martii 1643. *referente D. Consil. Aloysio Gamboa,* in causa Cæsaris Maggi, cum Jacobo Valerio, in Banca Solatii, cujus sciti meminit idem *Thor. in eod. supplem. compend. verbo, Nominatio testium.*

Verùm committi illam senum, & valetudinariorum, nedùm peculiari nostro præsenti *Ritu* conceditur, cujus vigore, id scribit etiàm *Foller. in d. rubr. & facta lit. contest. sub num.7. & Viv. opin.928. num.8.* necnon *Monac. ad Minad. dec.7. sub num.1.* sed jure communi ipso, testatur *Alberic. in Auth. apud eloquentissimum num.2. Cod.de*
fid. instrum. Bertaz. cons. crim. 136. sub num. 2.
lib.1. quin, aliorum omnium legitimè impeditorum, deducit ex adductis auctoritatibus *Farinac.*
2 *q.77. num.101.* etiàm infrà unam dietam, conce-
dit *Ritus 141.* aliorum itèm in dignitate consti- 3

3 tutorum, dixerat anteà idem *Farinac. num.* 100.
quibus conveniunt, quæ nos scripsimus super
eodem *Ritu* 141. *&* 142. Senes autèm, & valetu-
4 dinarii, qui dicantur, explicat *Anna singul.* 464.
abundantiùsq; *Isern. in cap. 1. vers. quod si veri-
tatem in fin. si de invest. quæst. oriatur, & Abb. in
cap. si qui testium, n. 7. de testib.*

Sed teneatur nè pars declarare senes, vel infir-
5 mos, aùt alitèr impeditos, tractat *Isern. in cap. 1.
num. 7. si de invest. inter Dominum, & Vassall.*
6 *lis oriatur*, & quomodò probetur, àc deducatur
infirmitas, *Marcell. Calà de modo artic. §. 2. Glos.
unic. num.* 955. *Claud. Tat. allegat.* 23. *num.* 50.
Vest. lib. 6. cap. 2. num. 18. lit. X.

Et tandèm ex verbis in *Ritu* adjectis, *Juxtà
7 textum illum notabilem Constitutionis Regni*, aper-
tiùs deducitur, quam sit verùm, quod scripsimus
in *Rit.* 132. Regni constitutiones antecessisse com-
pilationem horum *Rituum*,

RITUS CLVII.

ITèm servat ipsa Curia, quod quamvis regularitèr non potest committi examinatio testium in aliis casibus, quàm in prædicta proxima observantia contentis: tamèn Advocatis, & literatis, qui ipsam Curiam sequuntur: committitur pro majori parte, quasi examinatio omnium testium in criminali, & examinant in ipsa Curia prima in loco, ubi regitur, & est ratio, quia tùnc non videtur esse commissa, immò potiùs ipsa Curia videtur examinare: & ista est ratio literatorum respondentium ad jura loquentia, quod non potest committi examinatio in criminalibus: & tùnc, aùt est extraordinarius: putà, quando dantur capitula inquisitionum processus, & Regens ipsa eligit unum examinatorem: aùt est ordinarius processus: & tùnc, dùm Curia regitur, quilibet eligit suum, idest accusator, & accusatus, qui duo electi literati habeant testes examinare utriusquè partis, & solvitur eis de examinatione eorum testium utriusquè partis, sed in extraordinario processu, non solvitur examinatori, nisi de testibus partis, quæ infertur, non de testibus fisci. Et quod dictæ examinationes fiunt in Curia, non scribitur in actis, quia non scribitur, quando talis examinatio commissa est tali, nèc ipsi examinatores, qui examinant in Curia ipsa, ut dictum est, faciunt mentionem, quod ipsi examinaverunt, sed simplicitèr dicitur, talis de tali loco testis juratus, & interrogatus super primo capitulo, vel articulo, dixit hoc indè scire, quod talis, &c. & omnia, quæ dicta sunt in processu criminali ordinario, servantur in processibus civilibus inter partes ad invicem causantes.

SUMMA RERUM.

1 *Audientia testium in committenda, distinctio attendenda est, causarum civilium, & criminalium.*
2 *In criminalibus verò, quando committatur, & quid si Judex impedimento detentus foret.*
3 *Quin, si testes in alterius essent jurisdictione extrà Regnum, committi potest.*
4 *Commissarius deputatus ad testes examinandum suspectus allegari potest, & quando.*
5 *Ex examine, quis maximè lædi potest.*
6 *Quid servetur in causis civilibus, remissivè.*

ANtecedens *Ritus* constituendo casus duos, in
quibus audientia testium committitur in cri-
minalibus, implicitè videtur negare in aliis, quod
præsens *Ritus* apertè edisserit, cum scribit, regu-
laritèr non posse committi examen testium in aliis
casibus, quam in prædicta proxima observantia
contentis, quamvis nihil exprimat in causis, sci-
licèt criminalibus, vel civilibus, ob relata tamèn
verba, *in aliis casibus, quàm in prædicta proxi-
ma observantia contentis*, ostendit, tantùm loqui
in causis, quarum adductus antecedens *Ritus* me-
minit, & sic criminalium, ubi senes, aùt valetu-
dinarii examinandi sint, & consecutivè regula sit
1 negativa in isto *Ritu* posita, etiàm in causis cri-
minalibus, quæ subsistat adhùc de jure communi,
probat *Farinac.* ampliationes multas, & restri-
ctiones adnectens, *in q. 77. à nu.* 71. & nos diximus
in antecedenti *Rit.* ac restringimus in causis
2 criminalibus infra unam dietam legalem, per
rit. 141.

Quid, si Judex impedimento detentus foret,
*Rovit. in pragm. 24. num. 18. de offic. S.C. & Rubr.
de administr. & quòd ipsi not serv. Tuscus singul.*
95. *lit. P*, quo fretus *Viv.* adductus ab *Episcop.
Campan. ad rit. Cur. Archiepis.* 30. *lit. A.* defendit,
committi audientiam, etiam testium existentium
in Civitate, cum nequeant illorum depositioni-
bus ob multitudinem negotiorum interesse, vel
si testes in alterius essent jurisdictione extra Re-
3 gnum, id, quod firmat *Jo: Baptista Spada cons.* 77.
tom. 1. Vestr. in prax. Rom. Cur. lib. 6. cap. 2. nu. 12.
& laudato *Carav.* tradunt, *Clar. q.* 26. *num.* 1.
Borrell. par. 1. summ. dec. tit. 7. de test. coact. n. 56.
& cons. 21. num. 11. centur. 1. Sed in causis civili-
bus dari quando debeant ejusmodi literæ, pertin-
gimus in *ritu seq.*

4 An verò Commissarius deputatus ad illos exa-
minandos, suspectus allegari queat, affirmativè
antè acceptationem, resolvit *Carav. num.* 13. fir-
mant *Andr. Gaill. lib. 1. observ. 33. num. 3. Mysing.
cent. 3. observ.* 29. ex examine enim pars maximè
5 lædi potest, *Præpos. Mediol. in cap. cum speciali, n.
3. de appell. Thesaur. dec. 255. num. 1. Farinac. par.
2. in fragm. crim. nu.* 720. quid verò in civilibus,
6 ostendit *Muscat. in prax. S.C. lib. 1. par. 5. Glos. su-
spectorum, num.* 3. praximq; nostrorum Tribuna-
lium indicamus in *ritu seq.*

RITUS CLVIII.

IDèm servat ipsa Curia quando committitur examinatio testium in civilibus, ut in debito, vel in casu criminali, quo testes examinentur extrà conspectum Curiæ, tùnc fit commissio cum inserta forma articulorum, vel capitulorum, & cum nominibus testium, & fit ut plurimùm, cum clausula, id est si unus dictorum examinatorum non poterit interesse, alius possit exequi commissionem,

nem, & aliquando resistente aliqua partium ex aliqua justa causa, fit sine clausula. Et nota, quod ad hoc, ut fiat cum clausula oportet, quod petatur à partibus concordantibus, aliàs Curia facit sine clausula, ubi verò pars una non concordaret, & alia insisteret, quod fieret cum clausula tùnc nisi pars, quæ discordat, alleget justam causam: mandatur sibi parti discordanti, quod consentiant ad certam pœnam, & ubi condemnatur detinetur pro pœna, & scribitur in actis tale mandatum, nec appellatur, quia notorium est, quia talis commissio oportet, quod fiat de partium voluntate, sicut publicatio, & conclusio, & alii actus, in quibus simplicitèr fit mandatum parti non concordanti, & justam causam alleganti, Ità quod quandoquè fit cum clausula, & quandoquè sinè clausula, arbitrio dictæ Curiæ, & secundùm quod partes concordant, nàm in casu, quo ambæ partes concordant, tùnc Curia facit id, in quod concordant partes.

S U M M A R E R U M.

1 *Remissoria, seù testium audientia, in quibus concedenda.*
Non conceditur, quando adest timor subornationis ad probandum, quod probatum non relevat. si articuli sint irrelevantes, vel possint probari per testes.
2 *Officialis, completo officio, possit nè testes recipere vigore delegationis sibi anteà factæ, àn ejus successor.*
3 *Delegans, si obierit antequam delegatus cœperit examinare testes, utrùm possit illos recipere.*
4 *Hodierna praxis Tribunalium Neapolitanorum latè ostenditur.*
Et quando examinare, & accedere debeat examinator, inquiritur.
5 *Scribis, & Magistris Actorum est vetitum, in S.C. examinare testes, tàm intrà, quàm extrà Civitatem.*
6 *Hodiè non interponitur decretum, quod in biduo detur lista suspectorum, sed notificato termino, elapso biduo, fit electio.*
7 *Aliquando, in quibusnit causis, pravia examinatorum renunciatione, committitur audientia.*
8 *Illa semper duorum testium tantùm conceditur, tàm ad instantiam Rei, quàm Actoris.*
Dom. Consil. Carolus Brancacius laudatur.
9 *Quin, & in causis Neapolitanorum, exceptis feudalibus.*
10 *In causis quoque Hispanorum in urbe commorantium, àc pauperum.*
11 *A quo fit facienda electio examinatoris in causis vertentibus coram Arbitris, & Syndicatoribus, remissivè.*
12 *Examen factum, non elapso biduo, ad dandum suspectos, fit nè validum.*
13 *Nominans testes in partibus longinquis, præsumitur velle dilatare.*

Ritus simplicitèr loquens videtur innuere, ut regula fit in civilibus concedi audientiam testium, & quidèm jure communi, etiàm fulcitur
1 isthæc regula, quam statuit, ampliationibus, àc limitationibus exornans, *Farinac. q.77. à num.2.* & nos tetigimus, in terminis remissoriæ loquentes super *Rit.88.* & conferunt, quæ *Trentacinq. lib.2. var. resol. tit. de testib. resol.* 10. scripsit, tùm in causis criminalibus, tùm in civilibus verba faciens, *Jo: Ferrar. Montan. de Judicior. praexercit. lib.2. cap.6. Jodoc. in prax. rer. civil. cap.163. Petrus Terminens in process. jur. scripti, cap.* 35. plures formas commissionum lingua germanica subnectens, *Thom. Actius de infirmit. par.2. verbo examen, Paul. Aemil. Verall. decis.272. num.1. Borrell. par.1. summ. decis. tit.7. de test. coact. num. 62. & Episcop. Campan. ad Rit. Cur. Archiep.* 30. *lit. A.* hujusce *Ritus* memor, *Avus meus ad Capyc. dec.* 90. *à num.3. Jo: Baptista Spada cons.77. lib.1.* Non tamèn silentio involuimus Judicis arbitrio multùm committi super remissoria, seù (ut nos loquimur) in testium audientia concedenda in civilibus, juxtà *decis. Manzanedi in Forolivien. beneficii 22. Augusti* 1603. *num* 2. quæ inter congestas novissimè à *Farinac. est decis.* 134. *par.* 2. *tom.1.* & de Jure Regni, insinuat *Reg. Sanfelic. in prax. Judic. sect. 46. num.* 25. àc potissimùm, nè concedatur, quando adest suspicio subornationis, ex *Peregr. dec.212. lib.* 2. quem insequitur *Jo: Baptista Spada consil.172. num.1. tom.2.* ad probandum, quod probatum non relevat, constat ex altera *Card. Bononiens. in Gerunden anivers.25. Junii* 1604. quæ inter easdem recollectas, est *dec.* 126. *eodem tom.1.* sicuti, si articuli sint irrelevantes, juxtà *decis.271. num. 1. & decis:* 280. etiàm *num.1. eod. tom.1. Jo: Bapt. Spada cons.173. num.2. tom.* 2. & si materiæ articulatę possint probari per scripturas, *Aegydius, dec.* 384. *Puteus, dec.* 366. *num.7. lib* 2. *Jo: Baptista Spada, cons.* 373. *num.4. tom.* 2. & proindè illam non dari in rimedio, *l. fin. Cod. de edict. Div. Adrian. tollen.* decisum subnectit idem *Spada num.* 3. Nèc quando petitur ad probandum id, quod est inverisimile, *Spada cons.374. num.14. tom.2.*

Illa verò si dirigatur officiali loci, qui intereà
2 expleverit officium, sivè antequam cœperit testes
recipere, sivè postmodùm, uter eorum valebit
ipsos examinare, ipse scilicèt functus officio, an
potiùs successor, vide *Specul. init. de leg. §.
7. incip. nunc. dicamus, vers. idem, sub num.
16. par.1. & Plati decis.10.* inter relectas per *Marchisan. de commiss. in practic. par.1. post cap.3.* quin,
si delegatus absit, utrùm possit Locumtenens, dubitavit *Muscat part.5. Glos. suspectorum, num.45.*

3 Sed Judex, qui commisit audientiam testium,
si decesserit, aut officium compleverit, antequam
Commissarius receperit testes, non propterea detinebitur illos recipere, *Rota dec.9. de rescript. in antiq.* & altera inter rescriptas à *Farinac.16. nu.4.*

Hodierna verò praxis in nostris Tribunalibus
4 inolevit, quod in causis civilibus vertentibus in
M.C.V. & R. Cam. examen, tùm in Civitate,
tùm in partibus à causæ Commissario, ejus arbitrio, committitur, qui tamèn semper eligit in
Urbe scribam causæ, dummodò non fuerit, ille
infrà biduum suspectus datus, & partibus, officiales ordinarios locorum, partibus non suspectos,
Gallupp. in prax. par.1. cap.24. nu.4. In S.C. tamen,
quia deputantur mediante Regis deplomate examinatores, ex *pragm.68. de offic. S.C.* est vetitum
5 scribis, & Magistris Actorum examinare testes,

tàm intrà, quàm extrà Civitatem, sub pœna nullitatis actus, juxtà formam *pragm.49 58.79.74.& 75.eod.tit.Prat.lib.3.discept.forens.cap.43.num.57.* etiam in causis, in quibus dicitur, capiatur informàtio, & fuerit ipsius commissum per Reg. Consiliarios, vigore decreti Dom.Præsid. S.C. D.Petri Jordani Ursini, sub die 17.Martii 1628. pœnès Francisc.Antonium de Mercati, Secretarium, & in causis delegationum, vigore ordinum *D. Præs. Didaci Bernardi Zusiæ*, sub diebus 5.Novemb. & 5.Junii 1658. Sed dumtaxàt est permissum examinatoribus prædictis, quorum electio non fit per causæ commisarium, sed per sortem, quam vulgus Bussulam appellat, nam. illorum nominibus in urna positis, in qualibet causa unus eligitur, quem fortuna, & sors tulerit, nisi, & ipse allegatus fuerit suspectus infrà biduum; ex *prag.67.*
6 *eod.tit.* ex quibus ab Aula recessit juris communis dispositio, cujus meminit *Ann.alleg.274.* interponendi decretum, quod in biduo detur lista suspectorum, ut provideri possit de non suspecto, ex *pragm.4.cap.10.de dilation. Muscatell. par 5. Glos. Suspectorum, à num.15.* noster *Carav.in hoc rit.nu. 8. Gallup.in prax.S.C.par.2.cap.24.sub nu.4. Thor. in Cod.rer.Judic.civil.casu 20.à num.1.* aliàs examen corrueret, quando fieret ab allegato suspecto, *Muscat.ibid.num.5.* tradens suspicionem multum vagam, & generalem non admitti, sed tunc in judicis esse arbitrio, & facultate eligendi, ac si partes ipsæ allegare neglexissent, *Gallup.add. loco num.4.Farinac.in reper.Judic.q.42. Ann. sing. 176. Thor.memor.cas.10.num.9.de Angel.ad Gizzar. decis.27.num.7.*

Cum verò testes in S.C. sunt extrà Civitatem recipiendi, isthæc servatur distinctio, nam in causis valoris infrà ducatos quincentum, indistinctè illorum audientia committitur ordinario loci, vel viciniori, non suspecto, Consiliarii placito, in illis verò excedentibus summam ducatorum quincentum usque ad mille, denegare audientia, accedit examinator, cui minimè accessus, & recessus, sed dumtaxàt moræ salarium persolvitur, *pragm. 74.eod.tit.de offic.S.C.* suprà verò summam ducatorum mille illud pro accessu, recessu, & mora exsolvitur ad rationem carolenorum sexdecim pro qualibet die.

Aliquando verò prævia omnium examinato-
7 rum renunciatione, committitur audientia in cujusvis quantitatis.

Pasalm tamèn quavis causa, etsi ardua illa
8 duorum dumtaxàt testium conceditur, ut ex *Carav.* monent *Reg.Rovit.in pragm.11. de ordin. Judic Reg.Sanfelic.in prax.Judic.sect.46. num.21. & sect.57.num.11.* post *Ursill. ad Afflict. decis. 351. num.3. Reg.de Marin.ad Revert. decis.542. num.1.* Caravitæquè effatum insequutus fuit vir ille Patritius Neapolitanus, quovis summo magistratu dignissimus, ac immortali laude celebrandus, *Dom.Consiliarius Carolus Brancaccius*, in causa creditorum Baronis Sancti de Sanctis Terræ Vasti Girardi mei vassalli, cum Julio Cæsare de Pitiis, de mense Martii 1656.pœnès Julium de Venditto Actorum Magistrum S.C.Idquè non solùm instãte Actore, sed etiam Reo, ut æqualitas in Judiciis servetur, ad *text.in cap.novit, de judic.* & sic committi potest audientia quatuor testium, duorum scilicèt ad instantiam Actoris, & duorum ad instantiam Rei, ut decisum fuit in causa Mariæ Ravascheriæ, cum Hieronymo Exharche, die 16. Martii 1616.*referente D.Consil.Fabio Riccardo*, pœnès Act.Magist.Burrell, de quo meminit *Thor.par. 2.compend.decis.verbo testium audientia.*

In causis quoque Neapolitanorum, & in ea-
9 dem Civitate habitantium, non deputatur examinator, sed semper committitur audientia, ut inter *privil. Neapol.cap.26.pag. 36. & cap. 69. fol. 37.Afflict.inter constit.in pecuniariis.1 notab. Reg. Rovit.in pragm.9.num.11.de ordin. Judic, de Angel.ad Gizzarell. mem. decis. 27. num.9. Prat. ad Muscatell.lib.1.p.5.Glos.Suspectorum ad num. 18. Reg.de Marin.mox.add,loco num.2.* etiam si causæ sint magni momenti, ex dictione illa universali in eodem privilegio adjecta, *Che in tutte le cause di Napolitani, & habitanti in essa*, quæ nihil excludit, *l.Julianus, ff.de leg.3. Grat.de dict. in dict. 157.Barb.de dict.in dict.207.*& in individuo, tradit *Thor.par 3.comp. dec.sect.1. verbo, Audientia testium*, decisum subnectens sub die 21. Junii 1623.*referente D.Consil.Camillo de Petie*, in causa D.Berardini de Cardinas, fuitque provisum, stante, illius notoria ciuilitate Neapolitana, consignari literas commissionales, in banca de Felice, hocquè casu non militant, quæ scripsit *Jo.Franc. Scaglion. in rit.140.* non committi audientiam in causis maximæ importantiæ, & post ipsum *Thor, par.2.compend.decis.verbo Nominatio testium.* Excipiuntur tamèn causæ criminales, & feudales, in quibus etiàm ad instantiam Neapolitanorum non committitur audientia, testibus iisdem *R. Rov. nu.11.& de Angelis* iidèm *n.11.*

10 Quod protendimus ad milites Hispanos in hac Urbe commorantes, quibus Neapolitanorum prærogativæ impartitæ sunt, ex *Carav. rit. 301. nu. 22.* decisum memorat *Reg. Sanfelic. decis 74.nu.2. lib.1.* quem laudat *Thor. in supplem. compend.dec. verbo milites Hispani*, confertque *Castilli* dictum *decis.105. num.94. & Carav.* insequitur *Tasson. de antefat. vers.2. observ.4. nu. 43.* & ipsemet declarat *vers.3. observ.3. num. 371.* quamque prærogativam in causa pauperum, extendit *Jo: Francisc. Scaglion. in pragm. 9. num. 15. de examin. test. in antiq.* quem insequitur *Dom. Reg. de Marinis ad Revert.dec.542.n.1.*

Verùm àn audientia testium committi debeat ad instantiam adversarii, cum altera pars Neapolitana memorato beneficio uti nolit, negativè in praxi servatum, tradit *Jo:Franc.Marotta lib.1. discept.forens. cap.23.* & decisum subnectit. Sed pro examine faciendo extrà Regnum, de quo eloquuti sumus in *rit.140.* àn destinari debeat examinator, vel causa committi locorum officialibus, in quibus testes degunt, & esse committendum, resolvitur ex dictis per *Minad. dec.7.*

11 In causis verò vertentibus coram arbitris, electio examinatoris à quo sit facienda, inquirit *Laganar. ad Rovit. pragm. 9. vers. sed quid in causis. de ord. Judic.* & coram Syndicatoribus, extricat *Camillus Borrell. cons.85. à n.4.*

12 Et si electio fiat, biduo non elapso, examen sit validum nè, affirmativè deducitur ex *Afflict. in d. Constitut. in pecuniariis, num. 20.* partibus non contradicentibus, declarat idem *Laganar. add.loc.*

eo

*ex Carav. rit.*157. *num.*13. aliiſquè, Ad materiam verò conſule *Reg.Tap.in rit.*146. *& in d.Conſtit.in pecuniariis*, *Capyc.* ibidemque *Maſuil. deciſ.* 90. *Thor. p.*2. *compend. deciſ. verbo teſtium audientia*, *Muſcat. add. Gl. ſuſpecternm*, *Monac. ad Minad. deciſ.*7. *Gallup. in prax. S. C. p.*2. *c.*25. *num.*12. *& Sanfel.in add. ſect.*46. & quod nominans teſtes ha-
13 bere in partibus longinquis, præſumatur agere animo dilatandi, monet *Avus meus ad Capyc. dec.* 90. *num.*4. *ex gloſ. fin. in cap. ſtatutum*, *§.penult. de reſcript. in* 6. *Spada conſ.* 373. *tom.*2. & notavi in *rit.*140. *ſub n.*10. *verbo Remiſſoria.*

R I T U S CLIX.

IN primis, quod fidejuſſores jurant, ſicut principales in criminalibus, ſed in civilibus, nec principales, nec fidejuſſores jurant. Item notandum eſt, quod fidejuſſores ſe obligant præſentare Reum, ſi, & quotiès ipſe principalis fuerit requiſitus, vel ipſi fuerint requiſiti, verùm quando extrà judicium requiruntur dicti fidejuſſores: requiritur in eadem requiſitione, etiam ipſe principalis, fidejuſſores ad pœnam fidejuſſionis, & principalis ad pœnam quatuor unciarum, ſeu tertiæ partis bonorum mobilium: ſi dicta tertia major dicta pœna exiſtat, hoc notatur in conſtitut. Regni licet, lib.11. Item nota, quod in criminalibus fidejuſſores recipiuntur ad pœnas juſtas, videlicèt pro homicidio ad pœnam unciarum centum, ſi verò de privato carceris, vel etiam falſitatis ad pœnam quinquaginta unciarum, ſi verò ſint alia delicta, ad pœnam unciarum 25. & obligant ſe, & bona eorum omnia inſolidum, &c. prout poſt infrà in Ritibus executionum commiſſariarum, in quinto Ritu.

S U M M A R E R U M.

1 *Nihil eſt, quod humana ſocietati adeò incommodet, quàm fide in pleriſque hominum infirmitas.*
Hodiè ubique bacchatur perfidia, & vix unus reperitur, qui fidem ſuam diligentiſſimè præſtet.
2 *Eò devenimus, ut ſine ſponſore, ac vade, nemini mortalium credatur, nec ipſe ſponſor promiſſis præſtet.*
3 *Temerarium eſt promittere, quod præſtira non poteſt.*
4 *Solutio Comes eſt fidejuſſionis.*
Parem vim obtinent ea verba, fidejubeas, & ſolvas.
Fidejubens, ex præcepto teſtatoris pro alio, ſolutum non repetit.
5 *Ex contractu fidejuſſionis dilapidantur patrimonia uxor, va et conſtante matrimonio repetere dotem à viro, ſolito fidejubere.*
6 *Theognidis, & Epicharmi dictum recenſetur.*
7 *Valeatnè fidejuſſor ob periculum mercedem recipere.*
8 *Magiſtri Actorum ſupremorum Tribunalium noſtri Regni pro fidejuſſionibus, quas ſuſcipiunt, jure mercedem, quæ ipſis pro arbitrio videtur, recipiunt.*
Ad quæ tenentur ipſi Actuarii ob fidejuſſiones, quas recipiunt, & quam diligentiam adhibere debeant.
9 *Hac tamèn facultate, iidem magiſtri modeſtè utendum eſſe, intelligant.*
10 *An ſatius, & conſultiùs ſit, fidejuſſiones, & ſponſiones è Republica tollere.*
11 *Nihil enim homine dignius, quam alterum beneficio proſequi, fidejubendo ſæpiſæpiùs pecuniæ amittuntur, & amicitia, quæ culpa non rei eſt, ſed hominum, beneficio abutentium.*
12 *Cogitur quis ad fidejubendum pro egeno.*
13 *Fidejubendi multi ſunt præſcripti modi, tùm à jure communi, tùm Rituum diſpoſitione.*
Unus in hoc Ritu præſcribitur, & eſt de præſentando Reum, & ſi, & quotiès ipſe principalis fuerit requiſitus, vel ipſi fidejuſſores fuerint requiſiti.
14 *Citato principali, condemnantur fidejuſſores.*
Quæ ſit differentia inter fidejuſſores Judicii, & contractus.
15 *In fidejuſſore contractus novus exquiritur proceſſus, ut valeat contra ipſum exequi, quod limitatur.*
16 *Fidejuſſor in prima inſtantia datus, an teneatur pro judicato in cauſa appellationis.*
17 *Cautiones de judicio ſiſti, & judicatum ſolvendo, ad quid fuerunt introductæ.*
18 *Fidejuſſor non valet ſe obſtringere, niſi per ſtipulationem, & àn obligetur, ſi patiatur, ſe ſubſcribi in aliqua cauſa.*
19 *Diſpoſitionem hujus Ritus extricant DD. remiſſivè.*
20 *Fidejuſſio non probatur, niſi ſcriptura.*
21 *Quæ requirantur de jure Regni, ut fidejuſſio ſit valida.*

1 NIhil eſt, opinor, quod humanæ ſocietati adeò incommodet, convectumq; diſſolvat, quam fidei in pleriſque hominum infirmitas, atquè in rebus conſtantèr promiſſis, ſumma levitas; atque inconſtantia. Olim Græci tantùm, ac Pæni Proverbiis anſam dare potuerunt: hodiè, ubi Græca, & Punica fides in ſuo Regno non eſt? ubi non bacchatur perfidia? Innumeros reperias, qui auri montes, ut aliquid à te extorqueant, polliceantur, qui verò quàm ſanctiſſimè fidem ſuam obſtrinxere, eam diligentiſſimè præſtet, ſocratica licèt utaris lucerna, vix unum in infinita turba
2 reperias. Eò devenimus (ò tempora! ò more!) ut ſinè ſponſore, àc valdè, nèc tibi credatur ab aliis, nec tu aliis credere quicquam candidè poſſis. Quodquè pejus eſt, nec ipſorum fidejuſſorum fides ità fida eſt, ut ea inniti, ſine metu perfidiæ poſſis. Quod ſi vel nobilitate, vel armis, aùt potentia ſponſor præſtiterit, promiſſis ſe teneri dedecori ſibi eſſe potiùs exiſtimat, quam virtuti.

3 Hinc benè ſcripſit *Joan. Sarisberg. de Nugis Curialium, lib.*3.*cap.*11. *Si promiſſionis implendæ non ſuppetit facultas, temerarium eſt promittere, quod præſtari non poteſt*. Quò conducit *Dionis Pruſici* libellus περὶ ἀπιστίας, in quo multis exemplis probat, nemini mortalium fidem haberi poſſe, proptèr eorum improbitatem, humani ingenii levitatem, ac crebras animorum mutationes.

4 Cæ-

4 Cæterùm, sciant fidejussores, sponsionis Comitem, solutionem esse, quapropter æquipollere,
atque adeò parem vim obtinere ea verba, fidejubeas, & solvas, quod perpendens *Bertaz. in tract.*
clauf. instrum. clauf. 39. num. 19. scripsit, nullam
esse artem, quam addiscere, vel exercere, magis
damnosum sit addiscenti, vel exercenti, quam prò
aliis fidejubere, concinitque *text. in l. tribus, ff.*
de usufruct. ear. rer. solutum non repeti ab hærede,
qui, ex præcepto testatoris pro aliquo fidejubens,
solvit, *Roman. sing. 798. Franc. de Petris fest. v. lect. lib. 2. cap. 6. & Marant. in conf. 39. nu.*
14. & conf. 192. num. 12. astruit ex contractu fi-
5 dejussionis dilapidari patrimonia, valeatque pro-
pterea uxor, constante matrimonio, repetere do-
tem à viro solito fidejubere, *arg. l. 3. §. si filiusfa-*
milias, ff. de peculio, notant *Angel. & Jason. in l.*
in persona 30. §. 1. ff. de pact. Alex. in l. si constante
matrimonio 24. ff. solut. matrim. Magon. dec. Florent 57. num. 57. & decis. Lucens. 9. num. 12. &
decis. 25. num. 48. Marcell. Calà de mod. artic. nu.
152. Viv. dec. 210. Visconti in concl. jur. verb. fi-
dejubere pro alio. Et tandèm notum est *Theognidis*
6 dictum: πίστει χρήματ' ὄλεσσα, ἀπιστίῃ δ' ἐσάωσα: Hoc
est; *fidem habendo, pecunias amisi, diffidendo*
servavi, & *Epicharmi* illud: μέμνασο ἀπιστεῖν: *me-*
mento diffidere, quod *Scaliger* ita reddidit; *Claris-*
sima sententia, confidere paucis, sed clarior est al-
7 *tera, confidere nulli*, ut propterea valeat fidejussor
mercedem recipere ob periculum, Doctores
concludant, ex *text. in l. si remunerandi gratia 6.*
§. Marius, ff. mandati, & l. in hoc jure, §. 1. ff. de
donat. ubi *Bar.* cujus meminit *Avus meus ad Ca-*
pycium decis. 90. sub num. 5. Padill. in l. 2. nu. 26.
C. de rescind. vendit. Covar. var. resol. cap. 2. nu. 6.
Bald. in l. antiquæ, num. 1. Cod. ad Vellejan. Mantic. de tacit. & ambig. par. 1. lib. 6. tit. 6. nu. 6. &
par. 2. lib. 16. tit. 2. Surd. conf. 306. à num. 1. vol. 3.
Ludovis. decis. 76. num. 4. & decis. 161. nu. 1. ubi
Oliverius Beltramin. in add. Frater Angel. de Cla-
vasio in ejus summa angelica, verbo fidejussor, qui
tamèn hoc affirmat esse licitum, ratione periculi
imminentis, non autèm propter actum fidejussio-
nis, *Aretin. de fidejussor. 2. par. princ. sect. 2.*
par. 2.
8 Et jure præterea Actorum Magistri supremorum
Tribunalium nostri Regni pro fidejussionibus,
quas suscipiunt, illam valent tuta conscien-
tia exigere mercedem, quæ ipsis pro arbitrio vi-
debitur, *Dom. Reg. de Marin. lib. 2. quotid. resol.*
cap. 7. cùm in his actibus loco fidejussorum habe-
antur, & si facta obligatorum discussione, illi non
solvendi fuerint, subsidiaria actione conveniun-
tur, ex *prag. 15. de Actuar. Reg. Rovit. decis. 83. D.*
Consil. Staiban. resolut. forens. 113. tom. 2. idem
Dom. Reg. de Marinis lib. 1. cap. 3. Thor. par. 3. sect.
3. compend. decis. verbo, terminus, & in supplem.
compend. decis. verb. Actuarius, ex quibus expe-
rientia docuit, nonnullas domus ipsorum Actua-
riorum, ex causa fidejussionum per eos captarum,
in collapsum ivisse.
9 Modestè tamèn hac facultate Actorum iidem
Magistri sibi utendum esse intelligant, nè, quod
optimè ad fidei datæ stabilimentum excogitatum
est, ipsi pessimo more, in avaritiæ instrumenta,
cupiditatisque convertant, Neque enim pro qua-
libet generatim fidejussione, idem sibi mercedis
exsolvi justè contendant, sed animadvertant opor-
tet, causarum æquitatem, hominum conditionem,
ipsius denique fidejussionis rationem; hisque dili-
gentèr animadversis, id tandèm exigant, non quod
libido, aut sua cupiditas, sed quod ratio, atque
æquitas exigendum suadebit, & an teneantur ad
solvendem usuras, negativè judicatum refert *D.*
Reg. Rovit. conf. 84. tom. 2. quem insequitur *Thor.*
par. 3. compend. decis. verbo Actuarius; si fuerit,
& quam diligentiam debeant adhibere Actuarii, nè
teneantur de suo, videas *rit.* M.C.V. 135. de quo
meminit *Visconti ad Franch. dec. 202. vers. in ead.*
decis. in fin. & quæ super eodem *Ritu* notavi-
mus.
Hæcquè damna perpendens *Conradus Pellica-*
nus Rubeaquensis, Theologus Tigurinus ad 6. cap.
10 *proverb. Salomon.* audactèr sustinet, satiùs, &
consultiùs fore fidejussiones, & sponsiones, è Re-
publica, & Vita communi prorsùs tollere, pro-
scribere, & extermi nare, adversùs cujus sensum
insurgunt *Petrus Augustinus Morla in emporio Ju-*
ris par. 1. tit. 8. qu. 25. num. 34. Valentinus Fran-
cus in prolegomenis tractatus de fidejussor. à nu. 11.
Antonius Heuring. eod. tract. de fidejussor. cap. 1.
num. 17. & 18. astruentes, fidejussionis actum ad
commerciorum usum conservandum, utilem, &
necessarium, vetustum, pium, honestum, & cum
summa humanitate conjunctum esse, id quod præ-
cæteris docet exemplum *Damonis, & Eucriti*, quo-
rum, ille pro *Pythia*. hic pro *Evepheno*, ad mor-
tem damnatis, apud *Dionysium Siracusanum* Si-
ciliæ Regem, mortis sponsores se constituerunt;
eorumquè in liberandis sponsoribus fides, ut mi-
raculum prædicatur à *Valerio Maximo lib. 4. me-*
morab. factor. & dictor. cap. 7. Cic. lib. 3. offic. &
lib. 5. Tuscul. quæst. & à Theodor. Zuvingero in
theatro vitæ humanæ, vol. 18. lib. 2. pag. mihi
3315.
Quod si, & vitam ipsam, qua nihil carius esse
potest, qui tamèn, pro sociorum vita, ultrò spo-
ponderint, reperti sunt; quantò faciliùs pecunia-
rum fidejussores rogatos, obæratis amicis præsto
esse fas erit? Nihill enim homine dignius, nihil
11 laudabilius, quam alterum beneficio prosequi,
l. servus ea lege, ff. de serv. asportan.
Illud tamen non negaverim; sæpèsæpiùs, fide-
jubendo, & pecunias amitti, & amicitias, quæ
culpa, non rei est, sed hominum beneficio abu-
tentium, opus propterea aliquod non ex se, sed
ex causa, crimen fit, & rei alicujus abusus, ejus
substantiam non tollit. Hinc triticum, oleraque
innoxia non aspernamur, quod inter ea, lolium,
aliæque noxiæ, & venenatæ herbæ sæpissimè pul-
lulent. Et Nilum inundatione sua Ægypto fru-
giferum, non calumniamur, quòd Crocodillum,
& Aspides secum ferat.
12 Cogitur insupèr quis ad fidejubendum proxeno,
etiam sub præcepto peccati, ut voluit *Lu-*
cas in l. 2. in fin. C. quo quis ord. conven. lib. 11. de
Petris add. loc. n. 5.
13 Fidejubendi propterea multi sunt prescripti
modi, tùm à jure communi, tùm Rituum san-
ctione, & potissimùm unus in hoc ritu rescribitur,
cum *Ritus 164. & 165.* præscripserint alium, & in
unoquoque eorum, citato tantùm principali, con-
demna-

demnari poſſunt fidejuſſores,non requiſiti , ut ex lectura eorumdem *rituum* conſtat apertè,& videre liceret apud *Marant.par.6. membro* 8.*ſub num.* 5.*& Marant.par.6.membro* 8.*ſub num* 5. *& Muſcat.*fuſiùs tractantem,*in prax.fidejuſſor.mod.1.à n.* 1.modus itaquè , ſivè forma fidejubendi conſtituta in hoc *ritu* , eſt de præſentando Reum , ſi , & quotiès ipſe principalis fuerit requiſitus , vel ipſi fidejuſſores fuerint requiſiti.

14 Quamobrèm citato principali , condemnabuntur fidejuſſores ob dictionem , *vel* in ipſa fidejuſſione poſitam; quæ cum ſit alternativa , erit ſatis, ſi in una tantummodo parte adimpleatur, & conſequutivè principalis dumtaxat vocetur.Hæc ſubſiſtunt, ubicunq; condemnandi ſunt fidejuſſores nam ſi de exequutione judicati ageretur, tũc quia fidejuſſores ſunt Iudicii , in eos exequi , quicquid fuerit pronunciatũ adversùs principaliē,illis incitatis, non dubitatur,eò quia confinguntur una cum principali condemnato , juxtà deciſionem *Coccini*, quam reſcribit *Farinac.*eiq;*deciſ.*70. *nu.*10.*par.2. tom.*1.*Vibelmus Radolantius deciſ. Poſthum. Cur. Provinc.Trajectina* 22 *Vand.lib.*1.*q.*36. *Caſtill.Sot. Major.par.*4.*contrav.cap.*14.*lo.à Sande deciſ.Friſic. lib.*3.*tit.*16.*defin.*3.tradens , fidejuſſorem pro judicato ſolvendo datum, non teneri , ſi principalis in una inſtantia , ob actionem ineptè propoſitam, fuerit abſolutus, licèt poſtea, mutato actionis genere, idem Reus in alia inſtantia fuerit condemnatus, fretus authoritate *Thomæ Harbai rer. quotid.c.*4.Hancq;vigere, inter ipſos Judicii , & alios contractus fidejuſſores diſtantiam , demonſtrant *Epiſc.Campan.ſuper Rit.Cur. Archiep.*4. *nu.*16. cujus meminit *Viſcont.ad Franch.deciſ.*400.*nu.*1.*& Avus meus ad Capyc. deciſ.*91. *num.* 1. & tradunt *Viv.deciſ.*210.*nu.*2.*Flam.Chartar. deciſ.*119. *Ludov.de Peguer.deciſ.Cathalon.*197. *nu.*3. *Guid.Pap. deciſ.Delphin.*26. *num.*1. *Reg. Capyc. Latro deciſ.* 102.*num.*52 *&* 55.*Borrell.in ſumm.dec.par.*2. *tit.* 32.*nu.*159.declarans, non procedere , mutatis perſonis litigantibus , vel fidejuſſoribus , quia tùnc in exequutione ſummaria præcedere debet cauſæ cognitio, ex *Afflict.deciſ.*326.*Boer. deciſ.*10. *nu.*2. *&* 3.& è contrà, fidejuſſor, eadem ratione,ſolvendo, paratam habet executionem contra principalem , abſque novo proceſſu , & ordine Judiciali, *Hippoll.de Marſil.de fidejuſſ.num.*362. *Capyc. Latr. add.deciſ.*102.*num.*54.

15 In fidejuſſore verò contractus, quod novus exquiratur proceſſus , ut valeat contra ipſum exequi,ſcripſere *Decius conſ.*400.*Stephan. Ranchin.ad Guid.Pap.add.deciſ.*26.*Natta conſ.*345.*n.*1.verùm, quod ſententia noceat quoquè fidejuſſori contractus non citato, ſi obligatus ille ſit ex inſtrumento executionem habente paratam , vel continente pacta executiva , *Coſta de portion.rat. q.*222. *nu.*7. *Aret.de fidejuſſ.*2.*par.ſect.*3. *cap.*34. *nu.*7. *Graz. ad deciſ.*30.*num.*33.*R.Capyc.Latro.*

16 An autèm fidejuſſor in prima inſtantia datus,teneatur pro judicato in cauſa appellationis , inquiſiit *Cancer.par.*2.*var.reſo.cap.*5.*à n.*91.*Charonda in memorab.verbo,Fidejuſſor, Chriſtin.vol.*2.*deciſ.*145. *Alex.Trentacinq.reſol.*3.*num.*7. *lib.*2. *Fachin.lib.*8. *controv.cap.*57. *Theſaur. deciſ.* 202. *Franch. deciſ.* 320. *num.* 7. quidvè ſi diverſa ſint Tribunalia, idem *De Franch.deciſ.*601. *num.*8. *Gizzarell.deciſ.* 14.*Cancer.var.reſol. par.*3. *c.*12. & perbellè extricant *Fontanell.deciſ.Senat.Cathalon.*238. *Molfeſ.ad Conſuetud.Neapol.par.*4.*in add.ad q.*63.*nu.*2. *Franciſc.Anton.Coſta conſ* 20.*Thor.in ſupplem.compend. deciſ.verbo , fidejuſſor , qui fuit datus , Prat. ad Muſcat.modo* 13.

Cautiones verò de judicio ſiſti , & judicatum
17 ſolvendo , ad quid fuerint introductæ , ind cant
*Lelius Zanch.de privileg.Eccleſ.perſon. num.*18.*de
Angel. ad Gizzarel. deciſ.*82. & quæ ſit inter ipſas
differentia, oſtendunt *Ricc.collect.*2254.*par.*7. *No-
var.q.forenſ.*12.*lib.*1.*Gizzarel.add.deciſ.*82.memor
noſtri *Carav.ad Afflict.dec.*170.*in princ.*

Qtod verò fidejuſſor jure communi non valeat
18 ſe obſtringere, niſi per ſtipulationem ad *Text.in
l.blanditus, C.de fidejuſſor.*ſcribunt *Afflict.deciſ.*39.
& ibi *Urſill.Duen.reg.*332.*Grammat.conſ.civ.l.*63.
*num.*23.*Ricc.collect.*1702. (*& Carav. in hoc ritu*
affirmantem , fidejuſſorem in Judicio , qui patitur
ſe ſubſcribi in aliqua cauſa , de Jure communi validè obſtringi,quia patientia in Judicio ſtipulationis vim habet, inſequitur *Thor. in Cod. rer. judic. civil.caſ.*60.*n.*176.) etiam ſi in contenti poſt contractum fidejuſſor abſque ſtipulatioue accedat, tale enim pactum non veſtitur cohærentia contractus, *Gayll.pract.obſev.lib.*1. *obſerv.* 101. *nu.*10. *Marant.in ſingul.verbo, Pactum.*

19 Diſpoſitionem autèm hujus *ritus* , extricat *Foller.*quoq;*in prax.crimin.rub.de fidejuſſor.in fragm. num.*248.prætèr *Muſcat.in add.prax.fidejuſſor.modo* 1.*num.*6.*modo* 6.*num.*4.*& modo* 11. *num.*8. *& par.*2.*qu.*5.*num.*11.

20 Et tandèm annoto , dictum *Annæ in ſing.* 212. fidejuſſionem , non probari, niſi ſcriptura, improbari à *Viſcont.in concluſ.jur.verbo, Fidejuſſio* quiq; tradit, fidejuſſionem præſtitam voce , ſeù oretenus, duobus tantùm menſibus perdurare , in ſcriptis verò perpetuò, ex *l.penult.C.de fidejuſſor.Virgil.de legit.perſon.cap.*30.*num.*14.*Giurb.obſerv.* 99. *nu.*5.*Baron.in racemation.ad* 3.*lib.de citat. nu.*66. *& Bajard.ad Clar.q.*95.*nu.*3.poſt *Afflict. in conſtit. ſi vaſſallus, n.*14.ſubnectentem , graviùs mulctari tranſgredientem Judicis præceptum in ſcriptis factum, quam voce.

21 Quæ verò requirantur, ut fidejuſsio pœnès acta ſit valida , & àn duorum teſtium ſubſcriptio exquiratur, attenta diſpoſitione *pragm.*16.*de Actua.* latè extricavi de obligatione pœnès acta , verba faciens , in *Rit.*128. *à nu.*7. quibus addo *Thor. in compend.deciſ.part.*3.*ſect.*2.*verbo , Obligatio ſtipulata pœnes acta*, ſubnectentem, quid dicendum, ſi obligatio eſſet ſtipulata pœnès acta , & teſtes non fuiſſent ſubſcripti , ſed tantùm annotati per Actuarium.

R I T U S CLX.

ITèm , quod nullus recipiatur fidejuſſor de Capuana nobilis , nec nobilis de Nido , maximè milites , & alii potentiores Curiales , vel alii , ſed habiles ad conveniendum , & faciendum executiones contra eos verùm unus nobilis de Nido , vel de Capuana recipitur pro alio nobilii.

SUM-

SUMMA RERUM.

1 *Quæ sit causa interdicendi in hoc Ritu, Nobiles Capuanæ, & Nidi recipi in fidejussores.*
2 *Omnium Sedilium una est nobilitas.*
3 *Modus recensetur, quo Electi Neapolis sedent, incedunt, subscribunt, aùt loquuntur.*
4 *Theatri insupèr constructio ob processionem, & solemnitatem Gloriosi Martyris, & Patroni hujus Civitatis Sancti Januarii, ejusquè miraculi fit mentio, cum ejus sanguis in conspectu capitis ponitur.*
5 *Syndici quoquè Neapolitani deputatio refertur modus, & causa.*
6 *Temporum malignitate, ac rerum vertigine depressas pluriès Nidi, & Capuanæ familias, trium verò reliquorum ad æthera nonnunquàm evectas legimus.*
Hujus ritus dispositio hodiè non servatur.
7 *Inter plures sedilium nobiles considerari potest, prioritas, & majoritas, quamvis ipsorum sedilium, una sit, eademquè nobilitas.*
8 *Aelii Marchesii, & P. Caroli Borrelli fit mentio, & num ipse Borrellus laudibus sit celebrandus, dùm Aelii manuscripta jam diù putrida in lucem edidit.*
9 *In hanc Urbem ex multis antiquissimis, & insignibus totius Regni, complures advenerunt familiæ, nulli plateæ adscriptæ.*
10 *Nobiles, & Barones in Civitate inhabitantes gravantur; dùm nullo regiminum munere inaugantur.*
11 *Ipsos nobiles ad Civitatis honores admitti, fuit supplicatum.*
In spem adducitur Auctor fore, ut invictissimus Rex noster, justissimam hanc petitionem adimpleat.
12 *Adversùs Neapolitanos, Gallus quidam nimiùm Gallis favens nonnulla exaravit, sed idem adducitur pro illorum defensione.*
13 *Civitas hæc, cum duobus constet ordinibus altero nobilium, plebejorum, altero, cur non æqualitèr regimen regant, sed nobilium sedilia quinque eligant decuriones, plebs verò solùm tribunum plebis, inquiritur.*
14 *Benignè cum plebe Neapolitana actum esse, ostenditur, cui ut suum haberet Tribunum concessum est.*
15 *Nobiles ad dignitates, & officia promovendi sunt & quare.*
16 *Nobilitas, quid sit.*
17 *Eam generatim sumptam triplici ex fonte manare, ostenditur.*
Quanto tempore, & quibus actibus illa acquiratur, & an per ingressum religionis amittatur.
18 *Pendente lite ab aliquo intentata contra Civitatem super quasi possessione nobilitatis, an valeat interim ille se excusare à muneribus, quæ popularibus injunguntur, & auctoris responsio adducitur.*
19 *Uter præferatur virtute, an stirpe nobilis.*
Nobiliores sunt qui sua virtute nobilitatem acquisiverunt, quam qui per manus ab antecessoribus habuerunt.
20 *Nobiles multis prærogativis perfruuntur, quæ ignobilibus denegantur.*
In pœnis nempè inferendis, quo casu an nobilitas filii prosit patri, & fratris fratri, necnon matris filio.
21 *Nobiles separatim carcerati permanent, literæ executoriales contra ipsos expeditæ ante subscriptionem, ostenduntur, contra nobiles suspectos de fuga mandatum capturæ non relaxatur.*
Illi absq; ignominia cedunt bonis, & sub sequestro deductis eorum bonis, alimenta reservantur.
22 *Fidejussor dandus est, qui solvendo sit, & facilè conveniendus.*
23 *Idonei fidejussores non sunt milites, & potentes. Nec Curiales, Clerici, Monachi.*
24 *Curiales quibus gaudeant privilegiis, & qui dicantur.*
Fiscus non dicitur idoneus fidejussor.
25 *Conjuncta persona debitoris, vel inquisiti, etiam non habilis recipitur.*
Quod ad validè Amicum protenditur, Amicitia Consanguinitati æquipatur.
26. *De habilitate, & idoneitate fidejussorum, remissivè.*
27 *Pactum, quod recenset Carav. num. 2. condemnatorum ordine Exc. Ducis de Alcalà fuit ab omnibus improbatum.*
28 *Alii, non Duci de Alcalà sed Exc. D. Petro de Toledo illud adscribunt.*

1 CAusam, cùr hoc in *ritu*, Nobiles Capuanæ, & Nidi, in fidejussorum numerum recipi prohibeantur, neminem adhùc reperimus, eam esse existimantes; quod proptèr suprà cœteros cœterorum sedelium, nobilitatem, ii difficilius in judicium conveniri posse videantur, sed potiùs legislatricis ipsius Reginæ Joannæ propensiori in eos voluntati, ac benevolentiæ, aliis in locis haud, obscuræ demonstratæ, tribuendam multi censuerunt; Cum alioquin, si rei veritatem per-
2 scrutari velimus, siquè Historicos, hujus potissimum Regni perlegere, non tantùm inter ea omnia sedilia nullum extare discrimen, unamquè & eam parem esse omnium nobilitatem conspiciemus (quod *Surgens*, præsertim significat in *tract. de Neapol. illustr. cap. 12. num. 61.*) Verùm eorumdem sedilium nullum se alteri nobilitatem anteferri posse, aùt præstabiliùs esse, affirmabimus, speciatimquè asserit *Anton. Termin. in sua apologia trium sedilium, in proœmio*; quod insupèr continuo more constare non ignoramus, prælertim cum Decuriones, (vulgò Electi Civitatis appellati,) publicis in actionibus incedunt
3 aùt privatis decurionatum exercent; quot enim sunt sedilia (prætèr illud montaneæ) tot decuriones, singula singulos in anno præponentia, montaneæ verò duos, ad illud enim nobiles sedilis forcellæ se receperunt, perpetuumq; fœdus junxerunt; Hi tamèn omnes decuriones nulla inter eos considerata præcedentia, nulla prorsùs perpensa prærogativa incedunt, sedent, aùt subscribunt; quin, & aliquo in emergenti Excellentissimum Proregem, aùt alium quempiam alloqui cum eos oportet, loquendi munus in girum pertinet, cumquè ad eorum Prætorium in Divi Laurentii Monasterio existens conveniunt, qui primus advenit, prælidet, aliiquè de inceps se-
riatim

tatim accedentes sedent; & qui aliis prævenerit, tintinabulum ante habet. Quod si eadem sedilia ob alia obeunda munera (quorum pertractatio ipsorum non est decurionum) viros deputare contingerit, qui eosdemmet Proreges, aut alios Principes orent, cumquè illis negotia peragant, iidem deputati ex se ipsis unum, quem malverint seligunt, qui, & rem proponat, & sermonem instituat, cæteris deindè prosequentibus.

4 In publicis insupèr processionibus, in illa præsertim sanguinis Gloriosi Martyris Januarii (quæ fieri in Sabbato viciniori Dominicæ primæ Maii consuescit, per girum theatrum Regio constituitur ornatu in eo sedili, ubi festum celebratur, cujus diei mane sollemnitèr Sancti Martyris caput illùc vehitur, sollemniùs autem vespere ejus sanguis, qui in ampulla vitrea concretus, asservatur, cumquè in conspectu capitis ponitur, admirandum in modum collique fieri, & ebullire, perindè atque recens effusus ad hæc usquè tempora cernitur, pluresque commemorant Auctores, maximè *Summontius* Historicus Neapolitanus, *lib.1.fol.356.p.1.*

5 Demùm quavis in actione publica equitatus, quam, vel dolor, vel gratulatio, vel Principis ingressus suadet, vel publicorum causa Comitiorū propter congiarium, aliudue simile, in quo corpus interveniat Civitatis, ejusquè decuriones, Civitatem ipsam sollemnitèr repræsentantes, Syndicus itidem per circulum creatur, qui in equitatu ipso Proreg's sinistram petat; Omni itaquè inter eos nobiles parvipensa adhùc imaginaria præcedentia, adinvicem conservari, resquè communes gerere animadvertimus, & si antiquorum monumenta perquiramus, temporum, ac fortunæ vicissitudines eorumdem omnium sedilium proceres fluctuasse conspiciemus.

6 Verumtamèn, quæ ex alio in aliud vicissitudo, atquè mutatio fuerit, quæ mutuari ab aliquo, & ei vicissim reddere aliud quodpiam potuerit agnoscemus, quin, & illud citrà dubium fatebimur, temporum malignitate, ac rerum vertigine depressas pluriès Nidi, & Capuanæ familias, trium verò reliquorum ad æthera nonnunquam evectas; ut illorum vir's fortunatiores alii Nidi, & Capuanæ, non fuerint; si idemmet *Terminius* vera ex regest's Regiis depromsisse testatur, ut proptereà non abre nostri *ritùs* observantiam abolevisse, hisquè temporibus, non secùs, ac reliquorum trium sedilium, eosdem Capuanæ, & Nidi nobiles recipi in fidejussores videamus, testaturq; prætereà *Muscat.* st us scriba *Ritus* explanans, *in sua praxi civil par.3.glos expensis num.42.* & advertunt *Reg.Tap.de jur.Regn. tit.de fidejussor.sup. hoc rit.Franc. Rumm.ad Afflict.de jur. prothom. in § prohibetur, num. 20. pag. 201.* Caravit. & *Ritu* memor, *Visill.ad Afflict.dec.88. num.1. Thor.p.3. compend.decissecti.1.verbo fidejussor. promittitus,* quem *Ritum* exornat *Episcop. Ricc. collect. par.3* complures, quæ de sedilium nobilibus manarunt decisiones, coacervans.

Hæc militarent, si de præcedentia quæri posset inter sedilia longævus enim usus illam explodit *Surgens ibidem cap.ult.* non negàrim tamèn inter plures nobiles considerari posse prioritatem, ut scilicèt quis sit altero nobilior id tamèn procedit respectu singularum personarum quo casu confusis sedilibus, prioritas gradus considerabitur, etsi enim aliquis, exempli gratia, è regione Capuana plures alios ex aliis Regionibus præcedat nobilitate potest tamen superari ab alio, & sic deinceps, quotiescunque autèm collegialiter nobilitas consideratur, ut diximus, una est, eademquè nobilitas, licèt per quarteria divisa; commoditatis gratia, *surgent cap.12.* aliàs se ipsam superaret.

Fortasè, hactenùs memoratis, nonnulla quo-
8 què è libello, qui manuscriptus circumferebatur, cujusdam nescio cujus *Francisci Aelii Marchesii, in Evagatione hujus Ritus in vetustis, sub num. 158.subq; tit.de fidejussor.* decerpta, addidissem; nisi *P.Carolus Borellus* vir elegans, & doctus opere suo edito, cui titulus *Vindex Neapolitanæ Nobilitatis, Animadversio in Francisci Aelii Marchesii librum Neapoli 1653.* Et iterùm Romæ Italicè impresso, sub nomine *D.Berardini Ughelli*, illius Auctoris verbis ad censuram revocatis, fol. 105. hac me sarcina liberasset. Ab eo (Lector) homine, & litteris ornatissimo, & in familiarum hujus Vrbis nobilium vetustate indaganda accuratissimo, malim ea, quam à me petas. Quamùis non sint, quibus, contemnendum potiùs Auctorem illum fuisse, suisquè in tenebris sepultum relinquendum, quàm tanti à *Borrello* faciendum, in quem doctissimum stylum suum exerceret; & cadaver illius, hoc est librum ipsum, jamdiù putridum ad publicam lucem revocaret, videatur.

9 Prætereà, neminem latet in hanc Urbem ex multis antiquissimis, & conspicuis totius Regni complures advenisse nobilissimas familias, nulli è procerum sedilibus, vel plateis adscriptas, quæ tamèn, qua dominio in subditos, qua antiquitatis, insignibus præclarissimæ sint, omnibus est notum & indiscriminatim cum qualibet platearum fami-
10 lia conjugiis constringuntur, Nobiles tamèn istos extraneos, & Barones gravari quodammodò dixerim, dum in eadem Civitate inhabitantes, quæ per nobiles, & plebejos regitur, nullo regiminum munere inaugurantur, etenim qui alicui è sedilibus conscriptus est, magistratu condecoratur, & ad regimen Urbis assumitur, ad tradita per *Dom.Reg.Capyc.Latro consult.128.num.4.lib.1 & D.Reg.de Marin.ad Revert.dec.428.sub num.1.* Nobiles autèm extra sedilia onera subeunt, nullaque afficiuntur, vel honoris nota, vel prærogativa, & quod pejus est, minoris conditionis sunt, quam ignobiles ipsi, atque plebei, qui statim ac habitaverint in hac urbe, in publicis comitiis, atque functionibus conveniunt, & suffragiis afficiuntur, quamobrem abolendus est abusus iste, & illustres adeò, nobilesque familias, licèt extraneas, platearum honoribus decorandas esse censeo. Interest multùm namquè Reipublicæ ordinem habere plenum, præclarosque in numeto copioso habere patritios, *text.in l.generaliter,§.1.ff. de decurion.* concinitque *Text.in § si qua verò, auth. de defens.Civitat.ibi. Convenit enim unumquemque nobilem semper sanctiorem agere Civitatem, quas inhabitat, & hanc eis conferre habitationis repensationem. Bald.in l.si non speciall, num.6. C.de test.m.Consf.Theodor.alleg.79.num.10.* & quod extrà sedilia sint nobilissimi viri recordatus *Cirus Ma-*

strill.

ftrill. inter Con ſ. Ann. jun. conſ. 136. Hinc cauſæ ſedilium ſunt modici præjudicii, *De Franch. dec.* 357. *Ann. cònſ.* 80 *conclnſ.* 12. *num.* 30. *conſ.* 110. *num.* 42. & tamèn cauſa nobilitatis, cauſa ſtatus dicitur, & res ardua, ac maximi præjudicii, quin per deſcriptionem in ſedilibus nobilitas non confertur, ſed benè per talem deſcriptionem probatur nobilitas, eum non ſoleat, niſi nobilium illa fieri, ſi enim faterenur per deſcriptionem in quarterio ſtatim nobilitatem oriri, nobilitas in ictu oculi, ſolaque in cogitatione naſceretur, quod eſt impoſſibile, *leg. ſtigmata ff. de gradib. Hieronym. de Roſis* apud *Viv. deciſ.* 225. *num.* 8. *Tyraquell. de nobilitat. cap.* 19. hoc quoque argumento utitur *Pariſ. de reintegr. feud. verſ. fuit alias, fol.* 31. *à terg.* dùm in ſimili aſtruit, feudum nouum non nobilitare. Vndè cum prædicti nobiles extrà ſedilia in hac ciuitate diù inhabitantes ſint de illius corpore, de neceſſitate ſunt de ipſius Collegio, *Innoc. in c. dilecta, de exceſſ. prel. Bar. in l.* 1. *num.* 48. *de Colleg. illic.* & vocari debent ad tractandum ea, quæ ſpectant ad ipſam Vniuerſitatem, *tot. tit. ff. de muner. & honor.* Vniverſitas enim nihil aliud eſt, niſi ſinguli homines, qui ibi ſunt, *l. ſicut, §* 1. *ubi Gloſ. verbo, non debetur, ff. quod cujuſqu. Univer. nomin.* quam vocem cum cæteris nobilibus præſtare debent, alias ipſorum nobilitas denigraretur, & de nobilibus efficerentur ignobiles, & punirentur abſque culpa, contra *tex. in cap. Ioannes, de homic.* & Barones, qui habent locum ad latus Regis, ſimùl cum vaſſallis ſederent, & ſuffragia ferrent, quod eſt abſurdum, ad *text. in l. fin. C. qui militar. poſſ. lib.* 12. ipſos propterea nobiles dulciſſima patria uti veros ejus Cives tractare debet; & tradita per *Bar. conſ.* 62. & uti filios eos diligere, *Archidiac. in c. fortitudo* 23 *q.* 3. & confert illud Oratoris Domitii *Cum ego te habeam, ut Principem cur tu me non habes, ut Senatorem, cap. eſto* 95. *dict. c.* 1. *de fore fidel. Afflict. dec.* 265. & firmat *Conſil. Theod. alleg.* 90.

11 Ideoquè anno 1558. æquiſſimo Jure id ab Hiſpanarum inviċtiſſimo Rege depræcarentur illuſtres viri, clariſſimiquè proceres, ac Regni Barones, Hectorem de Aquino, ex Aquini Comitibus, legatum miſere, quiquè, ut huiuſcè Civitatis honores, & munera ſubire poſſunt publicis inſcriptionibus impetraret, ut liquet ex documento exarato manu Notarii Fabii Montorii anno jam dicto die 27. Octobris, in quo *Donatus Antonius Petra* meus enteceſſor interfuit, de quibus meminit *Franc. de Petris Conſ.* 63. & poſt ipſum *Règ. Capyc. Latr. conſult.* 138. *num.* 1. *&* 5. *tom.* 2. In ſpem tamèn adducor fore aliquando, ut Rex noſter piiſſimus (cui Deus fortunet vitam) vota hæc omnium, & juſtiſſimas petitiones adimpleat; id enìm, & naturæ jus, & civilis ratio, & dignitas, Reipublicæ atque utilitas, antiquiſſima quoquè ejuſdem Vrbis conſuetudo expoſtular, ut eſt videre ex compluribus diplomatis depromptis ex Archivio Syclæ, relatis per *Summont. lib.* 1. *cap.* 8.

Quin, nobiles ipſi, in re tanti momenti, ubi de honore, dignitate, æſtimatione, quæ eis vita carior, eſt, agitur, ad conſtantiſſimum, & juſtiſſimum hujus Regni Proregem recurrunt, ut pro ſua ſingulari prudentia, ac ſummo Judicio, cognita Iuſtitia cauſæ, ita ſe benignum, & facilem præbeat, ut intelligant opera, & humanitate ſua factum eſſe, ut religioſiſſimus, & clemantiſſimus Rex noſter, favoribus, & gratiis eos proſequatur, ità enim de ipſius Excellentiſſimi Principis incredibili fide, & conſtantia, & de Regia liberalitate ſibi pollicentur, quod ipſum libentèr eſſe facturum confidunt, ſi nihil, aùt maius, aùt præſtabiliùs, neque ab eo proficiſci, neque ab illis quicquam gratiùs, aùt optabiliùs accipi poſſe ſibi perſuaſerit; hoc ſanè immortale beneficium munificentiæ ipſius acceptum referent, & nomini ejus ſe, libellos, & poſteros omnès obnoxios eſſe, & perpetuò debere recognoſcent.

Adversùs tamèn Neapolitanos, Gallus qui-
12 dam, vir eruditus, ſed nimiùm Gallis favens, hæc exaravit: *Neapolitani, qui præ cæteris nobilitatem præſeferre videntur, eam in deſidia, ac ignavia conſtituere videntur; Nulli etenim prætorquam inerti, & inexperto ocio intenti, ſedendo, atquè oſcitando ex ſuis poſſeſſionibus vitam degunt; Nefas eſt (ut opinantur) nobili rei ruſticæ, aùt ſuis rationibus cognoſcendis operam dare, ſedentes in atriis, in hem cyclis, aùt in equitando priſcis domibus orti ſe nobiles profitentur.* Hæc illo. Nempè, *Caſſan. in Cathal. Glor. Mundi, par.* 8. *conſid.* 49. cujus verba, ipſo tacito, reſcribit *Jo. Arce ab Otalora, de nobilitat. Hiſpanic. part.* 5. *princip. cap.* 2. *num.* 4. ſed eundem *Caſſan.* audiamus *par.* 12. *conſid.* 49. pro Neapolitanorum defenſione, *Viro nobili quemadmodum negotii, ſic, & otii rationem extare oportet, & ſapientem decet in ſcientiæ, & prudentia exercitatione, quietem, & otium ponere, & nemo bonus negotium quærit, nemo improbus in otio fructuoſo conquieſcit.* Deniquè, cum duplex ſit otium, laudatum, & illaudatum, ut amplè ſcribit *Lucas de Pen. in l.* 1. *&* 2. *C. de excuſat. artif. lib.* 10. *Jo. de Monthel. in ſuo Promptuario Juris, verbo, Otium,* laudatum proprium eſt Neapolitanorum. Videas *Tiraq. de nobilit. cap.* 2. *num.* 61. *Capac. hiſtor. Neap. lib.* 1. *cap.* 4. *Gregor. lib.* 39. *ſyntagm. cap.* 6. *Pontan. Briſſon. ſelect. antiq. lib.* 2. *cap.* 13.

13 Dubitari quoquè non inſulsè, poteſt, cum Civitas iſthæc duobus conſtet ordinibus, altero nobilium, popularium altero, ſcilicèt, Civilium, & plebejorum, cur non æqualitèr regimen regant, ſiquidem quinquè Nobilium Sedilia, quinque eligunt decuriones, totidèm ſuffragia præſtantes; Populus verò ſolum tribunum. Dicunt enim nonnulli, quod aut populus ipſe quoquè ſe in regiones dividat, & quinque Tribunos eligat, Principis tamèn interveniente indulgentia, ſine qua Civitas dividi non poteſt per quarteria, *Jaſon in l. debitorem, §. pactionibus, C. de pactis, Surg. de Neap. Illuſtr. cap.* 12. *num.* 59. aùt (Principe non indulgente) nobiles decuriones unicum tantùm ſuffragium, ad inſtar Tribuni populi præſtent, licèt enim Civitate diviſa per quarteria, quodlibet quarterium dicatur una Civitas, *l.* 3. *ff. de offic. aſſeſſor. Bart. in l. omnes populi, num.* 3. *ff. de juſtit. & jur. & in l.* 1. *C. ubi decurio, & cohort. Aretin. conſ.* 29. *col.* 1. *Anchar. conſ.* 414. *Franc. Maria Prat. lib.* 1. *diſcept. forenſ. cap.* 50. *num.* 23.

Ann.

Ann. singul. 83. *Civitas*, *Surg. d. cap.* 12. *num.* 60. *Fabius de Anna cons.* 118. & 183. adhùc tamen una, eademq; est nobilitas, atq; Civitas, *Surg. cap.* 1. *num.* 61. sic divisa pro præsidio, & defensione Civitatis, confutata opinione illorum, qui animo imperandi, divisionem nobilium factam, ajunt, ut per *Surg. ibid. num.* 66. exemplo Collegii, quod unum censetur, quamùis diversæ sint sectæ Collegiatorum, *Bart. in l. fin. ff. de colleg. illic.* & tutelæ, quæ à pluribus administrata, una est, *l. tres tutores*, *ff. de administr. tutor. Prato loco cit. n.* 27.

14 Alii verò dicunt, plebi Jus resistere à quo urbis regimen in nobiles est tantùm collatum, *§. 1. Auth. de defens. Civit. Andr. in c. 1. de pac. juram. firm. Capyc. in invest. feudal. in verbo*, *Civitatem Tarenti*, *vers. Civitatis regimen*, *Mut. Surg. in add. ad fratrem*, *de Neap. illustr. fol. mihi* 411. *Bovadil. lib.* 1. *polit. cap.* 4. *num.* 14. ad instar Romanæ Reipublicæ, quæ in plures Tribus divisa erat ferendorum causa suffragiorum, & omnes ex antiquissimis, & nobilissimis familiis constabant, plebe seclusa, *Laz. de Rep. Rom. lib.* 3. *cap.* 10, Quin, & illi nulla olim dabatur in Gallia authoritas, test. *Guliel. de Benedic. in repet. cap. Rainutius de testam. verbo*, *Et uxor. nomine*, *Adelas. par.* 1. *num.* 402. Et originem tribuni plebis, ut plebs quoquè suffragia in Civitatis regimine haberet, enarrat *Lucanus Albinus in sua Histor. de bello Gallico*, *fol. mihi* 139.

15 Id quod procedit in plebe infima, non verò in Civibus honestate, virtute, morum candoribus, ac divitiis prædiis, quorum magna copia est in hac Civitate, adeoùt nedùm apud Romanos, teste *Ful. Vri. de Famil. Roman.* Sed, & in hac Urbe eos armis, literisq; provectos ad Civitatis honores, & ad supremos justitiæ Magistratus, legimus, & perspicimus, quin, & ad Pontificatus summum fastigium (ut fuerunt Bonifacius V. & Urbanus VI. teste *Baron. tom.* 8.) Cardinalatus, aliasq; Purpuras, & dignitates, quos refert *D. Camil. Tutinus dell'Origine*, & *Fundatione delli Seggi di Napoli*, potissimùm *cap.* 17. *fol.* 183. ità ut hujus Populi Tribunus, Græcè dictus Demarchus, idest, Defensor, in magna semper apud Magnates, Proceres, & Patricios fuerit, atq; existit æstimatione feudisque, àc dignitatum titulis decoratur, eodem *Tutin.* teste *cap.* 21.

16 Meritò igitur Princeps, àc rerum publicarum summi Moderatores, non plebejo, ac sordido, sed claro sanguine, generosoquè prognatos ad magistratus, & officia publica promoveant. Nam ut negari non potest, multos aliquando fuisse, qui ex humiliori genere evecti, non humilitèr in dignitate se gesserint, ità fateri necesse est non semper id fieri, solere. Si quis tamèn singulari prudentia, & consilio, si quis, non vulgari doctrina, ac virtutum laude ornatus, vulgares natales fortitus sit, haùd ille, è nobilium numero eximendus. Nam quemadmodum contrariis artibus, atq; actibus nobilitas ipsa corrumpitur, atque deperditur: nèc rapaces, superbos, ganeones, aliisquè hujusmodi vitiis inquinatos, licet nobili genere natos, aliquis nobiles dixerit, *Bal. in l. per adoptationem*, *ff. de adoptionibus*, *Afflict. in Const. Regni Magistri Camerarii*, *Cassan. in Cathal. p.* 8. *consid.* 47. & *Lucas in l. militaribus*, *in princ. C. de decur. lib.* 10. cujus meminit *Caravit. nu.* 2. quem laudat *Rumm. add. loco*, *num.* 19. *Lndov. Barbo. de concor. frater. cap.* 24. *Marcus Trat. Montalba in tract. de abilitate*, *lib.* 1. & *Thor. par.* 1. *compend. decis. verbo*, *Restitutio*, *pag.* 442. Ità nobilitate factorum, ac virtutum sanguinis labes abstergi censetur. Verùm, quia tales viros plurimos gignit nobilitas, meritò (uti prædixi) hæc veluti pars Reip. optima, àc dignissima superiores dignitatum gradus obtineat; Præserim cum de viro nobili semper bonum præsumendum sit, *Afflict. in proam. const. notavit*, *n.* 16. *Rom. singul.* 326. *Avus meus ad Gram. decis.* 32. *sub n.* 12. & quod sæpèsæpiùs nobiles genere pii sint, & virtuosi, deducitur, ex *Tex. in l. Capitalium*, *§. fin. ff. de pœnis*, *l.* 4. *§. libitinarios*, *ff. de instit. actiond. decur. C. de pæn. l. Judices*, *C. de dignit. lib.* 12. *§. sancimus*, *Auth. de nupt.*, &c. diximus *in rit.* 101. *n.* 52.

Et pro coronide, redargui minimè debemus, si addamus aliqua ipsam tangentia nobilitatem, nempè, quid sit nobilitas, & affatim respondet

17 *Vasq. controv. illustr. cap.* 25. *num.* 31. illam esse rem adventitiam, & à natura non insitam; Et non præsumi, nisi probetur, me docet *Bursat. cons.* 62. *num.* 24. *vol.* 1. quin, plebejus præsumatur quis, nisi probet se nobilem, *Soccin. senior* admonet, *cons.* 246. *nu.* 2. & verum nobilitatis genus ostentat *Jo: Bapt. Mucc. var. qq. forens. q.* 25. Eam verò tri-

18 plicem esse, ait *Bal. in l. nobiliores*, *C. de mercibus*, stirpe, scilicèt, virtute, & divitiis, omisit quartam speciem ejusdem vigoris, putà privilegio, cujus virtute citrà dubium illitisimet prærogativis gaudere nobiles ex Principis indulgentia, quæ, & verè nobilibus ex utroquè parente, & nobilibus natis, concessæ reperiuntur, teste *Mobed. decis.* 34. *vol.* 2. *de privil.* & *indult. Vasq. de success. creat. §.* 30. *nu.* 297. & 299.

Et an in privilegio Principis nobiles nominati, nobiles dicantur, extricant *Reg. Salernit. dec.* 36. *num.* 1. *Mastrill. de magistrat. to.* 1. *cap.* 10. *num.* 106. Verùm isti usu, & obsequio, scriptura, & cera nobilitatem adipiscuntur, & de his loquitur latè *Cassan. in catal.* 8. *p. consid.* 17. Quanto tempore illa acquiratur, *Tiraquell.* adnotat *cap.* 14. *de nobilit. Cassan. par.* 8. *resid.* 22. & in Regno à sapientissimo Roberto Rege sancitum est, ut qui triginta continuorum annorum interstitio nobilem vitam duxerit, nobilitatem præscripsisse intelligatur, ut legitur in Archivio Syclæ *lib.* 13. *C.* 16. *ind.* 15. *fol.* 205. *at. Tasson. de antefat. vers.* 3. *observat.* 3. *de Petris cons.* 35. *num.* 35. cujus meminit *Thor. par.* 3. *compend. decis. verbo Cives honestiores*. Quibus actibus contrariis illa amittatur, inquirit *Carpan. ad stat. Mediol. ad cap.* 414., & 415. *Catalan. de indult. cap.* 36. *nu.* 14. *Danza ad Grammat. dec.* 23. *à num.* 10. & an per ingressum religionis, *Villalob. comm. opin. verbo Nobilitas*, *Roman. singul.* 47. *Thor. par.* 1. *compend. decis. verbo nobilitas*, *pag.* 353. quæ autèm probationes requirantur ad illam probandam, *Viv.* enarrat *decis.* 225. *Reg. Capyc. Latr. tom.* 1. *consult.* 12. & 50. & *to.* 2. *consult.* 128. & 129. *Reg. de Marinis quot. resolut. lib.* 2. *cap.* 146. & quod ad præsumendum aliquem nobilem sufficiat, quod vulgus, & communis hominum æstimatio illum talem reputet, admonet *Luc. in l. mulieres*, *col.* 3. *vers. nono ex communi opinione*, *Cod. de dignit. lib.* 12. *Guid.*

12.*Guid.Papa decis.*88. *Soccin. cons.*246. *lib.*2. cui communi opinioni in dubio est standum, donec contrarium appareat, *Tiraqu.*teste *cap.*10. *num.*6. & tradit *Otalora de Hidalghia Hispan.par.*3.

19 Pendēte verò lite ab aliquo intentata cōtra Civitatē super quasi possessione nobilitatis,nō valeat ille interim se excusare à muneribus, quæ popularibus injunguntur, & successivè debeat exercere officium caporalatus popularium, ad quod fuit electus, respondimus superioribus diebus, freti *Alber.*authoritate *in l.qui status, ff.de re milit.*loquentis in specie, necnon *text.*è contrario sensu in *l.si ut proponit, C.quand.provoc.non est necess.*traditque *Covar.lib.*1.*var.resol.cap.*16. potissimùm *num.* 11.ejus effatum, ex *pragm.* Regis Henrici ibi recensita, firmans, quam tamèn *Otalora add. tract. de hidalghia Hispan.par.*3.*cap.*2.*nu.*5. annuit, esse secundum jus commune, videas *Guttier. q.*24.*lib.* 1.*pract.qq.Callisto de lege Regia*, §.33.*num.*15. & 18.*Fab.de Ann.cons.*80.*lib.*1.

20 Et uter præferatur virtute an stirpe nobilis,fuit hoc axioma ventilatum Neap., quadam in illustri Academia anno 1658. quando maxima me subiit admiratio, nullum in tanta doctissimorum virorum corona fuisse, qui dum opinionis suæ probabilitem, multis argumentorum ambagibus suffultam demonstrat, genuinam doctrinam attulerit, aut aliquam ex iis sententiis multis, ac doctis, quas*Tiraquel.*non modo jurisperitorum memorat, in *tractat.de nobilit.cap.*4.*n.*5.sed aliorum omnium auctorum; *Cicer. in orat.* qua responedet *Salust.* dicentis, *Nobiliores sunt, qui sua virtute nobilitatem acquisiverunt, quam qui per manus ab antecessoribus habuerunt* confirmant *Bonus de Curtili in tract.de nobilit.par.*3.*ex num.*3.*Episcop.Campan. in suo diversor.rubr.*6.*cap.*3. *num.*31. *Petrus Royx dec.Lituanica* 4.*num.*243.*Joan.Parlad. rer.quotid. par.*3.*diff.*6.§.1.*Borrell.ad Belling. in spec. Princ. de form & ordin.rub.*6. *Paschal.* ibidemque, *Prat.de patr.potest.par.*2.*cap.*5. *num.*71. & proindè imprudentes, & imbecilles stultè majorum fortitudinem & sapientiam jactitant, pluraq; adducunt *de Petris add.cap.*7.*nu.*30.*Tasson.de antef. vers.*10.*observ.*2.

21 Quin, nobiles multis prærogativis perfruuntur, quæ ignobilibus denegantur, potissimum in pœnis inferendis mitius illi multantur, *Tiraq. de pæn.cap.*31.& *de nobilit.cap.*20.*nu.*116.*Franc.Maria Prat.respons.crim.*32.*num.*31.pretèr in pœcuniariis, *Villagieg.in foro Jud.lib.*1.*tit.*1.*l.*7.*num.*5. *Rovit.in prag.*1.*num.*14.*de pænis, Mangrel.ad Bar. in l.Gracch.Cod.ad l.Juliam, de adulter.* illi namq; decollantur, relegantur, & exilio puniuntur, isti suspenduntur, fustigantur, triremes damnantur, *Franch.decis.*432.*decis.*569. & *dec.*630. *Prat. resp.crim.*21.*à num.*14.id declarans *Reg. Sanfelic. dec.*56.*nu.*19.*to.*1.id quod privilegium ad popularem divitem, & honestum, prætendunt *Avus meus add.loc.nu.*14.*Fab.de Ann.cons.*34. *Ricc.dec. Cur.Arch.Neap.*19.& 232.*p.*2.*de Ponte, de potest. Proreg.de provis.fieri solit.*§.2.*num.*1. *Avil. de prætor.c.*1.*vers.de rechamento,num.*28. *rub.*44.ad evitandàm namquè pœnam, quæ infamiam affert, præcisa non exquiritur nobilitas, sed sat est, quod quis sit honestæ conditionis, *l.si quis aliquid*, §. *qui abortionis, ff.de pæn.*ibi: *Humiliores in metallum damnantur, honestiores in insulam*, & iterum post *vers.si quis instrumentum,* ibi: *Si humilior sit in metallum damnantur, si honestior adempta bonorum parte dimidia in perpetuum relegatur,* qui quippè *text.* sermocinatur de procuratore ad lites, cujus exercitium de directo nobilitati derogare, ex exaratis à *Tiraquel. de nobil.cap.*30. *in princ.*ex *tex.in l.si quis procurationem, C.de decurion.lib.*10.,& a me ipso super *ritu* 101.Videas *R.Camill.de Curte.in suo divers.jur.feudal. in prin. p.*1.*sub num.*4.,& 5.

Et ad honestioris conditionis Cives, cultè,politèq; viventeq; viventes, extendit *de Petris nu.* 58.& *cons.*35.*num.*32. sed an nobilitas filii prosit patri, aliisque ascendentibus, *Grassarell.* examinat *decis.*10. & semicenturiam argumentorum adducit pro affirmativa opinione *D. Jo: Baptista Mucci var.qq forens.q.*30.& fratris fratri, *Pasabalis par.*4. *cap.*2.*num.*69.& illa matris genito ex ignobili patre, *de Petr.cap.*7.*nu.*40.

Hinc nobilis vinculis non mancipatur, ut plebejus, sed detinetur per palatium, *Avus meus add.decis.*32.*sub.num.*12. quod si veritate nitatur, extricamus *rit.* 166. Separatim carcerati perma-
22 nent, & si illi in carceribus permanent, & illi in carceribus rixantur in gabia secreta ponuntur, sin autèm ignobiles, pœna ictus funis, vulgò cordæ, afficiuntur, *de Franch.add.dec.*630.*nu.*2 quem refert *Thor.p.*3 *compend.dec.verb.Cautio præstita*, & *verb.Doctor.an admitti debeat*, & in visitatione ipsorum carceratorum, majus temporis interstitium nobili, quàm ignobili elargitur, etenim istis ad summum dilatio annorum quatuor cum dimidio datur, illis verò major conceditur terminus, teste *Scanarol.de visit.carcer.lib.*3.*par.*1. *cap.*4.*n.*5. Et relaxatis litteris exequutorialibus non aliter contra nobilem subscribuntur, sed Judex mandat in illarum calce, *ostendatur*, nobili debitori, vel ejus procuratori, quibus ostensis, eadem, aut sequenti, vel alia die, Judicis arbitrio, subscribuntur, de quo eloquuti sumus *rit.*134.*nu.*22.Contra debitorem suspectum mandatum scripturæ relaxatur, *l.consentaneum,C.quomodo*, & *quando Judex* quod alii arestum vocant, *Pechius de jure sisten.cap.*44.alii sequestrum, seù sequestrationem appellat, *Buratt.decis.*105.*num.*8. post *Alex.cons.* 19.*num.*1.& 2. *lib.*3. *Dec.cons.*75.*nu.*1. *vers.* 6. & *Paris cons.*99.*num.*32.& *seq.lib.*3. *Scanarol. lib.*3. §.8.*cap.*1. *num.*1. quiq;in in nobili hoc restringit ex *Gratian.lib.*5.*discept.forens.cap.*875. *nu.*28., & tandèm (aliis consulto omissis, quæ cumulant *Joan.Lopes in rub. de donat. int. vir. & uxor.* §.9. *Bon.de Curtil.in tract.de nobil.in* 5.*par. per tot. Tiraq. de nobil. cap.* 20. *Jo. Ara. ad Ottalor. in tract. de nobilit.*) ignobilis cum ignominia cedit bonis antè fores palatii M. C. V. supra columnam marmoream ad hoc fixam, ibiquè horæ spatio stans, ex *prag.* 3. *de cession.bonor.*à pueris irridetur,*Gallup.in prax. S.R.C. par.*3. *cap.*8.*num.*13.quodquè servatur in Regno Siciliæ *Cumia rit.*95.*nu.*35.Flandriæ, *Jodoc.in prax. civil. cap.*70.*in fin.*Papiæ, *Menoch.de arbitr. Judic. lib.* 2.*casu* 183 *num.*14., & Romæ,ac Lugduni, *Alex cons.*455.*num.*9.*col.*2. Nobilis verò permanet capite tantùm denudato, dicto spatio unius horæ, in Aula causarum civilium M.C.V.*Thor.add.ver-*

to,

bo , *Doctor àn admitti* decisum subnectens.

Et sub sequestro deductis bonis omnibus feudatarii titulati, vel nobilis, illi attentis qualitate personæ, & patrimonii quantitate, alimenta reservantur, *Rodriq. de concurs. credit. in genere, par. 1. num. 27. Gallup. par. 4. cap. 1. num. 12.* in novissima impressione; & dixerunt *Camerar. in cap. Imperialem pag. 142.* quem insequitur *Surd. de alim. tit. 1. qu. 58. Afflict. in constit. si quis post litem num. 14. circa medium, vers. Item quod remaneant, Frecc. de subfeud. lib. 3. differ. 5. inter feud. ex pact. & feud. heredit. Reg. Rovit. in prag. 3. de ordin. Judic. num. 14. Reg. Capyc. Latr. decis. 158. nu. 15. tom. 1.* quamvis contrarium decisum referat *Tasson. de antefat. vers. 5. obser. 1. nu. 76.* de qua meminit *Thor. tom. 3. compend. decis. par. 1. verbo, alimenta pag. 13.* & servari in praxi Tribunalium Hispaniæ, ut, formato concursu, nobilibus præstentur alimenta ex ipsius majoratus bonis, fatetur *Parlador. lib. 2. rer. quotid. cap. ult. par. 5. §. 3. num. 31. ex tex. in l. miles, ff. de re judic. Curia Philippica 2. par. §. 16. num. 13. Villadiego in politic. cap. 2. num. 28. Baeza de inope debitore cap. 26. num. 103.* subnectens, de universali consuetudine hoc servari in magnatibus cæterisque personis illustribus, ex *Avendan. de censib. cap. 53. num. 11. Salgad. in labyr. credit. par. 1. cap. 24. à num. 21. ad 72.* & argumentando inter feudatarium, & clericum, contra quem non fit executio in fructibus beneficii, nisi, deducto nè egeat, concludit *Kloc de servit. vassall. par. 1. num. 79. fol. 32.* & clerico debitori quod debeat reservari aliqua porrio, ut possit vivere, & Ecclesiæ deservire, dicunt, ex *cap. Odoardus de solut. & cap. pervenit de fidejuss. Boer. decis. 226. Beninc. de pauper. qu. 8. Surd. tom. 1. qu. 87. nu. 20. Menoch. cons. 83. num. 8. Guttier. par. 1. de juram. cap. 17. Gaill. lib. 1. observ. cap. 117. num. 9. Gomes. var. tom. 2. cap. 13. num. 18. Farin. in prax. crim. 1. par. q. 27. num. 66.*

23 Ad materiam verò fidejussoriam redeuntes, dicimus illos, quibus incumbit necessitas, dandi fidejussores, navare operam debere, ut eos præstent, qui solvendo sint, atque ad conveniendum faciles, *l. 3. ff. de fidejuss. l. 2. & l. si fidejussor ff. qui satisd. cogantur, l. 1. ff. si quis in jus vocat.* cum nihil ferè intersit nullus detur fidejussor, an verò detur minus idoneus, *l. qui satisdare promisit, ff. de fidei.* inter quos, idonei fidejussores minimè censen-
24 tur milites, & potentes, qui difficiles sunt conventu, quinquarces inexpugnabiles inhabitant, qui opibus, & gratia valent, & omnibus sunt terribiles, *l. de die ponenda 8. §. 1. ff. qui satisd. cogant. l. milites nostros 31. C. locati, & conduct. Bal. in l. sententi. ff. de fidejussor. Menoch. de recuperand. possess. remed. 1. num. 315. Valent. Franch. tract. de fidejussor. cap. 2. num. 1. & cap. 4. num. 5. & cap. 7. à num. 218.*

Et Curia suprema Frisiorum militis, quantumvis Capitanei, & satis locupletis, fidejussionem non admisit, teste *Joan. à Sande decis. Frisic. 1. lib. 3. tit. 10. de fidejuss.* sed an, & quando milites nostri temporis subjaceant dispositionibus legum militarium, *Fab. in rub. inst. de milit. testam. & in l. 1. C. de jur. & fact. ignor. Dec. cons. 578. Cappella Tholosana qu. 131. & 141. Petrin. Belluc. de re militar. par. 7. sub rub. de privileg. milit. num. 37. Consil. Theodor. alleg. 72. n. 19.*

Cumque militia togata, ad exemplum militiæ armatæ, comparata sit, *l. Advocati 14. l. fori tui 4. C. de Advoc. divers. Jud. Cic. in orat. pro Muræn.* ubi elegantem militiæ Castrensis, & quasi Castrensis comparationem instituit. Inhabiles propterea quoque esse Curiales *Ritus* addit, a quibus difficilius pœcuniam, quam ab Ercule clavam extorseris, Pragmaticos enim, hoc est, Advocatos, & similes, idoneos non esse fidejussores, *Parlador.* scripsit *rer. quotid. cap. fin. §. 5. num. 3. Thor. add. par. 3. sect. 1. compend. verbo, fidejussor promittens,* sed an hæc observantia usu sit recepta, adjungit *Muscatell. eod. loco superius cit.* & post *Carav.* tradit *Pyrr. Maur. Aretin. de fidejuss. sect. 7. cap. 3. num. 5. in 2. par.* Non tamen hos, ut nec Jurisconsultos alios à fidejussionis negotio arceri existimo, cum alia ratio consideretur in militibus, quam in hisce togatis militibus, nec opus sit, ut quæ in uno aliquo conveniunt, statim in omnibus aliis quoque conveniant, cum omne simile claudicet, nec omne simile mòx sit idem, *l. Gaurus 10. versic. non autem, ff. de servit. præd. urban. cap. capitulum S. Crucis 30. & ibi Gl. verbo Consimili extr. de rescript.* qua de re latè *Henrig. cap. 7. à num. 160. ad 270. Gomes. tom. 2. var. resol. cap. 13. num. 18. Marsil. ad rub. de fidejuss. num. 309.* loquentes etiam de militibus cœlestis militiæ, hoc est de clericis, & monachis.

25 Alio insupèr potiuntur iidem Curiales privilegio trahendi ad sua tribunalia, ex *Ritu 232. & 233.* quorum intuitu idem *Muscat.* qui sub hoc nomine veniant, declarat, *in par. 2. glos. competentes, à vers. item quod omnes Curiales, sub nu. 74.* constatque ex ipsis verbis adducti *Rit. 232.* quo in loco nec quoque breviter declaramus. Curiales tamen, qui dicuntur, quotve sint eorum species, scripsit *Campanil. in divers. rub. 11. cap. 24.* Et quod Fiscus non dicatur idoneus fidejussor, *Affl. & Ursill.* tradunt *add. decis. 88. Rum. ad Affl. de jure prothom. fol. 201. & 205.*

Hæcque restringimus potissimùm, si fidejussor
26 sit conjuncta persona debitoris, vel inquisiti, nam, & si non habilis recipitur, quod ad valdè amicum protendimus; Nequè enim minus hominem conjungit amicitiæ vinculum, quam consanguinitatis; cujus ea vis est, ut non solùm idem velle, & idem nolle amicorum faciat, sed, & pœnè idem esse, & idem vivere, ut de se, & Nephestione suo Alexander, apud *Curt. lib. 3.* ad Syligambim Darii uxorem, excusantem se, quod per ignorationem nunquam antea visi Regis Nephestionem ipsum pro rege veneratа esset, testatus est. *Non errasti* (inquiens) *mater, nam, & hic Alexander est,* & nonnulla scripsit *Cassan. in Catalog. glor. mundi par. 12. consider. 53. Reg. de Marinis quotid. resol. lib. 2. cap. 190. num. 11.* cujus sacrosanctas amicitiæ leges, ac laudes alii integris voluminibus prosecuti sunt, tantùm adjungimus nostram ampliationem firmare, *Carol. de Graff. de effect. amic. nu. 78. & 79. Muscat. in proœm. prax. fidejussor. nu. 3.* quin amicus à familiari inope, & indigente rogatus, ut pro eo fidejubeat, rectè facere quibit citra perjurium, & absolutionem à juramento, de non fidejubendo præstito, *Anton. Henrig. cap. 1. à nu. 56.*

*nu.*56. plenè, & elegantèr astruens, hocquè, non-
nullis confutatis, defendens. Et de fidejussorum
habilitate, sufficientia, & idoneitate universam
materiam uti utilem, & quotidianam, ita, & dif-
27 ficilem, amplam, & diffusam intuendam, luci-
dè cupido Lectori exhibet, *Eberharti Speckan
cent.3. qq. Juris clas.1.qu.33.* Cæterùm deploran-
28 dam rem, memorat *Carav. nu.* 2. de quibusdam,
jussu Exc. Ducis de Alcalà Proregis, ad furcarum
supplicium, nulla interjecta mora, damnatis, pro-
ptereà quod nobilem quendam de Capuana, è Cu-
riæ manu, vi facta, eximere ausi fuissent. Quod
Proregis jussum, atrox nimiùm, ac pudendum
communi omnium judicio improbatum fuisse, as-
serit *Bajard. ad Clar. qu.68. in verbo, & refert Ca-
rav.* & tradunt *Viv. dec.*98. *Amendol. ad Franch.
decis.*442. *num.*4. *Reg. Sanfelic. decis.*44. *tom.*1 *de
Angel. in prat. ad l. addictos num.*4. *C. de Episc. au-
dien. Prat. respons. crim.* 49 *num.* 26. Alii verò
non Duci de Alcala, ut opinatur *Carav.* sed D.
29 Petro Toleto per id tempus, anno scilicet Chri-
sti 1546. Regni clavum sustinenti rectiùs ascri-
bunt, contra quem, pro tam crudeli facto, que-
relas ad Majestatem Catholicam Caroli Quinti
delatas dicunt, teste *D. R. Capyc. Latr. decis.* 76.
*sub num.*14. *par.*1. quique ex *Alphonso Ulloa in Vi-
ta Caroli V. lib.*4. *pag.*210. tumultus Neapolitanos
narrante, subnectit, exemptum in illo themate
fuisse pauperem, eximentes verò nobiles de sedili
Portæ Novæ, ex quibus tres juvenes ætatis sex-
decim annorum ejus mancipio jugulari, & post-
modùm trahi per pedes eorum cadavera in platea
Castri Novi in Cappella intus Castrum prædi-
ctum Prorex mandavit, in qua sententia nullos
ex Judicibus Magnæ Curiæ Vicariæ intervenire
voluit, sed fuit pro lege Proregis voluntas, de
qua memores quoque sunt *Farinac. de carcerib. &
carcerat. qu.*32. *num.*7. *Cabal. resol. crim.*8. *num.*
27. qua verò pœna multentur eximentes carcera-
tum à manu familiæ, tradimus aliis in *Riti-
bus.*

R I T V S CLXI.

ITem quælibet fidejussio potest accipi omni die, licet illo die Curia non regatur dummodo posset regi, si voluisset, licet esset dies feriata, & qualibet hora potest recipi de mane, de sero, & quacunque hora die præsente, vel absente Regente, & Judicibus, sufficit enim, quod eam recipiat magister actorum, & notarius, quia in actu dictæ receptionis dicitur magistro. N. dictæ Curiæ actorum notario prædicta omnia, & singula solemniter, & legitime stipulante nomine, & pro parte dictæ Curiæ. Quandoque etiam subactuarii dictæ Curiæ prædicto modo recipiunt fidejussores, quãvis magister actorum non esset ibi præsens in Curia, dummodò esset in Curia, & dicitur nihilominùs præsente dicto N.

S U M M A R E R U M.

1 *Fidejussiones qua die, & hora, & in quo loco capi possint.*

2 *Actuarius non nisi Notarius esse potest.*

3 *Nisi consuetudo immemorabilis, ac legitimè præscripta extaret alicubi.*

4 *Ejus scribæ possunt acta scribere, dummodò ipsi subscribant.*

5 *In Curiis Ecclesiasticis, quid observandum, ostenditur.*

6 *Notariorum usus, omnibus in Regnis fuit necessarius.*

7 *Ad hoc munus optimi viri sunt eligendi, & antiquitùs nobiles creabantur.*

8 *Eorum officium dignum, & honorabile DD. præconizant.*

1 FIdejussiones omni die, & hora diei capi va-
leant, licet illo die Curia non regatur, dum-
modò regi potuisset, præsentibus, & absentibus
Regente, ac Judicibus, statuit *Ritus* quin vigo-
re illius sat est, quod magister actorum, & nota-
rius nomine Curiæ stipuletur, *Foller. in fragm.
tit. de fidejussor. num.* 272. *Muscat. Caravit.* me-
mor, *in prax. fidejussor. par.*1. *mod.*9. *n.*14.
Insuper *Constitutio Regni*, cujus initium est *Ma-
2 gister Camerarius*, expressius sanxit id ipsum,
quod ex vi comprehensiva contineri videtur sub
præsentis *Ritus* verbis: *Recipiat Magister Actorum,
& Notarius*, ut Actuarius, altero nomine dictus
magister actorum sit notarius, deducit *Viv. dec.*48.
quique acta conscribat, quod insupèr suadet *Ca-
pitulum Regni* 276. in illis verbis: *Actorumque
Notarii*, illibiquè *Campagna*, atque *Ritus* alter
44. Quod verò aliqui somniantes, affirmant, usu
non probari nostris temporibus, ut Actuarius
debeat esse Notarius, procul est à vero quippè,
quod dissuetudo citiùs, quam consuetudo appel-
landa venit, eo quod nullo contradicente decisũ
quandoquè fuisse ostenditur, idquè requireretur
profectò, ut diximus *Rit.*1. *sub num.* 5. non ta-
3 men negamus, quod si legitimè præscripta, & pro-
bata extaret alicubi, eaquè esset immemorabilis,
cujus initii non esset memoria, ea admittenda es-
set, prout *Maranta* quoque optimè probat *in prax.
par.*6. *actu* 10. *num.*25.
Imò; & cum scripserimus *rit.* 13. licere prædi-
ctis Actuariis habere scribas ad certum deputatũ
4 numerum, atque insuper *Carav. rit.*35. *num.*1,
utique illi conscribere acta non vetantur; quod
ritus etiam noster concedit in ejus calce, aper-
tiusq; memoratus *rit.*34. alterq; 36. dummodò, & ip-
si Notarii subscribãt, juxtà *prag.*10. §.12. *de official
& prag.*21. §.18.22. & 30. *de offic. mag. justit.* Cum
verò haberi nequeunt, qui Notarii sunt, ut Magi-
stri actorum officium garant, saltèm duo viri ido-
nei scribere, & subscribere debeant, etiam in cu-
riis laicalibus, vigore *cap. quoniam contra de pro-
bat.* acritèr defendit *cit. Marant. à num.*22. ut pro-
ptereà in Curiis Ecclesiasticis, quantò magis ob-
5 servantiæ tradenda sit præcitati *capit.* dispositio,
ut notarii sint, cum haberi possunt, alioquin duo
selecti viri constituantur, Tu magis scire poteris,
qui Ecclesiasticis Præsides, quiquè Sacrorum Ca-
nonum, dumtaxàt executores, ut mirari debea-
mus, cur aliqui Præsules id parvifaciant, ut cum
notarios habere valeant, illos deputare non cu-
rant, fortassè avaritia ducti.
6 Cæterùm notariorum usus omnibus in Re-
gnis

gnis fuit necessarius, extatque *in lib. 10. C. tit. 69. de tabular. & scrib.* apud Hispanos *tit. 10. 3. part. tit. 5. lib. 2. ordin. & tit. 25. lib. 4. novæ recollect.* apud Gallos, *Rebuff. ad Const. Franc. tract. de liter. obligat. art. 67. Gl. 1.* & cæteras nationes, testatur *Reg. Top. de jur. Regn. lib. 2. rub. 36. de offic. notarior.* cumque maxima fit illorum fides, optimi adhoc sunt eligendi viri, quin antiquitùs nobiles crea-
7 bantur *Marino Freccia* teste *lib. 1. de subfeud. tit. de offic. prothon. nu. 14.* eorumque officium nobile
8 dignum, & honorabile, prænconizant *Zas. in l. 2. ff. de orig. jur. Rovill. Gallus lib. 3. de just. cap. 4. Sala ad Constit. Sabaud. tit. de tabell. num. 2 pag. 155.* nec dissentiunt *Tiraq. de nobil. cap. 34. num. 26. & cap. 15. num. 15. & Episcop. Covarr. qq. lib. nu. cap. 19 num. 4.* necnon *Luc. de Penna in l. universos, C. de dignit. l. 12.* concludit: *Quis enim non diligat eum & honestate magna compleri putet, qui decreta Principis ad tabellionatus officium pervenit?* & *Cassan. in Catal. par. 11. cons. 19.* de his scripsit: *Hi namque nedum apud Pedentes, minoresque magistratus creditum, & auctoritatem obtinent: sed apud reges, & Principes, & cuncta omnia tribunalia acceptissimi, & familiarissimi existunt. Hi enim eorum manibus admiranda fides, instrumenta privilegia, & litteras ad perpetuam rei memoriam conficiunt. Et post multa temporum secula ex horum sola notariorum subscriptione indubitatam probationem inducunt. Hi typum tenent Evangelistarum Christi, qui ejus gesta, & acta in Evangelio, tàm fideliter, quam utiliter descripserunt. Et inter cæteras hujus artis commoditates, qui illam exercent, magna lucra, summos honores assequuntur, ut brevi tempore, ac parvo labore, opulenta utilitatis compendia adipiscantur, ita tandem ab omnibus honorantur, quia omnes illos indigent*, de quibus etiam idem *Cassan.* sequutus fuit *in 7. par consid. 16. & 50. & ead. par. 11. consid. 9.*

RITUS CLXII.

Item si esset dies feriata: ità quod Curia Regi illo die non potest: tunc ipsis fidejussoribus assignatur captivus pro captivo: non ut fidejussoribus, sed ut recipientibus eum tanquam captivum, & non fit mentio, quod sint fidejussores. & Regens, vel Locumtenens suum capit captivum per chlamydem: & assignat tunc aliquibus de ipsis prædictis: & promittunt ad certam prædictam pœnam, præsentare primo die juridico; quando Curia ipsa regitur: & de hoc inter Regentem prædicta stipulantem nomine Curiæ solemniter, & legitimè, & per illos qui recipiunt eum pro captivo: fit publicum instrumentum: & primo die juridico veniente, sive regatur Curia, sive non: obligant se de præsentando eum, & pœnes acta in forma Curiæ confecta: quo facto iu continenti, Regens rumpit instrumentum prædictum dictis accipientibus se obligantibus modo prædicto,

SUMMA RERUM.

1 *Carcerati habilitatio, die festivo facienda per chlamydem sit consignatio.*
2 *Ejusmodi consignatio, quid operetur.*
3 *Exequutionis mandatum si decernatur die juridica, potest ne illa fieri die feriata.*
4 *Qua pœna teneatur resistens exequutioni, qua fit diebus feriatis.*

1 Adeò vera est conclusio, ne fidejussio die feriata præstari valeat, ut æquitate legum adinventus ob necessitatem non immeritò fuerit modus ille consignandi per chlamydem inquisitū habilitandum die feriata, testibus *Muscatello de fidejuss. modo 9. num. 1. par. 1. Novar. decis. 4. num. 9. Nicolin. in prax. judic. crim. num. 337.* quæ quidem consignatio non utique fit ipsis fidejussoribus, tanquam captivum,
2 ex geminatis verbis nostri *ritus*, alteriusque 44. & hujus fidejussionis capiendæ per chlamydem intelligendus est *ritus* præcedens 161. concedens fidejussionem præstari, ac recipi die feriata, quod rectè monet *Carav. in ipso rit. 161. nu. 3. & rit. 44* Quod verò ad exequutionem attinet, si illius mandatum decernatur die juridica possit ne illa fieri die feriata, & licere credit, *Guid. Papa decis. 115.* attamen, & in hoc posteriori capite, ut neque fieri a serviente possit eo tempore, scripsit veriorem sententiam esse, *Cevall. q. comm. 760. in fin. to. 3.* per *text. in l. fin. C. de feriis,* ibi, *Cunctis exequutionibus excusentur*, cui assentitur *in suo divers. Episcop. Campanil. rub. 12. cap. 13. num. 100.* & addit *cit. Cevall. num. 31.* ita practicari, quin, tunc facta executio rescindatur, scripsit ex sententia *Abdani, in tit. de las exceptiones, vers. item 7 sub nu. 25* Et meritò, cum juxta sapientis oraculum, *Omnia suum habeant tempus*: Nec feriandi, agendique festi, cum tempore agent lites, & negotia forensia permiscendum tempus videatur, qua verò
4 pœna teneatur resistens exequutioni, quæ fit diebus feriatis, extricat *Thesaurus decis. 95.* videas *Vertrigl. lib. 1. annot. 16. §. 1. & 2. Leoncil. p. 2. privil. pauper. 151. & 152.*

RITUS CLXIII.

Item pro quolibet denunciato debent esse duo fidejussores, qui non sint filii familias: nec clerici, & jurent quantùm valent bona ipsorum extractis debitis, & dotibus ipsorum: & quamvis jurent usquè ad certam summam: tamèn quilibet tenetur insolidum: verùm quando essent tres denunciati, si essent quatuor divites fidejussores: Curia recipit eos quatuor, vel quinque arbitrio dictæ Curiæ: & sic deinceps: & quando essent quatuor denunciati: sufficerent, si darentur sex vel septem divites, & quando essent multi denunciati: Curia recipit pro medietate fidejussores, quos deberet recipere secundum dictum ordinem, & pro alia medietate ipsi denunciati inter se unus pro alio fidejubet: & vocatur vicaria fidejussio, quando unus pro alio fidejubet, & hoc servatur.

Item non possunt purgare moram fidejussores infrà dies septem, ut dictant jura communia, & capitulum Regni, quia Curia ipsa non utitur dictis juri-

juribus, & capitulo de hoc loquentibus, licet in aliis Regni partibus observentur dicta jura per capitulum illud, id est legem veterem.

Itèm quando requiritur principalis, & fidejussores, licèt fit in loco ubi Curia regitur, fit litera clausa cum sigillo justitiæ, quo ipsa Curia utitur.

Itèm quod si condemnatus est fidejussor, quia non præsentavit principalem, licèt ipse fidejussor compareat, eodem die non purgat contumaciam, nisi dicto die veniat cum principali; quem præsentent, & ita servatur in Curia.

SUMMA RERUM.

1 *Moræ purgatio concedatur nè, & quando respectù fidejussoris de repræsentando.*

2 *Fidejussor de præsentando al. quem possit purgare moram paucos infrà dies, tàm in M. C. & S. C. quàm in aliis Tribunalibus, exploso Caravita effato traditur.*

3 *Quod si longum post intervallum, attenditur resolutum in Grammat. decis. 95.*

4 *In Gramat. expresse irruit Thesaurus filius, cui, & ejus pater, & cæteri contradicunt.*

5 *Mora purgatio admittitur, si Reus se sponte præsentaverit ante pœnam exactam, non verò si captus fuerit.*

6 *Mora purgatio modici temporis datur.*

7 *Arctius tempus arbitrabitur in gratiam divitis longius verò pauperis.*

8 *Prosper Caravita tradens hominem habere, & pœnam exigere, iniquum non esse, quando pœna adiicitur loco contemptus, reprobatur à Francisc. Maria Prat.*

9 *Fidejussor non valens Reum præsentare, an attento hoc Ritu possit ipsius defensionem suscipere.*

10 *Fidejussor pro inquisito admittitur ad cessionem bonorum, & in eo non habet locum, sed dumtaxàt in debitore, regula, quod non habens in ære, luat in corpus.*

11 *Fidejubens præsentare ad certum tempus, àn non requisitus teneatur.*

12 *Et in obligato repræsentare absq; alia requisitione, citatio exquiritur ad allegandam causam, quarè non debeat accusari pœna.*

13 *Mora abolitie denegatur, si geminata esset.*

14 *Illius purgatio, àn admittatur post litis contestationem.*

15 *Ritus iste procedit M.C.V. & causis criminalibus, juxtà Reg. de Marin. sensum.*

16 *Generatim mora purgari potest, non obstante juramento.*

17 *Dummodò jus alterius non sit effectum deterius.*

18 *Reg. Capyc. Latr. extollit æquitatem S. C. circa admissionem purgationis moræ, & alia, remissive.*

19 *Fidejussores ex natura contractus tenentur insolidum.*

20 *Beneficio autèm divisionis gaudent, concurrentibus tamèn quatuor.*

21 *Oportet ut fidejussor ad sententiam usq; jam dictum exposcat beneficium.*

22 *Tenetur insolidum, quando Epistola Divi Hadriani, & beneficio divisionis est renunciatum.*

23 *Fidejussor pro recuperatione totius soluti agere potest contra principalem debitorem, adversùs verò confidejussores pro rata tantùm.*

24 *An requiratur cessio facienda per creditorem, & possit illa fieri ex intervallo.*

Dom. Consil. Io: Baptista Hodierna laudatur.

Fidejussor minus solvens creditori, poterit agere pro tota summa cessa.

Vide, quæ longo sermone utens ad intelligentiam hujus *ritus*, & notatorum per *Caravitam*, congerit *Muscatel. par. 2. prax. fidejussor. q. 1.* Illudquè præsertim, si fidejussori obligato re-
1 præsentare post ferias, aut de principali non discedendo a palatio, fuerit; inculsata pœna, quia ille utroquè in casu contravenit, liceat purgare moram, & supervenientè comparitione, & præsentatione principalis sit impedienda exactio pœnæ adversus fidejussorem etenim *Carav. sub nu. 2.* distinguit, si loquamur in Magna Curia, vel aliis Regni Curiis, ut primo casu debeatur semper pœna altero verò expectetur causæ exitus, ut, ipso absoluto, in principali causa, veniat Reus, & fidejussor itidèm absolvendus à pœna, sin minus, uterquè condemnandus, juxtà *decis. Grammat. 95.* cui arridet *Thesaur. decis. 77. nu. 3.* insequuntur *Muscat.* illa, *4 quæst. 1. num. 2. Foller. in prax. crim. rub. verum si citati comparent, nu. 4. Genuens. in prax. Cur. Archiep. cap. 33. num. 11. Carrab. sing. 77. Cons. de Bottis in add. ad Bart. in l. in stipulatione, ff Judic. solvi, Cavalcan. de bracchio Reg. par. 2. num. 241. Guazz. de treg. & pac. tit. de cantion. §. 3. q. 66. num. 4. par. 2. Marescot. lib. 2. resol. cap. 124. num. 33. Dans. ad cit. Gramm. decis. 95. num. 27.*

Verum solertissimus scriptor *Tapia ad Cap. Regn. 230.* exordiens *legem veterem, & Avus meus ad Grammat. memorat. decis. 95. sub num. 2.* affir-
2 mant, exploso *Carav.* effato, vidisse passim servari in eadem Magna Curia, atque Sacro Consilio, ut paucos infra dies, veniente habilitato detenendo palatium loco carceris, denegetur executio adversus illum, aut fidejussores, dato quod vocatus, nec fuerit in palatio adinventus, *Avum meum* laudat, & insequitur, *D. Consil. Rocc. tom. 2. resp. 38. sub num. 6.* & de jure firmant *Franc. Ansald. cons. 57. num. 113. Thor. vol. 100. nu. 47. Reg. Sanfelic. dec. 253. nu. 9. tom. 2. Giurba cons. crim. 34. Nicolin. in prax. Judic. criminum. 348,* quod si longum post intervallum, attendatur *Grammat. decisio*, atq; in ea resolutum, idq; lu-
3 te defendunt *Ursill. ad Afflict. decis. 140. num. 6. Foller. in fragm. num. 273. Borrell. in annot. ad Belluc. in specul. princ. rub. 31. §. quamvis, lit. F, Viv. dec. 442. num. 15. Ricc. in prax. Ecclesiast. decis. 367. num. 2.* iterumq; *decis. Cur. Archiep. 42. num. 4. par. 2.* idem *Jo: Bapt. Thor. par. 1. compend. decis. Regni, verb. Pœna fidejussionis, Caball. cent. 2. resol. criminal. cas. 190. Cavalc. decis. Fivis. 14. par. 5.* & ab opinione *Grammat.* non esse recedendum, censet *Dom. Judex Francisc. Maria Prat. ad Paschalem de virib. patr. potest. par. 1. cap. 8. ad num. 2. vers. collimat.*

4 Verum in *Grammaticum* expressè irruit, *Thesaur. filius ad indic. dec. 77. sui patris*, ubi semetipsum allegat *q. 77. lib. 1. qq. for.* prædictaq; vera esse fatetur, *Avus meus ex Carav. num. 2. in fin.*

fin. si Reus se spontè præsentaverit antè pœnam
9 exactam, secùs verò, si fuerit Reus captus, eu
mamquè casu, tùm in M. C. tùm in aliis Curiis
Regni pœnam deberi annuit, traditq; *Mascat.*
par.2. fidejuss. num.21.
6 Et moram purgari de æquitate, si illa modici
temporis fuerit, arbitrio tamen Judicis, scripsit
etiàm *Joseph. Ludov. dec. Lucens. 5. in fin.* atquè
Verall.dec.232. par.2. Magon.decis. Florent. 61.nu.
13. Hondod. cons. 43. num. 87. tom. 2. Gratian.
7 *discept. forens. cap.658. num.5.* illeq; arctius tem-
pus arbitrabitur in gratiam divitis, longius verò
pauperis, eodem *Ludovic.* teste *dec. 8. ejusdem*
Rotæ Lucens.
8 Quin, *Prosperi Caravitæ* dicterium hoc in *rit.*
num.2. vers. & si dices, quod hominem habere,
& pœnam exigere, iniquum non fit, quando
pœna adiicitur loco contemptus, & inobedien-
tiæ, non autèm loco Rei, verùm non esse, plu-
ribus insinuat concinnè *Dom.Judex Francisc. Ma-*
ria Prat. respons. crimin. 10. ex quibus labefacta-
ri illius traditionem, & perperam intellectam
decis. S.C. apud *Grammat.* 95. demonstrat & col-
limat quæ *Consil. Rocc. ad d. respons.* 38.
9 An verò liceat fidejussori non valenti Reum
præsentare ipsius defensionem suscipere, adeoùt
si constet illum fore absolvendum, non teneatur
fidejussor ad pœnam, affirmativè decretum fuisse
in Audientia Barensi, *Vivius* testatur *dec. 225. nu.*
1. quam in dubium revocat *Avus meus cit.* ex
hujusce *Ritus* sanctione, qua attenta, non suffi-
cit comparitio fidejussoris, absq; principali *Ver-*
migl. cons.crimin.298. num.1. cons. 308. num. 5.
cons.309. num.22. & Cancer.var. resol. tit. de fide-
jussor. cap. 5. num. 135. Viv. dec. insequitur, ea
adhibita distinctione, quod illa procedat in causa
civili, non criminali, in qua requiritur præsen-
tia personæ, *Novar. dec. 4.* Sed àn fidejussori re-
quisito, ut Reum præsentet, allegante absentiam,
terminumq; ad perquirendum, petenti, debeat
ille concedi, negativè respondent *Cels. Ugo cons.*
121. *num.4. Anton. Scappuccin.de jure non script.*
lib.5. cap. 72. quod de æquitate non admittit *Can-*
cer. add. loco num.144. quem insequitur *D. Judex*
Prat.ad Muscat. de fidejuss.par.1. mod.1. vers.tertia
jucunda.
10 Addit itidem *Avus meus add. loco num. 5.* fi-
dejussorem pro inquisito, accusata pœna, admitti
ad cessionem bonorum, haud regula illa obstante
quod non habens in ære, luat in corpus, vendi-
cante illa dumtaxàt locum in principali, ex *Vin-*
cent.de Franch. dec. 358. & decis. 507. & tradunt
Peguer. decis.68.num.4. Caball. resol. crim. cent.1.
cas.77. num.7. Guaza. in tract. de confiscat. bonor.
ampliat. 68. conclus. 13. Bajard. ad Clar. q. 95. n.
11 16. Et quod fidejubens præsentare ad certum
tempus, nõ teneatur ad pœnam, adhùc si nusquam
præsentaverit, dum tamen nõ fuerit requisitus, non
obstante quod dies certa interpellaverit, defen-
dit auctoritatibus permultis solertissimus scriptor,
integerrimusquè *Regens Valenz. cons. 16. num.52.*
insequitur *Novar.lib.1. de gravam.vassall.gravam.*
402. & Valenz. suum præbet calculum, *Dom.Ju-*
dex Franc. Maria Prat. ad Paschal. loc. cit. vers.
quid dicendum, qui articulum extricat, & remis-
sivè *Avus meus ad Capyc. dec. 205. nu. 2.* multaq;
supèr fidejussione præstita de repræsentando, &

ea quidèm utilia, edisserit præcitatus *Musc. add.*
ead. add.prax. mod.4. additis quinq; sequentibus,
12 illudquè præsertim usu plerumq; contingens de
fidejussore obligato repræsentare, absq; alia re-
quisitione; ut citari debeat, non quippè ad re-
præsentandum, aut allegandum causam, ob quam
minimè debeat condemnari ad pœnam, hoc enim
præseferunt jam dicta verba, absq; alia requisitio-
ne, & propterea accusatis contumaciis condem-
natur; Verùm citatur ad dicendum causam qua-
rè, non debeat accusari pœna, & exequi, quod
ille tradit *modo 7. num. 11. per Afflict. decis. 5. &*
super constit. Bajulus si furem, post num.3. Paul.de
Castro cons.168. Hyppol. de Marsil. de fidejussor.nu.
144. in 18. quæst. Herculan.in tract. de cautione de
non offenden. cap.23. num.26. Sebastian. Guazzin.
ad defens. reor. cap. 6. tit. circa privileg. carcerat.
num.35. tom.2. Boss. tit. de carcerat. fidejuss. com-
miss. num.61. Bajard. ad Clar. in prax. q.46.n.52.
Cavalc. de brach. Reg. par.2. num.184. sed praxim
indicat *Dant. cit. à n.21.ad n.27.*
13 Ubicunquè verò moræ permitteretur abolitio,
denegaretur, si geminata esset, *Capyc. dec.19. n.*
4. Boer. cons. 22. num. 3. atq; ideò nunquam post
14 litis contestationem purgari, monet *Prosper Pe-*
tra Avus meus annot.5. ad prædictam *Capyc. dec.*
quod non admittit *D. Reg. de Marin. lib.1.quotid.*
15 *resol. cap.133. n. 5.* subnectens *num. 9.* non ob-
stare hunc *Ritum* moræ purgationem minimè
admittentem, uti sermonem habentem de causis
criminalibus, & de M. C. V. tantùm, & non de
aliis tribunalibus, & proindè illius purgatio an-
tè sententiam, non verò post, admittatur, inse-
quitur *Mich. Angel.Gizz. ad decis. Reg.Capyc.Latr.*
30. num.14. ex Ann. sing.350. & confirmant exa-
rata apud *Thor.in Cod. rer. judicat. civil.cas.23.*
16 Generatim verò, si quæratur, nùm possit mo-
ra purgari, respondent *Igneus in repetit. l. Au-*
dum à n. 67. ff. de contrahen. stipul. Gall. observ.
19. num.11. lib.2. Cacheran.dec. Pedem.49. Ursill.
ad Afflict. dec.174. sub num.3. affirmativè, explo-
so *Afflict. ab ipso Ursill. Mantic. dec. 270. num.4.*
haud obstante juramento, *Gutierez de juram.*
17 *confirm. par.3. cap.17. num.5.* dummodò jus al-
terius non sit effectum deterius, & res sit integra,
Mastrill. decis.259. Galter. in prax.liquid.instrum.
pag. 200. num. 11. Prat. in sua prima semicent.
discept. forens. cap.27. ex num. 75. & cap.48. nu.
15. Cancer. lib.2. variar. resol. tit.de fidejussor.cap.
5.n.136. Reg. Capyc. Latr. decis.30.lib.1. extollens
18 æquitatem S. C. circa admissionem purgationis
moræ, *& decis. 160. num.36. lib.2. Ciarlin.lib.2.*
controv.126. num.8. Fontan. dec.407. num. 1. lib.
2. Reg. Sanfelic.dec.114.lib.1. aliaquè ad materiam
pertractant *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig.lib.*
22. tit.27. Lopez. in l.50. tit.5. par.5. glos.1. Paul.
Christin. dec. Belgic.262. num.6. Altograd.cons.84.
num. 66. Calvin. de æquit. lib. 2. cap. 193. num.
12. Larrea alleg. fiscal. 63. Borrell. lib. 3. summ.
decis. tit.13. de fidejussor. num. 388. & nos, Deo
dante, in *Rit.173.*
19 Dum verò *ritus* noster inquit, quod plures fi-
dejussores pro inquisito teneantur insolidum, cu-
jus *ritus* memores sunt *Foller.in fragm. pract.cri-*
min.de fidejuss. num. 269. Nicolin. in prax. Iudic.
crim.num.331. dicimus, id non ignoti juris esse,
quamvis expressum, id minime fuerit in obliga-

ionis i ten n ento, cum natura obligationis in,sit *l.non rectè*, *& l.reos*, *Cod. de fidejussor. §. si plures insfit.eodem*, *Bajard. ad Clar. quaest. 46. num.* 80.quare arbitrio creditoris remittitur convenire, quem velit, quin si unum elegerit, &, eo non satisfaciente, ad alium transire, eundemque insolidum exigere poterit, quia electione facta, non utique cæteri liberantur, *add.l.reos*, cum *l.Iure nostro*, *Cod. de fidejussor.* Verum *Divus. Hadrianus*
20 singulari æquitate, neque commiseratione quadam erga fidejussores adductus, beneficium, quod divisionis appellant, concessit eidem fidejussoribus sicque pluribus fidejussoribus obligatis, creditor actionem dividere, atque à singulis viriles portiones exigere cogatur, eadem *l.non rectè*, *& l.fidejussor*, *C.de fidejussor.d.l.inter fidejussores*, *& l. inter plures*, *ff. eodem memorat. tit.* & plens manu, *Roncbegal.in l. eaadem*, *sub num.37. ff. de duobus reis*, necnon *Tuschus conclus. 299. lit.C.* si tamen quatuor concurrant enarrata per *Valent. Franch. in tract.de fidejussor. cap.5.num.* 437. 439. 441. *&*
21 442. oportet autem, ut fidejussor jam dictum exposcat beneficium, idque ad sententiam usque, alioqui si insolidum condemnari passus sit, sum hoc impensum referat negligentiæ, juxtà dictam *l.fidejussor*, & unus est casuum, in quibus beneficio divisionis, seù *epistola Divi Hadriani* locus non est, cum & reliquos idem *Valens*, recenseat à *num.*463.& alios *Aretin.de fidejussor. sect.6. cap.*
22 *4.num.21.*potissimum, si præd ctæ epistolæ Divi Hadriani, vel beneficio divisionis fuerit renunciatum, insequitur *Gizz.ad Capyc.Latr.dec.32. à num.* 20.*Reg.de Marinis lib.2.quotid.c.65.nu.3.* & quod fidejussor pro recuperatione totius soluti, valeat
23 agere contra debitorem principalem, contra verò si fidejussores pro rata tantum, tradunt *Fontanell.de pact.nupt.lib.1.clausul.3.glos.18.par.2.num.* 35.*& decis.216.Andreol.lib.2.controv.174. num.7. Consil.Arias de Mesa lib.1.var. resol. cap.23. nu.14.* & declarat respectu confidejussorum insolidum obligatorum *D.Reg.Capyc.Latr. decis.32.n.12.lib.1*

Et an requiratur cessio facienda per creditorem
24 *De Franch.decis.55. num.1. Magon. decis. Florent. 94.num.11.Costa de ration.rat.q.23.num 3.Fab. in Cod.de fidejuss.lib.8.tit.28.defin.17.Gratian.discept.* 701.*num.6.vol.4.Grivel.dec. Dolan.9. num.4. Antonius de Amato var.resolut. lib.1. resolut.37. à num.* 49.*D.Alphons.Olea de cession.jur.tit.5.q.5.à num.1. Vid.decis.379.lib.2.Thesaur.ad patrem dec.192.Reg. de Marin.add.cap.133.num.14.& cap.65. num.10. Consil.Staiban.resol.46.à num.10.& resol.84. num.* 19.*lib.1.* & quàs actiones cedere teneatur, *Gait. de credito cap.4.qu.11.à nu.1850.* latèque *Alphons. de Olea cit.tract.de cess.jur.tit.6.q.12.* & possit cessio fieri ex intervallo, *Reg.Capyc.Latr.mem. decis. 32.lib.1.Olea add.tract.tit.3.q.4.num.13. D. Consil. Jo:Baptista Hodierna* vir omni humanitate plenissimus, multa eruditione expolitus, de universa Republica optimè meritus, in aureis *annot. ad Surd.dec.*308.Et nota, quod poterit fidejussor agere contra principalem pro tota summa debita, esto quod minus solverit creditori, à quo pro integra quantitate cessionem obtinuit, *Glos.in l. per diversas, vers.& si iit, C.mandati. Montanar. ad Othban.de action.par.2.lib.1.cap.4. num.31. Reg. de Ponte cons.77.num.6.vol.1.Gratian. discept. forens. 280.num.11.tom.2.Dom.Consiliar. Staiban.resolut. forens.72.num.12.lib.1.*

RITUS CLXIV.

ITem eodem sero, seù die faciant condemnari fidejussores suos simul cum eo ad pœnam fidejussionis, sine nova requisitione fidejussorum. Et si ita dicas quomodo possunt condemnari fidejussores, sine requisitione? respondetur. quod hoc est propter formam fidejussionis, quæ est quod præsentabunt eum, si, & quotiès ipse fuerit per Curiam requisitus, qui reus etiam tùnc cum datur terminus, requiritur, si quis attendat formam dati termini, quæ hodie usitatur in Regno.

SUMMA RERUM.

1 *Fidejussor ad repræsentandum fit nè citandus antequàm condemnetur ad pœnam.*
2 *Forma, cujus meminit ritus iste, non est in usu, modusque à praxi probatus à Muscatello recensetur.*
3 *Fidejussio præstita, addita clausula, quoties fuerit requisitus sit nè extincta, ubicunque ab ipsa Curia fuerit vinculis mancipatus principalis, si ille aufugerit.*
4 *An dicatur liberatus, si habilitatus aufugit ob aliud delictum, quod denuò patravit.*
5 *Omnis promissio, quamvis jurata continet tacitam conditionem, rebus in eodem statu permanentibus.*
6 *Si culpa Judicis aufugit habilitatus, fidejussor omninò liberatur.*
7 *Potissimum, quando satellites conantur ex secundo delicto illum capere.*
8 *Vel si de ordine fuerint ob causam secundi delicti annotata bona habilitati.*
9 *In casu dubio judicandum est, fidejussorem non teneri ad pœnam contentam in fidejussione, si reum non repræsentat.*
10 *Fidejussor de præsentando ad omnem ordinem, non cogitur ad præsentandum habilitatum pro antiquo delicto, pro quo fuit prædicta fidejussio nisi nova supervenerint indicia urgentiora.*
11 *Ex hujusmodi relaxatione innocentia Rei arguitur.*
12 *De novis ipsis indiciis in actu citationis mentio fieri debet.*
13 *Etiam si fuerit habilitatus, cum clausula de præsentando, novis quoque non supervenientibus indiciis.*

1 COncordat *ritus* 159 & quæ illic annotavimus, nam si eo in *ritu* fidejussio continet obligationem, quotiès principalis fuerit requisitus, vel ipsi fidejussores, necnon in calce *rit.seq.* 164. & tamèn condemnatio in fidejussores ipsos potest fieri ob solam citationem principalis Justius hoc in *ritu* idem sancitur, stante obligatione specifica præsentandi, quoties fuerit interpellatus principalis, *ritus* enim innititur forma prædictæ, cum id contingere ait propter formam fidejussionis, itaquè si illa abesset non liceret, scilicèt condemnare; exequi verò judicatum contra principalem, utique esset, etiam considerata dispositione juris, ut notavimus io adducto *ritu* 159. Verùm forma, cujus meminit *ritus* iste. necnè in usu sit, discutit *Muscavell.in praxi fidejussoria, modo 1. à*
2 *num.4.* demumquè negat, modumque recenset ab ipsa praxi probatum. Fidejussio autem præstita, & addita clausula totiès quotiès fuerit requisi-
3 tus, sitnè extincta ubicunquè ab ipsa Curia fuerit vinculis mancipatus principalis, si ille aufugerit, & annuit *Feller.in forqu.num.258. Ferretta*

de

*de Gabell.num.*201. *Muscatell.indic. prax.* tùm *in princ.num.*21.tùm *modo* 13.*num.*15. *Vrsil.* objurgans, eò quod non debebat contra *Afflict*, ejus aurigam, & ducem irruere, *Tapia sup. ritu* 159. *num.*3. *Barzius decis.Bonon.*28.*num.*5. copiosèque *Farinac.q.*34.*num.*94. *Caball.resol.crimin. centur.* 1. *casu* 47. *Ricc. collect.* 486. ac pluriès decisum fuisse in Senatu Cathaloniæ, testatur *Peguera decis*47.*in fin Thor.par.*1.*compend.dec.verbo fidejussores, Vermigl.cons.crim.*306.*cons.*312.*& cons.* 315. *Frat. ad Muscat. modo* 1. *vers. principalis disputatio in fine, Affl.*& aliorum dictum in hac quæstione declarans.

4 Quid verò dicendum, ubi habilitatus aufugit ob aliud ab ipso patratum delictum, quisquè facilè depromere poterit ex allegationibus meis puerilibus in contingentia facti, quas subscribo. Julius N.habilitatus sub cautione ducatorum tercentum, quam præstitit Vincentius N. cum aliis, prætenditur, quod durante tempore habilitationis aliud, & horrendum perpetraverit facinus nempè furtum maximæ summæ in hac Civitate Neapolis in die veneris sancti, frangendo domum noctis tempore, ob quod veniret profectò mortis pœna puniendus; quarè, facta perquisitione de ordine Magnæ Curiæ in domo ipsius Julii, fuerunt in ea reperta aliqua bona, quæ dominus domus,& illic præsens recognovit esse sua, & propterea famulus,& mulieres dictis Iulii vinculis mancipatæ & examinatæ dixerunt illa bona ab ipso Iulio illuc asportata fuisse, ex quibus Magna Curia reputavit eumdem Julium gravissimè indiciatum, & suspectum de hoc delicto, illiusque bona sequestravit, ac deposuit penes tertium cum obligatione, quibus perterritus ipse Julius fugam arripuit, ita quod adveniente tempore ad præstandum præscripto in fidejussione præstita pro primo delicto promissis stare nequiverunt, & cum prætendat Fiscus procedendum esse ad incusationem pœnæ contra fidejussores dicimus nullo pacto fie-
5 ri posse. Idque primitùs illa ratione suadetur, quod omnis promissio quamvìs jurata, continet tacitam illam conditionem, si res ita perdurent, juxta *tex.* & auctoritates adductas per *Tiraquell.in l si unquam in princ.num.*162.*C.de revoc.donat. Menoch. cons.*212.*num.*24.*Maur.de fidejussor.p.*1.*sect.*2.*cap.* 3.*num.*5.*Vermigl.cons.crim.*308.*num.*16. Sed cum habilitatus aliud commisit delictum, maximè capitale, utique res ipsæ non persistunt in eodem statu, in quo reperiebantur tempore prædictæ fidejussionis, ergo dicendum prædictos fidejussores tunc minime teneri, præsertim, quod ob hanc rationem concluserunt Doctores in individuo casu, de quo in præsenti agitur, quod si habilitatus pendente tempore habilitationis fuerit accusatus, sive inquisitus de alio capitali crimine, qua accusatione, sive inquisitione perterritus ille fugam arripuerit, dicatur fidejussor liberatus à fidejussione antea præstita de repræsentando ipsum, prout inquit *Hippol.de Marsil.in.rub.de fidejuss.num.* 171.subijciens aliorum auctoritates, & rationes hanc sententiam comprobantium, maximè *Gandini* præter quos, scripserunt alii plures, qui eundem *Marsilium* insequuti sunt, etiam in eo, qui tantummodò fuit accusatus, vel inquisitus, scilicet *Horat.Lutius inter consil.crim.divers.cons.*163. *sub num.*15.*vol.*1.*Cephal.cons.*287.*sub num.*3.*&* 5. *vol.*2.*Menoch.cons.*246.*sub num.*7.*vol.*3. dum citat, & insequitur eumdem *Marsil.in rub.de fidejuss. sub n.*173. ubi præfatam resolutionem tuetur, ergo illum in hac re amplexatur, & commendat, prout etiam *Eugenius cons.*67.*num.*8.*& cons.*68.*num.*15. *vol.*1.*Francisc.Marc.decis.*1607.*Castill.decis.*150.*n.* 11.pluraque ad materiam congerunt *Marchio Torelli D.Reg.Capyc.Latr.to.*1.*consult.*63.*& D.Reg.de Marin.lib.*1.*quotid.resol.cap.*133. ac copiosè *Farinac.*expressis verbis opinionem hanc defendens *in sua praxi crim.tit.de carcer.& carcerat.q.*34.*à nu.* 54.subjungens post *num.*68. esse illam multum æquam, & rationabilem, atque in consulendo, & judicando tenendam, licet bursæ fiscali non amicam, & secundum eam obtinuisse Romæ coram viro sapientissimo, & integerrimo, quamobrem à consimilibus, qui nunc sunt, Judicibus M. C. id ipsum promulgandum esse, confido. Qua solummodò ratione si ita cōcludendum est, multo magis, cum alia,& validior concurrit, si culpa Iudicis au-
6 fugit habilitatus, ob quam omnes fatentur fidejussores dici liberatos, & aliqui exemplificant in eo, qui accusatus, vel inquisitus de alio capitali delicto, aufugit, ut præcitati dixerunt, vel in eo, qui aufugit propter minas sibi à Judice illatas, ità *Paris. de syndic. verbo fidejussor officialium cap.* 2. *incip. subjicio quæstionem*, cumque sequitur *Grammat. consil. civil.* 66. *sub num.*71. cui subscripserunt *Diomedes Mariconda, & Coluccius Coppola,* eruditissimi Advocati Neapolitani, & amplexatus est etiam *Foller. in practic. crim. in fragm. n.*255. *& Vrsill. ad Afflict. decis.*130.*num.*3. *Bertaz.cons.* 436. *num.*2. *vol.*2. *Marc. Anton. Eugen. consil.*2.*n.* 40. *Viv. decis.* 524. *à num.* 13. *Giurb. cons. crim.* 35. *Macerat. var. resol. lib.*3. *resol.*30. *num.*7.*Thor.* decisum tradens, *tom.*3. *compend. decis. par.*1.*verbo fidejussor an teneatur præsentare, & Anton.Gabr. cons.*181. *num.* 9. *vol.*1. qui anteà sub *num.* 5.
7 exemplificaverat etiam in eo casu, quando satellites conati sunt ex secundo delicto capere delinquentem, quia dicit, ex parte fisci, tùnc comminatam pœnam mortis debitam ob delictum, (& declarat *Muta tom.*4. *cap.Sicil. cap.* 160. *num.* 13. *Thor. tom.*3. *par.*2. *verbo pœna fidejussionis*, & confirmat *Joan. Mar. Vermigl. cons. crim.*312. & proptereà fidejussorem liberatum; quod non solùm evenit in hoc casu, verùm alia prædicta concurrunt, quinimò ex his prætereà demonstratur pœnam mortis, nedùm verbis comminari, sed facto, & proinde ex eo justum inferri metum, quo ille aufugiat, & fidejussores liberentur, & magis in specie, ut fidejussores dicantur liberati, sufficit id, quod in hoc casu etiam factum apparet, si de ordi-
8 ne Judicis fuerint ob causam secundi delicti, annotata bona ejus, qui fuerat habilitatus, ut probat, & defendit *Marc. Anton.Eugen. ad d. cons.*2. *vol.*1. *num.*30. Justo enim affectus timore mortis, quam proptereà mereretur, aufugit, nè alioquin se certo quasi periculo mortis exponat, cui se exponendo, actum maximè detestabilem exequeretur, ut omnium est sententia, qui idcircò ipsum immunem existimant à comparendo, & consequenter adjungunt, ejus fidejussorem à præsentando, prout *Horat. Lut.* ait *add. cons.*163.*sub num.* 12. *par.*1. *& Farinacc. add. qu.*34.*sub num.* 51. qui prætereà *num.*182. ex auctoritate *Calephati, & Gabrie-*
9 *lis* concludit in casu dubio judicandum esse fidejusso-

jussorem non teneri ad pœnam contentam in fidejussione, si Reum non repræsentet, cui suffragatur regula *text. in l.non puto, ff.de Jure fisci*, illamque examinamus *Rit. 57. sub nu.*16. ita quod etiam si hic casus non esset, prout est clarissimè determinatus à præfatis Doctoribus ad favorem fidejussorum, nihilominùs esset etiam in dubio ità decidendus, ex quibus, rejecta importuna fisci instantia, Judices renuerunt procedere ad condemnandos fidejussores, & decisum in alio casu refert *Thor. par.3. comp. verbo fidejussor an teneatur præsentare*, quibus tamen obstant, quæ in coutrarium scripsit *Dom. Reg. Sanfelic in dec.158. tom.2.* inquiens. fidejussores non teneri in eo tantùm casu, quando Reus damnatus capite fuerit, vel exilio, secùs verò si tantùm accusatus, Reum ipsum sistere potuit, & eum laudant *Prat. ad Muscat. mod. 1. vers. principalis disputatio, Thor. in supplem. compend. verba fidejussor*. Verùm *Sanfelic. in memor. decis.* 159. nihil præcipuum, nisi dumtaxat *num.3. Fachinei* doctrinam affert, *lib.9. controv. jur. c. 75. in fine*, cujus verba potiùs favorem fidejussoris respiciunt, illa enim sunt: *Respondeo, quæstionem esse accipiendam in terminis habilibus, cum scilicet Judex Reum exhiberi petit justa ex causa: Justam causam explicat Farinac. d.qu.34. num.62. quotiès supervenerint nova indicia super delicto, pro quo Reus erat inquisitus, vel carceratus tempore præstitæ fidejussionis*; Hæc ille.

Sed àn liceat Fisco molestiam inferre fidejussori condemnato ad summam promissam ob rei non præsentationem, cui posteà Fiscus ratione principalis delicti successit, & contra fiscum in gratiam fidejussoris calamum arripuere, *Cavalc. decis. 15. num.4. & decis.44. nu.38. par.1. Magon. decis.Lucens.7. num.39. Menoch. cons.673.nu.20. Gratian. discept. forens. cap.224. num.72. Calvin de aquit. lib.2. cap. 49. ex num. 6.* amplians, etiamsi bona confiscata solvendo non essent, eos laudat, & iusequitur, *Prat.ad Muscat. par.1.modo 1. vers.quarta, eaquè celeberrima*, & meminit *par.2. q.7.vers.*
10 *percelebrem*. Et quod fidejussores de præsentando ad omnem ordinem, non valeant molestari, neque cogi ad præsentandum habilitatum pro antiquo delicto, pro quo fuit præstita fidejussio, nisi nova supervenerint indicia urgentiora primis tradunt *Bossius in tit. de sentent nu.* 61. subnectens,
11 hujusmodi relaxatione innocentiam rei habilitati argui, *Farinacc. cons.59. num.2. & 3. & d.qu. 34. nu.80. Tusc. verbo fidejussor, conclus.322. Caball. resol.47. in fin.* & decisum memorat *Thor.par. 3. compend. decis. verbo cautio*, addoque *Faller.in fragm. de fidejussor. num.251. Muscatell. in prax. fidejussor. par.1. mod. 1. num. 14. Guazzin. de defens. reor. defen.2. cap.7. num. 16. & defen.6. cap.*
12 *4. num.36.* quin, de novis ipsis indiciis in actu citationis mentio fieri debet, *Dom. Reg. de Marinis add. resol.133. nu.10.* quinimò principem conclusionem adeò in jure veram præconizant Docto-
12 res, ut etiam si Reus habilitetur, cum cautione de se ad omnem ordinem præsentando, novis quoque non supervenientibus indiciis, (ut aliquando est mos Curiæ) nequè molestare Reum queat Judex ad libitum, sed pernecessè est, quod indicia sint de proximn, & promptiora, etiam ad torturam, aliter namque judicium redderetur clusorium, ut per *Tullium Crispolt. in casibus militia casu* 39. Videas *D. Reg. Sanfelic. in cit.decis. 158.& 159.* quæ in contrarium urgere videntur.

RITUS CLXV.

ITèm quòd à bannitis, seù pro dictis bannitis & quolibet ipsorum, si pro homicidio, & de homicidio banniti fuerint: fidejusionem ad pœnam unciarum centum recipiant; si verò de raptu cujuscunque mulieris, ac etiam de privato carcere, vel etiam quacunque falsitate, fidejusionem ad pœnam unciarum quinquaginta, & aliis quibuscunque causis, & negociis criminalitèr, queque fuerint ad pœnam unciarum auri 25. dictæ Curiæ applicaudam, similiter recipiat eosdem, qui se,& bona eorum omnia mobilia, & stabilia solemniter obligent notario publico pro parte ipsius Curiæ stipulanti, quod dictos bannitos, seù banniti extrahentes se à banno, seù bannis prædictis: stabunt super causis, de quibus banniti sint, juri in ista Curia, & præsentabunt se in dicta Curia, & fidejussores ipsi præsentabunt eosdem, si, & quotiès, quod ipsi banniti se præsentent, vel dicti fidejussores quod præsentent eosdem, fueriut per dictam Curiam requisiti, &c. Nota, quod hæc dictio, vel est dictio disjunctiva: ex qua sufficit, ut condemnetur fidejusores quando est requisitus principalis, absq; tamen requisitione ipsorum fidejussorum: proptèr hanc formam fidejussionis, quæ usitatur per ipsam Curiam, excepto quod in civilibus fidejussores non jurant, in criminalibus autèm jurant fidejussores, & principales, in civilibus non jurant principales, nec fidejussores.

SUMMA RERUM.

1 *Ritus 159. eamdem constituit formam, quam hic ritus.*

2 *Fidejussor de præsentando debitorem, vel concordando intra duos menses, quibus elapsis, de solvendo, teneturſolvere, mortuo ipso principali debitore, antè moram.*

3 *Regula in alternativis, electionem esse debitoris, non procedit, quotiès unum est ad obligationem, alterum verò ad cautelam.*

4 *DecisioS.C.in enunciatio facti themate recensetur.*

5 *Assumens onus præsentandi intra mensem, illoq; elapso, solvere, adhuc ad solutionem obstringitur, quamvìs impedimento præsentandi tueri valeat.*

6 *Quid dicendum in fidejussione data de concordando creditorem infrà mensem, vel de redeundo ad carceres.*

7 *Quæ sit differentia inter fidejussionem repræsentando, vel solvendo,& illam,vel de concordando. Dictio, vel, est disjunctiva.*

8 *Disjunctivarum sufficit alterum verificari.*

9 *Alternativa natura est, alterum adimpleri.*

10 *In conjunctivam resolvitur in multis casibus, qui recensentur.*

11 *Facta prorogatione debitori, fidejussores liberentur, necnè.*

12 *Adducitur Jasonis distinctio de tempore apposita causa finiendæ obligationis, & de illo adiecto in gratiam debitoris tantùm.*

13 *Effluxo tempore prorogata, reviviscit primæva obligatio.*

14 *An possit æquè idonius fidejussor dari loco primi jam præstiti, invito creditore, latè inquiritur. Philipp. Dec.& Muscat. impugnantur.*

15 *Fidejussor àn, & quando valeat agere contra principa-*

cipalem, ut ipsum à fidejussione extimat.
Obstrictus dare fidejussorem, àn liberetur, dando pignora.
16 *Fidejussor de solvendo omne illud, in quo aliquis remansit debitor ex causa sua administrationis, àn, & quando teneatur.*
17 *De fidejussione tutoris, quando ille teneatur pro summa in fidejussione non expressa, loquitur.*
18 *De fidejussione per creditorem in concursu præstanda, nonnulla traduntur.*
19 *Fidejussor liberatus, àn censeatur, creditore disimulente patere à debitore, decocto deinde effecto.*
20 *Auctor in fine operis à benignis lectoribus ex multis veniam petit.*

HÆc eadem forma constituitur in *rit.* 159. quiq; eamdem differentiam inter fidejussores in causis criminalibus, aùt civilibus admittit, & ad ornatum nonnulla scripsit *Muscatell. in prax. fidejussor. par.* 1. *mod.* 6. *num.* 4. *& par.* 2. *q.* 5. *n.* 8. *de Angel. ad Foller. in fragm. tit. de fidejussor. ad n.* 248.

Nos verò occasionem nacti ex verbis *ritus*; *Nota, quod hac dictio, vel, est dictio disjunctiva*, memoramus celebrem quæstionem superioribus annis in subselliis S.C. discussam, nùm fidejussor de præsentando debitorem in carceribus, intra duos menses, vel de solvendo, teneatur solvere, mortuo ipso principali debitore ante moram, & tempus in præsentando, vel solvendo præscriptum. Et respondi teneri, fretus peregrino loco *Pauli in l. in illa stipulatione, si Kalendis, ff. de verbor. obligat.* & altero, *in l. ad diem, ff. eod. tit.* ubi mortuo promissore ante diem, committitur pœna, & clariùs *in l. stichum, aut Pamphilum* 95. *ff. de solution.* ubi, facta promissione stichi, aùt pamphili, uno ex illis mortuo, alter vivus est præstandus, concinuntq; duo responsa *Pomponii, & Scevolæ in l. statu liberum, §. stichum, aut Pamphilum, ff. de leg.* 2. *& in l. non utique, ff. de eo, quod certo loco*, quorum sentetiam amplexus fuit *Julianus J.C. in l. cum is qui, ff. de condit. indebit.* nostramquè aleam insequuntur *Muscat. mod.* 5. *n.* 11. *Viv. dec.* 485. *Gratian. to.* 2. *discep. forens. cap.* 338. *Novar. lib.* 2. *quæst. forens.* 25. *Dom. Reg. Capyc. Latr. to.* 1. *consult.* 53. cujus meminit *Thor. in supplement. compend. verbo, fidejussor, qui ad præsentandum, Dom. Regens de Marinis lib.* 2. *quotid. cap.* 65. *à num.* 6. Regula quippè in alternativis
3 electionem debitoris esse, *cap. in alternativis, de reg. jur. l. plerumquè, ff. de jur. dotium*, quam extricant *Angel. cons.* 31. *Surd. dec.* 318. *num.* 2. *&* 3. *Gizzarell. decis.* 7. *num.* 3. *Altogradus cons.* 62. *num.* 17. *Monter. decis.* 48. *num.* 1. *Fachin. cons.* 23. *vers.* 14. *lib.* 2. restringitur, quotiès unum est ad obligationem, alterum verò ad cautelam, puta, in conventione de solvendo tali die, vel pignora dando, non quibit debitor, tempore illo eveniente, pignora dare, sed electio ipsiusmet creditoris erit, docet *Bart.* communis præceptor *in l. quamvis, ff. de pignor. actione*, insequuntur eum *Paul. de Castr. in l.* 4. *§. ex conventione, ff. de re judicata, & in l. cum proponas in fin. Cod. de transact. Decius in cap. inter cæteros, in fin. de rescriptis, & in cons.* 12. *Tiraquell. de retract. lignag. §.* 3. *glos.* 3. *num.* 16. *Thesaur. decis.* 147. *Anna singul.* 238. *Cancer. par.* 2. *variarum cap.* 6. *à num.* 55. *cum seq. Cardin. Tusc. practicarum conclus.* 316. *lit. A. n.* 14. *& conclus.* 102. *lit. E. n.* 13. *Reg. de Marin. lib.* 1. *c.* 297. *n.* 2. *& indic. cap.* 65. *n.* 6. *& ad Revert. dec.* 353. *Peregr. cons.* 86. *n.* 5. *vol.* 5. *Afflictus de execut. §.* 7. *c.* 267. *n.* 7. *Maceratensis variar. lib.* 2. *resolut.* 60. *casu* 26. *Gratian. tom.* 1. *discept. forens. cap.* 164. *nu.* 16. *& seq. Fontanell. de pact. nupt. claus.* 5. *glos.* 8. *par.* 13. *num.* 69. 70. *&* 71. *Anton. de Amato tom.* 2. *variar. cap.* 34. *nu.* 22. *&* 23. *Costa de claus.*
4 *clausula* 35. *n.* 6. & juxtà prædicta obtinui in S.C. *referente Dom. Consil. Carolo Brancaccio*, in causa Caroli de Vulpe, cum Antonio Stanganalla, de mense Martii 1656. in banca Speræ, quin assumens onus præsentandi intra mensem, illoq; elapso,
5 solvere, adhùc ad solutionem obstringitur; licèt impedimento præsentandi tueri posset, ex *Paulo de Castro memor. in l. in illa stipulatione si Kalendis, ff. de verbor. obligat.* conferuntquè, quæ scripsit *Thoro voto* 62. maximè si difficultas, vel impedimentum supervenerit post contractam moram, ut colligitur ex responso *Labeonis in l. si de dote* 87. *ff. de jure dotium, & Scævolæ in l. divortio* 37. *vers. Sed hic, ff. de negot. gest. Fontanell. de pact. nupt. tom.* 2. *claus.* 7. *Glos.* 3. *par.* 11. *num.* 12. & videndi sunt *Larrea decis. Granat.* 23. *Cons. Hodiern. ad Surd. decis.* 362. *Fab. de Ann. cons.* 95. *à num.* 14. *Scacc. de commerc. §.* 1. *q.* 7. *par.* 2. *ampl.* 8. *n.* 100.
6 Quid verò dicendum fidejussione de concordando creditorem infrà mensem, de redeundo ad carceres, mortuo debitore ante mensem, & hoc casu dici minimè potest hanc obligationem continere alternativam solutionis, & cautelæ, sed solius cautelæ utrobiquè, cum non sit facta promissio repræsentationis, vel solutionis, sed concordiæ, vel repræsentationis, ac repræsentationem; nulli dubium est, esto cautelam, concordia, quæ non amodo solutione, sed passim, vel accessione alterius obligati, vel pignoris præstatione, vel cessione nominis, & his similibus, potest impleri cautelam paritèr continet, non solutionem, cum nullam summam liquidò complectatur, sed conventionem inter partes ineundam, qua utriq; consulatur, & proindè cum versemur in alternativis utrobiqquidem continentibus, nempè cautelam, electio defertur debitori, & non creditori. Quin cum utraq; obligatio factum præstandum respiciat, & non solutionem, scilicèt respectu concordie ineundæ respiciat personam creditoris, respectu repræsentationis personam Judicis, sumus in alternativa personarum, in qua cui potiùs ex duobus factum præstetur, debitor eligit, & non creditor, ob quod illud in obligatione solùm considceratur, quod magis prospicit debitori, ut in terminis notat *Paul. de Cast. cons.* 129. *col.* 2. & nonnulla affert *Tusc. in verbo, Alternativa, conclus.* 316
Ex his liquidò constat, maximè adesse differen-
7 tiam inter fidejussionem de repræsentando, vel solvendo, & illam, vel de concordando, id quod nos etiam docet doctissimus omni æsto laudandus *Dominus meus Regens Antonius de Marinis in cap.* 133. *lib.* 1. *quotidian. resol.* ubi acerrimè sustinuit, adhuc incusata fidejussione præstita per ferias in forma, ac transactis quinque mensibus ab incusatione, licuisse fidejussori, contra quem adhùc erat exequutum, repræsentare principalem debitorem, Illud insupèr addimus, quod initio *resolutionis* prædictæ asseruit *Dom. Reg.* fidejussionem fuisse de solvendo, vel concordando, quod verbum, de solvendo, ni tribuatur mendæ impressoris redargueretur, quod fas non est, sibi ipsi de contrarietate cum dictis *in memor. resol.* 65. *lib.* 2. &

error

thoritas, inſequitur *Cagnol.* inquiens, quod *Bar.* non dicit id, ad quod à *Dec.* allegatur, & *num.*5. quod deceptus fuit *Decius*,& ante *num.*6., inquit, *ſicque patet ſolutio & reſponſio ad illud vulgatum dictum Decii, quod ſibi non nocet, & alteri prodeſt*, & *num.*6. quod moderni *Taurinenſes* reprehendunt *Decium*, quem reprobat etiam *Valent. Franch. add. loco* Imò *Text. in l. qui autem* 14. §. 1. *verſ. ſed, & ſi quis, ff.de conſtit. pecun.* qui eſt opinionis *Decii* Achilles, pugnat contra *Text. in d.l.ſi mandato meo*,teſte *Maſcat.q.*6.*ſub nu.*3.quin ille ejus intentionem haud probat,diſtinguit enim ibi *Ulpianus* duos caſus voluntatis, ſcilicèt, & impotentiæ, primus habetur ex verbo *text. & ſi quis*,uſque ad verbum *actum eſt*,ſecundus ex verbo, *quid ſi ante,uſque in finem*, & dicit in primo caſu Reum principalem teneri creditori, ſi promiſſus fidejuſſor, ſidejubere nolit, & propterea tantùm abeſt, quod probet opinionem *Decii*, ut potiùs apertiſſimè ſtet pro illa *Bald.* & aliorum, ſecundo caſu impotentiæ ex cauſa mortis benè dicit, quod auditur. ſi æquè idoneum præſtare velit, unde *Bald.* dixit *Text. memor.* loqui in fidejuſſore dando, non jam dàto, & *Cagnol. cit.num.* 7. hæc exaravit, & §. *ſed ſi quis, l.qui autem, ff. de conſt. pecun. per Decium adductum, oppoſitum probat, dum ita demum id admittit, ubi fidejuſſor dandus mortuus erat, ex qua cauſa neceſſitatis, ſcilicet, recedimus quidem ab eo, quod dicitur in d.l.ſi mandato*, & notetur quod *Cagnol.* non dicit, quod ex cauſa ſimplicis neceſſitatis, & ſic omni,ſed ex *qua cauſa*,ſcilicet mortis, quæ omnia ſolvit, §.*deinceps,authent.de nupt.*

Quin nec poſſum indemnatum *Muſcatell.* dimittere ex ſuamet ſententia jam multatum, ſic enim dicit, *d.qu.*6. *num.* 6. *licet temerarium ſit contra ſententiam tantorum patrum ſentire*, quia voluit cum *Decio* ſpeculari novum intellectum *num.* 12. tradit, quem ipſo credente, non attigit *Bald.* ruptus eſt in ſcopulos errorum, diſſerre namquè dicit fidejuſſorem à Reo principali, & *tex. in d.l. ſi mandato*, loqui de Reo principali, cujus *Text.* verba ſunt, *Item ſi dum negotia mea gereres alieni de creditoribus meis promiſeris, &c.* quis eſt iſte (dicat *Muſcatell.*) qui pro alieno ære ſe obſtrinxit, niſi fidejuſſor, vel quod ferè idem eſt, expromiſſor? Fidejuſſor namquè ſemper eſt ille, qui alienam ſuſcipit obligationem,etiam ſi verbis ſe principalem eſſe exprimatur, non jure ergo præſtat novum intellectum contra *Bald.* & tot *DD.* illum *Textum* in fidejuſſore procedere autumantes; & *Decius* ipſæ contrariæ opinionis anteſignanus hoc negare non voluit.

Amplius, jure communi nullum conſtituitur prorsùs diſcrimen inter fidejuſſorem, & Reum principalem, ex juramento quoque & clauſulis, ac renunciationibus fidejuſſionum; ut propterea fidejuſſor debitoris appellatione comprehendatur ſub ſtatuto de debitore loquente,etiam antequam fuerit conventus, quod ſolvat, *Afflict. in uſib. feudor. tit. quæ ſunt regalia*, §. *vectigalia num.* 114. *Ludovis. decis.*445.*num.*2.& *decis.*564.*num.*3.*Ripa in l.bene eſt, num.*103. *ff. ſi cert. petat.* illum propriè debitorem præconizans, audactèr *Decio* reprehenſo, & clariùs *Pirrus Maur. de fidejuſſor. circa diverſ. tit.* 1.*cap.*3. *num.*1. ex quibus prorsùs corruit novus *Maſcatell.* intellectus. At tu Lector cogita, nam veritatis indagandæ cauſa ſub tua cenſura hæc annotavi,

15 An, & quando valeat fidejuſſor agere contra principalem, ut ipſum à fidejuſſione eximat, inquirunt *Roya decis.*1. *nu.*109. *Larrea decis.*93. *nu.* 9 *Mantic.de tacit.& ambig.lib.*16.*tit. f a.num.*11. *Chriſtin.decis.Belgic.*138.*num.*2. potiſſimùm, ſi inceperit principalis malè uti ſubſtantia ſua,& bona dilapidare, *Henrig.de fidejuſſ.cap.*15.*nu.*25. & *cap.* 25.*num.*63.*Fontanell.decis.*541.*nu.*15.*tom.*2.quod reſtringit *Franc.Maria Prat.ad Maſcatell. de fidejuſſ.par.*2.*qu.*4.*verſ.noſter verò anteſignanus*, quando poſt inceptam dilapidationem rediret ad bonos mores,ex *text.in l.Lucius Titius*, ubi *Gl. ff. de fidejuſſor. Gomeſ.variar.tit.de fidejuſſor. verſ. tertiò infero.* Necnon quando diù ſtetit in obligatione, quod tempus Judicis arbitrio remittunt, *Gomeſ. variar. add. tit. de fidejuſſor.num.*10. *Conc.de conſib.*2.*par.cap.*7.*artic.*4.*num.*7.*Trentac.eq.var.reſol. lib.*3.*tit.de fidejuſſor.reſol.*5.*num.*3.*Cancer. var.reſol.par.*2.*de fidejuſſor num.*88.& hoc diù,fuit à Judicantibus arbitratum pro annis octo, apud *Reg. Revert.decis.*499. in qua *Dom. Reg. de Marinis* hoc ità demum procedere notat, ubi fidejuſſor in fidejuſſione ſteterit, obligatione principali jam commiſſa, alias ſecùs, prout in caſibus ab ipſo exaratis, & à *Prato in mem.qu.*4.*verſ.& quatenus.* Vel ſi fuerit condemnatus, aut in cauſa concluſum, *Avus meus Proſper Petra ad Capycium decis.* 48. *ſub num.*2.quiquè ex *Guid.Pap.* ampliat,etiamſi fidejuſſor foret obſtrictus vigore inſtrumenti paratam habentis executionem, quod confirmant *de Franch.decis.*414.*Faber lib.*4.*Codicis tit.*20.*diffinit.* 26. *in princ.* de quo dubitat *Franc. Mar. Prat. ad Muſcatell.add.par.*2.*qu.*4.*verſ.caſui* 7.& iterùm *q.* 6.*verſ.exhorrui,D.Reg.de Marinis ad Reverter. add. dec.*499.*num.*2.& ante ipſos *Fontanell. de pact.nuptial.clauſul.*4.*gloſ.*18.*par.*3.*num.*23.*verſ.reliquas*, & quod obſtrictus dare fidejuſſores, ſi velit dare pignora, non liberetur, nec audiatur, ſpinoſa eſt indagatio,quam extricant *Negus.de pignor.membr.* 5.*par.*9.*num.*2.*Maur.cap.*6. *ſect.*7.*num.*5.*Franc. de fidejuſſ.concluſ.*7.*num.*143.*Cagnol. in d.l.plus cautionis.Ripa in rub.de pign.num.*8.*Petr. Nicol. Moz. de contract.tit.de depoſit.nu.*21.*pag.*177. *Pacific. de Salvian.interdicto inſpect.*5.*cap.unic.num.*17.Quid verò dicendum ſit in correo debendi, an iſte ad fidejuſſoris inſtar, agere valeat contra correos, ut eum ab obligatione liberet, inquirunt *Cancer. add. par.*2.*n.*83.*Alvar.Valaſc.conſult.*36.

Fidejuſſor verò de ſolvendo omne illud, in quo
16 aliquis remanſerit debitor ex cauſa ſuæ adminiſtrationis, non alitèr tenetur, quàm ſi debito in vita ipſius conſtiterit, ex *tex.* ſingulari *in l. qui Romæ*, §. *Augerius*, *ff. de verb. oblig.* concludunt *Gloſa,Bart.Bald.Angel.ibid.Alex.num.*5.*Soccin.num.* 11.*Jaſon num.*6. & communem eſſe opinionem præconizat *Soccin. jun.conſ.*47.*num.*18.& 19. nec talis liquidatio cum hærede fieri poſſet,ex eo quod omnes cautelas, omneſque ſuas defenſiones, quas principalis debitor haberet, hæres ignorare præſumitur: *l.qui in alterius, ff.de reg.jur.* §.*recte, inſtit. de uſucap. l. fin. ff. pro ſocio.* & tradit *Menoch.conſ.* 719. *num.*45. *verſ.reſpondetur*, & in terminis decidum tradit *Barzius decis.*90.*nu.*42.& 43.& confirmant *Urſill.ad Afflict. decis.*146. *num.* 6. *Faber diffinit.*34. *C.de fidejuſſ.Girardus de Petra Sancta ſingul.*27.*num.*4.*de Marſiliis ſing.*304.aliiquè quos refert *Eſcobar.de Ratiocin.cap.*34.*num.*8. qui contrariam ſententiam multis mediis ſuſtinet, & poſt alios,

alios, *Dom. Reg. de Marinis lib. 1. quotid. resol. c. 133.*

Quodque etiam ad fidejussorem defuncti ministri pecuniarii fisci extenditur, dum fiscus non est privilegiatus, nisi in eo, quod lex expressit, utitur propterea Jure privati, *l. quod placuit, ff. de jure fisci, Glos. in l. item veniunt, §. in privatorum, ff. de petit. hared. Jason in l. 1. num. 8. Cod. de edendo, Anchar. cons. 101. Surd. decis. 58. nu. 1.*

Huic finitima est altera quæstio, num fidejus-
17 sor Balii, & tutoris, qui juxtà Judicis decretum prò certa fidejussit quantitate, rem pupilli salvam fore, dummodò anno quolibet Balius prædictus reddat computa, si computorum redditionem annis singulis non procuravit; quapropter pupilli Balius substantiam consumpsit, teneatur nè pupillo, non solum pro summa in fidejussione expressa, & taxata, sed pro omni eo, ad quod tenetur Balius ille, demùm non solvendo effectus & negativè decisum tradit *Dom. Reg. Sanfel. decis. 256. tom. 2.* cujus meminit *Thorus in supplem. compend. decis. verb. Fidejussor Balii. & Tutoris.* Fidejussio namquè stricti est juris, ipsiusq; effectus non extenditur ultrà formalitatem verborum, *l. quidquid adstringendæ, de verb. oblig. l. fidejussores blanditus, C. de fidejussorus magistratuum, ff. de fidejuss. l. damni, §. si quis, ff. de damno infecto, Aretinus de fidejussoribus sect. 1. cap. 6. num. 10. Barz. decis. 70. num. 74. decis. 90. num. 39. decis. 110. n. 14. Dom. Consil. Roccus respons. 62. tom. 2.* tradens *num. 4.* fidejussionem receptam per aliquem, uti alicujus hæredem, si ad recipientem hæreditas non spectet, non prodesse verù hæredi, *Reg. Capyc. Latr. consult. 49. num. 7. tom. 1. Pyrr. Maur. sect. 3. cap. 6. num. 31.* restringens regulam prædictam, quotiès fidejussio esset concepta verbis generalibus, ut propterea fidejussio per creditorem in concursu præstita de restituendo quantitatem ipsi liberatam potioribus, & prioribus creditoribus, & contribuendo æqualibus (quæ Neapoli viget, *de Franch. decis. 200. num. 5.* & in Romana Curia, *Seraphinus decis. 1311. num. 3. Maurus sect. 3. cap. 12. alias 21. pag. 91.*) cedit in beneficium cujusquè creditoris, cui procuIdubio pecuniam alteri liberatam avocare licebit, fidejussionemq; incusare, *Dom. Reg. Fab. Capyc. Galeota lib. 2. controv. 28. num. 30. Thor. in supplem. compend. decis. verbo Fidejussor, qui fuit datus.*

18 De hac fidejussione de restituendo, quibus, & quando, & quomodo illa faciat pecuniam extare, & qualiter fiat avocatio pecuniæ à creditore posteriori, agunt *Muscatell. de fidejuss. par. 1. modo 16. de Franch. & addentes dec. 65. 75. & 200. Castillus decis. Sicil. 120. num. 7. lib. 2. Mastr. decis. 126. lib. 2. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 5. glos. 8. par. 6. à num. 34. & seq. per tot. & par. 7. per tot. Molfes. ad Consuet. Neapol. par. 4. q. 26. nu. 16. & 17. & seq. Peguera decis. 271. num. 53. Thor. in compend. decis. verb. Creditor secundus, & verb. Creditor primus & Grat. discept. 340. n. 1. 2. & seq.*

Et àn fidejussor tutoris teneatur etiam pro bonis obventis pupillo ex succesione propinquorum, & ab eodem tutore administratis, post susceptam tutelam, & fidejussionem per ipsum præstitam, affirmativè resoluit *R. Rov. dec. 5.* quem laudat *Thor. p. 3. comp. dec. sect. 1. verb. fidejuss. tutoris.*

Et num fidejussor liberatus censeatur, si credi-
19 tor distulit petere à principali debitore, qui ex culpa, & negligentia sua effectus est non solvendo, distinguunt ex *Gomes. var. resol. tit. de fidejuss. num. 9. Dom. Reg. de Marinis add. cap. 133. lib. 1. & Dom. Cons. Roccus tom. 2. respons. notabil. 50. num. 151. & 152.* post *Greg. Lopez in l. 8. gl. 4. tit. 18. par. 5. & Jo. de Evia lib. 2. commerc. terrestr. cap. 12. num. 48.* dicentes, quod si non facta renunciatione *Authentica præsenta, Cod. de fidejuss.* creditor fuerit expressè per fidejussorem requisitus, ut principalem debitorem conveniat, & non curaverit facere, benè liberetur.

20 Atq; hic tandèm Commentariorum huic meorum priori Tomo (quo Magnæ Curiæ Vicariæ Ritus quinque & sexaginta supra centum, sub auspiciis clientelæ Tuæ, Serenissima Cœlorum Augusta, Maria Virgo Deipara; ope simul vestra, Divi Tutelares mei, Carole Borromeæ, & Aquinas Thoma, Doctor Angelice, expensi explanatiq; prodeunt hodiè 13. Maii 1662. die Sabbati eidem Deiparæ sacra) finis esto. Illud, unum, candide Lector, maximopere oro, atq; obtestor, ut, si quid legendo, commodum, laudabile, dignumq; offenderis, eidem Virgini, ac Tutelaribus meis, secundùm Deum, totum cum laude, & gloria referas, ac debeas. Si quid verò offenderit te, quod aut à bonis moribus, aut, sana doctrina, aut ab Ecclesiæ Romanæ juribus alienum esse videatur (quod màximè nolim) illud pro tuâ sapiētia; si excusari possit excuses; si minus, castiges, aut humanæ fragilitati, & ignorātiæ condones, donec à me cōpertū, castigetur. Multa scribere, & nihil errare, ita nulli, præterquam Divinorum librorum Scriptoribs, Dei Numine afflatis, datum est, ut nihil ille scribat oporteat, qui errare vult nihil. Equidèm (quod Christianum hominem, ac probum decet) ita me Ecclesiæ Catholicæ, ita Pietati, ità Virtuti ac bonis artibus obnoxium profiteor, ut harum omnium, ac singularum causa, millies mortem oportere paratissimus etiam sim, tantum a vitæ meæ rationibus abest, ut offendere prudenter voluerim. aut boni Judicis censuram, in hujusmodi delictis effugiam. Illa verò venialia, quæ in stylo, aut emendata editione commissa sunt; non vindicem te, sed misericordem desiderant. Quid enim majus aut ornatius (quæ meæ partes erant) in hoc styli genera, tibi dare potuissem, homo tenui ingeniolo, tenuiori corpusculo, inter forenses, ac domesticas curas divisus, quarum quælibet, secum totum trahere facile potest, atq; absorbere? Quid tu emendatius expectare ab istis nostris Typographiis; ubi nisi Argo sis oculatior, in innumera mendorum multitudine, multa tibi prætereant inobservata, & invisa? ubi, quæ veniunt scripta, plus sibi timent ab opificum inscitia, & incuria detrahi lucis, quam consequi typorum beneficio sperent? ubi nihil pensius, quàm compendia multa facere, miserorum librorum salute, inter ultimas curas sepolita? At, neq; in his delictis curandis, parum mihi operæ, ac laboris insumptum est; minus tamen fęliciter, opinor, quam volebam. Tu, Lector, quod diligentia mea observare non potuit, patientia tua ferendo, condonato, atq; alterum Tomum, fortasse emendatiorem interim expecta. Bene Vale.

F I N I S.

RERUM, AC VERBORUM OMNIUM MEMORABILIUM,

Quæ in hoc Primo Libro Commentariorum ad Ritus M. C. V. continentur.

ALPHABETHICA METODO. LOCUPLETISSIMUS. INDEX

Prior notula Ritum, Secunda numerum, Tertia paginam indicat.

Actio.

Actor.

rum

Actus.

Additamentum, & Additio.

Adjuncti.

Admiratus

Advena.

Advocare, & Advocatus.

Patro-

excec

Ubi

Non

Audi-

Bene-

Carnifex.

Carolus.

Casalia.

Castrum.

Casus

Cato.

Causa.

Causidicus.

Cautio.

Cecilia.

Cædula.

Censor.

Censualis.

Census.

Cœlari.

Cœsar.

Chirographa.

Christus Dominus.

Chyrurgus.

Hæc

Citatoria, & Citatus.

Civilis.

Civis.

Coccejus Nerva.

Con-

Con-

Contumacia.

Contumax.

Curiales.

Curius.

Cursores.

Custos.

Damnatus.

Dare.

Debitor.

Decendium.

Decisio.

Declarare, & Declaratio.

Decretum.

Decuriones.

Dè.

Defensio, & defensor.

Deferens.

Delegati.

Delictum.

Delinquens.

Demo-

Demosthenes.

Denunciare, & Denunciatio.

Deponere, & Depositio.

Depositum.

Dictio.

Didacus.

Dies.

Dieta.

Dignior, & Dignitas.

Dilatio.

Disponens, & Dispositio.

Divinum.

Doctoralis, Doctoratus, & Doctor.

Electio

Eleemosina.

Eligendi, Eligens, & Eligere.

Elisabeth.

Elzcarius.

Emolumenta.

Emere, & Emptor.

Emphytheoticarius.

Episcopus.

Quan-

Est

ro

Lega-

Litis

Matrimonium.

Medicus.

Memoria.

Mercator, & Mercatura.

Merces.

Meretrix.

Michael.

Mida Rex.

Miles, & Militaris.

Militia.

Minores.

Miserabiles personæ.

Nuncius.

Nundinæ.

Nuncius.

Obligatio, & Obligatus.

Obnoxii.

Obnoxii.

Obventiones.

Occidens.

Octavius.

Officiales.

Officium.

Onus.

Operarii.

Ordo.

Orti, & Oriundi.

Pactum.

sorta-

Principes

Respondens,& Respondere.

Responsiones.

Resistens.

Restitutio.

Reus.

Rex.

te

Terminus.

Te-

Nisi

Victualia.

Vidua.

Vinctus.

Virgilius.

Virgo.

Vir.

Vis.

Visitatio.

Vita.

Vitia.

Vivens.

Ultimum.

Unica.

Unio.

Universitas.

Unus.

Votum.

sed

FINIS.

CANONICA APPROBATIO

IN Congregatione habita coram Eminentiſſimo Domino Cardinali Philamarino Archiepiſcopo Neapolitano hac die 25. Junii 1661. fuit dictum, quod Dominus Julius Caponus revideat,& inſcriptis referat eidem Congregationi.

Paulus Garbinatus. Vic.Gen.

Can.D. Matthæus Renzi S.T.D.
& Conſult. S. Off.

EMINENTISSIME DOMINE.

LEgi, iterũmq; alacri animo perlegi Luculentiſſima Commendataria in omnes Ritus M.C.V. ſummo ingenio contexta, ac elaborata à nobiliſſimo, & perſpicaciſſimo J. C. D. Carolus Petra Barone Vaſti Girardi, ac Advocato præſtantiſſimo. & nil in illis reperi, quod orthodoxæ, veræq; fidei, & piis moribus conſonum non ſit, qua de re, dum Emin.Tuæ viſum jàm fuerit, digniſſima prælo, ad communem utilitatem, & diſciplinam, ſentio.Neapoli die 18.Julii 1661.

Emin.Veſtræ

Humillimus Seruus
Julius Caponus.

IN Congregatione habita coram Eminentiſſimo Domino Cardinali Philamarino Archiepiſcopo Neapolitano ſub die 17. Septembris 1661. fuit dictum, quod ſtante relatione Reviſoris infraſcripti, Imprimatur.

Paulus Garbinatus Vic.Gen.

Can.D.Matthæus Renzi S.T.D.
ac Conſ. S. Off.

RE-

REGIA APPROBATIO
ECCELLENTISSIMO SIGNORE.

DON Carolo Petra Barone del Vasto Girardi supplicando espone à V. E. come desidera dar in luce un Commento da lui fatto sopra li Riti della Gran Corte della Vicaria però supplica V. E. commetter la revisione di quelli, à chi li pare acciò possa poi ordinare, che si stampino, ut Deus.

Magnif. U. J. D. Julius Caponus videat, & inscriptis referat Suæ Excellentiæ.

Galeota Regens. Musettula Regens. Ulloa Regens. Carillo Regens.
Provisum per S.E. Neap. die 24. Maii 1661. Anastasius.

ILLUSTRISSIME, ET EXCELLENTISSIME DOMINE.

DON Caroli Petra Baronis Vasti Girardi Commentaria in Ritus M.C.V. elucubrata, ac luculenta, Exc. Tuæ jussu, perlegi: quàm sapidè, Deus bone! quàm jucundè. Vir hic in paucis à jurisprudentia, ac bonarum litterarum studiis instructus, ab ipso ætatis suæ Vere non genio, sed ingenio indulgens hæc nobis ex utrarumquè florilegiis mella concessit. Æmulatus namquè majorum suorum decora, genere doctrina, virtutum ornamentis præstantium, non tam videtur æquasse illa, quam etiam superasse. Auspiciis proindè, sinuque Excell. Tuæ foveri, dignus, qui de Repub. universa mereri, tam citò potuit, tam benè. In hoc enim opere (quod imperio Exc. Tuæ quantociùs in publicam lucem compelli, etiam, atquè etiam voveo) tantum abest, ut Regiæ quicquam jurisdictioni adversetur, ut potius, & eidem, & toti Reipubl. litterariæ maximoperè conducturum videatur. Hæc judicii mei est alea, minimè sanè pænitenda, si Exc. Tuæ. ex quo tota dependet, judicium arrideat. Die 8. Junii 1661.

Excell. Vestræ

Seruus humillimus.
Julius Caponus

Visa retroscripta Relatione. Imprimatur, & in publicatione servetur Regia Pragmatica.

Galeota Regens.
Musettula Regens. *Carillo Regens.*
Navarra Regens. *Ulloa Regens.*

Provisum per S.E. Neapoli die 20. Junii 1661. *Amicus.*